BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XL
F
15
NAPOLI

Digitized by Google

XL
7
15

Digitized by Google

Digitized by Google

# POETAE LATINI
# MINORES,

## CLAUDII RUTILII NUMATIANI
ITER,
## Q. SERENUS SAMONICUS
De Medicina,
## VINDICIANUS SIVE MARCELLUS
De Medicina,
## Q. RHEMNIUS FANNIUS PALAEMON
De Ponderibus & Menſuris,

ET

## *SULPICIAE SATYRA.*

Cum integris Doctorum Virorum Notis, & quorumdam excerptis,

CURANTE

## PETRO BURMANNO,

*Qui & ſuas adjecit Adnotationes.*

TOM. II.

Leidae apud { CONRADUM WISHOFF, ET DANIELEM GOEDVAL. } 1731.

BIBL. VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

# C L. R U T I L I I NUMATIANI GALLI I T E R,

Sive de reditu in patriam,

CUM NOTIS INTEGRIS

SIMLERI, CASTALIONIS, PITHOEI, SITZMANNI, ET BARTHII,

CURANTE

P. B U R M A N N O,

QUI

Et ſuas adjecit adnotationes.

Digitized by Google

Digitized by Google

# CLAUDII RUTILII NUMATIANI GALLI, V. C.

Praefecti Urbis, Tribuni militum, Praefecti Praetorio,

## LIBER PRIMUS,

### Ad Venerium Rufium.

* * * *

VELOCEM potius reditum mirabere, lector,

Tam

RUTILII CLAUDII NUMATIANI ] Itinerarium Neapoli edidit Petrus Summontius, & Bononiae Joannes Baptiſta Pius, anno Domini 1520. & poſtremo Venetiis Onuphrius Panvinius in Commentariis Reipublicae Romanae, anno 1558. Nos Summontii editionem non vidimus, ſed alia duo exemplaria conferentes diverſitatem lectionis adnotavimus: idem ſecimus in his verſibus, quos plurimos ex Rutilio citat Leander Albertus. Poſtremo noſtras conjecturas de quibuſdam locis, qui nobis ſuſpecti videbantur, addidimus. Etenim hic Poëta, quanquam Chriſtianae Religionis hoſtis fuerit, ut ex his Elegiis apparet, tamen propter elegantiam dignus eſt, qui emendate & eleganter in publicum prodeat. SIMLER.

AD VENERIUM RUFIUM. ] Panvinius Rufum vocat, ſed male! nam Rufius dicebatur, idque ex carmine Rutilii apparet,

*Rufius Albini gloria viva patris.*

Item,

*Cognomen verſu Veneris cariſſima Rufi.*

SIMLER. Titulus in pleriſque vulgatis partim excreverat, partim etiam mendum admiſerat. Nos luxuriantia quaedam in eo amputanda, reliqua corrigenda cenſuimus. Quare haec verba ſuſtulimus. AD VENERIUM RUFIUM. Nam neque Rufio, neque cuiquam alii nominatim, ſed lectori cuicunque ſcripſiſſe Rutilius videtur, qui ſic orditur.

*Velocem potius reditum mirabere, Lector.*

Nec obſtat, quod de Rufio crebra in hoc libello fit mentio, quodque ſemel Rufium alloquitur illis verſibus Rutilius 417.

*Hic praefecturam ſacrae cognoſcimus urbis.*
*Delatam meritis, dulcis amice, tuis.*
*Optarem verum complecti carmine nomen,*
*Sed quoſdam refugit regula dura pedes.*
*Cognomen verſans Veneri cariſſime Rufi.*

A 2 *Illo*

*Illo te dudum pagina noſtra canit.*

Quae non magis probant, hoc itinerarium ad Ruſium pertinere, quam Virgilii Aeneida ad Turnum atque alios, quibuſcum abſentibus, aut ipſe, aut alii abſentes ſermonem inſtituunt. Illud autem legendum eſt V. C. id eſt, *viri clariſſimi*, non *viri conſularis*. Nullum enim conſulatum geſſiſſe Rutilium legimus, nec ipſe honores ſuos, opinor, ſilentio praeteriiſſet, & eos, quorum gradus ſemper habitus eſt maximus. Quod de Rufio multis jam honoribus functo canit.

*Sedula promiſit ſummos imitatio faſces,*
*Si fas eſt meritis fidere; Conſul erit.*

Mirari vero non ſatis poſſum, & Lilium Gregorium Giraldum, & Onuphrium Panvinum de Rutilii conſulatu meminiſſe, qui ſi animadvertiſſent, Rutilium neque ordinarium, neque ſuffectum conſulem fuiſſe ad id tempus, quo haec in itinerario de ſe ſcripſit, non eſſent interpretati ſingulares illas literas V. C. *viri conſularis.*

*Si non diſplicui, regerem cum jura Quirini,*
*Si colui ſanctos, conſuluique patres:*
*Nam quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum,*
*Non ſit Praefecti gloria, ſed populi.*

CASTAL. *Viri Conſularis praefectorii Urbis.* Is mos ſeculi titulos honorum ſemel geſtorum ſequi viros magnos in omnem vitam. Memorat autem hic ſcriptor & patrem ſuum honoribus admotum, libro 1. ſub finem.

*Ipſum me gradibus non degeneraſſe paternis,*
*Gaudent, & duplici ſedulitate fovent.*
*Haec eadem, cum Flaminiae regionibus irem,*
*Splendoris patrii ſaepe reperta fides.*

Gallum ſeſe ipſe teſtatur non longe à principio.

*At mea dilectis fortuna revellitur oris,*
*Indigenamque ſuum Gallica rura vocant.*

Conſulatum ſuum innuere videtur, cum ait eodem Libro:

*Namque meus, quem Roma meo ſubjunxit honori,*
*Per quem jura meae continuata togae.*

Sed vide, quae ad verſum 137. notamus. Et clarius ante.

*Si non diſplicui, regerem cum jura Quirini,*
*Si colui ſanctos, conſuluique patres.*

Praefectum praetorio indicant haec carmina.

*Officiis regerem cum regia tecta magiſter,*
*Armigeraſque pii Principis excubias.*

Praefectum Urbi haec perſpicue.

*Hic praefecturam ſacrae cognoſcimus Urbis*
*Delatam meritis, dulcis amice, tuis.*
*Feſta dies, pridemque meos dignata penateis,*
*Poſte coronato Vota ſecunda colat.*

Ubi *vota ſecunda* amici Honos eſt, quem poſt ſe aeſtimabat maxime Rutilius. Scripti autem hi libelli Anno ab U. C. MCLXIX, quem Chriſt. Bowerus ad Venantium, & alii docti faciunt annum Chriſti CCCCXVII. Quod tempus ex ipſo auctore notum. BART.

ITINERARII.] Ita prima hujus libri Editio Petro Summontio, Joannis Joviani Pontani quondam Clariſſimi viri familiari, debita. Ego tamen de hac inſcriptione dubito, & fortaſſis aptius legas. *De Reditu Suo.* Nam initio ea verba eo videntur ducere, *Velocem potius reditum mirabere, Lector.* BART.

VENERIUM RUFIUM.] Voluſianum, quod nomen metri legibus ſtringere non potuit, vide viri doctiſſimi & acerrimo judicio Jacobi Sirmondi Notas ad Sidonium libro IX. epiſt. 16. Hunc eumdem, dum Româ abeſt Rutilius, Urbi praefectum fecit Imperator, ut de verſibus modo productis clarum. BARTHIUS. An fuit hic filius Rufii Voluſiani, qui ſub Valentiniano primo Praefectus Urbi memoratur apud Gruter. CCLXXXV. 6. & CCLXXXVI. 1. neſcio: ſed temporum ratio non obſtat. Vide Jac. Goth. Proſopogr. Codicis Theodoſ. ubi duos Voluſianos refert. BURM.

1. VELOCEM POTIUS REDITUM MIRABERE, LECTOR, TAM CITO ROMULEIS POSSE CARERE BONIS.] Aut principium deſideratur, quod videtur Antonio Quarengo acerrimi judicii viro, cujus fidem, virtutem, ſingularemque eruditionem multo ante Cardinali Urſino probatam D. Inicus Card. de Aragona omni benevolentiae genere complectitur: aut à confutatione orditur, ut ſit hujus loci ſententia; in patriam ſero ſe redire videri non debere, mirandum magis, quod Roma in Galliam reverteretur maturius, quam urbis amor pateretur. Hujus loci ſententiam non adſecutus Onuphrius Panvinius lapſus eſt in Rutilii vita, cujus haec ſunt verba. *Hic eum poſt expletum praefecturae tempus ex urbe in Galliam ad avitos agros reverteretur, & exinde Romam rediret*, & infra;

Digitized by Google

Tam cito Romuleis poſſe carere bonis.
Quid longum toto Romam venerantibus aevo?

Nil

ſra; *Itineraria & ipſe duo compoſuit, alterum de itu ex urbe in Galliam; alterum vero de reditu ex Gallia Romam.* Haec ille, cui dicendi genus & *reditus* vocabulum, opinor, impoſuit. Rutilius unicum ſane de reditu ſuo Roma in Galliam itinerarium, in duos quidem partitum libellos, ut eſt videre, concinnavit. CASTAL. Quamvis itinerarium Rutilii jamdudum annotationibus pereruditis illuſtraverit V. Cl. Joſephus Caſtalio: non tamen deſperamus, in hac ſegete poſt divitem illius meſſem reſtare nobis aliquod laudis ſpicilegium. Jaciamus aleam! *Velocem potius reditum mirabere.* Admiratione minime cariturum auguratur, quod opinione citius eam urbem reliquerit, cujus majeſtatem, ſplendorem, dignitatem & excellentiam adeo operoſe eſſet deſcripturus. Gemina plane ſententia Symmachus lib. I. epiſt. 24. *Difficile eſt hinc abire, cum veneris: adeo ſi contemplari majeſtatem urbis noſtrae velis, juſto citius videbitur reverti ſſe.* SITZMANN. Vera ſcriptura in priſcis Editionibus eſt.

*Velocem potius reditum mirabere, Lector,*
*Tam cito Romuleis poſſe carere bonis?*

Deeſſe initio Diſtichon, ut minimum unum, videtur; Non enim ſatis cohaereut haec, & τὸ *Potius* nihil, cui reſpondeat habet. Potius mirabere velocem meum reditum; optimo jure miraberis, me tam cito in Galliam redire meam, & Romuleis bonis carere poſſe, quam longo tempore me Romae commoratum, quamtumvis pluribus ibi annis fuerim. Materia horum librorum fuit Reditus poſt geſtos honores in patriam Rutilii, minime vero ſcopus fuit Itinerarium ipſi ſcribere, quod aliter longe inſtituiſſet. Itaque librariorum non auctoris eſt vulgatus titulus. BART. Hic deſiderari videtur particula, quae ſequi deberet, *quam:* quare Pithoeus etiam edidit *Quam cito.* ſed de hac ellipſi agit Cortius ad Cicer. VI. ad Famil. Ep. 8. & ſimiliter infr. vſ. 99. notat, noſtrum dixiſſe,

*Hos potius dicas creviſſe in ſidera montes.*

Sic fere Virgil. X. 631.

*— Quod ut o potius formidine falſa*
*Ludar.*

& XI. 443.

*Nec Drances potius, ſive haec eſt ira deorum,*
*Morte luat, ſive eſt virtus & gloria, tollat.*

Ubi intricatam ſententiam agnoſcit Servius. eodem modo dixit infra 582.

*Tuſcorum regimen plus placuiſſe ſibi.*

ſcil. quam aliae praefecturae. contra *potius* ſaepe omitti, & *quam* ſolum poni, multis exemplis oſtendit Anton. Auguſtin. lib. IV. Emendat. 8. & Muret. ad Tacit. III. Annal. 8. ſenſus vero eſt recte a Caſtalione expoſitus. BURM.

2 POSSE CARERE] Similiter loquitur Tibul. III. VI. 43.

*——— ——— ——— dolore*
*Alterius diſces poſſe carere tuo*

ubi vid. Broukh. Ovid. Epiſt. XVII. 97.

*Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere.*

& ita ille aliquoties. ut I. Amor. VII. 24 Rem. 775. & alibi. IDEM.

3. QUID LONGUM TOTO ROMAM VENERANTIBUS AEVO.] Aliter ſentiebat Brutus interfector ille Jul. Caeſaris. Cum enim viventibus oculis inſpiceret, non ſublatam dominationem, ſed dominum commutatum eſſe: praeclare erga Remp. animatos nequaquam putabat Romae degere poſſe incolumes. Rem, non locum oportuiſſe praeſtare iſtuc ſibi, perſpicue innuit his verbis: *Longe à ſaevientibus abero, mihique eſſe judicabo Romam, ubicunque liberum eſſe licebit, ac veſtri miſerebor, quibus nec aetas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem vivendi minuere potuerit.* SITZM.

3. ROMAM VENERANTIBUS.] Colentibus urbem, Romae degentibus, reſpexit ad genium urbis, ut infra. vſ. 16.

*Et partem Genii, quem venerantur, habent.*

vel ſignificat, ut alibi,

*Inter ſidereos Roma recepta polos.*

CASTAL. Non habitantibus, adulatorie. Erat tum inter numina Urbis antiqua, & effigies ejus apud Noticiam Imperii ſpectatur, ſicque à Claudiano & Sidonio deſcribitur. BART. Heinſ. volebat *celebrantibus.* male. Roma Dea & numen habebatur, ut notum vel pueris,

Nil umquam longum eſt, quod ſine fine placet.
O quantum, & quoties, poſſem numerare beatos,
Naſci felici qui meruere ſolo.

Qui,

4. SINE FINE] Sic Virg. I. Aen. 279. *Imperium ſine fine dedi.* & II. 771. *quaerenti & tectis ſine fine furenti.* CASTAL.

5 O QUANTUM ET QUOTIENS POSSEM NUMERARE BEATOS,] Ovidium videtur imitatus, qui Triſtium III. XII. 15. ſic.

*O quater & quotiens non eſt numerare beatum*
*Non interdicta cui licet urbe frui.*

IDEM. Et ita legi hic etiam debere, contenderet aliquis, cum Heinſio ad Ovid. II. Art. Amat. 28. qui alium locum ex eodem lib. vſ. 447. ubi legitur,

*O quantum & quoties non eſt numerare beatum!*

In eamdem formulam cogit. ſed & Gratius Cyneg. vſ. 320.

*O quantum & quoties decoris fruſtrata paterni!*

BURM.

5. QUOTIENS] Per tertiam, & quintam ſemivocalem ſcribimus, ut habent lapides, & libri Manuſcripti. Priſcianus lib. XV. *A quinque vero uſque ad mille in* es *productam definunt adverbia, ut quinquies, ſexies, ſepties, ſic reliqua, ut ſupra dictum eſt: à quot vero & tot in* ies *terminantur, ut quotiens, & totiens.* Haec ille. Sed & Pierius in 3. Eclogam Virg. Capri, & Victorini auctoritate idem animadvertit, quamvis Capri exemplaria vulgata mendoſiſſima longe aliter habeant. Adeo autem veterum, tum librorum, tum marmorum conſuetudo haec conſtantiſſima eſt, ut reliqua quoque adverbia contra etiam Priſciani ſententiam per *n* & *s* ſcripta paſſim inveniantur; cujus rei confirmandae gratia, teſtimonio lapidis vetuſtiſſimi, quem ad Urbem in vinea ornatiſſimi Sangalletti, & legi, & deſcripſi, utar. (Gruter. CCI. 9.)

IN HOC
POMARIO
GESTATIONIS
PER CIRCVITVM
ITVM ET REDITVM
QVINQVIENS
EFFICIT PASSVS
MILLE.

CASTAL.

6. NASCI FELICI QUI MERUERE SOLO] Ammianus Marcellinus lib. XIV. 6. inquit, *Ut Simonides Lyricus docet, beate perfecta ratione victuro ante alia patriam eſſe convenit glorioſam.* Auſonius Gallus in gratiarum actione ad Gratianum Imp. *Dantur enim multa nominibus, & eſt Roma pro merito.* CASTAL. Vide Ariſtidis divinum Panegyricum in Romam. Recte autem vir doctiſſimus, & de omni poſteritate optime meritus Petrus Pithoeus tranſpoſita quaedam in hoc opere odoratus eſt; & fortaſſis ipſum principium, abruptum & obſcurum; quo vitio minime, ut & omnes melioris notae ſcriptores, hic Poëta tenetur. Tamen de defectu verior conjectura videtur. BART.

6. FELICI] *Felix & felicitas* ſine diphthongo ſcribuntur, id quod & Politianus jampridem docuit, & vetuſtis inſcriptionibus confirmatur. In area S. Petri lapis erat ante tabernam quandam. (Grut. DCXCV. 5.)

D. M.
MARCIO FLORO VIXIT
ANNOS VI DIES VII
ET MARCIO CANDIDO VIX
ANNOS XVII M. X D. IIII
MARCIA MEROE MATER
INFELICISSIMA SIBI FILIIS SVIS
DVLCISSIMIS FECIT QVOD VOS
DECEBAT MIHI FECISSE MATER
. . . ITA FATA DEDERVNT

In hortis Carpenſibus (DCCLI. 2.)

D. M.
ÆLIA FELICITAS
CONJVX JVLIANO CONJVGI BENE MERENTI HVNC
TITVLVM FECI.

In

Qui, Romanorum procerum generoſa propago,
Ingenitum cumulant urbis honore decus.
Semina virtutum demiſſa, & tradita coelo,

Non

In Vinea Julii III. Pontif. Max. (DCCLII. 2.)

ÆMILIA FELICITAS PIA
VIXIT ANNIS XXXV. EX HIS
PERTULIT CUM ÆMILIO
PARNASO ANNOS N. XXIII.
PEREGRINATIONIBVS
VARIIS ET CREBRIS FIDE
ADFECTIONE INCONPARA-
BILI HÆC VEHICULO
EVERSA VIA HOSTIENSI
III. KAL. FEBR. OBIIT.

HVNC TITVLVM
POSVERVNT
L. ÆMILIVS PARNASVS
MARITVS EJVS ET JVNIVS
NICERO FRATER EJVS.
QVI LEGES. . . . . .

CASTAL.

7. ROMANORUM PROCERUM] Papinius Statius lib. II. Silvarum dixit *Anſonios proceres.* IDEM.

8. INGENITUM DECUS.] Ἐμφυτικὸν, ut *innatum*, *inſitum*, *ingenitum* apud Cic. multis locis, & de legibus, *ingenita naturae virtus.* Nonius etiam Marcellus hoc diſputat de *ingenerandi* verbo. Pomponii Porphyrionis locus emendandus eſt ad illum Horatil verſum lib. I. Sermonum Sat. III. 35. *Numqua tibi vitiorum inſeverit olim Natura.* te ipſum denique perſpice, ne habeas aliqua vitia, aut *ingenita* tibi, aut mala conſuetudine quaeſita. ubi pro *ingenita*, *ingenio* in vulgatis libris legitur: & Sympoſius poëta, quem nos in lucem è tenebris edidimus, in quarto Aenigmate.

*Ingenitum dicas, ita pondere nemo gravatur.* Et Am. Marcell. libro XXX. cap. 4. *Ad ultimum id habet cauſidicina cum ceteris metuendum, & grave, quod hoc ingenitum eſt pene litigantibus cunctis, ut, cum jurgia mille caſibus cadant, accidentia ſecus in poteſtate exiſtiment patronorum, & omnem certaminum exitum iiſdem ſoleant adſignare, & non vitiis rerum, aut iniquitati aliquoties diſceptantium, ſed ſolis defenſoribus iraſcuntur*; quem locum in gratiam cauſidicorum adſcripſi. CAST. *Ingenita & congenita conſcientia* apud Tertullian. c. 5. de teſtim. animae adverſus gentes: *ejuſmodi eruptiones animae non putavit doctrinam eſſe naturae, & congenitae & ingenitae conſcientiae tacitae commiſſa.* SITZM. *Ingenitum* à tali patria decus, ipſi cumulant honore adſcititio, cum patriae tali dignos ſe viros exhibent Honorum faſtigia ſcandendo. BART. Puto, ſenſum eſſe, qui nobilitatem generis, a majoribus illuſtriſſimis ducti, cumulant & geminant nobilitate patriae, id eſt Urbis Romae. *nativum decus*, licet in alia re, dixit Ovid. in Nuce 52. & hinc ignotos ſemper rogare ſolebant, quo genere, & qua patria eſſent orti. vid. ad Petron. cap. CXXIV. Val. Flac. IV. 205. & ita paſſim. *quis & unde*, vel *quis genus*, *unde domo*? vid. ad Ovid. II. Epiſt. 106. BURM.

9. SEMINA VIRTUTUM DEMISSA, ET TRADITA COELO NON POTUERE ALIIS DIGNIUS ESSE LOCIS.] Ammian. lib. XIV. 6. *Tempore quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura, dum erunt homines, Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis foedere pacis aeternae virtus convenit, atque fortuna*, & quae ſequuntur. Infra quoque *virtutum omnium domicilium Romam dicit*. CASTAL.

9. SEMINA VIRTUTUM, &c.] Aur. Caſſiodorus I. Variar. 6. *Nulli ſit ingrata Roma, quae dici non poteſt aliena. Illa eloquentiae foecunda mater, illa virtutum omnium latiſſimum templum.* SITZM. Roma διδάσκαλος ἀρετῆς, quo nomine ſummam omnium ejus laudum complexum Conſtantium Imperatorem Panegyrico ad eum primo ſcribit Julianus Caeſar. τῶν μὲν οὖν ἄλλων τὰς ἐπαίνους διὰ ταῦτ' ἀφήσειν μοι δοκῶ, τῆς Ῥώμης δὲ τὸ κεφάλαιον τῶν ἐπαίνων αὐτὸς, ὦ Βασιλεῦ, συλλαβὼν ἐν βραχεῖ, καὶ διδάσκαλον ἀρετῆς προσειπὼν, τῷ δοῦναι τὸ κάλλιστον τῶν ἐγκωμίων, τοὺς περὶ τῶν ἄλλων λόγους ἀφαιρήσειν. Ejus alia Encomia nullibi non obvia. BART.

9.

Non potuere aliis dignius eſſe locis,
Felices etiam, qui proxima munera primis

Sor-

9. Caelo,] Per primam, & ſecundam vocalem ſcribimus, ut in libris manuſcriptis, & lapidibus, & eo, quem Romae in pulchro viridario Papae vidimus, cognoſcitur. (Grut. xxv. 10.)

JVNONI.
JVNIÆ C. SILANI. F.
TORQVATÆ
SACERDOTI VESTALI
ANNIS LXIIII.
CAELESTI PATRONAE
ACTVS. L.

CASTAL.

9 Demissa et tradita coelo,] Communis omnium ſcriptorum de rebus praeclariſſimis ſententia, coelo eas venire. Vide principem bonarum litterarum Ang. Politianum Miſcell. cap. xviii. Muretum Variis, Bernard. Realium Annotat. cap. iv. Heraldum ad Tertulliani Apologeticum cap. x. Wowerium & Elmenhorſtium, amicos noſtros, ad Minutium Felicem. Quod genus benemerentium de Antiquitate ſcriptorum nos libentur laudamus. Germanicus Caeſar, Arateor.

*Aerea ſed poſtquam proles terris data, nec jam*
*Semina virtutum vitiis demerſa reſiſtunt.*

BART. Adv. l. xxii. c. 17.

9. Demissa coelo.] Proximi divinitati viri magni in Republica gerenda, aut alioqui virtutum ſingularium. Claudianus Conſ. Mall. 227.

*—— Dîs proximus ille eſt,*
*Quem Ratio, non Ira movet.*

Quo pertinent loca aliorum ſcriptorum ad iſtum in ſecunda recenſione à nobis laudata. iii. Stilicon. 130.

*Proxime Dîs Conſul, tantae qui proſpicis Urbi.*

Sic Deorum ſimilem ſe habitum ſcribit Apollonius Tyanaeus Epiſtola 52. τί θαυμαστὸν, εἰ με τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγουμένων, τινῶν δὲ καὶ Θεὸν, μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ. Socrates eum diis maxime ſimilem dicebat, qui minimo egeret, apud Laërtium lib. ii. Homerus Heroas ſuos pari ratione commendat, brevibus epithetis ſummam omnium laudum complexus. Salomon Sapientiae cap. 7. *Infinitus Sapientia eſt theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt Dei.* Martialis Lemovicenus, (vel potius ſub nomine ejus ſequiorum temporum ſcriptor, ut docemus Adverſariorum libro xlv. cap. 7.) c. xii. ad Toloſanos. *Haec autem verbis communia erunt, ſi proximi Deo fueritis, ſi amatores ejus, ſi imitatores.* Ennodius Panegyrico Theodorici. *Inter Deo proximos agnoviſſe qui praeſtitit, reddidiſſe eſt beneficium.* Malchus Vita Pythagorae: μάλιστα δ' ἀληθεύειν· τοῦτο γὰρ μόνον δύνασθαι τοὺς ἀνθρώπους ποιεῖν τῷ θεῷ παραπλησίους. Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis. καὶ ἀλύπους μὲν καὶ ἀπαθεῖς ἁπάντων κακῶν, εὐτάκτους τε καὶ εὐσταθεῖς καὶ θεοειδεῖς ἤμελλεν ἡμᾶς, ὄντως καὶ μακαρίους χαλασήσασθαι. Ibidem. καὶ ἐπὶ γῆς τὰ πρῶτα θεῷ ἴσον εἶναι τὸν σοφὸν ἄνθρωπον ἀποδείξωσιν. Gregorius Nyſſenus in Vita Thaumaturgi, μία γνῶσις σημαίνεται ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἀγχιστεία. Sic *coelo dignum* eſſe, eſt mortalium ſortem virtutibus excedere, Deo propinquum eſſe. Chryſoſtomus de Virginitate. ὁ γὰρ οὕτω πρὸς τὰ τοῦ κόσμου πράγματα ἐπτοημένος, καὶ τὸν παρόντα βίον θαυμάζων, ὡς καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην παραίνεσιν αἰσχύνης ἄξιον νομίζειν εἶναι, ὁ τῶν ἀγαθῶν ἄξιόν ἐστι, καὶ τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας ἐγγὺς πῶς ἂν ἠνέσχετο συμβουλῆς εἰς τοῦτο εἰσαγούσης αὐτόν. Et aſtra tangere idem valet. Ariſtoteles Epiſtola iv. οἱ διαφέροντες τῶν βασιλέων, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς τῶν ἄστρων ψαύσαντες εὐεργετοῦσιν, οὐδὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς πολιτευόμενοι χωρίς. BART. vid. ad Val. Flac. iii. 62.

10. Non potuere aliis dignius esse locis,] Ovid. iv. Faſt. 270.

*Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.*

SITZM.

11. Felices etiam &c.] Eos intelligit, quibus *jus civitatis*, quod Plutarchus μετοχίας appellat πολιτείας, fuerat conceſſum, licet origine non eſſent cives Romani. Nam & illi utebantur privilegiis & ſimilibus actibus civitatis, rerumque civilium communionis

belli

Sortiti, Latias obtinuere domos.
Religioſa patet peregrinae curia laudi,

Nec

belli & pacis tempore erant participes. Aelius Ariſtides, Orat. in Romam p. 372. διελόντες δύο μέρη πάντας τοὺς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς (τοῦτο δ' εἰπὼν ἅπασαν εἴρηκα τὴν οἰκουμένην) τὸ μὲν χαριέστερόν τε καὶ γενναιότερον καὶ δυνατώτερον πανταχοῦ πολιτικὸν, ἢ καὶ ὁμόφυλον πᾶν ἀπεδώκατε. i. *Cum omnes, qui ad imperium pertinebant (in quo totum orbem terrarum complector) in duas partes tribuiſſetis; qui quidem generoſiores erant & potentiores, eos civitate atque etiam gente donaſtis, reliquis inter ſubjectos relatis.* SITZM. Incolas Italiae dicit, quae provincia à ſucceſſu rerum credita etiam numen habere paganis, alioquin nobiliſſima omnium. Lege Solinum cap. 8. &c. BART.

13. Curia] Senatus. Ovidius iv. Triſt. x. 35.

*Curia reſtabat: clavi menſura coacta eſt.*

Per *curiam* Senatum, per *aulam* Imperatoris domum ſignificari aperte Claudianus oſtendit in ſextum Honorii Conſulatum vſ. 596.

*Jure paludatae jam Curia militat aulae.*

Et de conſulatu Manlii Theodori 257. *Quo jungitur aulae Curia.* CASTAL.

13. Religiosa patet peregrinae curia laudi, Nec putat externos quos decet esse suos.] Huc pertinet Claudii oratio apud Tacitum lib. xi. cap. 24. Annal. de ſupplendo Senatu ex Gallis. *Majores mei, (quorum antiquiſſimus Clauſus origine Sabina, ſimul in civitatem Romanam, & in familias Patriciorum adſcitus eſt,) hortantur, uti paribus conſiliis Remp. capeſſant, transferendo huc, quod uſquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Tullios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tuſculo; & ne vetera ſcrutemur, Etruria, Lucaniaque, & omni Italia in Senatum accitos. Poſtremo ipſam ad Alpes promotam, ut non modo ſinguli viritim, ſed terrae, genteſque in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & adverſus externa floruimus, cum Tranſpadani in civitatem recepti, cum ſpecie deductarum per orbem terrae legionum, additis provincialium validiſſimis, feſſo Imperio ſubventum eſt. Num poenitet Balbos ex Hiſpania, nec minus inſignes viros è Gallia Narbonenſi tranſiviſſe? Manent poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedaemoniis, & Athenienſibus fuit, quamquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit. Advenae in nos regnarunt. Libertinorum filiis Magiſtratus mandati, non ut plerique falluntur, recens, ſed priori populo factitatum eſt. At cum Senonibus pugnavimus, ſcilicet Volſci, & Aequi numquam adverſam nobis aciem ſtruxere? Capti a Gallis ſumus, ſed & Tuſcis obſides dedimus, & Samnitium jugum ſubivimus. Attamen ſi cuncta bella recenſeas, nullum breviore ſpatio quam adverſus Gallos confectum. Continua inde, ac fida pax. Jam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potius, quam ſeparati habeant. Omnia P.C. quae nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere. Plebei Magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, caeterarum Italiae gentium poſt Latinos. Inveteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Orationem Principis ſecuto Patrum conſilio, primi Aedui Senatorum in urbe jus adepti ſunt, datum id foederi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. uſurpant.* Vide Cic. orationem pro Cornelio Balbo. Ariſtides de Laudibus Romae, ξένος δ' οὐδεὶς, ὅστις ἀρχῆς ἢ πίστεως ἄξιος ἀνήρ, id eſt; *Peregrinus habetur nemo, qui vir ſit dignus Magiſtratu, aut fide.* CASTAL. Inſtitutum illud occulto Politico conſilio diu retentum Romae, ut è provincialibus honeſtiſſimos quoſque non tantum beneficio civitatis obligarent, verum etiam curiae pignorarent, atque ita ſimul ſe augerent, ſimul diſcrimen, & tacitum ob aemulationem inter receptos, & non receptos, diſſidium conciliarent. Nazarius, in Panegyr. Conſtantino Aug. dicto cap. xxxv. *Senſiſti, Roma, tandem te arcem omnium gentium, & terrarum eſſe reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiae tuae pignoraveris: ut Senatus dignitas non nomine, quam*



re,

Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.
Crdinis imperio, collegarumque fruuntur,

Et

*re, eſſet illuſtrior, cum ex totius orbis flore conſtaret.* Caeterum quod hic Rutilius aliique ſcribunt de Romanis, meliorem partem generis humani in coetum ſenatorium eos cooptaſſe, idem de Athenienſibus confirmat Aelianus his verbis lib. XIV. Var. Hiſt. 5. Οὐ μόνοις τοῖς ἀστοῖς ἐχρῶντο Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς στρατηγίας ἐπιτηδείοις, ἀλλὰ γὰρ καὶ ξένους ᾑροῦντο, καὶ τὰ κοινὰ αὐτοῖς ἐνεχείριζον, εἴπερ οὖν αὐτοὺς ἀγαθοὺς ὄντας κατέγνωσαν, καὶ ἐπιτηδείους εἰς τὰ τοιαῦτα. hoc eſt, *Athenienſes non ſolum idoneis civibus gerendam Rempub. & militiam adminiſtrandam commiſerunt, ſed ſaepe etiam peregrinos civibus antetulerunt, eoſque Reipub. gubernationi praefecerunt, ſiquidem eos bonos honeſtoſque viros cognoviſſent, & ad haec munera ſubeundum accommodatos.* SITZM. Etiam peregrini apud Romanos poſſunt honores magnos adipiſci, ſi qui merentur. In ſuum commodum hoc loquitur homo Gallus, Conſul, Praefectus Praetorio & omnia. Vide nonnihil apud Berterium Pithan. lib. II. cap. 5. BART.

13. RELIGIOSA] Cic. pro Flacco: *ſua cuique civitati religio, Laeli, eſt, noſtra nobis.* SITZM.

13. LAUDI] Jacob. Goth. ad L. ult. Cod. Theod. de Juriſd *peregrinam laudem* exponit, quidquid extra urbem eſt laudabile. Bene, ſi de hominibus capit. ut viris laude dignis, licet ſint extra urbem nati, patere curiam dicat. ita *Herculea laus* pro Hercule laudabili Ovid. XII. Met. 539. *Theſea* VIII. 263. & ſimilia multa. *peregrini* vero hic alio ſenſu debent capi, atque olim, cum opponebantur civibus, unde *peregrinitas* juri civitatis contraria: ſed cum ex conſtitutione Antonini Caracallae omnes in orbe Romano eſſent cives facti, *Barbari* dicebantur eo jure non fruentes. *peregrinus* ergo eſt hic non in ipſa urbe natus, ſed in provinciis, quae omnia ſatis nota, illuſtratione non egent. BURM.

15. ORDINIS IMPERIO, COLLEGARUMQUE FRUUNTUR,] Peregrini conſules creantur, honores adipiſcuntur. CASTAL. *Ordinis imperium*, Conſulatum interpretor. *Imperium* enim pro ipſo conſulatu paſſim uſurpari video. Virg. VII.

*Conſulis imperium primus ſaevasque ſecures*
*Accipiet.*

Ovid. de Ponto lib. IV. Eleg. ad Graecinum IX. 34.

*Ter quater imperii laetus honore tui.*

Ibidem.

*Nam tibi finitum ſummo, Graecine, Decembri*
*Imperium Jani ſuſcipit ille die.*

Et paulo infra.

*Qui quamquam eſt ingens, & nullum Martia ſummo*
*Altius imperium conſule Roma videt.*

Seneca lib. II. Controverſiarum. *Summum imperium Conſules cedent tibi. Ordinis* autem *imperium*, ordinarium Conſulatum dici puto: ex Auſonio quidem Gallo, & Lampridio novimus ordinarium Conſulem eſſe, qui Kalen. Jan. Conſulatum iniret, ad differentiam Conſulis ſuffecti. Auſonius Gallus in gratiarum actione ad Gratianum Imperatorem. *Sed Conſulatus ille cujuſmodi? ordinario ſuffectus, bimeſtri ſpatio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumptus: quaerendum, ut reliquerit tantus orator, quibus Conſulibus geſſerit Conſulatum.* de Frontone loquitur. Mirari autem ſatis non poſſum, Auſonium, virum alioqui antiquitatis bene peritum, eodem fere loco, aut paulo ſupra a Conſulum ſuffectorum integra cognitione aberaſſe. Negat enim, Senecam Neronis praeceptorem Conſulatum geſſiſſe his verbis. *Dives Seneca, nec tamen Conſul*, &c. Quem omnino refellit Ulpianus jure conſultus Alexandr. Imp. perfamiliaris ad ſenatuſconſultum Trebellianum, quod factum eſſe ſcriptum reliquit, Nerone Imp. octavo Kal. Sept. Annaeo Seneca, & Trebellio Maximo Coſſ. Eosdem Conſules legimus Inſtitutionum lib. II. de fideicommiſſariis hereditatibus. Sed ad rem redeo. Aelius Lampridius in Alexandro Severo: *Conſulatum ter iniit tantum ordinarium, ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit.* Et infra. *Conſules, quoſcunque vel ordinarios, vel ſuffectos creavit, ex Senatus ſen-*

ten-

Digitized by Google

Et partem Genii, quem venerantur, habent.

Qua-

*tentia nominavit, ſumtum eorum contrahens.* De Conſule ordinario tituli, qui Romae leguntur infra, ubi de Stilichone agitur, ponuntur. CASTAL. *Ordo*, ſimpliciter poſitus, de ſenatorio ſumitur. Julius Capitolin. in Maximo & Balbino: *ſic elatus latrò ſurrexit, ut ſe ordini profiteretur iratum.* Symmachus lib. VI. epiſt. 47. *Studia plebis in judicem, favor quoque ordinis aemulatur.* & lib. X. epiſt. 54. *Neque aliud magis authoritatem facit ſententiis noſtris, quam quod omnia quaſi juratus ordo decernit.* SITZM.

15. COLLEGARUMQUE FRUUNTUR ] Cl. Graevius *collegatu* legit, & *ordinis imperium* conſulatum, *collegatum* ſenatoriam dignitatem interpretatur: ſed neſcio, an hic de conſulatu agat, cum illum Proceribus jam adtribuerit; hic vero agat de *ſortitis proxima munera primis*, id eſt qui minores magiſtratus accipiunt, aut ſenatores fiunt, qui licet ipſi non imperent, ut conſules, tamen participes quaſi fiunt imperii & collegarum ſuorum honorum, cum in ſenatum alleguntur. tentabar olim vehementer, ut hic legerem *ordinis ingenio collegarumque fruuntur*, ut, licet ſint peregrini & imperiti rerum Urbanarum & Romanarum, allecti jam, partem artis regendi orbem accipiant, & ex ingenio collegarum, qui in Urbe nati ſunt, diſcant rerum civilium adminiſtrationem. ſed cum ſenſus vulgatae lectioni conſtet, nihil moveamus. BURM.

16. PARTEM GENII ] Id eſt, ipſi venerationis, qua ſenatum proſequuntur cives, ſunt participes; vel Genii urbis, quem & cives & ſenatores & magiſtratus & omnes venerantur, ipſi partem habent, & ita coluntur ab inferioribus, quaſi pars numinis Romani cum illis ſit communicata, qui eam regunt, & rempub. adminiſtrant: eodem modo, ut mundus conjunctus eſt ſummo Deo; ſive ejus vertex cum coelo ipſo connexus. BURM.

16. ET PARTEM GENII QUAM VENERANTUR HABENT ] In partem Romae Civitatis vocantur peregrini, ut Virg. lib. VII. 709.

*— Poſtquam in partem data Roma Sabinis*;

& lib. IV. 373.

*——— Ejectum littore egentem*

*Excepi, & regni demens in parte locavi.*

De genio infra nonnulla congeſſimus ad illum verſum 382.

*Sive loci ingenio, ſeu domini genio.*

Feſtus, quod huc pertinet, genium eſſe uniuscujuſque loci Deum ex multorum ſententia recenſet. Virg. lib. V. 95.

*Incertus geniumne loci, famulumne parentis*
*Eſſe putet.*

& lib. VII. 136.

*Geniumque loci, primamque Deorum*
*Tellurem, Nymphaſque, & adhuc ignota precatur*
*Flumina.*

Sed utroque loco Servius conſulendus eſt. Auſonius etiam de claris urbibus, *Salve urbis genius.* Genius quoque Centuriae legitur Romae apud Judaeos in pervetuſto lapide. (Grut. CVIII. 5.)

M. AVTIVS. M. F.
STELL. AGRICOLA
TAVRINVS
MISSVS. HONESTA
MISSIONE
FLACCO. ET
GALLO. COS.
ARAM. GENIO
CENTVRIÆ.

CASTAL. Civitatibus fere omnibus ſuos fuiſſe *Genios* ex inſcriptionibus antiquis, & hiſtoricis Polybio & Dione, erudite & perſpicue docet Daniel Heinſius in Not. ad Sil. Ital. lib. II. ubi hunc Rutilii locum adducit. Adi praeterea Alciatum in l. pupillus, 239. §. urbs, ff. de V. S. M. Ant. Delrio, comment. ad Senec. Troad. v. 53. Petr. Heigium, ad tit. Inſtit. de interdictis. Deſider. Herald. ad Arnob. lib. I. adv. gent. Joh. Roſinum ſympatriotam noſtrum antiq. Rom. lib. II. c. 14. SITZM. Non modo participes civitatis Romanae fiunt, ſed illius venerationis, qua omnes populi, & ipſi illi adlecti in ſenatum, Patres conſcriptos, venerantur. Senatus enim quaſi imago illius numinis, quod Romae adſcribebatur, erat, & ideo ipſi quoque venerandi erant: praecipue quidem procerum Romanorum generoſa propago, ſed proxima veneratio pertinebat etiam ad adſcri-



ptos

Quale per aetherios mundani verticis axes
Connubium ſummi credimus eſſe Dei.
At mea dilectis fortuna revellitur oris,

In-

ptos ex Latio & provinciis. Eodem modo, ut Diis conſentibus & magnis ſummus honor & cultus debebatur, non expertes tamen erant Dii minorum gentium venerationis, qui, ut ipſi ſummos Deos venerabantur, ita etiam in partem veniebant honoris divini. BURM.

17. QUALE PER AETHERIOS MUNDANI VERTICIS AXES CONNUBIUM SUMMI CREDIMUS ESSE DEI.] Vide Platonem in Timaeo. Servius in illud Virg. lib VI. 724.

*Principio coelum, ac terras, campoſque liquentes.*
*Lucentemque globum Lunae Titaniaque aſtra*
*Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*

Hos duos Rutilii verſus declarat. *Deus*, inquit, *eſt Spiritus divinus, qui per quatuor infuſus elementa gignit univerſa; igitur ſi de elementis & Deo naſcuntur omnia, unam originem habens, & par eſt natura omnium.* haec ille, quo ſimili oſtendit noſter, ut ipſemet infert, Romam totum orbem terrarum privilegio complexam ex orbe urbem feciſſe. CASTAL.

17. MUNDANI VERTICIS] Coeli medium Seneca lib. VII. Naturalium Quaeſtionum de Cometis diſputans, inquit, *ille enim a ſeptentrione in verticem ſurgens orientem petiit.* Macrobius lib. I. cap. 21. de Somnio Scipionis. *Et quia medium Coelum quaſi mundi vertex eſt*, idem lib. II. cap. 11. de Somnio Scipionis. Quid *mundanus* ſignificet, explicat his verbis. *Inde & mundanus, quia mundus proprie coelum vocatur*, & lib. I. cap. 20. *Ipſum quoque coelum, quod vere mundus vocatur.* Lucretius lib. I. *Nec magni ſidera mundi.* Idem ſaepius *mundum* pro coelo dixit. Virg. Georg. lib. I. 232.

*Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.*

& lib. IX. Aeneid. 93. *Torquet qui ſidera mundi.* Cic. de univerſo cap. 2. *Omne Coelum, ſive mundus, ſive quo aliquo vocabulo gaudet.* Claudianus in Manlii Theodori Aſtrologi conſulatum Prolog 9.

*Omnibus audimur terris, mundique per aures*
*Ibimus.*

Mundi, id eſt coeli, Auſ. Gallus in Eclogar. *Quos indefeſſa volvens vertigine mundus.* Seneca lib. I. Naturalium: *mundum ipſum praecipiti velocitate labentem, & ortus occaſuſque intra momentum temporis revolventes nemo noſtrum ſentit procedere.* Eodem lib. cap. I. *Ergo tu in tantis erroribus es, ut exiſtimes Deos mortium ſigna praemittere, & quid eſt in terris tam magnum, quod perire mundus ſciat?* CASTAL.

18 CONNUBIUM SUMMI CREDIMUS ESSE DEI.] Lege *ſummis Diis.* Aequat Senatum Romanum Diis immortalibus Poëta bona fide Paganus. Sic Nemeſianus I. Ecl. 50. *Concilium Deorum* dixit Senatum Romanum. Notandum autem, *connubium* dici conjunctionem arctiſſimam, concilium aut collegium velut indiſſolubile. Sic *conjugium perpetuum* dicit Appulejus. ubi alter cum altero ſepelitur lib. VIII. BART. Ut dixi, Deos minorum gentium, & turbam adſcriptorum in Deos, quos *plebem* vocat Ovidius, ſignificat, qui ut participes Jovis & Deorum Conſentium ſunt, ita & Senatores peregrini, Imperatoris & Procerum Romanorum collegae fiunt. *Connubii* voce potuit uſus eſſe, quia & Dii fiebant, quos Dea dignaretur cubili BURM.

19. AT MEA DILECTIS FORTUNA REVELLITUR ORIS,] Id eſt, urbem Romam multis nominibus mihi, omnibuſque cariſſimam invitus relinquo. CASTAL.

19. MEA FORTUNA] Id eſt, ego. Sic Horat. lib. III. Ode 5.

*Mens provida Reguli.* & 21.
*Narratur, & priſci Catonis ſaepe mero caluiſſe.*
*Virtus.* & Ode III. lib. I.
*Perrupit Acheronta Herculeus labor.*

Id eſt, Regulus, Cato, Hercules. CAST. Quinctil. Declam. CCCLXXVII. *reſpondebo verbis fortunae meae*, id eſt quae ſtatui meo miſero conveniunt. Ovid. II. Triſt. 138.

*Par-*

Digitized by Google

Indigenamque ſuum Gallica rura vocant.
Illa quidem longis nimium deformia bellis:
    Sed quam grata minus, tam miſeranda magis.
Securos levius crimen contemnere cives,
    Privatam repetunt publica damna fidem.
Praeſentes lacrimas tectis debemus avitis,

Pro-

*Parcaque fortunae ſunt data verba meae.*
In quo loco adhuc haereo. & ille ſaepe *fortunam ſuam*, vocat calamitatem & exilium. BURM.

20. INDIGENAM SUUM] Civem ſuum natura. Virg. VIII. 314.

*Haec nemora indigenae Fauni, Nymphaeque tenebant.*

ubi Servius & Donatus, *indigenas inde genitos* interpretantur. idem XII. 823.

*Nec vetus indigenas nomen mutare Latinos.*

Ovid. X. Met. 644.

*Eſt ager, indigenae Damaſenum nomine dicunt.*

*Saxa indigena* Rutilius dixit lib. II. 56.

*Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis.*

CASTAL. Recte: nam illis *alienigenae* opponuntur, de quibus vide Gronov. ad Livii lib. XXXI. 29.

21. ILLA QUIDEM LONGIS NIMIUM DEFORMIA BELLIS: SED QUAM GRATA MINUS, TAM MISERANDA MAGIS.] Locus ſumtus videtur ex Ciceronis lib. VI. Ep. 9. ad M. Marcellum. *Nunc vero nec locus tibi ullus dulcior eſſe debet patria, nec eam diligere minus debes, quod deformior eſt, ſed miſereri potius, nec multis claris viris orbatam privare etiam aſpectu tuo.* CAST. De Galliarum aliarumque nationum circa iſtam tempeſtatem clade Salvian. Maſſil. lib. VII. de gub. Dei. SITZM.

23. CONTEMNERE] Hic eſt negligere, non curae habere, nullo numero habere. ita Cicer. I. ad Att. 18. *quamquam ille paſtor Idaeus Menelaum ſolum contemſerat, hic noſter Paris tam Menelaum, quam Agamemnonem liberum non putavit.* ubi vide Manutii adnotationes. Propert. I. IV. 123.

*Nullas illa ſuis contemnet fletibus aras.*

id eſt omnes colet & reverebitur, nullas praeteribit. vid. inf. vſ. 120. BURM.

24. PRIVATAM REPETUNT PUBLICA DAMNA FIDEM.] Eruditiſſime & [illegible] dictum. Cum laborat Reſpublica, ſpectatur maxime & requiritur Fides privata, poſtponenda illi. BART.

25. PRAESENTES LACRIMAS TECTIS DEBEMUS AVITIS,] Coram dolendum eſt. *Lacrimas* autem ſine aſpiratione per tertiam vocalem noſtram ſcribimus ex veterum monumentorum fide, licet aſpiratio ſit in lapide pervetuſto, quem magno labore deſcripſimus, quod eſſet in pavimento S. Mariae Tranſpontinae omnium pedibus protritus. Pergratum iis, qui linguam Latinam auctam volunt, facturum me arbitror, ſi Epitaphium ſane antiquum verſibus conſcriptum vulgavero.

MVSA ET.
MEGISTE ET
ONESIMVS
MNÆ DVLCISSIMÆ.
FECIT.
VIXIT. ANN. VNO. MENSI. XI.
DIEB. XX. NATA. SET. IN. LACHRIMAS. SOLVM DOLOR OMNIBVS.
INFANS.
HIC. SITA. SVM. VIXI. TEMPVS. INANE MEIS ANNVS ERAT. NATÆ PRIMVS MOX DENDE SECVNDI.
LIMI... S. RAPVIT. ME. SIBI. PERSEPHONE.

Principem dictionem poſtremi verſus pene deletam LIMINIBVS inciſam fuiſſe conjicimus. CASTAL. Hunc lapidem pleniorem dat ex Mazochio Gruter. DCLIX. 7. ſed melius hic legitur *nata*, quam ibi *nota*; quod defenderet forte aliquis ex illis Ovidii III. Faſt. 482. *in lacrimas cognite Bacche meas*; ſed ibi



alia

Prodeſt admonitus ſaepe dolore labor.
Nec fas ulterius longas neſcire ruinas,
Quas mora ſuſpenſae multiplicavit opis.
Jam tempus, laceris poſt longa incendia fundis,
Vel paſtorales aedificare caſas.

Ipſi

alia res eſt. deinde *omnibus inſtat, & annus erat vitae pr. m. d. ſ. liminibus.* ut recte conjecit Caſtalio. de *limine* vitae vide ad Valer. Flac. I. 823. & nuper etiam doctiſſimus Markland. ad Stat. II. Silv. VI. 70. ubi hanc inſcriptionem advocat, & Oudendorpius noſter ad Lucan. II. 106. haec illuſtrarunt. BURM.

25. LACRIMAS TECTIS DEBEMUS AVITIS ] Symmachus lib. III. Epiſt. 7. *integer animus putat innocentiam ſuavem minus, ſi periculis ſuorum deſit.* BART.

25. TECTIS AVITIS ] Virg. Georg. III. 228. *regnis exceſſit avitis.* CASTAL.

26. PRODEST ADMONITUS &c. ] Labor per ſe ipſum numquam prodeſt quidem. Simile vero locutionis genus illi eſt apud Ovidium Epiſt. Penelopes.

*Sed mihi quid prodeſt veſtris disjecta lacertis*
*Ilios?*

Sane natura rei perditae non fert, ut prodeſſe poſſit, quippe quae jam non ſit. Nec infeliciter compoſuit iſti Ovidiano locum Lucani Joſ. Caſtalio, à Jul. Caeſ. Scaligero exagitatum, lib. IX. 828.

*Quid prodeſt miſeri Baſiliſcus cuſpide Myrrhi*
*Tranſactus.*

BART. Adverſ. XXV. 15.

26. LABOR. ] In ſuccurrendo afflictae patriae. Quantum vir bonus Patriae debeat, vide apud Ciceronem Somnio Scipionis. BART.

26. LABOR. ] Heinſ. malebat *favor*; neſcio, an non etiam rectius foret *admonitis*, ut ſuum laborem, quem jam ſuſcepturus eſſet in corrigendo ſtatu Galliae, profuturum magis civibus ſuis, admonitis quotidie (nam *ſaepe* jungendum cum *admonitis*) dolore ruinarum, dicat, quam ſi florentibus rebus illis adeſſet: tunc enim non magni facere ſolent curam & laborem virorum principum. ſed cum rerum afflictarum facies ſaepe illis ante oculos verſatur, tunc ſibi prodeſſe laborem reipub. impenſum vident & fatentur. BURM.

27. NEC FAS ULTERIUS LONGAS NESCIRE RUINAS, ] Conſule Joh. Savaron. ad Sidon. Apollin. Carm. VII. v. 295. *ſolitis defeſſa ruinis Gallia.* SITZM. *Neſcire* hic notat diſſimulare, vel non ſentire, non curare, ut abſentes ſolent: eo ſenſu ſaepe Statius. ut lib. V. 345. *tantoſque jubet neſcire labores.* VII. 675 & *ſua vulnera neſcit.* vid. inf. 246 BURM.

28. OPIS. ] Videtur itaque cum milite Gallias rediiſſe Rutilius. Aut certe plena poteſtate corrigendae provinciae; quod genus aevo poſteriore *Correctores* vocabant, Officium ipſum *Correcturam.* Prius eſt in inſcriptione Epiſtolae XXV. libri primi apud Iſidorum Peluſiotam. Eutropius lib. IX. *Qui quidem Tetricus & Corrector Lucaniae poſtmodo fuit, ac privatus diutiſſime vixit.* Apud Rufinum Joſepho libro XVIII. cap. 4. AIX. *Senatus ex decreto Germanicum mittit cuncta Syriae negotia correcturum. Correctura* ipſum officium. Auſonius Par. XXIV.

*Nam Correcturae tibi Tarraco Hibera Tribunal*
*Praebuit, affectans eſſe clienta tibi.*

Victor in Aureliano. *Ipſe in triumphum ductus Lucaniae correcturam, filioque veniam atque honorem Senatorum cooptavit.* BART.

29. LACERIS ] Vid infr. ad vſ. 331.

30. VEL ] *Vel* pro ſaltem hoc loco. CAST.

30. PASTORALES CASAS. ] Papinius Statius Theb. XII. 267. *Tectumque adgreſſa propinquae Paſtorale caſae.* IDEM.

30. CASAS. ] Hinc videtur in Hiſpaniſmum & Italiſmum hodiernos veniſſe quaſcunque domos caſarum appellatione cenſere. Cum nimirum Romanarum & Romano more conſtructarum aedium vaſtities à Barbaris tumultuariis primum caſis expleta. Vide, quae in Originum Hiſpanicarum Commentario notamus. BART. Magnifice laudat Stilichonem Claudian. in primo conſulatu vſ. 186.

*Grates Gallus agit, quod limite tutus inermi,*
*Et metuens hoſtile nihil, nova culmina totis*
*Aedi-*

Digitized by Google

Ipſi quin etiam fontes, ſi mittere vocem,
Ipſaque ſi poſſent arbuta noſtra loqui,
Ceſſantem juſtis poterant urguere querelis,
Et deſideriis addere vela meis.
Jamjam laxatis carae complexibus urbis

Vin-

*Aedificet ripis, & ſaevum gentibus amnem*
*Tibridis in morem domibus praevallet amoenis:*
Si hoc non licet Rutilio jactare vel ſperare, ſaltem caſas vult aedificare, & inſtruere agros cultoribus. BURM.

31. IPSI QUIN ETIAM FONTES,] Sic Virg. I. Ecl. 40.

*Ipſi te fontes, ipſa haec arbuſta vocabant.*

CASTAL. Arnob. lib. I. adverſ. gent. *Ipſa denique hiſcere ſi animantia muta potuiſſent: ſi in linguarum noſtrarum facilitatem ſolvi; imo ſi arbores, glebae, ſaxa ſenſu animata vitalis vocis ſonitum quirent & verborum articulos integrare, ita non duce natura & magiſtra, non incorruptae ſimplicitatis fide, & intelligerent eſſe Deum, & cunctorum dominum ſolum eſſe clamarent.* SITZM.

34. ET DESIDERIIS ADDERE VELA MEIS.] *Addere* pro *reddere*, quod erat in excuſis viſum eſt rectius, ut *addere calcar*, apud Horat. II. Ep. I. 217. Et *vatibus addere calcar.* CASTAL.

35. JAMJAM LAXATUS] Caſtalio repoſuit, *laxatis.* Puto, lectionem veterem tolerari poſſe, nec opus eſſe correctione. SITZM. Vetus Editio habet, *laxatus.* Quod ſi Rutilii eſſe credere malis, exempla non deſunt, ubi ſingulari numero ſuam narrationem plurali in eadem perſona clauſerunt optimi quique ſcriptores. Catullus Carm. cv.

*Reſtituis cupido atque inſperanti ipſa refers te,*
*Nobis, ô lucem candidiore nota.*

Cum *mihi* dicendum juxta Canonas Grammaticorum fuiſſet. Afranius Auctione. *Si hac, abſente nobis, veniat puer.* Pomponius Syris. *quidam apud forum Praeſente teſtibus mihi vendidit.* Auctor Scholaſticae declamationis, vice M. Tullii, in Salluſtium. *Quod ſi hoc fuit illis initium nominis, cur non aeque de nobis aeſtimetur, cujus & res geſtae illuſtres, & vita integerrime acta?* Appulejus Metamorph. I. *Abnueram, quippe qui jam affatim coenae proſpexeramus.* Claudianus lib. II. Stilicon. 392.

*Ut populus, quem ductor amas, quibus Africa per te*
*Nec prius auditas Rhodanus jam donat ariſtas.*

Salvianus Epiſtola IV. *Ne quaeſo tantum nobis iraſcimini, ut nec vobis conſulatis ſupplicante vobis.* Fulgentius ad Chalcidium: *abſolutum retribui, non faleratis ſermonum ſtudentes ſpumis.* Veſpa, Poëta Vetus, in Lite Piſtoris & Coci.

*Cruſtula nos Jano, ſponſae muſtacea mitto.*

Victor Uticenſis lib. I. de Perſec. Vandalica. *Miraculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad quem cuſtodia pertinebat, cum ſacramento teſtata eſt ita fuiſſe.* Petrus Pictavenſis Epiſt. *omnium liberalium diſciplinarum ſcientiam vos adſecutum videmus.* Lupus Epiſtol. CXXVII. *Sicut mandare dignati eſtis, vos procuraturum non dubito.* Petrus Mauritius libro I. Epiſtola I. *Inter caetera bona ſua, quae & ipſe ignoratis, acute erga vos fervens amore.* Engelhardus prologo Vitae Mechtildis. *Nam, ut ſcitis, vix hora una vobis aſſedi, qua capitula, vobis recitante, collegi.* Pariter etiam Hericus Monachus Altiſſiodorenſis de laudibus Germani, ut in Adverſariorum Commentariis ex MSto emaculavimus. BART. Habent, quo ſe tueantur variae hae unius verbi lectiones. Almelov. tentabat defendere primo *laxatus*, deinde conjiciebat *luctati*, ut *luctari complexu* Plinius dixit, de qua conſtructione nullum dubium: nam & Horat. I. Od. I. *luctantem Icariis fluctibus Africum* dixit, & ita alii: tandem probat *laxatis*; vel *laxati.* ſed ego *laxatus* praefero. ipſa enim vincula laxantur & rumpuntur, ut *relaxare vincula* dixit Ovid. II. Faſt. 321. *rumpere* ſaepius, & *remittere* II. Art. 291. *vincimur* ſcil. a deſiderio patriae, quod nos a complexibus

urbis

Vincimur, & ſerum vix toleramus iter.
Electum pelagus, quoniam terrena viarum
Plana madent fluviis, cautibus alta rigent.
Poſtquam Tuſcus ager, poſtquamque Aurelius agger

Per-

urbis Romae avellit, & iter diu dilatum, & ideo ſerum, licet aegre & reluctari diu, tamen toleramus & ingredimur. Vel vix toleramus ſerum iter, iraſcimur nobis, quod tam ſero iter ingrediamur, & nunc maxime feſtinamus. BURM.

37. TERRENA VIARUM] Terreſtre iter. CASTAL.

38. PLANA MADENT FLUVIIS,] Silius Italicus lib. IV. 701.

*Plana natant, putrique gelu liquentibus undis*
*Invida limoſa reſtagnant arva palude.*

IDEM. Heinſius malebat, *pluviis.* quod defendi poſſet. ita Ovid. VI. Faſt. 196.

*Aqua multa madeſcit humus.*

Sed & de inundatione per fluvios & torrentes poteſt capi. utrumque in alia re conjungit Grat. Cyn. 52.

——— *ſeu preſſa flumina valle*
*Inter opus, cauſſaeque malum fecere paludes,*
*Sive improviſus coelo perfuderit imber.*

Eligat ergo lector: potius tamen videtur, *fluviis:* ita in Taciti loco mox adducendo, *rivis incerta cetera* dixit. BURM.

39. POSTQUAM TUSCUS AGER,] *Tuſcia* Latinis, Θυσκία Dionyſ. Halicarnaſſeo lib. I. ἀπὸ τοῦ θύειν, à ſacrificando. *Tuſci*, inquit Servius, ad VIII. Aeneid. ἀπὸ τοῦ θύειν. Et inde Plinius lib. III. cap. 5. *Tuſcos* dictos notat à ſacrifico ritu. Fuiſſe enim Etruſcos prae caeteris Italiae populis eorum, quae ad Religionem & ſacrificia pertinebant, ad ſuperſtitionem uſque ſtudioſos: quanquam Dionyſius jam tum aevo ſuo ſtudium id Divinorum adeo apud eos exoleviſſe ſcribat, ut cunctarum nationum uni haberentur ſacrorum negligentiſſimi. Iude autem fit, ut nonnulli primam nominis literam arbitreutur aſpirandam. Alii Latinae faciunt originis ab *Ture* derivantes, inter quos Paul. Diaconus de geſtis Longobard. lib. II. cap. 16. Sext. Pomp. Feſt. Tuſciam à *Tuſco* rege, Herculis filio, denominatam ſcribit. Vid. Paul. Merulae Coſmograph. p. 2. lib. IV. cap. 21. SITZM. Mendoſa haec verba eſſe ſuſpicionem nobis movent, quae ſequuntur verſum DLXXXV. hujus libri; hic enim ſe adiiſſe Tuſcos negat, illic affirmat. Et quomodo juvem, fortaſſe non difficile indicatu, ſi conjectare liberet. BART. Sed haec nihili ſunt. hic agit de itinere Roma per Etruriam in Galliam. ibi vero, cum appuliſſet Piſas, per moram, quam in portu fecit, vidit quoque urbem, mox iterum mari continuaturus iter maritimum? & ita non per Etruriam iter inſtituit, ſed cum non ſponte in portum Piſarum eſſet rejectus, occaſione morae uſus, urbem Piſas videndi cupiditati ſatisfecit. BURM.

39. AURELIUS AGGER] Via Aurelia, quae ab urbe per Tuſciam, & Alpes maritimas ducebat, ut docet Antouinus. *Agger* autem militaris via dicebatur. Papinius Stat. lib. IV. Silv. IV. 2.

—— *Qua nobilis Appia creſcit,*
*In latus, & molles ſolidus premit agger harenas.*

Idem II. Silv. I. 190. *Flaminio quae limite Milvius agger Tranſvehit.* Amm. lib. XIX. *Tamquam itinerario aggere, vel ſuper poſito ponte complanatum ſpatium. Aggerem* autem gemina *gg* conſtare nemo non intelligit, quod non annotaſſem, niſi meudum irrepſiſſe in Panviniana editione animadvertiſſem. Librarius deceptus eſt fortaſſe ſimilitudine vocis, qua videtur Rutilius jocatus hoc verſu. *Poſtquam Tuſcus ager, poſtquamque Aurelius agger.* ſic habet lapis apud Reverendiſſimum D. Hadrianum Fuſconium Epiſcopum Aquini (Grut. DCLI. II.)

DIS. M.
L. CORFIDIO
SIGNINO
POMARIO
DE AGGER.
A. PROSEVCHA

Q.

Digitized by Google

Perpeſſus Geticas enſe vel igne manus,
Non ſilvas domibus, non flumina ponte coërcet,

In-

Q. SALLVSTIVS
HERMES
AMICO. BENE MERENTI
ET NVMERVM
OLLARVM DECEM.

CASTAL. *Viam Aureliam* intelligit, quam ad inferum mare fuiſſe Cic. docet. Ait enim in Anton. Philipp. XII. 9. *Tres viae ſunt ad Mutinam, quo feſtinat animus, à ſupero Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Caſſia.* Meminit etiam Aureliae viae Celſus J. C. l. quidam teſtamento XXX. ff. de legat. 2. SITZM. *Aggerem* eleganter ita deſcribit Paullinus de vita Martin. IV. vſ. 155.

*Carpebat praegreſſus iter, qua publicus agger*
*Porrigit erectam per plana jacentia molem.*

ubi vide comment. hunc locum confer cum Tacit. I. An 63. ubi pontes longos deſcribit. *Anguſtus is trames, vaſtas inter paludes, & quondam a L. Domitio aggeratus.* & poſtea *ruptos vetuſtate pontes* dicit, ut hic *agger* Aurelius, ſive via pontibus ruptis incommodum iter praebebat. *Agger* pro via militari & publica ſaepe apud Sidonium, & alios ejus aevi ſcriptores occurrit. vid. Lindenb. ad Amm. lib. XVIII. 8. BURM.

40. MANUS GETICAS] Gothos eſſe Getas, qui Gothi ſunt appellati, Iſidorus Etymolog. lib. IX. 2. docet his verbis. *Gothi a Magoth filio Japhet nominati putantur de ſimilitudine ultimae ſyllabae, quos veteres magis Getas, quam Gothos vocavere: gens fortis, & potentiſſima, mole ardua corporum, armorum genere terribilis, de quibus Lucanus.* Hinc Dacus premat, inde Getae ſuccurrat Hiberus. *Daci autem Gothorum ſoboles fuerunt, & dictos putant Dacos quaſi Dagos, quia de Gothorum ſtirpe creati ſunt.* CASTAL.

40. ENSE VEL IGNE] Haec duo conjunxit Seneca lib. I. Quaeſtionum Naturalium. *Hoc eſt illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igne dividitur.* IDEM. Uſitatiſſima haec conjunctio *ignis* & *ferri* vel *enſis*, *teli*, &c. vid. ad Suet. Claud. XXI. quae notabimus. BURM.

40. ENSE VEL IGNE MANUS] *Vel* conjunctiva, ut apud Virg. lib. VI. 796. *pariter pietate vel armis Egregius.* CASTAL. Vid. infr. lib. II. vſ. 41. & ſeq. SITZM. *Tò vel* eam vim habet, quam ſolet alias, & quidem Latinius & melius, ET, exemplis apud poſteriorum temporum ſcriptores non infrequentibus. Gallus Confeſſor in Sermone, qui unicus ad nos pervenit, à nobis nuper Commentariolo illuſtratus, & jam Typographo traditus. *Cum autem expenſae, quas dè Aegypto ſecum tulerant, Hebraeis deficerent, dedit eis Deus panem vel carnes de coelo.* Notkerus in Hymno Stephani.

*Primus ex ſeptem niveis columnis*
*A Petro electus, Stephanus, beato,*
*Voce vel ſignis medicans miſellis,*
*Claret in orbe.*

Minuta haec minus obſervata aut cognita in hoc genere auctorum omnia difficilia & obſcura faciunt. Sic Venantius Fortunatus lib. I. de Vita B. Martini.

*Nam Patris ac Geniti aequalem, vel Flaminis almi fatetur honorem.*

Victor Uticenſis lib. I. de Perſecut. Vandal. *jam libros confecerat, exceptis innumerabilibus Epiſtolis, vel expoſitione totius Pſalteris & Evangeliorum.* Paulus Warnefridus Hiſtor. Longobard. lib. II. cap. 3. *In arte Grammatica ſive Rhetorica, ſive etiam Muſica clariſſimus extitit.* Arator ad Florianum. *Naturaeque modo, quam rerum condidit auctor, Concordent ſtudiis celſa vel ima tuis.* Sic & Evantius Abbas in Epiſtola de eſu Sanguinis. *Nec abeſt tamen idem uſus à Latinioribus.* Cenſorinus cap. 4. de Die Natali. *Ut in Colchide vel in Boeotia dentibus armati partus.* Utrobique enim tales fingunt fabulae Poëtarum. BART. Et ita Claud. Bel. Get. 131.

*Pectora Fabricii donis invicta vel armis.*

Vid. & Salmaſ. ad Tertul. Pall. pag. m. 403. BURM.

41. SILVAS DOMIBUS,] Manſionibus aut ſtationibus, ſive mutationibus, ubi vectura mutabatur, conſtabant viae Romanae, ut clare videmus in Aethici Antonini Itinerario, & alio veteri à Burdigala Hieroſolymas, quod

Incerto ſatius credere vela mari.
Crebra relinquendis infigimus oſcula portis,

In-

edidit Petrus Pithoeus ſacroſanctae litteratis memoriae ſcriptor. Erant tamen in viis & *Explorationes*, & *Caſtella*, & *Munimenta*, uti rebus neceſſariis alibi à nobis demonſtratum eſt. Rutilius queritur, violentis Barbarorum vaſtationibus dirutis domibus in locis quondam cultis tum ſilvas ſentesque ſucceviſſe. BART.

41. NON SILVAS DOMIBUS, NON FLUMINA PONTE COËRCET.] Quae, cum ſcriberet Rutilius in animo habuit hoc Virgilii *pontem indignatus Araxes.* Quaſi indignantia dicas. Silius l. III. 616.

*Idem indignantem tranſmittere Dardana ſigna*
*Sarmaticis victor compeſcit caedibus Iſtrum.*

Ita Statius quoque & ejus imitator Claudianus. Silvas vero domibus, cultu & habitatione loca ſenta & tesqua ſignificat. IDEM. Adverſ. XXV. 15. Durior locutio *coërcere ſilvas domibus*; ſed verbo uno uſus, alterum forte, *frequentat*, vel *ſecuras facit*, vel ſimile debet intellectu ſuppleri; ut ſaepe ſolent. niſi per *ſilvas* intelligat latrones, qui ſilvas infeſtas faciebant; quae coërceri poſſunt domibus, id eſt ſtationibus, in quibus milites diſponantur, ut tutas faciant viatoribus ſilvas. *flumina* vero *ponte* recte *coërceri* dicuntur, quia pontes quaſi jugum imponuntur. Flor. III. 10. *cum Rhenum ſuum ſic ponte, quaſi jugo captum viderent.* Inſcriptio in Ponte Salario apud Gruter. CLXI. 7.

*Qui voluit rigidas Gothorum ſubdere mentes,*
*Hic docuit durum flumina ferre jugum.*

Infeſtum itaque iter per ſilvas latronibus, nec per flumina tranſitum dari abruptis pontibus queritur. Heinſ. corrigebat *villas.* ſed quid eſt *villas coërcere domibus*? BURM.

42. INCERTO CREDERE VELA MARI.] Elegantiſſime. Credit enim ſe ſpesque ſuas pelago, qui navigat; credit vero etiam incerto. Et ſic ſaepius loquuntur ad ſtultitiam mortalium navigantium ſubnotandam doctiſſimi Poëtae. Juvenalis XII. 57.

*I nunc, & ventis animam committe, dolato*
*Confiſus ligno, digitis à morte receptus*
*Quattuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima taeda.*

Quod eruditiſſimus auctor ex Scytharum Sapientis Anacharſidis dicto tranſtulit. μικρὸν τεττάρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεώς, τοσοῦτον, ἔφη, τοῦ θανάτου τοὺς πλέοντας ἀπέχειν. Seneca. *Animam levibus credidit auris.* Pedo Albinovanus Navigatione Germanici. *Seque feris credunt, per inertia fata, marinis.* Qui *inertia fata* tarda & morantia cum ſarcaſmo quodam dixit, velut non auferentia de medio vitae eos, qui mortem ultro quaererent. Columella in Praefatione. *Ut rupto foedere Naturae, terreſtre animal homo, ventorum & maris objectus irae ſe audeat fluctibus credere.* Erudite idem extulit Avienus, Poëta magni, interdum etiam nimii ſpiritus, Periegeſi.

——— ——— *exſul ab oris*
*Omnibus externas veheret per inhoſpita gazas*
*Aequora, & inſano penderet ſaepe profundo.*

Quaſi dicat à nutu & voluntate fluctuum. Gildaſius in Querulo. *Age igitur, conſcende maria, te tuaſque pariter undis & fluctibus credito.* Fauſtus Rejenſis lib. I. contra Pelagium. *Proviſo gubernatore navim fluctibus credunt.* Quintus Cicero, nobiliſſimo in foeminas Epigrammate.

*Crede ratem ventis, animum ne crede puellis,*
*Namque eſt foeminea tutior unda fide.*

Metellus in Quirinalibus: *Commiſſa ligno ſpes hominum tremit.* Claudianus. *Tranquillis primum trepidus ſe credidit undis.* Sympoſius, interpres Apollonii Tyrii: *Hora noctis tertia navim adſcendit, tradiditque ſe pelago.* Sic contra *fidem* in aequore agnoſcunt ſcriptores, ut & *perfidiam.* Carfilis in Reſponſis. τί ἄπιστον? θάλασσα. &c. BART.

43. CREBRA RELINQUENDIS INFIGIMUS OSCULA PORTIS,] Nota morem, non omnibus obſervatum. Diſcedentes, aut longius aliquod iter adornantes, vel *portas* oſculabantur, ut fecit noſter Rutilius: vel *poſtes* & *limina.* Ammian. Marcellin. XXV. 9. *Moenia permixta ſunt lamentis & luctu: & per*

omnia

Digitized by Google

Inviti ſuperant limina ſacra pedes.
Oramus veniam lacrimis, & laude litamus,
In quantum fletus currere verba ſinit.



*omnia civitatis membra una vox cunctorum erat gementium, cum lacerarct crines matrona exſul fuganda laribus, in quibus nata erat & educata, orbataque mater liberis vel conjuge viduata, procul ab eorum manibus pelleretur: & turba flebilis poſtes penatum amplexa vel limina lacrimabat:* vel *ripas*. Valer. Flac. lib. IV. Argonaut. 373.

*Ultima tum patriae cedens dedit oſcula ripae.* Advenientibus id fuiſſe ſolemne, ut ingreſſi regionem aliquam, ad eamve ex intervallo reverſi, religioſe eam ſalutarent ex Plauto, & aliis veteribus ſcriptoribus notiſſimum eſt. Sed & recens exemplum. De Carolo V. Imper. recenſet Jacobus Aug. Thuanus lib. XVII. hiſt. *Euro propitio provectus ſine ulla nauſea in Hiſpaniam trajiciens Laredum in Cantabria portum appulit. Quo loco magna procerum operientium, nobilitatis ac civitatum legatorum felicem reditum gratulantium turba exceptus eſt. Ubi terram tetigit, id Caeſariani ſcriptores prodidere, proſtratus oſculum fixit, & Salve, inquit, mihi optatiſſima mater: nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tanquam alteram matrem redeo, & quod unum poſſum, pro tam multis in me meritis corpuſculum hoc, & oſſa mea do dedicoque: continuoque de abdicatione jam facta ritu ſolemni denno celebranda cogitare coepit.* SITZM. Ammianus lib. XXV. *Cum lacerarct crines matrona exſul fuganda laribus, in quibus nata erat & educata, orbataque mater liberis vel conjuge viduata, procul ab eorum manibus pelleretur, & turba flebilis poſtes penatium amplexa vel limina lacrimabat.* De oſculationibus multa collegerunt Lipſius, Briſſonius, Marcellus Donatus, & alii. Locum Ammiani, licet alterius rei, video etiam laudaſſe virum Clariſſimum & praecellentem doctrinâ, Theod. Sitzmannum, amicum meum. BART.

44. LIMINA SACRA] Scilicet portae, ex qua egrediebatur: Romam enim ut numen, & urbem totam, ut templum ſibi proponit. vid. ſupr. vſ. 3. & 16. BURM.

45. LAUDE LITAMUS,] Laudatione placamus, quae ſacrificii loco ſit. Legendus eſt Ariſtides in prooemio de laudibus Romae, quem imitatus eſt noſter. CASTAL. Malim, *Oramus veniam. lacrimis & laude litamus.* Veniam oramus, quod diſcedimus a numine tuo, ſed lacrimis & laudatione litamus. *laude* vero explico actione gratiarum; ut ita *grates & laudes agere*, de quibus v. Gron. ad Liv. XXVI. 47. & ad Suet. Tit. ult. & hoc ſequentia volunt. vſ. 53. BURM.

46. IN QUANTUM] Quantum, quatenus. Plinius Junior in Epiſtolis. *A me, in quantum poteris, requirentur.* Senec. de Benef. lib. I. *Danti in tantum producenda notitia eſt muneris ſui, in quantum delectatura eſt, cui datur: in tantum* extulit etiam Plinius ſenior lib. XXX. cap. I. *in tantum fides iſtis.* Virg. lib. VI. *in tantum ſpe tollit avos.* CASTAL. *In quantum*, h. e. quatenus. Seneca lib. VI. de benefic. c. 23. *Vide, in quantum corporibus vagari liceat.* Idem 7. controverſ. in praefat. *Sufficiebat illi, in quantum voluerat, explicandi vis.* Julius Frontinus lib. de controverſ. lim. *Rerum ad profeſſionem noſtram pertinentium, in quantum potui occupatus, ſpecies, qualitates, conditiones, modum & numerum excuſſi.* Tert. de teſtimon. animae adv. gent. c. ult. *Omnis anima rea & teſtis eſt; in tantum & rea erroris, in quantum teſtis veritatis.* Sidon. Apollin. *Parco libens, in quantum epiſtolaris pagina ſinit.* SITZM. Barbari ſunt, qui Barbariae hoc genus loquendi damnant. Vide animadverſiones ad Claudianum. Quae de Laudibus Urbis Dominae modo ſubjunguntur, ea illuſtrare nobis animus non eſt, non enim Commentaria ſcribimus, & ſunt hoc genus plurima obſervata à nobis in *Altera recenſione noſtri Poëtae*, Theodoro Sitzmanno ad hunc locum, Juſto Lipſio libris de Magnitudine Romana, Julio Caeſare Bulengero de Imperatore libro I, Philippo Berterio Pithanon primo, Lindenbrogio ad Ammianum. BART. De hac formula vide ſis BART. Adverſarior. l. XXIV. cap. 3. Quod Latine dicatur *in quantum* toto capite LXX. Conjectaneorum adſtruit Prolemaeus

Exaudi, Regina tui pulcherrima mundi,
Inter ſidereos Roma recepta polos.
Exaudi genetrix hominum, genetrixque Deorum:

Non

maeus Flavius. Macrob. Saturn. I. 2. *in quantum potero, animo repetam.* vid. ad Vellej. Paterc. II. 14. & 53. & ad Ovid. XI. Met. 71. & ad Claud. IV. Conſ. Honor. 412. & alibi ſaepe. BURM.

47. REGINA TUI MUNDI,] Ammianus lib. XIV. *Per omnes tamen quotquot ſunt partes terrarum ut domina ſuſpiceris & Regina.* CASTAL. Virgil. II. Georg. 534.

*Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma,*
*Septemque una ſibi muro circumdedit arces.*

*Reginam* vocant eandem Athenaeus, & Ammian. Marcell. XIV. 6. S. Joh. Chryſoſtomo in Epiſt. ad Rom. hom. 2. πόλεων κορυφὴ dicitur. Idem in ead. vocat eam πόλιν λαμπρὰν, καὶ μεγάλην, καὶ αὐτὴν ἣν ἅπασα ἔβλεπεν ἡ οἰκουμένη. Gloſſar. Graecolat. Βασιλὶς πόλις, *regina urbs.* proculdubio de Roma vel Conſtantinopoli. Omnino autem exiſtimo, Rutilium mutuatum hoc fuiſſe ab Erinna poëtria, quae vixit ſub Pompeji aut circiter aevum, cujus verſus laudat J. Lipſius de magnitudine Romana, cap. 2. eoſque his verbis Latio donat:

*Filia ô Martis mihi, Roma, ſalve,*
*Aureo regina decora cultu*
*Quae vel in terram ſtabiles Olympi.*
*Incolis arces.* SITZM.

48. INTER SIDEREOS ROMA RECEPTA POLOS.] Papin. Stat. lib. X. *ſiderei regina poli.* CASTAL. Ovid. I. Faſtor. 209.

*At poſtquam fortuna loci caput extulit hujus,*
*Et tetigit ſummo vertice Roma Deos:*
*Creverunt & opes.*

SITZM. Numen enim & aeternitatem habere dicebatur. Xiphilinus in Severo. καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Ῥώμην καὶ βασιλίδα καὶ ἀθάνατον ὀνομάζοντες, μέχρι πότε τοιαῦτα πάσχομεν, ἐκεκράγεσαν. Commune Veneris & Romae Templum idem ſcriptor memorat in Adriano, αὐτὸς μὲν γὰρ τοῦ τε τῆς Ἀφροδίτης, τοῦ τε Ῥώμης ναοῦ τὸ διάγραμμα αὐτῷ πέμψας δι' ἔνδειξιν, ὅτι καὶ ἄνευ ἐκείνου μέγα ἔργον γίγνεσθαι δύναται, ἤρετο εἰ εὖ ἔχοι τὸ κατασκεύασμα. Quae verba ita tranſtulit Gulielmus Xylander, ut minime intellexiſſe omnes videant. Poteſt & ad magnificentiam aedificiorum & fanorum intelligi, quibus aliud velut coelum omnibus Diis habitabatur Roma. Manilius IV. 692.

——— *maxima bellis*
*Italia, in ſummam quam rerum maxima Roma.*
*Impoſuit terris, coeloque adjungitur ipſa.*

BART.

49. GENETRIX HOMINUM, GENETRIXQUE DEORUM:] Auſonius.

*Prima urbes inter divum domus aurea Romae.*

Claudianus Panegyrico I. Stilichonis.

*Matrem Regumque Ducumque.*

*Genetrix* autem in ſecundâ ſyllaba ſecundam vocalem retinet, non tertiam, ut vulgo fit corruptiſſime, quod etiam animadvertit Joſ. Pierius in Virg. Quam ſcribendi rationem praeter libros manuſcriptos lapides hi, quos ipſe vidi, ac deſcripſi Romae, tuentur in Baſilica S. Crucis in Hieruſalem. (Gruter. CCLXXXIV. I.)

DOMINÆ. NOSTRÆ. FL. JUL.
HELENÆ. PIISSIMÆ. AVG.
GENETRICI. D. N. CONSTANTINI.
MAXIMI. VICTORIS.
CLEMENTISSIMI. SEMPER
AVGVSTI AVIÆ CONSTANTINI.
ET CONSTANTI. BEATISSIMORVM. CAESARVM
JVLIVS. MAXIMILIANVS. V. C. COMES
PIETATI. EJVS. SEMPER. DICATIS.

Et in pavimento Baſilicae S. Pauli; nolumus enim, quidquam, quod ad locupletandam Latinam linguam pertineat, deperire.

*Poſt mortem ſi vivit amor, ſi gratia priſca;*
*Durat in arcanum mentis adacta bonum.*
*Quamvis luctificum, fratris tamen accipe carmen,*
*Ne mala ſit tumulis extera lingua tuis.*
*Te natura parens omni depinxerat arte,*
*Moribus, ingenio, corpore, mente, fide.*

*Pu-*

Non procul à coelo per tua templa ſumus.
Te canimus, ſemperque, ſinent dum fata, canemus,
Soſpes nemo poteſt immemor eſſe tui.

Obrue-

*Purus amicitiae cultor, ſervator honeſti,*
*Eloquio miſeros, vel pietate fovens,*
*Hinc eſt, quod toto ſemper te flebimus aevo,*
*Quod fuerat juveni vis tibi multa ſenis.*
*Te genetrix, fratreſque ſimul, te compare luctu*
*Perpetuis lacrimis plangit amata Domus.*

CASTAL. Communis humano generi mater. Claudianus lib. III. de Laudibus Stilicomis 150.

*Haec eſt, in gremium victos quae ſola recepit,*
*Humanumque genus communi nomine fovit,*
*Matris, non Dominae ritu; civeſque vocavit,*
*Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.*

Vide Berterium initio Pithanon, Iſaacum Caſaubonum ad librum primum Polybii, pag. 46. SITZM. Ad Caeſarum & Procerum Romanorum gloriam hoc dicit. Coelum enim adire poſt mortem communis tum adulantium Poëtarum erat ſententia. Manilius I. 796.

*—— Veneriſque ab origine proles*
*Julia deſcendit coelo, coelumque replevit,*
*Quod regit Auguſtus, ſocio per ſigna Tonante,*
*Cernit & in coetu Divum, magnumque Quirinum,*
*Altius aetherei qua candet circulus orbis,*
*Illa Deûm ſedes, haec illis proxima. Divûm*
*Qui virtute ſuâ ſimiles, veſtigia tangunt.*

Quae verba perpendere vellem eruditiſſimum virum Caſperium Gevartium, amicum meum, cui perſuadere aetatem Manilii Auguſtaeam non poteram. Pariter autem quae de Tiberio, nec ullo modo alio quopiam, exſtant in libro Quarto ejuſdem 761.

*—— felix terraque marique*
*Es Rhodos, hoſpitium recturi principis orbem,*
*Tuque domus vere Solis, cui tota ſacrata es,*
*Cum caperes lumen magni ſub Caeſare mundi.*

*Recturus Tiberius* jam Imperio deſtinatus erat; jam annis affectus, cum ſuperius poſito loco jam eum Aſtris praeficiat Manilius, Tiberio per adulationem Reipublicae ſummam adſcribens; & optime Θεῖος Scaliger, qui quartum annum ante exceſſum Auguſti huic Aſtronomico aſſignat, recentiſſimâ enim clade Varianâ Manilius ſcribebat. *Genetrix* vero *Deorum*, quia non accepit ſolum Roma, ſed dedit etiam Deos, Claudianus Bello Gildonico 131.

*Moerent indigetes, & ſi quos Roma recepit,*
*Aut dedit ipſa Deos.*

Papinius Equo Maximo, de Julio Caeſare I. Silv. I. 22.

*—— hinc obvia limina pandit,*
*Qui feſſus bellis, aſſertae munere prolis,*
*Primus iter noſtris oſtendit in aethera Divis.*

Valerius Maximus lib. I. *Deos enim reliquos accepimus, Caeſares dedimus.* BART.

50. NON PROCUL A COELO] Martial. lib. X. Epig. 51.

*— Capitolini ſummum penetrale Tonantis,*
*Quaeque nitent coelo proxima templa ſuo.*

SITZM. Claudianus de eadem Urbe, ſupra laudato III. Stil. libro.

*Cujus nec ſpatium viſus, nec corda decorem,*
*Nec laudem vox ulla capit; quae luce metalli*
*Aemula, vicinis faſtigia conſerit aſtris.*

Sibyllinorum farrago, lib. VII.

Ῥώμη καρβεζόμενα Μακεδονίην μετ᾽ λογχῶν
Ἀτρέψεις ἐς Ὄλυμπον.

De altitudine Templorum Ariſtides in divino Panegyrico p. 347. καὶ μὴν δὴ ὑψ᾽ ἐπιπολῆς γε κέχυνται. ἀλλ᾽ ἀτεχνῶς πολὺ ὑπὲρ τὸ παράδειγμα. ἐπὶ πλεῖστον ἄνω ἥκει τοῦ ἀέρος, ὡς εἶναι μὴ χιόνας καλύψει τὸ ὕψος ἀπεικάσαι, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοῖς πρέπουσι. BART.

52. SOSPES NEMO POTEST] Romam poëta alloquitur, quam ſe ſemper carmine frequentaturum ait, & addit, nullum ſoſpitem poſſe eſſe immemorem: at qui naſum habet, videbit continuo τὸ *Soſpes* à mala manu eſſe: lego,

*Hoſpes nemo poteſt.*

Hoſpes ſcilicet, qui Romae habitaverit, ut ipſe,



Gal-

Obruerint citius ſcelerata oblivia ſolem,
  Quam tuus ex noſtro corde recedat honos,
Nam Solis radiis aequalia munera tendis,
  Qua circumfuſus fluctuat Oceanus.

Vol-

Gallia enim oriundus Romae urbis praefecturam adminiſtravit, & ibi deſedit. CUPERUS *Obſerv. lib.* II. *c.* 6. Sed quia praeceſſit, *ſinent dum fata*, liquet, *ſoſpes* eſſe legendum.

53. OBRUERINT CITIUS SCELERATA OBLIVIA SOLEM, ] Id eſt, Solis, quem quotidie cernimus, oblivifcemur facilius. CASTAL.

53. SCELERATA OBLIVIA ] Quidquid ferum, abſonum, horrendum, immane, *ſceleratum* eſt vere Latinis ſcriptoribus. Claudianus lib. I. in Rufinum de Avaritia ejus monſtri, *Creſcebat ſcelerata ſitis.* Arnobius lib. II. *Neſciens hoc facto ei, cui videatur officere, dari ab ſe lucem, & ſceleratam eripi caecitatem.* Virgilius Georg. II. —— *ſceleratum exquirere frigus.* Pro verſuto, & deceptore Horatius lib. II. Sat. 3.

—— *mille adde catenas*
*Effugiet tamen haec ſceleratus vincula Protheus,*
*Cum rapies in jura, malis gaudentem alienis,*
*Fiet aper, modo avis, modo ſaxum, & cum volet arbos.*

Moleſto & incommodo Martialis lib. III. Epigr. 50.

*Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens*
*Inter lactucas oxygarumque, Liber.*
*Quod ſi non ſcombris ſcelerata poëmata donas,*
*Coenabis ſolus jam, Ligurine, domi.*

BART.

53. OBRUERINT CITIUS SCELERATA OBLIVIA ] Virgiliana eſt imitatio, qui pro moleſtiſſimo & impio velut frigore *ſceleratum* dixit. Ita eruditiſſimus etiam Arnobius *ſceleratam caecitatem* libro II. adverſus gentes. IDEM. *Adverſ.* XXV. *cap.* 15. Heinſius conjiciebat, *celatum oblivia ſolem.*

54. QUAM TUUS EX NOSTRO CORDE RECEDAT HONOS, ] Virg. Ecl. I.

*Quam noſtro illius labatur pectore vultus.*
CASTAL.

55. NAM SOLIS RADIIS AEQUALIA MUNERA TENDIS, ] Ariſtidis encomio Romae ſententiam videtur expreſſiſſe; Τὴν ἔσωθεν ἡλίου πορείαν οἶμαι ἀρχὴν ὑμετέραν, καὶ τὸν ἥλιον διὰ τῆς ὑμετέρας πορεύεσθαι. CASTAL. Recte annotavit Joſeph. Caſtalio Rutilium Ariſtidis Orat. in Romam, expreſſiſſe ſententiam. Verba Ariſtidis, interp. Guil. Cantero haèc ſunt: *Quod de Aſia dixit auctor quidam, quantamcunque Sol peragraret regionem huic unum imperare Regem (id quod falſo protulit, quandoquidem Africam totam atque Europam Solis ortu & occaſu exemit) id jam verum eſt effectum, quando & Solis curſus veſtro aequalis eſt imperio, & veſtram urbem Sol peragrat.* Salluſt. Catilin. *Ea tempeſtate mihi imperium R. P. multo maxime miſerabile viſum eſt, cui eum ad occaſum ab ortu Solis omnia domita armis paterent, domo otium atque divitiae affluerent* &c. SITZM.

55. NAM SOLIS RADIIS AEQUALIA MUNERA TENDIS, ] Utcumque haec lectio valeat defendi. At Rutilius videtur ſcripſiſſe.

—— *Solis radiis aequalia moenia tendit.*

Romam enim ampleram moenibus terrarum orbem ait, ut coelum tangere templis. BART. *Adverſ.* l. XXII. c. 17. libro autem XXXI. cap. 8. legitur *munia*, quod an ſtudio auctoris, an vitio typographico, mihi incertum eſt.

56. QUA CIRCUMFUSUS FLUCTUAT OCEANUS. ] Omnem τὴν οἰκουμένην ſubeſſe Romano imperio per adulationem dicit. Ariſtides in Panegyrico etiam ultra Oceanum inſulas Romanis legibus parere ſcribit p. 359. ἐκφεύγει γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν, οὐ πόλις, οὐκ ἔθνος, οὐ λιμὴν, οὐ χωρίον, πλὴν εἴ τινων ἄρα ἀχρεῖον κατέγνωτε. Ἐρυθρά τῃ θάλασσα, καὶ Νείλου καταῤῥάκται, καὶ λίμνη Μαιῶτις, ἃ τοῖς πρότερον ἐν πέρασι γῆς ἐκεῖτο, ἴσα καὶ αὐτῆς ἑρκία τῇ δὲ τῇ πόλει. ὃν γε μὴν ἐπίστευον τινὲς τῶν λογοποιῶν μὴ εἶναι τὸ παράπαν ὠκεανόν; μήτε περιῤῥεῖν τὴν γῆν, ποιητὰς τε εὑρόντας τοὔνομα, ψυχαγωγίας ἕνεκα εἰς ποίησιν θεῖναι, τοῦτον οὕτω καλῶς ἀνεύρετε, ὥστε οὐδὲ ἡ ἐνταῦθα νῆσος ὑμᾶς διέφυγε. Homerum vero excogitaſſe Oceanum, neque eum in rerum Natura eſſe multi olim ſuſpicati ſunt, & inter eos, ut verba ejus ſonant,

Digitized by Google

Volvitur ipſe tibi, qui còntinet omnia, Phoebus,

Eque

nant, non parum culpae commiſit Herodotus. Vide, quae in recenſito Opere ad Claudianum primo in Rufinum notamus BART. *Munera tendere* Latine dici, mihi numquam perſuaderi poterit. *moenia* Barthii poſſet tolerari, ut Roma ſicut ſol per omnem orbem majeſtatem ſuam diffundat. ſed & hoc durius dictum. Cl. Graevius *munera fundis*, eo ſenſu, quo in illis locutionibus, *facere ſui muneris*, ſeu *beneficii*; ut munera ſua tam late funderet, quam radii ſolis illuſtrant orbem: cogitabam aliquando, *ſolis radios aequali munere penſas.* nam *penſare* eſt par reddere, aequare, Calpurn. IV. 141.

*Nolit penſare palatia coelo.*

vid. & ad III. Ecl. 83. ſed dubito etiam de ſanitate hujus loci. BURM.

56. QUA CIRCUMFUSUS FLUCTUAT OCEANUS] Ita fere Ovid. in Epiſt. Deian.

*Qua latum Nereus coeruleus ambit humum.*

De magnitudine & amplitudine imperii Rom. ſic Cic. Orat. de provinc. conſularibus cap. 12. *Jamdiu mare videmus illud immenſum, cujus fervore non ſolum maritimi curſus, ſed urbes etiam, & viae militares jam tenebantur, virtute Cn. Pompei ſic à populo Rom. ab Oceano uſque ad ultimum Pontum, tanquam unum aliquem portum tutum, & clauſum teneri, nationes eas, quae numero hominum, ac multitudine ipſa poterant in Provincias noſtras redundare: ita ab eodem eſſe partim reciſas, partim repreſſas: ut Aſia, quae imperium antea noſtrum terminabat: nunc novis tribus provinciis ipſa cingatur. Poſſum de omni regione, de omni hoſtium genere dicere. nulla gens eſt, quae non aut ita ſubacta ſit, ut vix exſtet, aut ita domita, ut quieſcat, aut ita pacata, ut victoria noſtra imperioque laetetur.* Ariſtides Orat. in Romam: Ὅν γε μὲν πιςεύουσι τινὲς τῶν λογοποιῶν μὴ εἶναι τὸ παράπαν Ὠκεανὸν, μηδὲ περιῤῥεῖν τὴν γῆν, ποιητὰς δ᾽ εὑρόντας τοὔνομα ψυχαγωγίας ἕνεκα εἰς ποίησιν θεῖναι, τοῦτον οὕτω καλῶς ἀνεύρετε, ὥστε οὐδ᾽ ἡ ἐνταῦθα νῆσος ὑμᾶς διέφυγε. hoc eſt. *Oceanum autem, quem multi ſcriptores nec exſtare prorſus, neque terram ambire credebant, verum Poëtas nomen hoc fictum ad delectationem verſibus ſuis inſeruiſſe, tam probe reperiſtis, ut nec, quae in eo erat inſula, vos latuerit.* Minuc. Felix in Octav. *Sic eorum poteſtas & authoritas totius orbis ambitus occupavit: ſic imperium ſuum ultra Solis vias, & ipſius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religioſam, dum urbem muniunt ſacrorum religionibus.* Aethicus in pr. Coſmograph. *Lectionum pervigili cura comperimus, S. P. Q. R. totius mundi dominos, domitores orbis & praeſules: qui, quicquid ſubjacet coelo, penetrarent triumphis, omnem terram Oceani lymbo circumdatam.* Dionyſ. Halicarnaſ. ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐςιν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἀνθρώπων κατοικεῖται. πάσης δὲ κρατεῖ θαλάσσης, οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς Ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐςι, πρώτη καὶ μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένων, ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησαμένη τῆς δυναστείας. hoc eſt. *Romana urbs imperat toti terrae, qua quidem inacceſſa non ſit, habitaturque ab hominibus; ſed & toti mari imperat, non ſolum huic intra columnas Herculeas, ſed ipſi Oceano, quacunque eſt navigabilis; primaque & ſola ab omnis aevi memoria terminos ſibi potentiae fecit, Orientem, & Occidentem.* Quibus quidem verbis terras omnes & maria Halicarnaſſaeus tribuit, ſed ut decuit hiſtoricum bonae fidei, cum aliqua reſtrictione aut exceptione: ſejungitque inacceſſa aut inhabitata loca, itemque maria ignota. Enim vero ſi propius inſpicias, nec habitata quidem omnia loca ſub imperio habuit, & multa ſub Parthorum jure ad Orientem fuère; multa libera, aut ſub regibus ad Septentrionem ac Meridiem: ſed quicquid opportunum aut dignum vinci videbatur, vicit. Caetera non tam non potuit, quam contempſit, & judicio reliquit. Sed illud nemo negaverit, florem Aſiae, Africae, Europae in hoc imperio fuiſſe, ipſa gentium robora, ingenia, opes. Quod ut clarius tibi liqueat, adi J. Lipſium lib. I. de magnitud. Rom. lib. III. ubi, quid in triplici hac mundi plaga habuerit, ſtrictim & per indicem dicit: atque id cum imperium maximum & in culmine ſuo fuit, ut ab Auguſto ad Trajanum. SITZM.

57. VOLVITUR IPSE TIBI, QUI CONTINET OMNIA PHOEBUS,] Cic. lib. II. de nat. Deor. *Sol, cujus magnitudine multis parti-*

*tibus terra ſuperatur, circum eam ipſam volvitur, iiſque Oriens & Occidens diem, noctemque conficit.* Quod Cic. d. lib. dixit de mundo, *omnia eum complexu ſuo continere:* Id Poëta noſter Soli tribuit, qui omnia clariſſima luce colluſtrat, multis partibus major atque amplior; quam terra univerſa. Claudian. in panegyr. de Probin. & Olybr. conſulatu, in pr.

*Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,*
*Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu.*

SITZM. Qui cum infinitis modis major ſit rebus ſub coelo omnibus, eos ambit, & complectitur. Claudianus Conſul. Olybr. vſ. 1.

*Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,*
*Volvis inexhauſto redeuntia ſecula motu.*

Qui verſus tamen τὸ *complexus* aliter nobis conſiderandum exhibent. *Mundi* vocabulum non terram ſolum, ſed & coelum & ſuperna corpora complectitur. Cleomedes lib. 1. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτῳ φύσεων. Diodorus Philoſophus. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν μεταξὺ φύσεων. Ocellus Lucanus. τὸ γὰρ δὴ λεγόμενον ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸν σύμπαντα κόσμον. Coelum autem omnia caetera complectitur. Leontius in Sphaera Aretaea. οὐρανὸς δή ἐστιν ὁ περιέχων τὰ πάντα πλὴν αὐτοῦ. Ita & Solem. Zacharias Scholiaſticus in divino Dialogo de Mundi Opificio, nuper cum Originis Philocalia Graece edito. τὸ δὲ τοῦ ἡλίου φῶς: οὐκ αἰσθητὸν, ὡς σῶμα, καὶ φθαρτὸν, ὡς σῶμα, ἔτι δ' ἄφθαρτον, ὡς φθαρτὸν καὶ οὐκ ἀπηλλαγμένον περιγραφῆς, περιέχει γὰρ τοῦτον ὁ οὐρανός; Itaque & apud Rutilium & Claudianum haec verba aliter ſunt capienda. Vel *Omnia* & *Mundus* ſtrictius accipienda. Quod & verius eſt. *Continere* autem, non vulgato ſignificatu, idem ſonat, quod complecti. Caeſar. lib. 1. de Bello Gallico. *Earum una pars, quam Gallos obtinere dictum eſt, initium capit à flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum.* Petronius Satirico; *nondum juvenes declamationibus continebantur, cum Sophocles atque Euripides invenirent verba, quibus deberent loqui.* Quintilianus lib III. c. 8. *Siquidem in his unum ſequi oporteret, potior fuiſſet apud me Ciceronis ſententia, qui hoc materiae genus maxime dignitate contineri putat.* Phoedrus lib. II. Fabularum.

*Exemplis continetur Aeſopi genus.*

Caſſiodorus libro de Anima. De Deo. *Poteſtas incomprehenſibilis, beatitudo mirabilis, ex qua beantur quaecunque beata ſunt, vivificantur, quaecunque viventia ſunt, continentur, quaecunque ſubſiſtunt.* Arnobius lib. VII. *Et quis ita eſt hominum Deus prorſus quid ſit, ignorans, ut eos exiſtimet contineri alienjus alimoniae genere.* Salvianus lib. I. *pecudes ipſas & minutiſſima quaeque domeſticorum animantium genera non niſi humana ordinatione atque conſilio, quaſi quadam manu atque gubernaculo contineri.* Eucherius Homilià in Feriam IV. Adventus. *Semper ejus beatitudinem Eccleſia concinit, in qua ſimul omnes generationes continentur.* Haec nullibi alias obſervata, pluribus demonſtravimus; & qui Poëtas enarrant, talia cum primis attendere debere res ipſa clamat. BART. *Continet* Rutilio ſignificare videtur *contento curſu* ambit. Sic interpretabar alibi Germanicum Caeſarem.

*Subſequitur rapido contenta canicula paſſu.*

Velut continuo curſu concitata. Et ita ad oculum Claudianus lib. II. in Eutropium 168. De haſta.

*——— ——— illa per auras*
*Tot freta, tot montes uno contenta volatu*
*Tranſilit, & Phrygiae in mediis adfigitur oris.*

Valerius Flaccus lib. III.

*Per piceos accenſa globos & pectus arundo*
*Per medium contenta fugit.*

IDEM. Adverſ. l. XXV. c. 15. Simillime locutus eſt Priſcianus primo Dionyſii Alexandrini verſu *Naturae genitor, quae mundum continet omnem.* Is libellus quin auctorem habeat Priſcianum, ego non dubito, an vero illum clariſſimum Grammaticum, ignoro. In hoc enim ſi in quoquam alio parum cogitate omnis Criticorum natio verſata eſt, quod ex pluribus ejuſdem nominis ſcriptoribus unum fecerunt, inauditum credo, rati ejuſdem Linguae duos cognomines ſcriptores eſſe. Hac ratione Ciceroni, Ovidio, Apulejo, Muſaeo, Quintiliano, Senecae, Catoni, Claudiano, Fauſto, Paulino, Caeſari, Avieno, Antonino, Victori, Prudentio, Plauto, Donato, Rufino, & pluribus aliis multa affiicta ſunt aetatum inſequentium, ab ejuſdem nominis aliis eruditis hominibus in litteras miſſa, ut multis nos demonſtramus

in

Eque tuis ortos, in tua condit, equos.
Te non flammigeris Libye tardavit arenis,
Non armata ſuo repulit Urſa gelu.
Quantum vitales natura tetendit in axes,
Tantum virtuti pervia terra tuae.

Fe-

in Commentario de Dubiis Scriptoribus. BART. Senſus eſt: Phoebus, qui continet omnia, id eſt; totum orbem complectitur, tibi ſoli volvitur, & ſemper tibi ſervit, quia ad ortum & occaſum poſſides orbem totum: quaſi ſoli orbi Romano illuſtrando factus foret, quem numquam non radiis ſuis tangit, licet contineat omnia; eo ſenſu, quo & Oceanus & Mundus, Aether &c. dicitur *continere & coercere omnia amplexu ſuo.* Vide Cicer. II. de Nat. Deor. 22. de ipſa re vid. ad Petron. CXIX. *Tibi* dictum ut vſ. 107. Barthius exempla multa cumulat, quorum pauca ad rem faciunt, licet ejus explicationem probet Bulaeus ad Val. Flac. III. 136. ſed in illo loco & aliis *contenta* a *contendere*, non *continere* derivari, docere potuiſſet certe Bulaeum locus, quem adducit ex Lucretio II. 99. ubi *contenſo* legitur, vel ut alii *condenſo conciliatu*. Phaedri locus, & Petronii & aliorum alium uſum verbi *contineri* exhibent. quis vero umquam fando audivit, *continere* ſumi pro contento curſu ambire? & hoc probari exemplis, ubi *contentus* non a *contineri*, ſed a *contendere* debet deduci? BURM.

58. EQUE TUIS ORTOS, IN TUA CONDIT, EQUOS.] Legebatur *ortus*: ad equos nos *ortos* retulimus. CASTAL. Ita recte Caſtalio, cum olim legeretur *ortus*. Porro aut ego fallor, aut noſter, cum haec caneret, in animo habuit locum Tibulli lib. II. Eleg. v. 57. & ſeqq.

*Roma tuum nomen terris fatale regendis,*
*Qua ſua de coelo proſpicit arva Ceres.*
*Quaque patent ortus, & qua fluitantibus undis,*
*Solis anhelantes abluit amnis equos.*

In eandem quoque ſententiam Ovid. I. Faſtor.

*Jupiter arce ſua cum totum ſpectet in orbem,*
*Nil niſi Romanum, quod tueatur, habet.*

Et Seneca ad Helvidiam matrem: *Hic deinde populus quot colonias in omnes provincias miſit, ubicunque vicit Romanus, habitat.* SITZMANN. Ita emendandum, vulgo enim *ortus* excuditur. BART. Adverſ. lib. XXIII. cap. 2.

59. TE NON FLAMMIGERIS LIBYE TARDAVIT ARENIS,] *Arena Libyſſa* Catullo Carm. 7. Claudian. de laudib. Stilicon. lib. III. 333.

—— *pererratis Libyae flagrantibus oris.*

SITZM.

60. ARMATA] Vid. ad Claudian. Bell. Get. 2.

61. QUANTUM VITALIS NATURA TETENDIT IN AXES,] Pleraſque terrae partes inhabitabiles credebant veteres. Quaere apud Virg. interpretes in Georg *Quinque tenent coelum zonae.* Quantum vitalis natura, id eſt, ubicunque vivitur & habitatur. CAST. Scribe, *vitales axes*. Vitales axes vocat zonas habitabiles, quarum omnes gentes Romano Imperio ſubjectas fuiſſe ſcribit. Sic Lucanus lib. I. Claudianus, alii BART. Claud. I. Rapt. 261. de zonis, *vitales utrinque duas.* Lucan. IX. 435. *Temperies vitalis abeſt.* recte exponit Cl. Graevius & alii *vitales axes*, de temperata zona, quam ſolam vitalem credebant veteres. BURM.

62. TANTUM VIRTUTI PERVIA FACTA TUA.] Populus Romanus late per orbem terrarum arma circumferendo tot laboribus periculiſque jactatus eſt, ut ad conſtituendum ejus imperium contendiſſe virtus & fortuna videantur, ut praeter L. Flor. teſtatur Ammian. Marcellin. lib. XIV. 6. *Tempore* (inquit) *quo primis auſpiciis in mundanum fulgorem ſurgeret victura, dum erunt homines, Roma, ut augeretur ſublimibus incrementis, foedere pacis aeternae virtus convenit atque fortuna, plerunque diſſidentes, quarum ſi altera defuiſſet, ad perfectam non venerat ſum-*

D mi-

Digitized by Google

Feciſti patriam diverſis gentibus unam,

Pro-

*mitatem*. Quae Marcellini verba in Notis ad Flori prologum laudat vir celeberrimus, mihique peramicus Janus Gruterus, iiſque addendum ſuadet Plutarchum lib. de fortuna populi Romani. SITZM.

63. FECISTI PATRIAM DIVERSIS GENTIBUS UNAM,] Quarto abhinc verſu auget hanc ſententiam. Seneca ad Albinam, *denique ab hac civitate diſcede, quae veluti communis patria poteſt dici*, & Modeſtinus in L. Roma. ff. ad municip. *Roma communis patria noſtra eſt*. CASTAL. Romani primum pauculi fuerunt, & cum Romulus militiam & Rempublicam ordinaret, vix ad millia terna peditum (alios bina millia velle ſcribit J. Lipſius 1. de magnit. Rom. 7.) cenſa, & equitum trecenti. At idem, cum è vivis abiit, peditum reliquit XLVI millia, & equitum mille. Tantum viri opeſque creverant in annis circiter, quibus Romulus regno praefuit, XXXVI, his artibus. Primo, apertione aſyli: deinde lege de liberis lata, qua juſſit, quicquid natum eſſet, tolli, modo ne mutilum & monſtroſum, tandem receptione in civitatem, quam non exteris ſolum confluentibus, ſed victis, & hoſtibus dedit. Quod inſtitutum hic laudat Rutilius, ob quod Roma vulgo dicebatur communis patria. Modeſtinus lib ſing. de manumiſſ. *Roma communis noſtra patria eſt*. l. Roma 33. ff. ad municipal. Calliſtratus: *Relegatus non poteſt Romae morari, licet hoc ſententia comprehenſum non ſit: quia omnium eſt patria*. l. fin. ff. de interd. & releg. Seneca ad Helviam, cap. 6. *Ab hac civitate diſcedere, quae veluti patria communis poteſt dici*. Docte ergo & eleganter Sidon. Apollin. lib. 1. Epiſt. 6. dixit. *in ea totius orbis civitate unica ſolos barbaros & ſervos peregrinari*. Jac. Cujac. ad l. unic. C. de mulieribus, in quo loco mun. ſex. congr. Vide & Savaron. ad d. epiſt 6. ubi inter alia etiam adducit hos verſus Prudentii ex lib. II. contr. Symmach.

*Vivitur omnigenis in partibus, haut ſecus ac ſi*
*Cives congenitos concludat moenibus unis*
*Urbs patriae, atque omnes lare conciliemur avito.*

SITZM. Claudianus III. Stilic. 154.

*Hujus pacificis debemus moribus omnes,*
*Quod veluti patriis regionibus utitur hoſpes,*
*Quod cuncti gens una ſumus.*

Ariſtides Panegyrico Romae. *ὥσπερ μία χώρα συνεχὴς, κ̀ ἓν φῦλον ὑπακούει ἅπαντα σιωπῇ* Vide multa lectu digniſſima notata à Jureto ad Symmachum lib. v. Epiſtola 94. Cauſſam autem hujus Romanae conjunctionis explicat divinis numeris Prudentius, libro Secundo in Symmachum.

*Vis dicam, quae cauſſa tuos, Romane, labores*
*In tantum extulerit, quae gloria fortibus aucta*
*Sic cluat, impoſitis ut mundum fraenet habenis?*
*Diſcordes linguis populos, & diſſona cultu*
*Regna volens ſociare Deus, ſubjungier uni*
*Imperio, quicquid tractabile moribus eſſet,*
*Concordique jugo retinacula mollia ferre*
*Conſtituit, quo corda hominum conjuncta teneret.*
*Relligionis Amor: -- Deus undique gentes*
*Inclinare caput docuit ſub legibus iiſdem,*
*Romanoſque omnes fieri, quos Rhenus & Iſter,*
*Quos Tagus auriſluus, quos magnus inundat Iberus,*
*Jus fecit commune pares, & nomine eodem*
*Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.*
*Vivitur omnigenis in partibus haud ſecus, ac ſi*
*Cives congenitos concludat moenibus unis*
*Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.*
*Texitur alternis ex gentibus una propago.*

Habes ornatiſſimis his verſibus veram cauſſam Romanae potentiae, quam idem praeclariſſimus Chriſti olor & in hymno Laurentii, ubi vir beatus ita Chriſtum alloquitur.

*O Chriſte, numen unicum,*
*O ſplendor, ô Virtus patris,*
*O factor orbis & poli,*
*Atque auctor horum moenium.*
*Qui ſceptra Romae in vertice*
*Rerum locaſti, ſanciens*
*Mundum Quirinali toga*
*Servire, & armis cedere, &c.*
*Ut diſcrepantum gentium*
*Mores & obſervantiam*

*Lin-*

Profuit injuſtis, te dominante, capi:
Dumque offers victis proprii conſortia juris,
Urbem feciſti, quod prius urbis erat.

Au-

*Linguaſque & ingenia & ſacra*
*Unis aomares legibus.*
BART.

64 PROFUIT INVICTIS, TE DOMINANTE, CAPI:] Pro *invictis*, *injuſtis* erat, quod mendum literarum ſimilitudine conflatum ſubſtulimus. Nam ſic infra 72.

*Quos timuit, ſuperat, quos ſuperavit, amat.*
CASTAL. Vera & genuina lectio, *invictis*, quam debemus Joſepho Caſtalioni. Vet. *injuſtis*. nullo ſenſu. SITZM. Sub jura mores & leges Romanum imperium Orbem terrarum redegit barbarorum alioquin bonam partem & exlegem, vi prae jure penes plurimas gentes vigente. Quare retinendam ego ſuadeo hanc lectionem, quam in priſcis editionibus reperio, prae Caſtalionis *invictis*, quae turbat nonnihil ſenſum, & Jureti emendatione *invitis*, quae ingenioſior eſt. Caſtalioni obſtat etiam *victis* in ſequenti verſu ſonum vitians, vera haud dubio noſtra lectio ex eodem, qui ait, eam victis obtuliſſe jura ſua. BART. Cl. Graevius credebat nihil certius emendatione Jureti: *Profuit invitis, te dominante, capi.* Inviti enim populi, qui bella cum Romanis geſſerunt, domiti ſunt & ſubjugati, nec *injuſtis* tolerari, pro barbaris, poſſe cenſebat; cum & politiſſimae gentes, Graeci, Macedones &c. ſubacti fuerint, a quibus Romani omnem cultum acceperunt. Heinſius ad Claud. IV. Conſ. Honor. 117. legebat

*Profuit invitis, teque domante, capi.*
Sed in ora codicis, & in tertiis in Claudian. IV. curis,

*Profuit invitis, te domitante, capi.*
Quod verbum etiam lib. I. Adv. 6. Senecae Hippol. 1089, pro *dominari*, obtrudere conatur. malim, *profuit invitis, te moderante, capi.* quamquam & *invictis*, & *dominante* defendi poſſint: profuit gentibus, antea invictis, & quae ab imperio Romano huc uſque ſe armis vindicaverant, nunc capi & ſubigi, te dominante, & imperium moderante, quia imperio regis aequo & juſto gentes, antea ſervire regibus ſuis coactas; vel *invitis*, id eſt, quae, cum invitae jugum tuum olim acceperint, nunc tibi prodeſſe imperium fatentur, quia civium jure eas donaſti ut reſpiciat ad vulgi dictum, *invito non dari beneficium*, & inde acumen captaverit, ut Juno apud Ovid. II. 519. *quae proſim ſola nocendo.* *Invictus* vero & *invitus* centies in MSS. confundi conſtat. Senec. de vita Beat. XV. *libertatem invictam ſub jugo mittit* ubi MSS. Gruteri *invitam*. BURM.

65. DUMQUE OFFERS VICTIS PROPRII CONSORTIA JURIS] Claudius Imp. apud Cornel. Tacit. lib. XI. cap. 24 de ſupplendo Senatu: *Quid aliud exitio Lacedaemoniis & Atheníenſibus fuit, quamquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, dein ſuos habuerit.* SITZM. Alludit notiſſimum Antonini reſcriptum, quo omnes in orbe Romano viventes civitatis Romanae jure frui voluit, unde neminem exceptum liquet, praeter barbaros & ſervos, ut ſcribit Apollinaris Sidonius lib. I. Epiſt. 6. ubi barbari ſunt hoſtes Romani Imperii. BART.

66. URBEM FECISTI, QUOD PRIUS ORBIS ERAT.] Plinius lib. III. cap. 5 *Numine Deum electa, quae coelum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritusque molliret, & tot populorum diſcordes, feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.* Ariſtidis hic orationem fere totam inſeruiſſem, qua ille Urbis Romae laudes celebrat, niſi lectoris otio abuti noluiſſem, ſatis officio meo facturum me arbitror, ſi interdum loca, unde Rutilius ad opus ſuum concinnandum permulta hauſerit, indicavero. Claudiani vero, qui eodem fere tempore, quo Rutilius floruit, non poſſum, quae Paneg. III. 150. in Stilichonem decantata ſunt, non inculcare.

*Haec eſt, in gremium victos quae ſola recepit,*
*Humanumque genus communi nomine fovit,*

 *Ma-*

Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur,
Aeneadum matrem, Romulidumque patrem.

Mi-

*Matris, non dominae ritu, civeſque vocavit,*
*Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.*
*Hujus pacificis debemus moribus omnes,*
*Quod veluti patriis regionibus utitur hoſpes.*
*Quod ſedem mutare licet, quod cernere Thulen*
*Rurſus, & horrendos quondam penetrare receſſus.*
*Quod bibimus paſſim Rhodanum, potamus Orontem.*
*Quod cuncti gens una ſumus.*

CASTAL. Poſt conſtitutionem D. Antonini, *Barbari* dici coepêre ii ſolum, qui in orbe Romano non eſſent: qui enim erant, ii recte cives Romani erant, l. in orbe. 17. ff. de ſtat. hom. unde hic Rutilius urbem ex orbe factam ait. D. Hieronymus in Eſaiam, cap. 20. *Ante adventum Chriſti unaquaeque gens ſuum habebat regem: & de alia ad aliam nullus ire poterat nationem, in Romano autem imperio unum facta ſunt omnia.* Quem locum laudat Doctor noſter Scipio Gentilis, Commentar. ad l. quiſquis C. ad l. Jul. Majeſt. SITZM. Sidonius lib. 1. Ep. 6. *Si ſemel & in juventa viderit, domicilium Legum, Gymnaſium literarum, Curiam dignitatum, verticem mundi, Patriam libertatis, in qua unica totius orbis civitate ſoli barbari & ſervi peregrinantur.* Vide multa praeclara ibi notata à Joanne Savaronio. BART. Non dubito, veram hanc eſſe Rutilii ſcripturam, qui magnificentiſſime de Roma loquitur, nec ſine exquiſitis acuminibus. IDEM. *Adverſ.* lib. xxii. c. 17. *Urbem* autem & *orbem* Romana ambitione jungit, velut horum fatum inſeparabile, & idem Imperium foret. Ovid. 11. Faſt. 683.

*Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,*
*Romanae ſpatium eſt urbis & orbis idem.*

IDEM. lib. lv. c. 2. Videtur Polemonis Sophiſtae dictum in animo habuiſſe, Romam ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης dicentis, de quo Galenus libro 1. περὶ ἄρθρων IDEM. *Adverſ.* xxv 15.

67. Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur,] Romanorum originem a Diis ductam interpretatur ingenioſe tertio abhinc verſu.

*Mitigat armatas victrix clementia vires.*

Virg. lib. vi. 852.

*Tu regere imperio populos, Romane, memento,*
*(Hae tibi erunt artes) pacisque imponere morem,*
*Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.*

CASTAL. Ovid. 1. Faſt. de Romulo 39.

*Martis erat primus menſis, Venerisque ſecundus,*
*Haec generis princeps, ipſius ille pater.*

Idem lib. iv. 57. de eodem.

*Ille ſuos ſemper Venerem, Martemque parentes*
*Dixit, & emeruit vocis honore fidem.*

Martialis lib. v. Epigr. 7.

*— ſumus Martis turba, ſed & Veneris.*

Sidonius Apollin. Carm. vii. 119.

*undique coeli*
*Aſſurgunt proceres, Mars, Cypris, Romulus, & qui*
*Authores tibi Roma Dei.*

SITZM.

68. Aeneadum matrem,] Lucret. pr. operis de rer. nat.

*Aeneadum genitrix, hominum Divumque voluptas*
*Alma Venus.*

Dido apud Virgil. 1. Aeneid. 621.

*Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſae*
*Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam.* IDEM.

61. Romulidumque patrem.] Ovid. Faſt. iii. 73.

*Arbiter armorum, de cujus ſemine natus*
*Credor, & ut credar, pignora multa dabo.*
*A te principium, Romano ducimus anno:*
*Primus de Patrio nomine menſis eris.*

L. An. Florus lib. 1. cap. 1. *Primus ille & urbis & imperii conditor Romulus fuit, à Marte genitus, & Rhea Silvia. Hoc de ſe Veſtae ſacerdos gravida confeſſa eſt.* Martem & Venerem quare conjunxerint Romani, docet Joh. Roſinus antiq. Rom. lib. 11. cap. 10. Mihi ratio, quam affert Poeta verſu ſequenti,

Mitigat armatas victrix clementia vires.
Convenit in mores numen utrumque tuos.
Hinc tibi certandi bona, parcendique voluptas:
Quos timuit, ſuperat: quos ſuperavit, amat.
Inventrix oleae colitur, vinique repertor,
Et qui primus humo preſſit aratra puer.



ti, videtur omnium eſſe veriſſima & convenientiſſima. SITZM.

69. Mitigat armatas victrix clementia vires.] Propert. lib. III. Eleg. V. 20.

*Famam, Roma, tuae non pudet hiſtoriae.*
*Nam quantum ferro, tantum pietate potentes*
*Stamus: victrices temperat ira manus.*

IDEM. Egregie de ſuo Heroe Claudianus IV. Conſ. Hon. 114. *odiis idem qui terminus armis.* BART.

70. Nomen utrumqe] Inepte: ſcribendum *Numen.* Et Pacis & belli Numina, (*Venus Clementiae, Mars Victoriae Bellicae titulum gerunt*) moribus tuis conveniunt, quae adverſos debellas, quos debellaſti, amas, ut Claudianus idem de ſuo Heroe ſcribit. Prudentius verſibus ſupra poſitis.

*——— ——— ſanciens*
*Mundum Quirinali togae*
*Servire, & armis cedere.*

Idem libro Secundo in Symmachum:

*Sola Deum novit Concordia, ſola benignum*
*Rite colit tranquilla Patrem: placidiſſimus illum*
*Foederis humani conſenſus proſperat orbi,*
*Seditione fugat, ſaevis exaſperat armis:*
*Munere Pacis alit, retinet Pietate quieta &c.*

BART.

71. Certandi bona parcendique voluptas:] Elegantiſſime in Encomiis Heroum ſuorum haec exemplo Leonis illuſtrat non uno in loco prudentiſſimus ſcriptor Claudius Claudianus. Loca obvia. IDEM.

72. Quos timuit,] Satis incaute dictum. Voluptas quos timuit ſibi nocituros. Voluptatem Romae pro ipſa poſuit, ut multi multa, notata à nobis alio loco. BART. Ego tollendam puto diſtinctionem poſt *voluptas*, ut continua oratione dicat, *certandi & parcendi voluptas ſuperat* &c. dubito etiam, an non rectius *voluntas* legeretur, ut aequo ardore feratur in proelia, Martem referens, & aequo moderamine parcat victis, Veneris manſuetudinem aemulata. BURM.

73. Inventrix oleae] Minerva ſic Virg. I. Georg. 19. *Oleaeque Minerva inventrix.* CASTAL. Alludit ad vulgatiſſimam hiſtoriam de oliva, Athenis in certamine à Minerva edita, quam à Perſis incenſam eodem die ad duos cubitos repullulaſſe ſcribit Pauſanias: cui idem honos habebatur, qui Romae ficui Ruminali. Quintilian. Declamat. XIII in fin. de apibus: *Authorem vini Liberum colimus; primitiae frugum Cereri referuntur, inventrix oleae Minerva narratur: mella genuiſſe minus eſt?* Euſeblus Pamphilus Chronicor. lib. pr. interp. Hieronymo: *Cecrope regnante primum in arce oliva orta eſt: ut ex Minervae nomine, quae Graecè Athena dicitur, Athenae nuncupatae.* SITZM.

73. Vinique repertor,] Bacchus. CASTAL. Lactant. I. Divin. Inſtit. cap. 18. *Nomen Deorum Cereri ac Libero traditio munerum fecit. Poſſum divinis docere literis, vinum atque fruges ante progeniem Coeli atque Saturni fuiſſe in uſu hominum.* Adi quoque Auguſtin. l. XVIII. de civitat. Dei c. 12. SITZM.

74. Et qui primus humo preſſit aratra puer.] Triptolemus. CASTAL. Quis ille? Triptolemus Celei regis Eleuſinii filius, quem Ceres agriculturam docuit, & ſeminandi artem, per orbem ſuo curru vectum, hominibus tradere juſſit. SITZM.

74. Primus humo preſſit aratra] Ceres, apud Ovid. lib. IV. Faſt. 559.

*Iſte quidem mortalis erit: ſed primus arabit,*
*Et ſeret, & culta praemia tollet humo.*

Arnobius lib. I. adv. gent. *Si enim vos Liberum, quod uſum repererit vini; ſi, quod panis, Cererem; ſi Aeſculapium, quod herbarum; ſi Minervam, quod oleae; ſi Triptolemum, quod aratri; ſi denique Herculem, quod feras,*

Aras Paconiam meruit Medicina per artem,
Factus & Alcides nobilitate Deus.

Tu

*quod multiplicium capitum ſeparavit compoſuitque natrices, divorum retuliſtis in coetum: honoribus quantis afficiendus eſt nobis, qui ab erroribus nos magnis inſinuata veritate traduxit.* SITZM.

75. Aras Paeoniam meruit medicina per artem,] Plinius auctor eſt, medicinam divinos honores meruiſſe. CASTAL. De Poeone, Martem à Diomede vulneratum, ſanante, Hom. lib. v. Iliad. in fin. SITZM.

75. Medicina] Vide, quae non modio neque trimodio, ſed ipſo horreo ad hujus laudem & excellentiam ſpectantia demenſa dedit vir omnigenae & ſtupendae lectionis Andreas Tiraquellus, de Nobilitate. De ejuſdem quoque inventione, & medicorum primo uſu, lectu non indigna protulit Thomas Dempſterus in Paralipom. ad Joh. Roſini antiq. Rom. lib. 11. cap. 17. IDEM.. Soli omnium Doctorum Medici gloriari poſſunt ſcientia ſua aliquem coelum meritum. Auſonius.

*—— genitor ſtuduit medicinae,*
*Diſciplinarum quae dedit una Deum.*

BART.

76. Factus et Alcides nobilitate Deus.] Hercules Deus factus eſt, aut nobilitate, id eſt, ob virtutem in coelum adſumtus eſt. Virg. lib. vi. 130.

*Aut ardens evexit ad aethera virtus.*

Aut certe *mobilitate:* nam peragrato orbe, domitis monſtris laboribuſque illis exhauſtis in Deorum numerum relatus eſt; *factus* pro *fretus*, & *mobilitate* pro *nobilitate*, quod erat, infra quoque repoſuimus vſ. 222. *Tutior autumnus mobilitate fugae.* CASTAL. *Nobilitas* eſt Fortitudo, Magnanimitas. Vetus Epigramma de Leone.

*—— ſic nobilis ira Leonis*
*In ſibi proſtratos ſe negat eſſe feram.*

Hoc eſt magnanima. Plura ad Claudianum. Sed quomodo Hercules nobilitate fretus ad Deorum conſortium adſcendit? Qui univerſum terrarum orbem prius tantis laboribus eſt emenſus? Legere poſſis, *mobilitate:* hoc eſt celeritate, efficacitate, ut *efficax* Hercules Horatio Epodon 3. Et ſic de eo Seneca in Apocolocynthoſi, verbis Deae Romae, Febris. *Tu autem, qui plura loca calcaſti, quam ullus mulio perpetuarius, Lugdunenſes ſcire debes, & multa millia inter Xanthum & Rhodanum intereſſe.* Sane *nobilitas Alcidae*, parum ad ejus vel elevationem vel encomium huc facit. Fortaſſis etiam melius legas, *Fretus it Alcides.* Neque enim τὸ *Deus* optime facit alioqui ad ſententiam. BART. Cl. Almelovenius legebat, *factus & Alcides ferocitate Deus*, quia Cicero ferocitatem & audaciam conjungit, quae utraque Herculi conveniunt: ſed indigna editore cujuſcumque Poëtae adnotatio, in qua bis legi Pediae vim facit in una voce. ſed quia vivus ſatis poenarum hujus ignorantiae pependit, manes quieſcant, & cum adhuc ſtupidius nuper peccantem ineruditiſſimum Gratii editorem ſatis acri ſale perfricuerimus, nunc ungues a mortuo abſtineamus. ego vero nihil temere movendum puto hoc in loco: nam *nobilitas*, hic eſt fama, quam ſibi per labores acquiſivit, & qua meruit inter Deos referri, obſcuri enim & nulli nobiles, id eſt noti, inter deos recipi non merentur. *mobilitatem* Graevius in Epiſtola ad Heinſ. tom. iv. Sylloges noſtrae p. 433. etiam ad errores Herculis referebat. ut & videtur Barthius cepiſſe & Caſtalio. ſed debuiſſent exemplis adſtruere & rationibus, quae colore quodam hanc lectionem commendarent. quare, ſi quis accedere malit viris doctis, is ſciat, *mobilitatem* hoc aevo tribui barbaris & bellicoſis, qui ſubito irruunt in hoſtes, more Scytharum, Getarum &c. quorum vim & incurſiones ſubitas ſaepe ſenſit Imperium Romanum. ita Hunnos deſcribens Claudian. 1. in Rufin. 330.

*—— —— acerrima nullo*
*Ordine mobilitas, inſperatique recurſus.*

Pro celeritate videtur idem poſuiſſe 111. de Raptu. Proſerp. 137.

*—— —— ſed nulla ruenti*
*Mobilitas, tardos queritur non ire jugales.*

Ubi non male Heinſ. *ſat nulla mobilitas.* &

ita

Digitized by Google

Tu quoque legiferis mundum complexa triumphis,
Foedere communi vivere cuncta facis.
Te Dea, te celebrat Romanus ubique receſſus,

Pa-

ita *mobilis* I. in Ruf. 50.

*Tigride mobilius foeta, violentior Auſtris Acribus.*

& III. de Rapt. 266. *mobilior Zephyro.* pro vago, poſſet ſumi apud eumdem Epigram. II.

*Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.*

Amm. Marcell. XXIX. 6. de Probo, qui cum velocibus equis deſtinaſſet fugere, *mutatus tutiori conſilio, manſit immobilis.* immo apud ipſum Horat. I. Od. 7. ita *mobiles rivos* poſſemus interpretari celeres. Acron. certe *diſcurrentes* explicat. his defendi poſſet *mobilitas.* ſed ego *nobilitatem* retineo, id eſt famam virtute partam, qua enixus arces attigit igneas. BURM.

77. TU QUOQUE LEGIFERIS MUNDUM COMPLEXA TRIUMPHIS,] Horat. lib. III. Od. 4.

*Triumphatiſque poſſit Roma ferox dare jura Medis.*

Claud. in Stil. Paneg. III. 136.

*Armorum legumque parens, quae fundit in omnes,*

*Imperium, primique dedit cunabula juris.*

CASTAL. Hinc Roma *domicilium legum* Sidon. Apollin. lib. I. Epiſtol. 6. Claudian. de bello Gildonico vſ. 47. ubi Romam loquentem introducit:

*—— domui terras, hominesque revinxi*

*Legibus, ad Solem victrix utrumque cucurri.*

SITZM.

78. FOEDERE COMMUNI VIVERE CUNCTA FACIS.] Claudianus III. Stil. 151.

*Humanumque genus communi nomine fovit.*

CASTAL. Sueton. I. in Veſpaſiano cap. VIII. *Inſtrumentum imperii pulcherrimum ac vetuſtiſſimum confecit, quo continebantur pene ab exordio urbis Senatusconſulta, plebiſcita de ſocietate & foedere, ac privilegio cuicumque conceſſis.* SITZM.

79. TE DEA, TE] Sic Lucretius I. 6. *Te Dea, te fugiunt venti.* CASTAL.

79. TE DEA, TE CELEBRAT ROMANUS UBIQUE RECESSUS,] Omnis angulus. Miro tamen modo apud hoc genus auctores *Receſſus* ritus ſignificant, mores, inſtituta. Avienus Periegeſi de Indis 1372.

*Ergo & Niſaeos diſcit gens rite receſſus,*

*Et ſtata ſollicito deducunt orgia ritu.*

BART. *Receſſus* dicuntur loca remota, vid. ad Ovid. I. Met. 177. ſed neſcio, quî offendat me *Romanus* ille *receſſus*, cum victarum gentium potius debuiſſet extremus aliquis angulus memorari, qui celebraret Romam. nam Romam celebrari a Romanis nihil miri eſt. nihil tamen expedio: nec *receſſus Niſaeos* huc pertinere puto, ſed Avieno non ritus videntur eſſe, ſed arcana, myſteria, in receſſu celebrata. *Romanos* forte *receſſus* dixit, ut mox 133. *Romana ſecula*, de urbis aeternitate, ita hic de amplitudine imperii intelligat, qua ad ultimos receſſus orbis eſt porrectum. ita ut nullus ſit tam remotus locus, qui non Romanus poſſit dici. quare ſenſus poſſet hic eſſe, Te receſſus omnis, (id eſt, ubicumque remotae ſunt gentes,) jam Romanus, ſive armis Romanis ſubactus, & jam civitatis Romanae particeps, celebrat, ut communem matrem, & pacis auctorem. Receſſus *ubique* poſitum pro *ubicunque*, ut Ovidius III. Amor. X. 5. non diſſimili modo,

*Te, Dea, munificam gentes ubicumque loquuntur.*

Ubi vide notas, & ad II. Art. 627. nondum tamen ſatis clara luce perfuſus hic mihi locus videtur. An *receptus*; id eſt adſcitus in jus civitatis. qui antea peregrinus & barbarus habebatur, nunc receptus Romanus, id eſt inter Romanos? videant doctores. BURM.

79. TE DEA, TE CELEBRAT ROMANUS UBIQUE RECESSUS.] Martialis lib XII. Epigr. 8.

*Terrarum Dea, gentiumque Roma,*

*Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.*

Quibus verbis compendio laudaſſe Romam magnifice videtur poëta. Subtiliter enim, nec falſo vult, nihil accedere ad eam, nihil vel ſequi. Quod an ab illo mutuatus eſt Frontinus? in cujus lib. de aquaedu-

cti-

Digitized by Google

Pacificoque gerit libera colla jugo.
Omnia perpetuos quae ſervant ſidera motus,
Nullum viderunt pulchrius imperium.
Quid ſimile? Aſſyriis connectere contigit arma,

Me-

ctibus legimus: *Regina & domina orbis, quae terrarum Dea gentiumque conſiſtit, cui par nihil, & nihil ſecundum.* Sed veretur, ut aſſitum adſcriptumve ſit aliena manu, J. Lipſius lib. 1. de magnitud. Rom. c. 2. ſiquidem gravis atque eruditus reliquus Frontini ſtilus non probat, autamat laſciviam poëtarum. SITZM.

80. Pacificoque gerit libera colla jugo.] Libertatem ſub Romano Imperio agnoſcit etiam ei parentium. Claud. III. Stil. 113.

*Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit*
*Servitium.*
*— numquam libertas gratior exſtat*
*Quam ſub Rege pio.*

BART. Ariſtides planiſſime de Romanis pag. 362. *τοσαύτην μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, οὕτω δ' ἐγκρατῶς, καὶ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας ἄρχοντες ἐκείνῳ καὶ πολὺ μάλιστα νενικήκατε, ὃ παντελῶς ὑμῶν ἐστιν ἴδιον, μόνοι γὰρ τῶν πώποτε ἐλευθέρων ἄρχετε.* Vide & Tacitum Agricola comparationem Imperiorum caeterorum cum Romano. quae apud Rutilium ſequitur, pete ex eadem oratione Ariſtidis. IDEM.

82. Nullum viderunt pulchrius imperium.] Claud. in Stilichone III. Paneg. 130.

*Proxime Diis Conſul, tantae qui proſpicit Urbi,*
*Qua nihil in terris complectitur altius aether:*
*Cujus nec ſpatium viſus, nec corda decorum,*
*Nec tandem vox ulla capit.*

CASTAL. Ariſtides orat. in Romam pag. 397. idem de Sole profatur, quod noſter de omnibus ſideribus: *ὅγε μὴν πάντ' ἐφορῶν Ἥλιος οὐδὲν εἶδεν ἐφ' ὑμῶν βίαιον, οὐδ' ἄδικον, οὐδ' οἷα πολλὰ ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις. ὥστ' εἰκότως ἥδιστα ἐφορᾷ τὴν ὑμετέραν ἀρχήν.* hoc eſt, *Qui autem omnia conſpicit Sol, cum nihil apud vos iniquum nec violentum, qualia prius multa, videat, merito jucundiſſime veſtrum intuetur imperium.* SITZM. Optime huic loco conveniunt illa Saluſt. Cat. LII. *rempubl. nos pulcherrimam haberemus.* & Flori IV. 1. *Actum erat de pulcherrimo imperio.* qui & ipſum Populum Romanum dicit *pulchrum* lib. II. 19. & Virg. II. Georg. 534.

*Scilicet & rerum facta eſt pulcherrima Roma.*

& ita centum alii. vid. & ſup. vſ. 47. BURM.

83. Quid simile?] Interrogationis notam ſic ponendam cenſemus, ſiquidem Rutilius dixerat, nullum imperium Romano praeferendum, nunc autem ne conferendum quidem. Sic locutus eſt Cicer. Epiſt. XV. lib. VIII. ad Papirium Paetum. *Catulum mihi narras, & illa tempora, quid ſimile?* CASTAL. Heinſius malebat,

*Quid ſimile Aſſyriis? connectere contigit arma;*

83. Assyriis connectere contigit arma &c.] Claudianus III. Paneg. in Stilichonem 160.

*Nam cetera regna,*
*Luxuries vitiis, odiiſque ſuperbia vertit;*
*Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,*
*Atque idem Thebis cecidit. Sic Medus ademit*
*Aſſyrio, Medoque tulit moderamina Perſes:*
*Subjecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe*
*Romanis.*

Ariſtides in Encomio Romae pag 390. *οὐ μὲν γὰρ ἄλλοι οἱ πρὸ ὑμῶν δυναστεύσαντες δεσπόται καὶ δοῦλοι ἀλλήλων ἐν τῷ μέρει γεγενημένοι, καὶ νόθοι τῆς ἀρχῆς ὄντες οὕτω διεξῆλθον, ὥσπερ ἐν σφαίρᾳ τὴν τάξιν μεταλαμβάνοντες, καὶ ἐδούλευσαν Μακεδόνες Πέρσαις, Πέρσαι Μήδοις, Μῆδοι Σύροις.* Id eſt; *qui enim ante vos dominati ſunt ſervi, Dominique inter ſe alternis vicibus, nec legitimo imperio adſciti, ſic degere quaſi in pila ordinem commutantes; ſerviere Macedones Perſis, Perſae Medis, Medi Syris.* Videndus eſt Dionyſ. Halicarn. de priſcis his imperiis. CASTAL.

83. Connectere contigit arma] Forte, *arva*, agros ditioni ſuae adjicere & continuare poſſeſſiones contigit. id Juſtinus lib. I. 1. manifeſte de prioribus regibus, & deinde de Nino, illi *longinqua, non finitima bella*

ge-

Medi finitimos quum domuere ſuos:
Magni Parthorum reges, Macetumque Tyranni,
Mutua per varias jura dedere vices.
Nec tibi naſcenti plures animaeque manuſque,

Sed

*gerebant &c. Ninus magnitudinem dominationis continua poſſeſſione firmavit.* & hoc *continens imperium* vocat Livius VII. 30. deinde malim, *Medi finitimos tum*, (pro deinde) *domuere ſuos.* Jam vero *arva*, *agros* & ſimilia pro regnis ponunt ſaepe Poëtae, ut Ovid. XIV. Met. 459. *Dotaliaque arva tenebat*, id eſt regna. VI. 513.

*—— Venulus Calydonia regna*
*Peucetioſque ſinus, Meſſapiaque arva relinquit.*

& ita paſſim. Virgilius *Saturnia*, *Lavinia*, *fatalia arva*, de regno Aeneae promiſſo: VI. 794. *regnata per arva Saturno.* VII. 45. *Rex arva Latinus & urbes regebat.* *Arva* vero & *arma* confudiſſe centies librarios docebunt Cl. Drakenb. notae ad Sil. p. 295. BURM.

85. MAGNI PARTHORUM REGES,] Ariſtides d. Orat. pag. 352. non Parthorum, ſed Perſarum regi Magni cognomen tributum ſcribit. SITZM. Sed *Parthos* & *Perſas* centies Poëtae confundunt. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 75. & quia Parthorum regês magnitudini & ſuperbiae Perſarum ſucceſſerant, & reges eorum *magni*, & Reges Regum dicti. Sueton. Calig. cap. 5. vid. Euſtath. ad Dionyſ. 1056. & Spanhem. de uſu & Praeſt. Numiſſ. diſſ. VIII. cap 1. ſect. 1. & ſect. 11. §. 2. ubi in ipſis nummis Arſacidarum legi ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ docet. & vulgare eſſe dicit, hunc titulum a Perſis ad Parthos, & hinc iterum ad Perſas tranſiiſſe. BURM.

85. MACETUMQUE TYRANNI,] Inter Macedoniae reges illuſtriores reliquis exſtitêre Philippus & Alexander, pater & filius, quorum collationem ex Trogo Pompejo, ſeu potius Juſtino compendiario ejus revolvit Joh. Sariſberienſis de nugis curial. cap. 12. De Alexandro ſic Apulejus lib. I. Floridor. *Solus à condito aevo; quantum hominum memoria exſtat, inexſuperabili imperio orbis auctus. Fortuna ſua major fuit: ſucceſſuſque ejus ampliſſimos & provocavit, ut ſtrenuus, & aequiparavit, ut meritus, & ſuperavit, ut melior: ſoluſque ſine aemulo clarus; adeo ut nemo ejus audeat vel ſperare virtutem, vel optare Fortunam.* SITZM. *Macetumque tyranni* optime editio Pithoeana. Caeterae *Macedum*, inſcite. Nulli enim *Macedae*, aut *Macedi*. Sed *Macetes* obvii ſcriptoribus Graecis & Latinis. Stephanus. π. π. λέγεται καὶ Μακέται ἀρχαϊκόν. &c. *Heſychius.* Μακετία ἡ Μακεδονία. Euſtathius ad Dionyſium v. CCCCXXVI. ἣν δέ τις μοῖρα Μακεδονίας, Μακέτα λεγομένη, ἐξ ἧς καὶ ἡ Μακεδονία Μακετία ἐλέγετο. Gratius Cynegetico 117.

*Quid, Macetûm immenſos libeat ſi dicere contos.*

Claudian. II. Rufin. 279.

*Tangebat Macetum fines, muroſque ſubibat*
*Theſſalonica tuos.*

Priſcianus Periegeſi.

*Ad cujus Zephyrum Macetum ſunt moenia Regis.* BART.

85. TYRANNI,] Vocabulum, *Tyranni*, hîc accipio in bonam partem, pro quovis rege, more priſco. Virgil. VII. 266.

*Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

Valer. Flaccus v. 388.

*Duc precor ad veſtri, quicunque eſt, ora tyranni.*

Cornel. Nepos, in Miltiade: *Tyrannuſque fuerat appellatus, ſed juſtus, non enim erat vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate retinuerat.* Senec. in Herc. v. 1683.

*Quis ſic triumphans laetus in curru ſtetit*
*Victor? quis illo gentibus vultu dedit*
*Leges tyrannus?*

ubi M. Anton. Delrio in commentar. SITZ.

87. NEC TIBI NASCENTI PLURES ANIMAEQUE MANUSQUE,] Claud. III. Paneg. in Stilichonem 138.

*Haec eſt, exiguis quae finibus orta tetendit*
*In geminos axes, parvaque à ſede profecta,*
*Diſperſit cum ſole manus.*

CASTAL. Videtur ad Geryonae fabulam reſpicere, cui tres animas & ſex manus tribuunt Poëtae. Silius I. 278.

Sed plus conſilii, judiciique fuit.
Juſtis bellorum cauſſis, nec pace ſuperba,
Nobilis ad ſummas gloria venit opes.
Quod regnas, minus eſt, quam quod regnare mereris,

Ex-

*Tres animas namque id monſtrum, tres corpore dextras*
*Armarat, ternaque caput cervice gerebat:*
quae notaſſe ſufficit, nota enim ſatis illis, qui Poëtas legerunt. BURM.

88. SED PLUS CONSILII,] Cicero IV. Philipp. Senatum Romanum *orbis terrae conſilium* indigetat *Hic veſter hoſtis* (ait) *veſtram Remp. oppugnat: ipſe habet nullam: Senatum, id eſt orbis terrae conſilium, delere geſtit: ipſe conſilium publicum nullum habet.* Claudian. de bello Gildonico, v. 46.
*Armatis quondam populis, patrumque vigebam*
*Conſiliis.*
Operae etiam pretium fuerit adire Orat. Ariſtidis in Romam, ubi inter alia adſtruere non veretur, arte civili & magnanimitate conſiliorum Urbis nuſpiam ſimilem reperiri poſſe. SITZM.

89. JUSTIS BELLORUM CAUSSIS,] Propert. lib. IV. Eleg. VI. 51.
*Frangit, & attollit vires in milite cauſa:*
*Quae niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.*
IDEM. Non nimium quidem; ſiquidem vere Mithridates Rex ad Regem Arſacem, apud Salluſtium Quarto Hiſtoriarum: *Romani arma in omnes habent acerrima, in eos, quibus victis ſpolia maxima ſunt; audendo & fallendo & bella ex bellis ſerendo magni facti, per hunc morem extinguent omnia aut occident.* Petronius Arbiter CXII.
—— *gravidis freta pulſa carinis*
*Jam peragrabantur; ſi quis ſinus abditus ultra,*
*Si qua foret tellus, quae fulvum mitteret aurum,*
*Hoſtis erat, fatiſque in triſtia bella paratis*
*Quaerebantur opes.*
Et Jugurtha apud Salluſtium cap. 81. *Bocchi animum oratione accendit; Romanos injuſtos, profundâ avaritiâ, communes omnium hoſtes eſſe. Eamdem illos belli cauſſam cum Boccho habere, quam ſecum, & aliis gentibus, libidinem imperitandi, queis omnia regna adverſa ſint. Tum eſſe paulo ante Carthaginenſes, item Regem Perſen, poſt uti quiſque opulentiſſimus videatur, ita Romanis hoſtem fore.* Inquirit non inerudite neque indiligenter Albericus Gentilis libris duobus, quos de Armis Romanis dedit, modo promtius eloqueretur, quae vellet. BART.

91. QUOD REGNAS, MINUS EST, QUAM QUOD REGNARE MERERIS,] Claudianus, Epith. Pallad. 81. *magnum delata poteſtas, Majorem contemta probat.* Eo loco plura diximus in Recenſione altera. Pontius Diaconus in Vita Majoris ſui, B. Cypriani. *Magis dignus efficitur, qui, quod meretur, excuſat.* Hieronymus ad Pammachium: *minus eſt tenere Sacerdotium, quam mereri.* Obſervant idem cauti principes, non cupientibus honorem, ſed recuſantibus eos tradere. Plinius Panegyrico, *ô Rem memoriae litteriſque mandandam. Praefectum Praetorii non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere.* Sic de Anthemio ſuo Sidonius, Panegyrico ejus,
—— *longam diademate paſſa repulſam.*
*Inſignem legere virum, quem deinde legentem*
*Spernere non poſſint.*
Eodem ſpectat Libanius in Panegyrico, cum laudat Julianum ſuum. ὦ μεγαλείας ἀσπίδος ἣ τὸ ἀναμφηρίστως ἐδέξατο νόμον. περιποδισθεῖσα τοῦ αὐτὸς εἰωθότος βήματος. ὡς καλὸν μέν σοι τὸ διαθεῖναι τὴν δόσιν, κάλλιον δὲ ἐκεῖνο τὸ κατεπείγουσαν τὴν λῆψιν. Et pulcre Caſſius Longinus περὶ ὕψους. cap 7. εἰδέναι χρὴ, φίλτατε, διότι καθάπερ κἀν τῷ κοινῷ βίῳ, οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστὶ μέγα, οἷον πλοῦτοι, τιμαὶ, δόξαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον, οὐκ ἂν τῷ γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν οὐ μέτριον. θαυμάζουσι γοῦν τῶν ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας. BART. De τῷ *minus* vid. ad verſ. 544.

92.

Excedis factis grandia fata tuis.
Percenſere labor denſis decora alta tropaeis,
Ut ſi quis ſtellas pernumerare velit.
Confunduntque vagos delubra micantia viſus:

Ipſos

92. EICEDIS FACTIS GRANDIA FACTA TUIS.] Onuphr. Panv. legit. *Grandia fata.* SIML. *Fata* Panvinii habet editio. BART. *Facta* erat in editione Simleri. ſed & Freinshem. ad Curt. IV. I. 18. *fata* reſcripſit. recte: & hic Cl. Graev. quem vide ad Flori praefat. de *magnis fatis* vid. ad Ovid. I. Epiſt. 28. *Excedere* vero hic ponitur pro vincere, ſuperare. ut Suet. Caeſ. LV. *Eloquentia militarique re aut aequavit praeſtantiſſimorum gloriam, aut exceſſit.* Claudian. VI. Conſ. Honor. 475. *quorum impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.* & III. Rapt. 384 licet paullo alio ſenſu, *Exceditque aeſtus*, pro vincit, uti in Codice Pulmanni; vulgo *exſuperat.* ita & *egredi* poni obſervavimus ad Vellej. Paterc. II. 40. BURM.

92. FATA] Fortunam Romani Imperii. Petronius verſibus ſupra adſcriptis, *fatiſque in triſtia bella paratis.* Hoc eſt praeſtolantibus, velut quo pacto iis uti velint Romani. Peculiarem autem Deum, Fortunam urbis Romae ex perpetuo rerum ſucceſſu habebant, quam & Conſtantinopoli conſecravit Conſtantinus. Zoſimus lib. II. Novae Hiſtoriae. ἐν δὲ Θωράκῳ τετρακίονι Ῥώμης ἱδρύσατο τύχην. Talia credebant & de caeteris Urbibus. Prudentius Symmachi verbis lib. II. in Eum.

*—— ſicut variae, naſcentibus, inquit,*
*Contingunt pueris animae, ſic urbibus affert*
*Hora dieſque ſuum, cum primum moenia ſurgunt,*
*Aut fatum aut Genium, cujus moderamine regnent.*

Vide Relationem ipſius Symmachi, & Reſponſum Ambroſii. BART.

93. PERCENSERE LABOR DENSIS DECORA ALTA TROPAEIS, UT SI QUIS STELLAS PERNUMERARE VELIT.] Proverbii ſpeciem habet, quod hic canit. Genuſque notum ſacris literis celebrarunt etiam Latini auctores, numerum videlicet ſtellarum pro re innumerabili. Sedulius lib. I. Carm. Paſchal. ad Deum.

*Qui ſolem radiis ad lunam cornibus imples,*
*Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque,*
*Qui ſtellas numeras, quarum tua nomina ſolus,*
*Regna, poteſtates, curſus, loca, tempora, noſti.*

Qui poſtremi verſus adumbrati ſunt ex Ovidianis. V. Metam. Paria habes apud Catullum, Silium Italicum, Alcimum Avitum, & alios. BART. *Adverſ.* XXV. 15. Saepe ſic ſacrae literae, ut notamus alibi multis. IDEM. vid. ad Petron. cap. LXII.

93. PERCENSERE] Vid. ad Grat. Cyneg. 289.

93. DECORA ALTA] Virg. lib. I. Aeneid. 429.

*—— Scenis decora alta futuris.*

Idem lib. II. 448.

*Auratasque trabes veterum decora alta parentum.* BART.

95. CONFUNDUNTQUE VAGOS DELUBRA MICANTIA VISUS:] Claudianus VI. Conſulatu Honorii 42.

*Attollens apicem ſubjectis regia noſtris*
*Tot circum delubra videt, tantiſque Deorum*
*Cingitur excubiis: juvat intra tecta Tonantis*
*Cernere Tarpeja pendentes rupe gigantes,*
*Caelataſque fores, mediiſque volantia ſigna*
*Nubibus, & denſum ſtipantibus aethera templis.*

CASTAL. Minuc. Felix in Octav. cap. 7. *Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas & protegitur, & ornatur; magis ſunt auguſta numinibus incolis, praeſentibus, inquilinis, quam cultu inſignia, & muneribus opulenta.* SITZM. Claudianus de tali univerſo ſpectaculo egregie:

*—— juvat intra tecta Tonantis*
*Cernere Tarpeja pendentes rupe gigantes,*
*Caelataſque fores, mediiſque volantia ſigna*
*Nubibus, & denſum ſtipantibus aethera Templis.*
*Aeraque veſtitis numeroſa puppe columnis*

 Con-

Ipſos crediderim ſic habitare Deos.
Quid loquar aërio pendentes fornice rivos,
Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?

Hos

*Conſita, ſubnixaſque jugis immanibus aedes,*
*Naturam cumulante manu; ſpoliiſque micantes*
*Innumeros arcus; acies ſtupet igne metalli,*
*Et circumfuſo trepidans obtunditur auro.*

Pariterque Sidonius Anthemiano. *Diripiunt diverſa oculos - Hoc vincit, quodcunque vides-* Capitolium auro tectum fuiſſe teſtatur Seneca Pater primo Controv. VI. BART.

95. Delubra] De his vid. Aſcon. Paedian. ad divinat. Joh. Roſinum Antiq. Rom. lib. II. c. 2. SITZM.

96. Sic habitare Deos.] Auſonius de Clar. Urb. I.

*Prima urbes inter, Divûm domus, aurea Roma.*

Nec vana haec locutio. *Templa* enim à Diis ſuis miſeri credebant habitari, quin etiam ipſa *ſimulacra*, ut pluribus notavi ad D. Auguſtini de Civitate Dei librum I. cap. 2. De habitatione Dei cujuſpiam ſimilia Martialis, qui non eſt nunc ad manum. BART. Sed quid eſt *ſic habitare*? an credebat, in coelo non ſplendidiores ſedes habere Deos, quam Romae, & ibi ſic habitare, id eſt, non melius, quam in templis Romanis? ſi hiatum liceret admittere, malim, *crediderim, hic habitare deos*; vel potius legendum, *ipſos credideris hic habitare Deos.* nam templa, & praecipue Capitolium ſedes, & domus Deorum & Jovis credebantur. vid. de Jove Fulger. cap. XIV. & ita mox *dicas*. & millies ita ſecunda perſona utuntur Poëtae & Oratores, vid. Ovid. XI. Met. 517. I. Faſt. 573. & paſſim. BURMANN.

97. Aerio pendentes fornice rivos,] Aquaeductus. Papinius Stat. lib. I. Silv. v. 23.

*Vos mihi quae Latium, ſeptenaque culmina Nymphae*
*Incolitis, Tiberimque novis attollitis undis,*
*Quas praeceps Anien, atque exceptura natatus*
*Virgo juvat, Marſaſque nives, & frigora ducens*
*Marcia, praecelſis quarum vaga molibus unda*
*Creſcit, & innumero pendens tranſmittitur arcu.*

Vide Caſſiodori formulam comitivae formarum urbis lib. VII. cujus pauca adjunxi; *quod enim illuc flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur, naturales credas alveos, ſoliditates ſaxorum, quando tantus impetus fluminis tot ſaeculis firmiter potuit ſuſtineri.* & infra. *Sed quanto pulchrius eſt Claudiam Romam per tot ſiccas montium ſummitates lavacris ac domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus emiſiſſe.* CASTAL. Neratius J. C. lib. II. reſponſor. *Uſufructuarius novum rivum parietibus non poteſt imponere.* l. LXI. ff. de uſufr. quam l. Cujac. lib. III. Obſerv. cap. 36. corrigit, & putat, pro *rivum* legendum *tectorium*, quia rivi ſint in ſolo. Imo fuiſſe quoque in ſuperficie patet hîc ex Rutilio, & Manil. lib. IV. 265.

*Et peregrinantes domibus ſuſpendere rivos.*

Stat. lib. I. Sylv. v. 27.

*— Praecelſis quarum vaga molibus unda*
*Creſcit, & innumero pendens tranſmittitur arcu.*

Fallor, an & huc reſpexit Seneca praefat. lib. I. Quaeſt. Natur. dum inquit: *Nec poteſt ante commentari porticus, lacunaria ebore fulgentia, & tonſiles ſilvas, & derivata in domos flumina, quam totum circumeat mundum.* Sed hac de re exſtat caput in variis noſtris, ubi decenter Cujacii correctio corrigitur. SITZM. *Rivi* proprie derivatae ex flumine aquae, per canales ſtructiles, ut aquaeductus; & ita hac voce utitur Vitruvius lib. VIII. cap. 7. ubi de aqueductibus agit. & ſaepe Frontinus. BURM.

98. Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?] Divine dictum, etſi ὑπερβολικῶς. Et non paucis talibus, quae & indicabimus ſuo loco, meretur Rutilius noſter principibus Poëtis, tamen ut poſtremus aliquis ſacri ordinis, accenſeri. De aquae ductibus autem, celſis rivis per urbem traductis, & ſuper ipſa camerata aedificia, dubitare non

poteſt,

Hos potius dicas creviſſe in ſidera montes,
Tale gigantaeum Graecia laudat opus.
Intercepta tuis conduntur flumina muris,
Conſumunt totos celſa lavacra lacus.

Nec

poteſt, qui fragmenta & relliquias eorum in urbe adhuc ſuperſtites vel ſemel adſpexerit. BART. Sed ſenſus mihi obſcurus videtur. & unde illud *qua* pendet? an eſt pro quo loco? ut ſit ſenſus, quo loco Iris vix tolleret aquas imbriferas? vel tam altos eſſe fornices, ut vix eouſque Iris aquas tolleret? an ſcripſerit;

*Par vix imbriferas tolleret Iris aquas.*

Iris vix par fornici aërio, tolleret aquas imbriferas. ſi hoc non placet, praeſtaret *quo* legere, per hyperbolen, pro ad quam altitudinem vix attollere poſſet, & hoc magis placet. de altitudine vero Aquaeductuum, quam confundit inſcite Keuchenius, cum profunditate ſpecuum, Fabrett. de Aquaed. diſſ. III. n. 381. agit, & Polenius ad Front. p. 7. BURM.

98. TOLLERET IRIS] *Pendulum humorem* pulcre vocat Alcimus Ecdicius Avitus, in fine libri Quarti. *Praecelſas moles* thermarum vocat Statius Balneo Etruſci. BART.

99. HOS POTIUS DICAS] Hic iterum ſenſus obſcuratur ex τῷ *potius*, non ſequente *quam*, de qua ellipſi vidimus ad vſ. I. Keuchen. ad Front. de Aquaed. p. 371. legit. *hos potius dicam:* neſcio, qua neceſſitate, cum utroque modo ſaepe Poëtae loquantur: ut modo diximus. Ovid. III. Art. 116.

*Alterius dicas illa fuiſſe Jovis.*

*Hos* δεικτικῶς debet capi, ut millies. BURM.

100. TALE GIGANTEUM] Scribendum puto, *Quale*, ut elevet Graecorum operum famam. Potius, ait, canamus has moles tangere coelum, quam quales Gigantum montes Graecia celebret. Mos Romanae magnificentiae laudatoribus à contemtu prae illis Graecarum rerum, tantopere à gentilibus ſuis laudatarum, pondus addere Latinis. Sic locis amplius mille Panegyriſtae, ſic Ariſtides luculentiſſimo Romae Encomio, ſic Claudianus & Sidonius, ſic alii infiniti. BART.

101. FLUMINA] Ob latitudinem rivorum, quae non exigua fuiſſe ex ruderibus nunc quoque apparet. Caſſiodorus lib. VII. Epiſt. 6. *Quod enim illuc flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur, naturales credas alveos ſoliditates ſaxorum, quando tantus impetus fluminis tot ſaeculis firmiter potuit ſuſtineri.* Ita legenda ea Caſſiodori verba facile videas ex his Rutilianis. Sed expendenda tota ea Poëticae eruditionis Epiſtola, quae quaſi ob oculos ponit aquaeductus Romanos. Alia ſuper his ſcitu neceſſaria vide apud Vitruvium libro VIII. cap. 7. Palladium libro IX. cap. II. Frontinum peculiari libro de Aquaeductibus. Porro XIV. *tales in urbe canales fuiſſe tam latos altoſque, ut eques in iis equum agere potuerit*, ſcribit Procopius lib. I. de Bello Gothico. BART.

101. INTERCEPTA] Partim enim, extra muros videlicet, ſub terra ducebantur, partim effoſſis per montes ſpecubus; Quorum operum rationem deſcriptam in dicto Vitruvii loco, ut & apud Palladium. Vide & Leonem Baptiſtam Albertum libro X. de Re Aedificatoria cap. 6. IDEM. Keuchen. dicto loco dicit, in antiquis libris legi, *intercepta ſuis.* Sed in Editionibus Simleri, Onuphrii & Pithoei, *tuis* eſt: quod ſine dubio verum eſt; *intercepta* vero ſunt, quorum curſus ex naturali alveo derivatus eſt in urbem Romam: eodem modo de Piſanis Valer. Max. IX. I. I. de Sergio Orator: *peculiaria ſibi maria excogitavit, aeſtuariis intercipiendo fluctus* &c. noſter *interceptos muros* intr. verſ. 411. dirutos dixit. BURM.

102. CONSUMUNT TOTOS CELSA LAVACRA LACUS.] De balneis & thermis ſive lavacris Romae veteris, vid. Joh. Roſinum antiq. Rom. lib. 5. cap. 14 & paralipom. doctiſſ. Thomae Dempſteri Scoti, &, quos brevi publicatum iri amici ſpem fecerunt, Draveti ea de re libros elegantiſſimos. SITZM. Notandum, & lavacra in Aquaeductibus fuiſſe. Sed hoc ita intelligendum. Ex rivis



per

Nec minus, & propriis celebrantur roſcida venis,
Totaque nativo moenia fonte ſonant.
Frigidus aeſtivas hinc temperat halitus auras,
Innocuamque levat purior unda ſitim.

Nem-

per fornices altiſſimos latentibus fiſtulae undique aquam in balneas privatas ducebant, unde domus civium lavacris inſtruebantur. Lege Vitruvium d. loco. *Balneae privatae crebrae in Urbe, ut ex P. Victore notare licet.* BART.

103. ROSCIDA VENIS,] Sic Virg. lib. VII. Aeneid. 683.

*Et roſcida rivis*
*Hernica ſaxa colunt.*

CASTAL.

104. TOTAQUE MOENIA] Univerſam urbem Romam dicit. BART.

104. NATIVO FONTE] Non deducto. CASTAL. Tales fuere aqua Petroniana, Mercurii & aliae, quas ex Nardino memorat Fabrett. diſſert. III. de aquaed. p. 398. & ſeq. BURM.

105. HINC TEMPERAT HALITUS AURAS,] Caſſiodorus VII. 6. *currit aqua Virgo ſub delectatione puriſſima; Quae ideo ſic appellata creditur, quod nullis ſordibus polluatur. Nam cum aliae pluviarum nimietate terrena commixtione violentur, haec aërem perpetuo ſerenum puriſſime labens unda mentitur.* Ex eodem ſcriptore diſcimus, ſuperius expoſita celſa lavacra etiam de balneis in faſtigiis fornicum capi poſſe. Ita enim loquitur Caſſiodorus: *Sed quanto pulcrius eſt, Claudiam Romanam per tot montium ſiccas ſummitates lavacris ac domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus emiſiſſe, & ita aequaliter fluere, ut non poſſit ſe deſiderata ſubducere.* Sed hoc negotium peculiari libro opus habet. BART.

106. INNOCUAMQUE SITIM.] Naturalem; quae, dum exſtinguitur, nemini nocet. Epitheton hoc poſuit in invidiam eorum, qui potibus periculo hominum aliunde petitis delectabantur, qualia plurima de Romanorum luxu liceat commentari. In naturae bonis innocentiam quamdam & vivam voluptatem ponebant homines ſapientiae verae ſtudioſi. Sic *Luxuriam* contra *nocituram* in cibis dicit Claudianus primo in Rufinum 206. Et pulcre Seneca de nocentibus epulis Epiſt. XXIV. *Ipſae voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem afferunt, ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines pedum, manuum, articulorum omnium depravationes.* Idem Epiſtola XCV. *Poſtquam cibus coepit non ad tollendam, ſed ad irritandam famem quaeri, & inventae ſunt mille conditurae, quibus aviditas excitatur, quae deſiderantibus fomenta erant, onera ſunt plenis. Inde pallor & nervorum vino madentium tremor, & miſerabilior ex cruditate, quam ex fame macies. Inde incerti labantium pedes, & ſemper, qualis in ipſa ebrietate, titubatio. &c.* quae ibi latius proponuntur. De iiſdem Chryſoſtomus quoque egregie pulcherrimo libro de Virginitate cap. 69. ἀλλὰ σιτεῖσθαι πολλὰ πολλάκις ἡδύ; ἄπαγε, ὅταν κραιπαλῶμεν, καὶ γαστρὸς διάτασις, καὶ πνεύματος ἔμφραξις, καὶ σκοτοδινίαι, καὶ ἴλιγγοι, καὶ ἀχλύες, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἀτοπώτερα ἀπὸ τῆς τρυφῆς ταύτης ἀναβλαστάνει δεινά. καὶ ἴσθι μέχρι τῆς ἡμέρας λυπηρῶν ἐκ τῆς ἀσχημοσύνης ἐκείνης, καὶ τὰ τῆς ζημίας ἵστατι μόνον: νυνὶ δὲ μάλιστα τῶν νόσων αἱ δυσίατοι ἀπὸ τῶν τοιούτων τραπεζῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ ποδαλγίαι, καὶ φθίσις, καὶ νόσος, καὶ παράλυσις, καὶ πολλὰ ἔτι τούτων χαλεπώτερα ἀπολαβόντα τὸ σῶμα πολυχρονίοις ἱμάσιν ἀναπίοι. De innocuis cibis in aureo ſeculo pulcre Lucretius libro Quinto 1391.

*Inter ſe proſtrati in gramine molli.*
*Propter aquae rivum, ſub ramis arboris altae,*
*Non magnis opibus jucunde corpora habebant.*

Seneca in Hippolyto 517.

*—— —— regios luxus procul*
*Eſt impetus fugiſſe: Sollicito bibant*
*Auro ſuperbi; quam juvat nuda manu*
*Captaſſe fontem; certior ſomnus premit*
*Secura duro membra verſantem toro.*

Lucanus pulcherrime libro IV. 377.

*Diſcite, quam parvo liceat producere vitam,*
*Et quantum natura petat, non erigit aegros*

Ne-

Digitized by Google

Nempe tibi ſubitus calidarum gurges aquarum
Rupit Tarpeias, hoſte premente, vias.
Si foret aeternus, caſum fortaſſe putarem:
Auxilio fluxit, qui rediturus erat.
Quid loquar incluſas inter laquearia ſilvas?

Ver-

*Nobilis, igncto diffuſus Conſule, Bacchus,*
*Non auro myrrhaque bibunt; ſed gurgite puro*
*Vita redit: ſatis eſt populis fluviuſque Ceresque.*

Seneca Epiſtola xx. *Aut gratuitum eſt, quo egemus, aut vile; Panem & aquam natura deſiderat: nemo adhaec pauper eſt, intra quae quiſquis deſiderium clauſit, cum ipſo Iove de felicitate contendat.* Vide eumdem Epiſtola xc. Boëthium de Conſ. Phil. lib. III. cap. 3. Stobaeum Eclogarum Ethicarum libro II. cap. 4. Et haec plura ſunt etiam, quam pro Rutilio noſtro. BART.

107. NEMPE TIBI SUBITUS CALIDARUM GURGES AQUARUM RUPIT TARPEJAS, HOSTE PREMENTE, VIAS.] Apud Ovid. lib. I. Faſtorum 269. integram hujus rei ſeriem leges. Hic aliquot verſus adpoſui.

*Oraque, qua pollens ope ſum, fontana reclusi,*
*Sumque repentinas ejaculatus aquas.*
*Ante tamen madidis ſubjeci ſulphura venis,*
*Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.*
*Cujus ut utilitas pulſis percepta Sabinis,*
*Quae fuerat, tuto reddita forma loco eſt.*

CASTAL. *Subitus* repentinus, quod Ovid. dixit eo verſu.

*Sumque repentinas ejaculatus aquas.*

IDEM. Macrobius lib. I. Saturnal. cap. 9. *Cum bello Sabino, quod virginum raptarum gratia commiſſum eſt, Romani portam, quae ſub radicibus collis Viminalis erat, quae poſtea ex eventu Janualis vocata eſt, claudere feſtinarent, quia in ipſam hoſtes irruebant: poſtquam eſt clauſa, mox ſponte patefacta eſt. cumque iterum, ac tertio idem contigiſſet, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, cuſtodes ſteterunt, cumque ex altera parte acerrimo praelio certaretur, ſubito fama pertulit, fuſos à Tatio noſtros. Quam ob cauſam Romani, qui aditum tuebantur, territi profugerunt. Cumque Sabini per portam patentem irrupturi eſſent, fertur ex aede Jani per hanc partem magnam vim torrentium, undis ſcatentibus erupiſſe, multaſque perduellium catervas exuſtas ferventi aqua, aut devoratas rapidâ voragine, deperiiſſe: Ea re placitum, ut belli tempore, velut ad urbis auxilium profecto Deo fores reſerarentur.* SITZM. Hiſtoria eſt, quam ex Macrobio attulit eruditiſſimus Sitzmannus. *Tibi*, tuo emolumento, tuo commodo. Lucretius I. 8. *tibi rident aequora Ponti.* BART. vid. ſupr. vſ. 57. & ad Calp. IV. Ecl. 120.

109. AETERNUS,] Durabilis, conſtans, perpetuus. Plinius lib. XXXV. cap. 14. *aeternos* ſic parietes dixit. BART. Ita Ovidius XV. Met 551. *aeternas artus tenuavit in undas.* III. Am. 6. *ſic aeternus eas.* unde fluvii & fontes ἀέναοι Graecis. vid. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. 1055. & proprie de fluente ſemper & viva aqua dici, ſed metaphorice pro αἰώνιος poni ἀέναος docet Schol. Pindari ad Od. Olymp. XIV. 17. & Pyth. I. 9. & ita Callim. in Apoll. vſ. 83. ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ. hinc Latini *aeternos* fluvios & fontes dixere, quos torrentibus ἀναύροις & χειμάῤῥοις opponunt, qualis ille apud Ovid. III. Amor. 6. BURM.

110. REDITURUS] *Periturus* malebat Heinſ. ſed *rediturus* in terrae penetralia, unde eruperat. & ideo Deorum beneficio ad tempus modo fluxiſſe, non caſu exſiluiſſe credit Poëta. IDEM.

111. QUID LOQUAR INCLUSAS INTER LAQUEARIA SILVAS?] Seneca lib. I. Natural. *Nec poteſt ante contemnere porticus & lacunaria ebore fulgentia, & penſiles ſilvas, & derivata in domos flumina.* CASTAL. Tibull. lib. III. Eleg. III. 15.

*Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos.*

Seneca lib. v. Decl. *Intra aedificia veſtra undas & nemora comprehenditis.* Et paulo poſt: *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora,* &

Vernula qua vario carmine ludit avis.

Ve-

& *navigabilium piſcinarum freta.* Idem Epiſt. 123. *Non vivunt contra naturam, qui pomaria in ſummis turribus ſerunt: quorum ſilvae in tectis domorum ac faſtigiis nutant: inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egiſſent?* Senec. Tragic. in Thyeſt. vſ. 461. & ſeq.

*Nulla culminibus meis impoſita nutat ſilva.* Tales forte *horti* illi Babylonii *penſiles*, & alii *Thebis*, apud Plin. lib. XXXVI. SITZM. Non de privatorum domibus, ſed de lucis publicis ſermo eſt, vel & hortis. Quales *Moecenatis & Plautianos* in Regione urbis V. agnoſcit P. Victor. Qua eadem regione *trium lucorum* meminit. Et haec nos latius deſcribere, etiamſi velimus, non ſinit curioſa doctorum diligentia. BART. Hoſce verſus de Nymfaeo capiendos dixit IDEM. Adverſar. lib. VII. cap. 10. vid. Lipſ. Admirand. in fine.

112. VERNULA] Onuph.

*Vernula quae vario carmine ludit avis.*

SIML. Ovid. III. Triſt. 12.

*Indocilique loquax carmine vernat avis.*

SITZM. Elegantiſſime. In urbe nata; velut in domo quapiam aut familia vernae ancillarum filii. Videtur autem Nymfaeum aliquod hoc loco deſcribere Rutilius noſter, quae conjicio fuiſſe aedificia omni genere naturalium deliciarum inſtructa, arboribus, gramine, fontibus, avium concentu, & quae alia ad innocuam voluptatem ſine admiſtione auri aut pretioſarum rerum componi poſſunt, de quibus notavimus non prorſus contemnenda libris ſexto & ſeptimo Adverſariorum. BART. Ita correxerunt viri eruditi. At prima editio ita poſteriorem verſum concinnat.

*Vernula quae vario * carmine ludat avis:*

Clarum, ex nota Aſteriſmi aliquod aliud latere, quod exſcriptor aſſequi non potuerit. An legas.

——— *qua Iſmario carmine.*

Ut Atticam Thraciamque avem vernulam Romae canere dicat. Ovidius Epiſt. XV. 154.

*Concinit Iſmarium Daulias ales Ityn.*

IDEM. Adverſ. XXII. 17. *Qua* editio Onuphr *queis* Pithoei Scriverius legebat, *garrula avis.* is vero videtur, ut & Sitzmannus perperam *vernulam* a *vere* deducere, quia ex Ovidio III. Triſt. XII. 8. producunt *vernat avis:* ubi alii codices etiam *garrit.* ſed *vernare* ibi probum. ita Paullin. VII. Natal. *vocibus vernare novis.* vid. ad illa Petronii, cap. CXX. *non verno perſona cantu virgulta loquuntur.* & ad Nemeſ. Cyneg. 520. dixiſſe vero veteres *vernulam*, quaſi diminutivum a *vernus* docent Gloſſae, in quibus, *vernula* οἰκογενὴς ὑποκοριστικῶς, & *vernus* tam οἰκογενὴς, quam ἐαρινὸς vertitur. praefero etiam *qua.* id eſt in quibus ſilvis, ubi, vide ad Ovid. III. Amor. XV. 12. & alibi ſaepe, & ſupr. 98. ita vulgo legitur. *ludere* hic eſt canere. vid. Acron. ad Horat. I. Od. 32. ita ſaepe Ovidius *luſum carmen*, ut I. Triſt. IX. 61. & III. Art. 318. & alibi. Cl. Graev. legebat, *vernula quam vario carmine ludat avis!* & de nemoribus, in ipſis tectis aedificiorum poſitis, & pendentibus, recte explicat. BURM.

112. LUDIT AVIS] Hanc quoque naturalium voluptatum non poſtremam in deliciis ingenuis ponunt ſuaviſſimi ſcriptores, eſtque antiquiſſima ea delectatio Muſicae humanae origo: Lucretius vſ. 1378.

*At liquidas avium voces imitarier ore*
*Ante fuit multo, quam laevia carmina cantu*
*Concelebrare homines poſſent, aureiſque juvare.*
*Inde minutatim dulces didicere querellas,*
*Tibia quas fundit digitis pulſata canentum* &c.

Petronius in Paradiſo quodam Amatorio cap. CXXXI.

*Has inter ludebat aquis errantibus amnis*
*Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos*
*Dignus Amore locus, teſtis ſilveſter Jaſdon*
*Atque Urbana Progne: quae circum gramina fuſae*
*Et molles violas, cantu ſua rura colebant.*

Manilius in Fine libri III.

*Tunc pecudum volucrumque genus per pabula laeta*
*In Venerem partumque ruit, totumque canorâ*
*Voce nemus loquitur, frondemque vireſcit in omnem.*

Virgilius Culice 144.

At

Digitized by Google

Vere tuo numquam mulceri deſinit annus,
Deliciaſque tuas victa tuetur hiems.
Erige crinales lauros, ſeniumque ſacrati

Ver-

*At Volucres patulis, reſidenteis dulcia ramis*
*Carmina per varios edunt reſonantia cantus,*
*His ſuberat gelidis manans è fontibus unda,*
&c.

Ariſtaenetus lib. 1. Epiſt. 3. ἐδὼ καὶ ἀηδόνες περιελιττόμεναι τὰ νάματα μελῳδοῦσι. ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἠδυφώνων κατηκούομεν ὀρνίθων, ὥσπερ ἐμμελῶς ὁμιλούντων ἀνθρώποις. ἐπὶ κἀκείνης περὶ τῶν ᾀσμάτων ἔχειν δοκῶ. ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει, τὼ πόδε καθ' ἴσα, ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερόν. ὁ δὲ εἰς τὴν γλῶτταν κατατείνουσιν ἀποτετίσασθαί τι ἐκεῖθεν. ἡμεῖς δὲ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτάντας, καὶ ὥσπερ ἀκούομεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν. Achilles Tatius libro 1. ὄρνιθες δὲ οἱ μὲν χειροήθεις περὶ τὸ ἄλσος ἐνέμοντο, οὓς ἐκολάκευον αἱ τῶν ἀνθρώπων τροφαί. οἱ δὲ ἐλεύθεροι ἔχοντες τὸ πτερὸν, περὶ τὰς τῶν δένδρων κορυφὰς ἔπαιζον. οἱ μὲν ᾄδοντες τὰ ὀρνίθων ᾄσματα, οἱ δὲ τῇ τῶν πτερῶν ἀγλαϊζόμενοι στολῇ. Longus lib. 1. Paſtoralium. ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν, ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων, ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες. Et ſic magna vis aliorum ſcriptorum. Nos haec obiter incidentia adſcripſimus, jucunditatis gratia, memores ad Poëtam ſcribere. BART.

113. VERE TUO] Tamquam Domina etiam Temporum & Tempeſtatum ſit Roma. Infra verſic. 200.

——— ——— *ipſe videtur,*
*Quem ſibi Roma facit, purior eſſe dies.*

Quo loco, ſi videbitur, alia quaedam fortaſſe notabimus. Sequemibus ſimilia ſunt apud Martialem aliquot locis. IDEM. Videtur mihi alludere Epigramma LXXX. libri VI. apud Martialem, ut alia hujus Galli Hiſpanum illum elegantiarum Imperatorem ſequuntur. IDEM. Adverſar. lib. XXII. cap. 17.

113. MULCERI] Leni ſuavique flatu. Ovidius Metam. 1. 108.

*Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.*
BART.

114. DELICIASQUE TUAS] *Delicias* ſcribimus per ſecundam mutam: eſt enim a *deliciendo delicium*, & *deliciae*, quam ſcribendi rationem vetuſtiſſima ſervant monumenta Romae in Campo ſancto.

DELICIO SVO (Grut. DCLXI.)

*Et in hoſpitio Trinitatis.* (DCXVII. 3.)

CLAVDIÆ
PSAMATHE
VIX ANN. XXIII.
C. FVRINIVS FAVSTVS
DELICIO. SVO
PORPHIRIO. CÆSAR
AVG. SER
IVCVNDIANVS
CONJVGI. KARISSIMÆ.

Et alius lapis, cujus mihi exemplum dedit Fulvius Urſinus vir doctiſſimus, atque humaniſſimus. (Grut. DCLXIII. 5.)

V. SALVIDIENA Q. L. HILARA SIBI ET SVÆ LIBERTÆ SALVIDIENÆ FAVSTILLÆ
DELICIÆ SVÆ ERVDITÆ OMNIBVS
ARTIBVS RELIQVISTI MAMMAM TVAM GEMENTEM PLANGENTEM
PLORANTEM VIX ANN. XV. VIRGINEM
ERIPVIT FATVS MALVS DESTITVISTI
VITILLA MEA MISERAM MAMMAM TVAM.

CASTAL.

114. VICTA] Tepore nimirum, & veris blanditiis. ita *victae ſole tepente nives* Ovid. III. Faſt. 236. ubi vide adnotationes. BURM.

115. ERIGE CRINALES LAUROS,] Pap. Stat. lib. II.

*Crinalem attollit longo ſtridore ceraſtem.*
CAST.

Verticis in virides, Roma, recinge comas.
Aurea turrigero radient diademata cono,

Per-

CAST. Hoc eſt, crinibus idoneas. Claudian. de raptu Proſerpinae lib. I. 17.

—— *Laetuſque ſimul procedit Iacbus*
*Crinali florens hedera.*

SITZM. Semper crinibus haerentes. Vide Effigiem Romae in Notitia Imperii. BART. Crebro utitur voce *crinales* Claudianus. vide Barth. ad Bell. Gildon. 137. & II. in Eutrop. 283. & I. Rapt. 17. BURM.

115. SENIUMQUE SACRATI VERTICIS IN VIRIDES, ROMA, RECINGE COMAS.] Claud. de Bello Gethico 52.

*Surge, precor, veneranda parens, & certa ſecundis*
*Fide Deis, humilemque metum depone ſeneƈtae.*
*Urbs aequaeva polo,*

Idem de bello Gildonico 208.

*Dixit, & adflavit Romam meliore juventa.*
*Continuo redit ille vigor, ſeniique colorem*
*Mutavere comae, ſolidatam criſta reſurgens*
*Erexit galeam, clypeique recanduit orbis.*
*Et levis excuſſa micuit rubigine conus.*

CASTAL. Canis & ſparſis crinibus Roma pingebatur. Sidon. Apollin. Carm. VII. 45.

*Cum procul erecta coeli de parte trahebat*
*Pigros Roma gradus, curvato cernua collo*
*Ora ferens, pendent crines de vertice tecti*
*Pulvere, non galeâ.*

Vid. eund. Carm. II. & carm. V. Simile quid Prudent. contra Symmachum, ubi introducit Romam loquentem:

—— *Senium omne renaſcens*
*Depoſui, vidique meam flaveſcere rurſus*
*Caeſariem.*

SITZM. Canitiem dicit Urbis jam in ſenium productae. Ipſa apud Claudianum bello Gildonico 114.

*Ipſa ego, quae terras humeris, pontumque ſubegi,*
*Deſeror, emeritae jam praelia nulla ſeneƈtae.*

Et apud Symmachum lib. X. *Optimi principes, Patres Patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, ut utar ceremoniis avitis.* Pariter Apollinaris Sidonius. BART.

116. IN VIRIDES COMAS] à Vigore, non à colore. Theocritus Cyniſcâ. ποιεῖν τι δεῖ, ἆς γόνυ χλωρόν. Hoc eſt, *qui vigent aetate & ſanguine juvenili.* Sic *uvas virides* Apicius vocat incorruptas lib. I. cap. I. *Oleum viride* ibidem, & lib. III. cap. 2. Sic μέλι χλωρὸν apud Homerum Iliade Λ. τυρὸς χλωρὸς Ariſtophanem Ranis. πῦρ χλωρὸν, apud Aeſchylum. Catullus

—— *Cui cum ſit viridiſſimo Nupta flore puella.*

Statius Theb. VI.

*Si pariter virides nati libare dediſſet*
*Ad tua templa genas.*

Boëthius, *Gloria felices olim virideſque juventae Solatur.* Gregorius Magnus Homiliâ Primâ. *mundus in annis prioribus velut in juventa viguit, ad propagandam humani generis prolem robuſtus fuit, ſalute corporum viridis, opulentia rerum pinguis.* Nemeſianus Cynegetico 94.

*Tecum Najades faciles, viridique juventa*
*Pubentes Dryades.*

Pariter Claudianus Bello Getico 260. Valerius Flaccus libro I. Argon. Silius lib. XIII. Palladius lib. VI. cap. 17. BART.

116. RECINGE] Accedo Heinſio corrigenti *refinge*, canos capillos refinge in virides, id eſt juveniles. *fingere* proprie de capillis dici vidimus ad Phaedr. II. fab. 2. itâ *canas fingere comas* Tibull. II. II. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. XIV. 2. BURM.

117. AUREA TURRIGERO RADIENT DIADEMATA CONO,] Lucan. lib. I. 185.

—— *Ut ventum eſt parvi Rubiconis ad undas,*
*Ingens viſa duci patriae trepidantis imago,*
*Clara per obſcuram vultu mœſtiſſima noƈtem,*
*Turrigero canos effundens vertice crines,*
*Caeſarie lacera, nudiſque adſtare lacertis,*
*Et gemitu permixta loqui.*

Arator lib. I. Hiſt. Apoſtol. lib. II. ſub finem:

*Haec turrita caput mundi circumtulit oris.*

Sidon. Apollinaris, Carm. I. 14.

*Sederat exerto bellatrix peƈtore Roma,*
*Criſtatum turrita caput.*

SITZM. Diadema cum faſcia alba aut purpurea

Perpetuoſque ignes aureus umbo vomat.
Abſcondat triſtem deleta injuria caſum,
Contemtus ſolidet vulnera clauſa dolor.
Adverſis ſollemne tuis ſperare ſecunda:

Excem-

purea Regibus uſitabatur, ab Imperatoribus Romanis auro texta & gemmis culta geſtata eſt. *Conum* autem dicit, quia velut mitras quaſdam gemmis undique intextas geſtabant eidem, quorum cultui Deam ſuam aequat Rutilius, quae mitrae, velut galeae quaepiam, in conum erant elevatae. Viſe picturas trium Imperatorum Theodori, Michaëlis, Andronici, praefixas Graecolatinae Editioni Baſilaeenſi Annalium Nicefori Gregorae. BART.

117. CONO] Non eſt inepta notatio modo poſita. Tamen verius eſt, galeam diademate cinctam & clypeum Romae adſcribere aureum Rutilium noſtrum. Claudianus de eadem Bell. Gild. 210.

*—— Solidatam criſta reſurgens*
*Erexit galeam, clypeique recanduit orbis,*
*Et levis excuſſâ micuit rubigine Conus.*

IDEM. Sed in Claudiani loco legitur *cornus*, & recte.

118. PERPETUOSQUE IGNES AUREUS UMBO VOMAT.] Virg. lib. x. 270

*Ardet apex capiti, criſtiſque a vertice flamma*
*Funditur, & vaſtos umbo vomit aureus ignes.*

Idem ibid. 884.

*——— Sed ſuſtinet aureus umbo.*

Pap. Statius Th. 3. *Clypeique cruenta*
*Lux rubet, & ſolem longe ferit aemulus orbis.*

Auſonius Gallus.

*——— Vomit aurea flammas*
*Caſſis, & undantem clypeus defulgurat ignem.*

CASTAL.

119. ABSCONDAT TRISTEM DELETA INJURIA CASUM,] Ἀμνηστία. Injuriarum oblivio: de qua Cic. in 1. Philipp. in principio. IDEM.

119 TRISTEM CASUM] Gothicam direptionem Urbis. IDEM. Innuit occupatam & ſpoliatam ab Alarico Romam; de quo caſu Urbis diverſi diverſa memoriae prodiderunt, ut quiſque Paganiſmo, Imperatori, Gothis, Chriſtianis, Stiliconi & Alarico faventior fuit. Lege Zoſimum Comitem, Oroſium, Niceforum, Caſſiodorum in Tripartita, Freculſum, Idatium, Marcellinum Comitem, Hermannum Contractum, Othonem Friſingenſem, Georgium Cedrenum, Joannem Zonaram, Reginonem, Sigebertum Gemblacenſem, Gotifredum Viterbienſem, Martinum Polonum, Conſtantinum Manaſſem, Jornandem, Paullum Diaconum, Caſſiodorum Chronico, Et alios hujus farinae ſcriptores, nec malos bonam partem, nec valde bonos. BART.

120. CONTENTUS SOLIDET VULNERA CLAUSA DOLOR] *Contemtus* legebatur. Nos *contentum* dolorem credimus legi oportere. CASTAL. Immo *contemtus dolor*, eſt jam praeteritus, & ideo pro nihilo habendus. Ille vero vulnera, quae jam cicatricem duxerunt, & clauſa ſunt, porro ſolidet. vid. ſupr. ad vſ. 23. BURM.

121. ADVERSUS SOLEM NE VIS SPERARE SECUNDA:] Lego, *Adverſis ſolemne tuis ſp. ſec.* SIML. Hunc verſum ita poſſe reſtitui putabat Achilles Statius. Legebatur antea

*Adverſus ſolem ne vis ſperare ſecunda.*

Nam *ſolemne viris*, conjunxit Horat. Epiſt. ad Lollium XVIII. 49.

*Romanis ſolemne viris opus.*

Ad eam nimirum ſententiam reſpexerat Rutilius, qua uſus eſt Horat. lib. II. Od. 10.

*Sperat infeſtis, metuit ſecundis*
*Alteram ſortem bene praeparatum*
*Pectus.*

CASTAL. Ita recte hunc verſum Simlerus reſtituit, cum in Onuphrii editione legeretur,

*Adverſus Solem ne vis ſperare ſecunda.*

Joſeph. Caſtalio legit:

*Adverſis ſolemne viris ſperare ſecunda.*

Melior & rectior videtur eſſe Simleriana lectio, quam etiam in hac editione retinuimus. SITZM. Malim, *Adverſis ſollemne tibi ſ. ſ.* vel *adverſis ſollemne vices ſ. ſecundas. ſollemne* eſt uſitatum, vulgare. vid. ad Phaedr. prolog.



lib.

Exemplo coeli ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammae renovant occaſibus ortus,
Lunam finiri cernis, ut incipiat.
Victoris Brenni non diſtulit Allia poenam,

Sam-

lib. III. 61. BURM.

122. EXEMPLO COELI DITIA DAMNA SUBIS.] Quod ſidera ſua condit, ut inde clarius & ſerenius ſplendeant. *Ditia damna*, acute, quia ab ipſo ferro ſumit opes animoſque, per damna, per caedes. Horatius de iiſdem Romanis libro IV. Od. 4.

*Gens, quae cremato fortis ab Ilio*
*Jactata Thuſcis aequoribus, ſacra,*
*Natoſque, maturoſque Patres,*
*Pertulit Auſonias ad Urbes:*
*Duris ut ilex tonſa bipennibus*
*Nigrae feraci frondis in Algido,*
*Per damna, per caedes ab ipſo*
*Ducit opes animoſque ferro.*
*Non hydra ſecto corpore firmior*
*Vinci dolentem crevit in Herculem,*
*Monſtrumve ſubmiſere Colchi*
*Majus, Echioniaeve Thebae.*
*Merſes profundo, pulcrior evenit;*
*Luctere, multa proruet integrum*
*Cum laude victorem, geretque*
*Proelia conjugibus loquenda.*

Quos divinos verſus animo habuiſſe videtur Rutilius noſter. Vide Ariſtidem Panegyrico, &c. Flororum imprimis, cujus Epitoma Rerum Romanarum quidam Panegyricus eſt. BART. *Ditia damna*, eleganter, ut Ovid. Ep. IX. 96.

*Damnis dives ab ipſa ſuis.*

Adde & Horat. IV. 7.

*Damna tamen celeres reparant coeleſtia lunae.*

BURM.

123. ASTRORUM FLAMMAE RENOVANT OCCASIBUS ORTUS,] Sidon. Apollin. Carm. VII. 5.

*Sidera ſunt iſti, quae ſicut merſa niteſcunt,*
*Adverſis ſic Roma micat.*

SITZM.

125. VICTORIS BRENNI NON DISTULIT ALLIA POENAM,] Qui libri excuſi ſunt, antequam Onuphrius Rutilium ederet, mendum hoc loco admiſerunt: *Poenum* enim in iis, non *poenam* eſt legere. Illud non omittendum eſt, in Panviniana editione, *Aliam* unica tantum *l* eſſe impreſſam. Servius lib. VI. Aeneid. 717. metri cauſa geminatam liquidam ſcribit ad illum verſum.

*Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.*

*Allia fluvius*, inquit, *haud longe ab urbe eſt, juxta quem Galli, Brenno duce, decimo quinto Calendarum Auguſtarum die, deleto exercitu, poſt triduum deleverunt etiam urbem, excepto Capitolio.* Sane *Alliae* additum eſt *l* propter metrum, ut *relliquias.* Lucanus bene poſuit, *Quas Aliae clades.* Hoc Lucani hemiſtichium apud Lucanum adhuc invenire non potui, quo fit, ut putem Servii verba eſſe mendoſa. CASTAL. Apud Lucan. VII. 409. multi codices *Alia:* vid. ibi var. lect. ab Oudendorpio congeſtas.

125. POENAM,] Graece ſcribitur ποινή, ut nihil ſit opus auctoritate lapidis, libet tamen, quod eſt ad S. Spiritus Hoſpit. adpingere monumentum. (Grut. DCCLXV. 5)

... OC MONVMENTVM
.. VI. EXTERVM. CORPVS. INDVCERE VOLVERIT POENÆ
NOMINE INFERET. ARCÆ. PONTIFICVM.

Claudianus de bello Getico 290. eandem ſententiam expreſſe.

*Saepe laceſſitam ſed non impune fatemur*
*Auſoniam, haec Senonum reſtinxit ſanguine flammas.*

Eodem lib. 507.

*Hanc urbem inſano nullus qui Marte petivit*
*Laetatus violaſſe redit.*

CASTAL. Vetera nonnulla exemplaria, *Poenum.* quod ab omni ratione alienum. Caeterum de poena Brenni ejuſque exercitus ita L. Annaeus Florus lib. I. cap. 13. *Primum omnium illam ipſam Gallicam gentem non contentus moenibus expuliſſe, cum per Italiam naufragia ſua latius traheret, ſic perſecutus eſt*

*duce*

Digitized by Google

Samnis ſervitio foedera ſaeva luit.
Poſt multas Pyrrhum clades ſuperata fugaſti.

Fle-

*duce Camillo, ut hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint.* Adeo tempus illud, quo Galli Senones Brenno duce rapidiſſimum procurrentis imperii Romani curſum paromper ſuppreſſerunt; non tam clade fuit funeſtum, quam virtutis experimentis ſpecioſum. Vide Aurelium Victorem in Furio Camillo, ibi: *cum Galli Senones*, &c. SITZM. Veteres Editiones, ut & Petri Pithoei, *Poenum* legunt. Quam adſcripſi, lectio vera eſt BART. Immo vero diſtulit poenam: ſi enim Brennus victus & occiſus ad Alliam fuiſſet, ſtatim fuiſſet punitus, quare legerem, *modo diſtulit*, tantum diſtulit; non ſuſtulit: nam licet mox a Camillo internecione caeſos Gallos Romani jactaverint, ipſe Brennus tamen Delphos cum ſpoliaret, cecidit Deo Vindice: niſi ille, ut quidam volunt, alter fuerit. ſed hoc hic non agimus. *non* & *modo* ſaepe confundi potuit: quia *mò* per compendium ſcribebant librarii, ut centies vidi in MSS. ſic apud Suet. Tib. XXI. *ſi tu non valebis.* ſed in Cod. Tor. *ſi tu modo valebis.* & ita infra 323. recte Callalio, *quae modo profuerant vela, repente nocent*, pro, *quae non* reſtituit. eadem ratione opem tulimus corrupto Calpurnii loco Ecl. VI. 87 ubi vide. poſſet & legi *non ſuſtulit.* ſed veriſimilior emendatio prior. BURM.

126. SAMNIS SERVITIO FOEDERA SAEVA LUIT.] Alludit ad maxime illuſtrem ex gente Samnitica cladem apud Furculas Caudinas acceptam, de qua Epitome Liviana, lib. IX. *Titus Veturius, & Sp. Poſthumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum iniquum exercitu, cum nulla ſpes evadendi eſſet, foedere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Rom. obſidibus datis, ita exercitum adduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur. iidemque authore Sp. Poſthumio Coſ. qui in Senatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur: cum duobus tribunis plebis, & omnibus, qui per foedus ſpoponderant, dediti, Samnitibus non ſunt recepti. nec ita multo poſt fuſis à Papyrio Curſore Samnitibus, & ſub jugum miſſis, receptiſque ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus.* SITZM.

126. SERVITIO FOEDERA LUIT.] Euſebius Chronicor. lib. pr. interprete Hieronymo: *Romani Samnitas diutiſſimè contra ſe praeliantes ad extremam ſervitutem ſui redigunt.* Caeterum bellum Samniticum coepit M. Valerio Corvo III. A. Cornelio Coſſo Arvina Coſſ. qui in magiſtratu ſuo primi omnium Samnites bello laceſſiverunt A. A. V. C. CCCLXXVIII. numero Euſebiano, MDCLXXV. finem accepit L. Papyrio Curſore II. Sp. Carvilio Maximo II. Coſſ. A. A. V. C. CCCLXXXI. numero MDCCXLV. uno & ſeptuageſimo anno poſtquam excitatum fuit. Joſeph. Scaliger in animadverſ. ad d. lib. pag. 128. SITZM.

127. POST MULTAS PYRRHUM CLADES SUPERATA FUGASTI.] Pyrrhus Rex Epirotarum paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis agitaret, & Romanam potentiam videret, de bello conſuluit Apollinem, ambigue reſpondentem:

*Aio, te Aeacida Romanos vincere poſſe.*

Quo dicto in voluntatem tracto pro Tarentinis adverſus Romanos arma ſumpſit. IDEM.

127. SUPERATA] Inprimis Valer. Levinus Conſul infeliciter adverſus Pyrrhum pugnavit: cum elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent, quorum inuſitata facie & novo odore ſimul ac ſtridore conſternari equi, cum incognitas ſibi belluas amplius, quam erat, ſuſpicarentur, fugam ſtragemque late dederunt. IDEM.

127. FUGASTI.] De fuga & morte Pyrrhi, uti & Annibalis, cujus in ſeq. v. mentio, ſcite D. Hieronym. Epiſt. ad Gerontium, de monogamia: *Annibal de Hiſpaniae finibus orta tempeſtas, cum vaſtaſſet Italiam, vidit urbem, nec auſus eſt obſidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reverentia, ut deletis omnibus, è propinquo recederet loco, nec audebat victor aſpicere, quam regum didicerat*

Exemplo coeli ditia damna ſubis.
Aſtrorum flammae renovant occaſibus ortus,
Lunam finiri cernis, ut incipiat.
Victoris Brenni non diſtulit Allia poenam,

Sam-

lib. III. 61. BURM.

122. EXEMPLO COELI DITIA DAMNA SUBIS.] Quod ſidera ſua condit, ut inde clarius & ſerenius ſplendeant. *Ditia damna*, acute, quia ab ipſo ferro ſumit opes animoſque, per damna, per caedes. Horatius de iiſdem Romanis libro IV. Od. 4.

*Gens, quae cremato fortis ab Ilio*
*Jactata Thuſcis aequoribus, ſacra,*
*Natoſque, maturoſque Patres,*
*Pertulit Auſonias ad Urbes:*
*Duris ut ilex tonſa bipennibus*
*Nigrae feraci frondis in Algido,*
*Per damna, per caedes ab ipſo*
*Ducit opes animumque ferro.*
*Non hydra ſecto corpore firmior*
*Vinci dolentem crevit in Herculem,*
*Monſtrumve ſubmiſere Colchi*
*Majus, Echioniaeve Thebae.*
*Merſes profundo, pulcrior evenit,*
*Luctere, multa proruet integrum*
*Cum laude victorem, geretque*
*Proelia conjugibus loquenda.*

Quos divinos verſus animo habuiſſe videtur Rutilius noſter. Vide Ariſtidem Panegyrico, &c. Florum imprimis, cujus Epitoma Rerum Romanarum quidam Panegyricus eſt. BART. *Ditia damna*, eleganter, ut Ovid. Ep. IX. 96.

*Damnis dives ab ipſa ſuis.*

Adde & Horat. IV. 7.

*Damna tamen celeres reparant coeleſtia lunae.*

BURM.

123. ASTRORUM FLAMMAE RENOVANT OCCASIBUS ORTUS,] Sidon. Apollin. Carm. VII. 5.

*Sidera ſunt iſti, quae ſicut merſa niteſcunt,*
*Adverſis ſic Roma micat.*

SITZM.

125. VICTORIS BRENNI NON DISTULIT ALLIA POENAM,] Qui libri excuſi ſunt, antequam Onuphrius Rutilium ederet, mendum hoc loco admiſerant: *Poenum* enim in iis, non *poenam* eſt legere. Illud non omittendum eſt, in Panviniana editione, *Aliam* unica tantum *l* eſſe impreſſam. Servius lib. VI. Aeneid. 717. metri cauſa geminatam liquidam ſcribit ad illum verſum.

*Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.*

*Allia fluvius*, inquit, *haud longe ab urbe eſt, juxta quem Galli, Brenno duce, decimo quinto Calendarum Auguſtarum die, deleto exercitu, poſt triduum deleverunt etiam urbem, excepto Capitolio.* Sane *Alliae* additum eſt *l* propter metrum, ut *relliquias*. Lucanus bene poſuit, *Quas Aliae clades.* Hoc Lucani hemiſtichium apud Lucanum adhuc invenire non potui, quo fit, ut putem Servii verba eſſe mendoſa. CASTAL. Apud Lucan. VII. 409. multi codices *Alia*: vid. ibi var. lect. ab Oudendorpio congeſtas.

125. POENAM,] Graece ſcribitur [illegible], ut nihil ſit opus auctoritate lapidis, libet tamen, quod eſt ad S. Spiritus Hoſpit. adpingere monumentum. (Grut. DCCLXV. 5)

. . . OC MONVMENTVM
. . VI. EXTERVM. CORPVS. INDVCERE VOLVERIT POENÆ
NOMINE INFERET. ARCÆ. PONTIFICVM.

Claudianus de bello Getico 290. eandem ſententiam expreſſe.

*Saepe laceſſitam ſed non impune fatemur*
*Auſoniam, haec Senonum reſtinxit ſanguine flammas.*

Eodem lib. 507.

*Hanc urbem inſano nullus qui Marte petivit*
*Laetatus violaſſe redit.*

CASTAL. Vetera nonnulla exemplaria, *Poenum*, quod ab omni ratione alienum. Caeterum de poena Brenni ejuſque exercitus ita L. Annaeus Florus lib. I. cap. 13. *Primum omnium illam ipſam Gallicam gentem non contentus moenibus expuliſſe, cum per Italiam naufragia ſua latius traheret, ſic perſecutus eſt duce*

Digitized by Google

Samnis ſervitio foedera ſaeva luit.
Poſt multas Pyrrhum clades ſuperata fugaſti.

Fle-

*duce Camillo*, *ut hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint.* Adeo tempus illud, quo Galli Senones Brenno duce rapidiſſimum procurrentis imperii Romani curſum paruinper ſuppreſſerunt; non tam clade fuit funeſtum, quam virtutis experimentis ſpecioſum. Vide Aurelium Victorem in Furio Camillo, ibi: *cum Galli Senones*, &c. SITZM. Veteres Editiones, ut & Petri Pithoei, *Poenum* legunt. Quam adſcripſi, lectio vera eſt BART. Immo vero diſtulit poenam: ſi enim Brennus victus & occiſus ad Alliam fuiſſet, ſtatim fuiſſet punitus, quare legerem, *modo diſtulit*, tantum diſtulit; non ſuſtulit: nam licet mox a Camillo internecione caeſos Gallos Romani jactaverint, ipſe Brennus tamen Delphos cum ſpoliaret, cecidit Deo Vindice: niſi ille, ut quidam volunt, alter fuerit. ſed hoc hic non agimus. *non* & *modo* ſaepe confundi potuit: quia *mò* per compendium ſcribebant librarii, ut centies vidi in MSS. ſic apud Suet. Tib. XXI. *ſi tu non valebis.* ſed in Cod. Tor. *ſi tu modo valebis.* & ita infra 323. recte Caſtalio, *quae modo profuerant vela, repente nocent*, pro, *quae non* reſtituit. eadem ratione opem tulimus corrupto Calpurnii loco Ecl. VI. 87. ubi vide. poſſet & legi *non ſuſtulit.* ſed veriſimilior emendatio prior. BURM.

126. Samnis servitio foedera saeva luit.] Alludit ad maxime illuſtrem ex gente Samnitica cladem apud Furculas Caudinas acceptam, de qua Epitome Liviana, lib. IX. *Titus Veturius, & Sp. Poſthumius apud Caudinas Furcas, deducto in locum iniquum exercitu, cum nulla ſpes evadendi eſſet, foedere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Rom. obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes ſub jugum mitterentur. iidemque authore Sp. Poſthumio Coſ. qui in Senatu ſuaſerat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur cum duobus tribunis plebis, & omnibus, qui per foedus ſpoponderant, dediti, Samnitibus non ſunt recepti. nec ita multo poſt fuſis à Papyrio Curſore Samnitibus, & ſub jugum miſſis, receptiſque ſexcentis equitibus Romanis, qui obſides dati erant, pudor prioris flagitii abolitus.* SITZM.

126. Servitio foedera luit.] Euſebius Chronicor. lib. pr. interprete Hieronymo: *Romani Samnitas diutiſſimè contra ſe praeliantes ad extremam ſervitutem ſui redigunt.* Caeterum bellum Samniticum coepit M. Valerio Corvo III. A. Cornelio Coſſo Arvina Coſſ. qui in magiſtratu ſuo primi omnium Samnites bello laceſſiverunt A. A. V. C. CCCLXXVIII. numero Euſebiano, MDCLXXV. finem accepit L. Papyrio Curſore II. Sp. Carvilio Maximo II. Coſſ. A. A. V. C. CCCLXXXI. numero MDCCXLV. uno & ſeptuageſimo anno poſtquam excitatum fuit. Joſeph. Scaliger in animadverſ. ad d. lib. pag. 128. SITZM.

127. Post multas Pyrrhum clades superata fugasti.] Pyrrhus Rex Epirotarum paterno genere ab Achille, materno ab Hercule oriundus, cum imperium orbis agitaret, & Romanam potentiam videret, de bello conſuluit Apollinem, ambigue reſpondentem:

*Aio, te Aeacida Romanos vincere poſſe.*

Quo dicto in voluntatem tracto pro Tarentinis adverſus Romanos arma ſumpſit. IDEM.

127. Superata] Inprimis Valer. Levinus Conſul infeliciter adverſus Pyrrhum pugnavit: cum elephanti converſi in ſpectaculum belli procurriſſent, quorum inuſitata facie & novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi, cum incognitas ſibi belluas amplius, quam erat, ſuſpicarentur, fugam ſtragemque late dederunt. IDEM.

127. Fugasti.] De fuga & morte Pyrrhi, uti & Annibalis, cujus in ſeq. v. mentio, ſcite D. Hieronym. Epiſt. ad Gerontium, de monogamia: *Annibal de Hiſpaniae finibus orta tempeſtas, cum vaſtaſſet Italiam, vidit urbem, nec auſus eſt obſidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reverentia, ut deletis omnibus, è propinquo recederet loco, nec audebat victor adſpicere, quam regum dedicerat*

Flevit ſucceſſus Annibal ipſe ſuos.
Quae mergi nequeunt, nixu majore reſurgunt,
Exſiliuntque imis altius acta vadis.
Utque novas vires fax inclinata reſumit,

Cla-

*rat civitatem. Et tamen pro hac injuria ( non enim dicunt ſuperbia) quae bonos exitus habuit, alter toto orbe fugitivus, tandem Bithyniae, mortem veneno reperit; alter reverſus in patriam, in ſuo regno occubuit: & utriuſque provinciae populi Romani vectigales ſunt.* SITZM.

128. FLEVIT SUCCESSUS ANNIBAL IPSE SUOS.] Annibal Amilcaris filius, novem annos natus, à patre aris admotus, odium in Romanos perenne juravit. Exinde ſocius & miles in caſtris patris fuit, quo mortuo cauſas alias atque alias novorum motuum quaerens, tandem perfractis Alpibus in Italiam deſcendit, & Romanis bellum intulit. Veriſimile autem eſt, authorem noſtrum reſpicere ad primam illam Annibalis victoris, non ſine praeſagio quodam fati imminentis, confeſſionem, cum Haſdrubal ab Hiſpania cum novo exercitu, novis viribus, nova belli mole in Italiam veniens à Claudio Nerone & Livio Salinatore fuit circumventus & compreſſus. Qua re Annibal cognita, cum projectum fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet, *Agnoſco*, dixit, *infelicitatem Carthaginis*, authore L. Floro lib. II. c. 6. IDEM.

128. FLEVIT SUCCESSUS] Ovid in Epiſt. Penelopes ad Ulyſſem:

*Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.*

IDEM. Verba ejus apud Horatium ſunt, quae modo adſcripſi; inibi & ſic legimus lib. IV. Od. 4.

*Dixitque tandem perfidus Annibal:*
*Cervi, luporum praeda rapacium,*
*Sectamur ultro, quos opimus*
*Fallere & effugere eſt triumfus.*

BART.

129. QUAE MERGI NEQUEUNT, NIXU MAJORE RESURGUNT,] Seneca lib. II. Natur. 9. *Diſcus ex loco ſuperiore in piſcinam miſſus non deſcendit, ſed reſilit.* Quod vero *acta* repoſuerim, cum in vulgatis ſit, *alta*, pluribus ut probem, non eſt neceſſe. CAST. An ex loco Senecae hic non *reſultant* poſſet legi? BURM.

130. EXILIUNTQUE IMIS ALTIUS ALTA VADIS.] Caſtalio τὸ *alta* ejecit, & repoſuit, *acta*. quae correctio rationem habet, & confirmari poteſt his ſuaviſſimis Severini Boëthii verſibus, lib. II. de conſolat. Phil.

*Validis quondam viribus acta*
*Pronum flectit virga cacumen;*
*Hanc ſi curvans dextra remiſit,*
*Recto ſpectat vertice coelum.*

Mihi vero etiam priſca lectio videtur eſſe venuſtiſſima. Senſus hic eſt: Quae ſunt alta & ſublimia, licet ea mergere & ſupprimere coneris, tamen reſurgunt, & ex intimo longe altius evehuntur. SITZM. Ex verbis ſuperioribus Horatii. Jactantius autem Paganus loquitur Poëta ob aeternitatem Romae Jovis ipſius ſponſione promiſſam, de qua Virgilius & Sulpitia in Satira. BART. *Altius acta* eſt correctio Pithoeanarum editionum. In veteribus diſerte legitur -- *altius alta* -- quod non nemo non prorſus adſpernetur. *Altus* enim tam profundum, quam ſupremum notat. Nec videtur inepte quaeſita, quam vocant, alliteratio: Unum certum eſt, MSS. codices nullos doctis hunc poëtam recenſentibus, fuiſſe; unde libera ad priſtinas editiones recurrendi ratio. Citant tamen priſcos Rutilii Codices Onuphrius & Mariangelus Accurſius. IDEM. Adverſ. XXV. 15. Recte *acta*: nam *altius* hic eſt, in inferiora loca: *agere* vero ſaepe notat impellere, ſive in altum, ſive in profundum. vid. ad Grat. Cyn. 324. quis vero lepos aut ſenſus in *altius alta*? Ovid. X. Met. 528. *Altius actum vulnus erat.* Remed. 105. *radices altius arbor agit.* & ita paſſim R. R. ſcriptores. BURM.

131. UTQUE NOVAS VIRES FAX INCLINATA RESUMIT,] Ovidianum I. Amor. II. II. *Vidi ego jactatas mota face creſcere flammas, & vidi nullo concutiente mori.* Similia & in ſacris literis. BART. *Inclinata* eſt, quae aliquantum inverſa geritur, ut pix & ſulphur, & caetera, quibus illita eſt, alimentum novum dent igni: non multum diſſi-

Clarior ex humili ſorte ſuperna petis.
Porrige victuras Romana in ſecula leges,
Solaque fatales non vereare colus.

Quam-

ſimili ratione dixit Stat. lib. VI. Theb. 216.

*Stantes inclinant pulvere flammas;*

id eſt, interprete Lutatio, *flammarum apicem vis pulveris, equorum pedibus mota, flectebat.* ſic *inclinata* ſenectus pro curva. Calp. IV. Ecl. 13. *reſumere vires* vidimus ad Nemeſ. Ecl. III. 4. BURM.

133. PORRIGE] Porrigere, extendere rem, ad aeternitatem ejus pertinent. Virgilius X. 468. *famam extendere factis Hoc Virtutis opus.* Horatius II. Od. 2. *Vivet extento Proculejus aevo.* Claudian. I. Stilicon. 36. *Cujus protendere famam Sufficeret natus Stilico.* BART. *Porrigere* in longum, & in latum extendere, notare docuit Barth. ad Claud. II. in Rufin. 470. Horat. II. Od. 15. *mihi forſan, tibi quod negarit, porriget hora.* & III. Od. 16 *contracto melius parva cupidine vectigalia porrigam.* Ovid. IV. Met. 199. *mora brumales porrigis horas.* ita *porrigere agmen*, explicare, extendere apud Tacit. I. Ann. 51. appoſitiſſime vero Horat. IV. Od. 15.

*—— —— & imperi*
*Porrecta majeſtas ad ortum*
*Solis, ab Heſperio cubili.*

Vide alia ad Calpurn. V. Ecl. 59. BURM.

133. ROMANA SECULA] Reſpexit ad ludos ſeculares, quorum auctores Romani fuerunt, & ut Ovid. *Kalendas Auſonias* dixit, ſic Rutilius *Romana ſecula.* CASTAL. Omnia ſecula *Romana* futura dicit. loquitur ex ambitione eorum ſcriptorum, qui florente ſcripſerunt. De *Legibus*, *ut* illae *vivere*, *florere*, *ſpirare*, *ſeneſcere*, *mori*, dicantur, multa venuſte notarunt Franciſcus Juretus ad Symmachum, Thomas Demſterus in Antiquitatibus. Broſſaeus ad Caſſiodorum libro primo Epiſtola XXV. BART. *Romana ſecula*, ſunt aeterna, ut *Urbs aeterna* & imperium centies occurrit: aeternitatem enim Poëtae paſſim ſpondebant urbi. vide, quae diximus ad illa Val. Flac. II. 245. *Durent Latiis modo ſecula faſtis.* ita infr. ad vſ. 200. Sitzmannus *Romanam diem* ex Statio explicat, ubi & alia habet. vid. & Heinſ. ad Claud. VI. Conſ. Honor. 591. *Leges* ſunt, quas populi ſubjecti recipere coguntur: exempla reperies apud Gronovium in Diatrib. Statian cap. 2. & ita Horat. IV. Od. 14. *Legis Latinae expertes* Vindelicos dixit. cogitaveram aliquando legi poſſe, *Porrige Romanas ventura in ſecula leges.* Sed tutius puto interpretationi, quam dedi, adhaerere. BURM.

134. SOLAQUE FATALES NON VEREARE COLUS.] Claud. de bello Gildonico.

*Urbs aequaeva polo, tum demum ferrea ſumet.*
*Jus in te Lacheſis, cum ſic mutaverit axem*
*Foederibus natura novis.*

CASTAL. Eximit humana ſorte Urbem, quam aeternam videri volunt. Caetera enim omnia humana fatis ſuis certis, praefixoque ordine accidere autumant ſcriptores Sapientiae humanae conſulti. Non ſecus atque perfidus ille & conſceleratiſſimus Orientis Africaeque infector Muhammetes ſuae dirae ſectae auditores hac faſcinavit opinione, unde ad quidvis ferendum ſunt quam promtiſſimi, velut nullo contra niſu valentes conſtitutis fato omnium rerum eventibus ſeſe opponere. Cui tamen ipſorum Principis auctoritas prorſus omnem vim tollere debebat, cujus nutui parent etiam contra ſuum Deum. Romanis autem adeo perſuaſa erat haec opinio, ut vulgo dicerent, Evaſi captivitatem, caedem, incendium, furorem hoſticum? *fatum hoc meum fuit! Haec mea ſors erat.* Tales enim erant apud eos cauſſae quorumlibet accidentium, ut vides apud Auguſtinum libro I. de Civitate Dei cap. I. Antoninus Imperator libro V. de Officio ſuo. ὅλως γὰρ ἁρμονία ἐστὶ μία. καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωμάτων ὁ κόσμος, τοιοῦτον σῶμα, συμπληροῦται, οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτιῶν ἡ εἱμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. Νοοῦσι δὲ ὃ λέγω καὶ οἱ τέλεον ἰδιῶται· φασὶ γὰρ, τοῦτο ἔφερεν αὐτῷ. οὐκοῦν τοῦτο τούτῳ ἐφέρετο, καὶ τοῦτο τούτῳ συνετάττετο &c. Lege fuſe Origenem Tomo II. contra Celſum, & Philocaliae cap. 22. ubi de non utendo medico tale argumentum proponit & confutat. Auguſtinus lib. IV. Con-

feſ-

Quamvis ſedecies denis, & mille peractis,
Annus praeterea jam tibi nonus eat.
Quae reſtant nullis obnoxia tempora metis,

Quae

feſſionum cap. 3. *Totam illi ſalubritatem interſicere conantur, cum dicunt: de coelo tibi eſt inevitabilis cauſſa peccandi, & , Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars; ſcilicet ut homo ſit ſine culpa, caro & ſanguis, ut ſuperba putredo*, (ita legendum) *culpandus autem ſit coeli ac ſiderum creator & ordinator.* Vulgi id dictum agnoſcit etiam Florus libro II. cap. 6. *Tum quidem illum, ut dici ſolet vulgo, aut fatum Urbis Imperaturae, aut ipſius mens mala, & averſi à Carthagine Dii in diverſum abſtulerunt, cum Victoria poſſet uti, frui maluit.* Inepte autem Rutilius & parum conſtanti mente, Fatum modo Civitatis Romanae agnoſcit, modo nihil ad eam pertinere fatales colos ſtatuit. Scilicet ut ſolent palare homines, ubi religionis fundamentum nullum eſt. BART. male *colos* quidam. vid. Broukh. ad Propert. IV. IX. 48.

135. Quamvis sedecies denis, et mille peractis, Annus praeterea jam tibi nonus eat.] Qui annus eſt ab urbe condita MCLXIX. CASTAL. Notatur hoc verſ. & ſeq. annus urbis MCLXIX. Is annus ſecundum Varronem eſt CCCCXVI. Chriſti Dionyſianus, ſecundum Catonem, CCCCXVII. SITZM. Numerus exit anni ab Urbe Condita CIↃ. C. LXIX. de Chriſtiano dubitant ſcriptores. Quorum cauſſam hic eventilare non eſt opus hoc loco. BART. Vid. Noriſ. ad Cenot. Piſan. Diſſert. I. cap. I. pag 9.

135. Sedecies] Ut *ſeviri*, a ſex & decies, & *viri*, X litera abjecta, ut habet lapis a me deſcriptus Romae in templo S. Martini in Exquiliis. (Grut. MCI. 8. ſed plenior)

L. VALERIO. L. F. . . .
BALBINO MAXIMO . .
CVR. REIP. LAVR LAVIN. .
ITEM COGNOSCENTI. AD. SA.
APPELLATIONES XV. VIR. SAC.
SEVIRO EQVITVM ROM. . .
AMICO INCOMPARA. .

Et alius lapis, qui eſt Narbonae Decimanorum (Grut. CCCXLVIII. I.)

L. AEMILIO. L. F. PAP. ARCANO.
TRIB. MIL. LEG. XI. GEM. ET. TRIB.
MIL. LEG I. MINERV ITEM. TRIB.
MIL. LEG. II. AVG. OMNIBVS. HONORIBVS. IN. COLONIA. SVA.
FVNCT.
ADLECTO. IN. AMPLISSIMVM
ORDINEM. AB. IMP. CAES.
HADRIANO. AVG. IIIIII. VIR
EQVITVM. ROMANOR.
QVAESTORI. VRBANO TRIB.
PLEBIS. PRAETORI. DESIGNAT.
L. AEMILIVS. MOSCVS IIIIII. VIR
AVG. PATRONO. OPTIMO. POST
OBITVM. EIVS. INLATIS. ARCAE.
SEVIROR. OB LOCVM ET TVITIONEM STATVAE HS. N. IIII.
L. D. D. IIIIII. VIROR.
ET SPORTVLIS. DEDICAVIT. XIII.

Sevirorum etiam equitum Romanorum mentionem fieri video in alio lapide, qui anno M. D. LXXIIX. Romae in Baſilica S. Petri effoſſus eſt, ad quem, priuſquam erueretur, deſcribendum altiſſimis ſcalis deſcendi. (Gruter. CCCCLVI. 4.)

C. POMPVSIDIO
FABIO
FRATERNO
X' VIR. STL. JVD.
VI. VIRO.
EQVITVM ROMANOR.
CASTAL.

136. Annus eat] Ita recte ediderunt. *erat* Pith. & Onuphr.

137. Quae restant nullis obnoxia tempora seclis,] Erinna poetria in virili illo & pleno ſpiritus carmine, ad ipſam Romam:

*Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰών,*

Καὶ

Dum ſtabunt terrae, dum polus aſtra feret.
Illud te reparat, quod cetera regna reſolvit,
Ordo renaſcendi eſt creſcere poſſe malis.

Ergo

*Καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως,*
*Σοὶ μόνᾳ πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς*
*Οὐ μεταβάλλει.*
*Ipſa quae gaudet variare cuncta*
*Reſque transformans hominum vetuſtas,*
*Spirat haec uni tibi ſemper auram à*
*Puppe ſecundam.*

SITZM. *Quiu reſtant* malebat Heinſius. ſed vulgata lectio ſervanda. tempora, quae reſtant, nullis erunt obnoxia metis: licet jam imperium tuum tot ſecula ſteterit, nondum tamen effoetum eſt, ſed aeternum florebit.

137. Nullis obnoxia tempora metis.] Virgilius I. 279. *Imperium ſine fine dedi.* Sulpitia Satira in Domitianum. Auſonius: *ignota aeternae ne ſint tibi tempora Romae.* Porro annus ille Urbis conditae, quem modo poſuit, Coſſ. habuit Honorium Auguſtum & Conſtantium, ſi qua fides Faſtis Siculis Graecis. Quos quidem retro legens nullum Conſulem Rutilium invenio, nec adeo Venerium Rufium Praetextatum, ut neque Petronium: hujus operis neque auctorem recte quiſpiam Conſularem vocaverit. Non diffiteor autem, in iis Faſtis multa perturbata eſſe; ſicut Auſonium Poëtam ex ipſiuſmet ſcriptis conſtat Conſulem fuiſſe Anno Urbis Conditae. MCXVIII. Cum Faſti eum projiciant, collegâ Q. Clodio Hermogeniano Olybrio in Annum. MDXXXII. errore integrorum XIV. annorum. BART.

139. Illud te reparat, quod cetera regna resolvit,] Sidon. Apollin. Carm. V. vſ. 63.

——— ——— *tua nempe putantur*
*Surgere fata malis.*

SITZM. *Reparat* eleganter, quaſi novas vires ſuppeditat, locutione deſumta a vere, quod herbas mortuas quaſi reparat, ut renaſci videantur. vid. ad Calpurn. V. Ecl. 20. & inf. vſ. 441. BURM.

139. Resolvit,] Interficit velut atque occidit. Symmachus lib. X. Epiſt. *Licet Vettius Praetextatus naturae lege reſolutus ſit.* Paulinus Pellaeus in Euchariſtico;

*Me vel in hoc proprio mortali corpore dum ſum*
*Eſſe tuum, cujus ſunt omnia; vel reſolutum Corporis, in quacumque tui me parte futurum.*

Ita diſtinguendi videntur ii verſus ſcripti mendoſiſſimi, quod ad calcem à capite Quinquageſimo Secundo Adverſariorum libro recenſemus. Mors enim hominem in ſua reſolvit initia. Pulcre Vellejus lib. II. 123. de Auguſto: *Cum omnem curam fata vincerent, in ſua reſolutus initia, Pompejo Appulejoque Conſulibus ſeptuageſimo ſexto anno animam coeleſtem coelo reddidit.* Eſtque hoc ex doctrina Phyſicorum, qui compererunt, nihil omnino in nihil reſolvi, ſed unius interitum alterius eſſe generationem, de qua lege Ariſtotelem de Ortu & Interitu. *Animae* autem *Humanae* alia omnino ratio eſt, quae immortalis eo inter caetera firmiſſimo argumento probatur eſſe, quod, in quod reſolvatur, non habeat. Non enim ex Elementis aut uno aut pluribus facta vel compoſita eſt; itaque & in nullum eorum poterit reſolvi, qua de re lege primum librum Claudiani Mamerti, Caſſiodorum, Celebres opiniones de Anima, à Joanne Tarino editas. Nemeſium de Homine. Hugonem Eterianum. Gregorium Thaumaturgum, Tertullianum, &c. Et quos nos Tres libros carmine non inſuavi de Animâ dedimus. BART. *Reſolvit* hic eſt, quod Graeci *καταλύειν τυραννίας*, & *τὴν δύναμιν* vocant, de quo vide Herald. Obſerv. cap. XLIX. & ita *κατάλυσις Περσῶν* Diog. Laert. prooem. Livius ſaepe *diſſolvere rempubl.* dixit. ut lib. XXXVIII. 56. XXXIX. 37. & alibi ſaepe. Juſtin. XXXIV. 1. *Legatis occulta mandata dant, ut corpus Achaeorum diſſolverent.* BURM.

140. Ordo renascendi est crescere posse malis.] Idem Sidon. Carm. VII. vſ. 6.

——— *Sic Roma micat, cui fixus ab ortu*
*Ordo fuit creviſſe malis.*

SITZM. Succeſſio. Sic ordines moriendi


fa-

Ergo age, ſacrilegae tandem cadat hoſtia gentis,
Submittant trepidi perfida colla Getae.

Di-

faciebant Romani, ut ſcilicet prior filio pater obiret, quod cum fieret contra, turbari ordinem fatorum dicebant. Claudianus Conſ. Mall. 338.

——— *ſervatoque ordine fati,*
*Mallia continuo numeretur Conſule proles.*

BART. Heinſ. malebat, *Cardo.* Sed recte Barthius. vid. ad Ovid. I. Epiſt. 101. BURM.

142. SACRILEGAE GENTIS, PERFIDI GETAE.] Odio Romano ob turbatum & pene everſum Imperium Occidentis conviciatur gentem Gothorum. Sacrilegum quicquid inſtitutis veris & longo uſu ſacris eſt contrarium, qualia Romana arbitrabatur hic Paganus Auguſtinus v. Confeſſ. cap. 5. *Itaque eum de coelo ac ſtellis ac de Solis & Lunae motibus falſa dixiſſe deprehenderetur, quamvis ad doctrinam Religionis iſta non pertineant, tamen ejus auſus ſacrilegos fuiſſe ſatis eminet.* Phoebadius in Arianos. *Hic ergo blaſphemiae, hic dictis ſacrilegus dolor eſt, quo in Patre & Filio recipitur Deus unus.* Vincentius Lirinenſis Commonitorio I. *Cumque immemor nominis, religionis, profeſſionis, unius hominis ſacrilegam temeritatem Eccleſiae Chriſti praeponeret.* Tertullianus de Praeſcription. cap. LIII. *ſeipſum ſibi ſedere ad dexteram ſuam cum ſacrilega & profana temeritate proponit.* Gregorius Baeticus contra Arianos, qui liber vulgo Fauſtino cuidam perperam adſcribitur, in Bibliotheca autem patrum bis, diverſis auctoribus inſcriptus, editus eſt, ut vel hinc videas, quo judicio id opus conſtipatum fuerit. *Sollicita interrogatione perquiris quomodo capitula illa ſolvantur, quae ab Arianis adverſus Catholicos ſacrilegis interpretationibus opponuntur.* Vigilius libro I. in Eutychen, *Quod quam ſacrilegum, quamque ſit impium, aptiſſime inibi cognoſcere videtur.* Fauſtus libro I. de Arbitrio: *Illa magis ſub religioſo colore metuenda eſt; haec ſacrilegium ſuum ipſa ſuis auribus prodit.* Petrus Damianus, ſcriptor ſuo aevo praeclarus, Epiſtol. ad Hildebrandum. *Recteue, inquam, tuique erat officii veſpere in Sabbatorum vanitate colludere, & manum Dominici corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediatricem ſacrilegi ludibrii contaminatione foedare.* Gothi autem *ſanguinaria gens & Barbara.* Conſtantinus Manaſſes Annalibus. Exemplum crudelitatis inſigne deſcribit Procopius lib. II. bell. Goth. in capta Mediolano. *Virorum caeſa* CCC *millia. foeminae venditae, dono Burgundionibus inſtar pecudum datae. Reparatus dux Romanorum minutim conciſus, & canibus paſtui datus* Erant autem Gothi non Thraces, ſed veri veteres Germani origine, ut clariſſime demonſtrat auctor in talibus, aliiſque omnibus fere, incomparabilis Strabo, libro VII. Jam Germani feritatis nomine notiſſimi apud Romanos; ut Manilius, indignitate ſcilicet cladis Varianae, ſcribere non erubuerit libro IV. 792. *Teque feris dignam tantum, Germania, matrem.* Sed & Galenus in libris de tuenda valetudine feris componit Germanos, & de eorum immanitate Egeſippus libro II. cap. 9. *Gothi* ergo gentis ſuae natione tales; quod tamen neque de his crediderit facile, qui Jornandem, nec de Germanis in genere, qui Corn. Tacitum leget. At vero contra Strabonis auctoritatem Gothos inter *Scythas mediterraneos* habitaſſe, cum Roſſis, Zinchis, Alanis, tradit Georgius Pachymerius libro v. Hiſtoriarum. Eos *cum multimoda ſcelera committerent, more ſuo facere,* ſcribit libro IV. cap. 35. Aimoynus Monachus. De Perfidia vide Joannis Savaronii notas ad Sidonii lib. v. Epiſt. 6. BART.

142. SACRILEGAE GENTIS] In direptione Urbis Romae ſaltem iis pepercit Alaricus, qui ad templa Chriſtianorum, & Baſilicas Sanctorum confugerant, ut late deſcribit Oroſius, & Auguſtinus declarat libro I. de Civ. Dei. Qui ergo fana omnia vetera ſpoliarunt, eos *ſacrilegos* vocat homo paganiſſimi pervicax. Mactari autem ad aram Gothos, non bello exſtingui vovet, ut major ſit honos & Virtutis & Religionis Romanae. IDEM.

142. SUBMITTANT TREPIDI PERFIDA COLLA GETAE.] *Getae* iidem cum *Gotthis*, quod Jornandis debemus indicio. *Getarum* nomen antiquiſſimum apud Graecos; *Gottho-*

Digitized by Google

Ditia pacatae dent vectigalia terrae,
Impleat Auguſtos barbara praeda ſinus.
Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,
Altricemque ſuam fertilis orbis alat.
Quin & fecundas tibi conferat Africa meſſes,
Sole ſuo dives, ſed magis imbre tuo.

In-

*thorum* appellatio vix poſt Conſtantinum ſimul cum ipſius gentis in Thraciam irruptione nota eſſe coepit. SITZM.

142. PERFIDA COLLA] Gotthi fidem fluxam gerebant. Ammian. Marcell. lib. XXII. 7. de Juliano Imp. *Suadentibus proximis, ut aggrederetur propinquos Gotthos, ſaepe fallaces & perfidos, hoſtes quaerere ſe meliores ajebat.* Salvian. Maſſil. lib. VII. *Gotthorum gens perfida, ſed pudica.* Sidon. Apollin. lib. VI. Epiſt. 6. *Poſtquam foedifragam gentem rediiſſe in ſuas ſedes comperi, neque quicquam viantibus inſidiarum parari, nefas credidi, ulterius officiorum differre ſermonem.* SITZM. Vid. Savar. ad adductum Sidonii locum, unde ſua hauſit Sitzmannus, ut ſaepe. eadem habet Lindenbr. ad Ammiani locum.

145. RHENUS ARET,] Galliarum foecunditatem celebrat, cum ſubjectione gentium bellicoſiſſimarum ad Rhenum habitantium. Claudiano & Panegyriſtis aliis Rhenanae nationes pro invictis pene celebrantur. De Galliae copiis lege Salvianum, & qui velut ex profeſſo laudes ejus ſcripſerunt, Stephanum Forcatulum, Joannem Picardum, & recentiores alios. Annonae Trans-Rhenanae meminit Vopiſcus in Probo. BART.

146. ALTRICEMQUE SUAM FERTILIS ORBIS ALAT.] Plinius lib. III. cap. 5. *Terra omnium terrenorum alumna, eadem & parens.* Sed mira eſt in *altricem* & *alat* συζυγία. CASTAL. Roma omnes quaſi mater benigna pleno & exerto ubere ſuſcipiebat, teſte Symmacho lib. III. Epiſt. 7. Corippus de laudibus Juſtini Aug. Minoris, lib. I.

*Addidit antiquam tendentem brachia Romam,*
*Exerto & nudam geſtantem pectore mammam,*
*Altricem imperii, libertatiſque parentem.*

Caſſiodor. II. Variar. I. *Quid credi nobis poſſit optatius, quam ut alumnos proprios ad ubera ſua Roma recolligat, & in venerando nominis coetu ſenatum annumeret.* SITZM. Altricem orbis Romam Aegyptus alebat frumento, quod Claſſe Alexandrina advehebatur, ut notum eſt. vid. de Vectigalibus cap. III. p. 39. & IX. p. 173. ubi & de Africana claſſe. BURM.

147. FECUNDAS TIBI CONFERAT AFRICA MESSES, SOLE SUO DIVES, SED MAGIS IMBRE TUO.] *Fecundus* ſine diphthongo ſcribit A. Gellius lib. XVI. cap. 12. & Nonius Marcellus in nomine *fenus.* Fertilem autem Africae partem, & Sil. Ital. canit. lib. I. 213.

*Felix qua pingues mitis plaga temperat agros,*
*Nec Cerere Ennea, Phario nec victa colono.*

Idem Horat. ad Od. I. lib. I. tetigit

*Quidquid de Libycis verritur areis.*

CASTAL. Columella in praefat. rei ruſt. *In Africa Numidia putres arenae foecunditate vel robuſtiſſimum ſolum vincunt.* Claudian. de laudib. Stiliconis lib. I. 256.

*Tunc ſpicis, & dente comas illuſtris eburno,*
*Et calido rubicunda die, ſic Africa fatur.*

Tibul. lib. IV. Car. ad Meſſallam 184.

*Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci,*
*Horrea foecundas ad deficientia meſſes.*

SITZM.

147. AFRICA] Africa nobiliſſimum horreum Pop. Romani. Inde enim velut ex horreo annonae copia in urbem tranſvehebatur, Roma apud Claudianum Bell. Gild. 52.

*Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere &c.*

Ubi multos ſcriptores laudavimus. BART.

148. IMBRE TUO.] Strage. Siquidem Pop. Rom. Exercitus in Africa ſaepe caeſus eſt. *Imbrem ſanguinis* Pap. quoque Statius Th. lib. V. 697. extulit.

Interea Latiis conſurgant horrea ſulcis,

Pin-

——— *Nexuſque madentes*
*Sanguinis imbre novi:*
Et XII. 603.
——— *Et colla cruento*
*Imbre madent.*

Porro uberem fieri terram humano ſanguine Ovid. in Epiſt. Penelopes ſignificat.

*Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.*

Et Horat. Ode I. libri ſecundi.

*Quis non Latino ſanguine pinguior campus.*

Ex Aegypto autem, atque Africa frumento importato populum Rom. eo tempore uſum fuiſſe Claudianus de Bello Gildonico 52. auctor eſt.

*Tot mihi pro meritis Libyam, Nilumque dedere,*
*Ut Dominam plebem bellatricemque ſenatum*
*Claſſibus aeſtivis alerent, geminoque viciſſim*
*Littore diverſi complerent horrea venti.*

Et eodem lib. 104. tantae rei frumentariae comparandae cauſam explicat.

*Quid mihi ſeptenos montes, turbamque dediſtis,*
*Quae parvo non poſſet ali? felicior eſſem*
*Anguſtis opibus, mallem tolerare Sabinos*
*Et Vejos; brevior duxi ſecurius aevum;*
*Ipſa nocet moles, utinam remeare liceret*
*Ad veteres fines, & moenia pauperis Anci:*
*Sufficerent Etruſca mihi Campanaque culta.*

CASTAL. *Imbre tuo*, hoc eſt, ſanguine in Africa occiſorum, quo luxuriabat humus, & pinguior reddebatur. *Imber ſanguinis*, Prudentio, periſteph. hymn. 12. & *Rivus*, eidem, in pugna Concordiae & Diſcordiae:

——— *Summo tenus extima tactu*
*Laeſa cutis, tenuem ſignavit ſanguine rivum.*

*Rores ſanguinei*, Virgil. lib. XII. 339.

——— *Spargit rapida ungula rores*
*Sanguineos, miſtaque cruor calcatur arena.*

*Unda ſanguinis* Sil. Ital. lib. X. 245. item Valer. Flacco lib. VI. Argonaut. 573.

—— *Ingentem ſubiti cum ſanguinis undam*
*Vidit, & extremo lucentia pectora ferro.*

*Sanguinei imbres* eid. lib. eod. 186.

*Volvit ager galeas, & thorax egerit imbres*
*Sanguineos.*

SITZM. Cum Africa ſit aeſtuoſiſſima provincia, in gratiam Romae vult inibi pluere Jovem, ne Urbi videlicet commeatus uberior deſit. De pluviis Africanis Lucanus libro III. 68.

*Ubere vix glebae ſuperat, ceſſantibus Auſtris,*
*Cum medium nubes Borea cogente ſub axem*
*Effuſis magnum Libye dedit imbribus annum.*

BART. Non intellexiſſe hunc locum interpretes, qui de ſanguine capiunt, egregie poſt Gevartium lib. I. Elect. 4. oſtendit Cl. Graevius. Heinſius in ora codicis notaverat *imbre ſuo:* ſed *tuo*, ſcilicet Italiae, unde nubes coactas Boreas in Africam vehit. BURM.

149. INTEREA LATIIS CONSURGANT HORREA SULCIS,] Ὑπερβολικῶς. CASTAL. Aelius Lampridius in Alex. Severo cap 39. *Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quae conferrent bona ii, qui privatas cuſtodias non haberent.* Ad quem locum erud.tiſſ. Iſaacus Caſaubonus notat, fuiſſe jam olim in urbe publica horrea, ut *Sulpicia*, & quas vocat Dio in Commodo ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἀφρικανῶν φορτίων: fuiſſe & alia: ſed in ſingulis urbis regionibus certa horrea inſtituiſſe Alexandrum: fierique horum mentionem in ſingularum regionum urbis deſcriptione à Sexto Aurelio Victore: praefectos fuiſſe his curatores, qui in antiquis inſcriptionibus ſaepe nominantur. SITZM. In urbe Roma populo Rom. erant horrea CCCVI, ut ex Publii Victoris Indice Regionum Romanarum conſtat. In provinciis etiam plurima fuiſſe vel iis exemplis claret, quae produxit poſthumo ſuo in Auſonii Moſellam Commentario vſ. 457. vir ſupra quam dici poteſt candidus, probus, ingenioſus, induſtrius & eruditus, omnium meorum, quos umquam habui, amicorum mihi amiciſſimus, *dum fata Deuſque ſinebant*, M. Freherus. BART. Vox *conſurgant* ſuſpecta eſt. non enim ex *ſulcis* vel *in ſulcis* Horrea ſurgunt. ſed verbum aliquod deſidero, quo Horrea impleri, ſtipari meſſibus Italis voveat, ut non egeat Roma Africano vel Aegyptio frumento: an *turgeſcant*, ut ita *meſſes rumpere horrea* dixit Virgil. I. Georg. 49 & II. 518.

*Proventuque oneret ſulcos, atque horrea vincat.*

con-

Pinguiaque Heſperio nectare praela fluant.
Ipſe triumphali redimitus arundine Thybris,
Romuleis famulas claſſibus aptet aquas.

At-

contra *inania horrea* dixit Ovid. I. Triſt. IX. 9. *ſulcos* vero ponit pro ipſis frumentis, quae ex ſulcis, id eſt arata terra proveniunt. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 351. imitatus videtur noſter Tibullum, qui lib. IV. I. 184.

*Cui fuerant flavi ditantes ordine ſulci*
*Horrea, fecundas ad deficientia meſſes.*

& II. v. 83.

*——— gaudete coloni,*
*Diſtendet ſpicis horrea plena Ceres.*

& quae ſequuntur. ubi *diſtendi* eſt, quod hic *turgeſcere*. BURM.

150. PINGUIAQUE HESPERIO NECTARE PRELA FLUANT.] Sic Tibullus I. I. 5. quem hoc loco Rutilius imitatus videtur, de frumenti & vini copia.

*Nec ſpes deſtituat, ſed frugum ſemper acervos*
*Praebeat, & pleno pinguia muſta lacu.*

CASTAL.

151. IPSE TRIUMPHALI REDIMITUS ARUNDINE THYBRIS,] Hoc flumine vix ullum in hiſtoriis Romanorum celebratius, de cujus nomine, epithetis, ortu, curſu, longitudine, latitudine, profunditate, incremento, inundationibus fuſiſſime P. Merula, Coſmograph. p. 2. lib. IV. c. II. pag. 113. & ſeqq. Adde Fr. Juret. ad Symmachi lib. I. Epiſt. 8. Illud hic reticendum non eſt, aliquod obſervatum fuiſſe diſcrimen in prolatione vocum, *Tiberis*, *Tibris*, & *Tiberini*. *Tiberis* enim communi ſermone dicebatur, *Tibris* poëtice, *Tiberinus* in ſacris, notante Servio ad lib. VII. Aeneid. quod tamen non ubique verum. SITZM.

151. TRIUMPHALI ARUNDINE] Qua ſoliti ornare ſeſe, cum triumpharent quondam Romani proceres BART. Nuſquam legi, triumphantes duces Romanos caput cinxiſſe arundine ex Thybri fluvio, ſed Thybrin tingit ſuum caput arundine, quae frequens in hoc fluvio, cingere, ut ſolebant Triumphantes lauro: vicem ergo lauri ſubit hic arundo. de arundine Tiberini vid. Savar. ad Sidon. Carm. II. 333. ita Albinovan. ad Liviam 223.

*Tum ſalice implexum muſcoque & arundine crinem*
*Caeruleo magna legit ab ore manu.*

& ita paſſim Poëtae. BURM.

152. ROMULEIS OSSIBUS] Lego, *uſibus*. SIML. Templum Romuli ſunt, qui intelligant, vel Auguſti Mauſoleum, Hadrianique Sepulchrum prope Tiberim ſitum, quo aliorum quoque Imperatorum cineres inferebantur: ſed nos pro *oſſibus*, *claſſibus* hic eſſe locum cenſemus. Sicque in margine libri poſueramus, quod ab operis praetermiſſum eſt. Hanc noſtram conjecturam Fulvii Urſini, viri cum ſanguine, tum libris editis illuſtriſſimi, confirmat liber, & proximi verſus ipſius Rutilii de Tiberi navigiis idoneo. CASTAL. Pro *oſſibus*, praeter Joſeph. Caſtal. repoſuit, *claſſibus*, Doctiſſ. ille Symmachi interpres Fr. Juretus ad lib. II. Epiſt. 6. quam lectionem dudum probavi. Neque enim dubium, quin poëta intelligat *claſſes frumentarias*. Symmach. lib. X. Epiſt. 22 *Mittetis etiam regiam claſſem, quae annariis copiis augeat devotae plebis alimoniam. Hanc ergo in Tiberinis oſtiis mixtus populo Senatus excipit.* Lampridius in Commodo: *Inſtituit Africanam claſſem, quae ſubſidio foret, ſi Alexandrina frumenta ceſſaſſent.* Claudian. de bello Gildon. v. 52.

*Tot mihi pro meritis Lybiam, Nilumque dedêre,*
*Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum*
*Claſſibus aeſtivis alerent, geminoque viciſſim*
*Litore diverſi complerent horrea venti.*

Sidon. Apollin. lib I. Epiſt. 9. *Comperi naves quinque Brunduſio profectas cum ſpeciebus tritici ac mellis oſtia Tiberina tetigiſſe.* SITZM. *Uſibus* vera eſt lectio, olim excuſi, *oſſibus*. Nec pejus Caſtalio *claſſibus*. Sed tamen non de ſolis claſſibus ſermo eſt Rutilio, ſed vero omni genere navium uſui Romanae Urbis ſervientium. Quare ego eam lectionem, quam propoſui, genuinam potius arbitror. Subdit enim.



Digitized by Google

Atque opulenta tibi placidis commercia ripis
Devehat hinc ruris, ſubvehat inde maris.
Pande precor gemino placatum Caſtore pontum:

Tem-

——— *placidis commercia ripis*
*Devehat hinc ruris, ſubvehat inde maris.*
Quae non de ſolis claſſibus frumentariis aliiſve capi poſſunt. BART. Iſta eſt vetuſtiſſimarum editionum ſcriptura. Correxit Pithoeus, quem ſequutus in eadem re Joſ. Caſtalio eſt. *Uſibus aptet aquas*, commode, cum mox mentio fiat omnis generis mercimoniorum amne ſubvectorum. Conjeceram ante *juſſibus:* quod commodius etiam arbitror, cum famulis aquis competant juſſiones heriles. IDEM. *Adverſ.* xxv. 15. Ipſe Caſtalio poſtea Obſerv. Decad. III. cap. 4. *uſibus* praetulit: & merito: vid. ad Petron. cap. cxxxv. probat & Cl. Graevius *uſibus* ex Plinii Paneg. 29. *nonne cernere datur, ut ſine ullius injuria uſibus noſtris annus exuberet.* adde Cicer. v. Philip. 9. *rapinas non faciebat Hannibal, quia multa ad uſum reſervabat.* ubi vid. Graev. & nos ad Nemeſ. II. Ecl. 34. Quinctil. Decl. XIII. 12. *quae protinus humi jacuiſſent, in uſus hominum converſa.* Caeſ. III. de Bell. Civ. 96. *Caeſaris exercitui luxuriam objiciebant, cui ſemper omnia ad neceſſarium uſum defuiſſent.* ubi perperam Voſſius praefert *victum*, quae gloſſa eſt: vid. & ad Ovid. III. Faſt. 666. Scriverius *auſibus* tentabat, ſed tamen praeferebat *claſſibus*, quod neque abſurdum videri poteſt, ob ſequentes verſus, quibus Romanos Thybri devecturos, & ſubvecturos ſuas merces vovet? *Devehat* vero eſt ſecundo flumine ex vicinis Italiae regionibus, Sabinis, Etruſcis & aliis tibi ſubminiſtret, *ſubvehat* peregrinas merces in Oſtienſem portum undique per mare importatas, & inde per Thybrim adverſum in urbem mittat. ita Sueton. Calig. xv. *Romam Tiberi ſubvectus.* & contra Ovid. III. Art. 386.

*Nec Tuſcus placida devehit amnis aqua.*

ut noſter *placidas ripas* dat huic flumini. BURM.

155. PANDE PRECOR GEMINO PLACATUM CASTORE PONTUM. TEMPERET AEQUOREAM DUX CYTHEREA VIAM.] Quorum numen navigantibus praeſentiſſimum putabant. Horat. I. Od. 3.

*Sic te Diva potens Cypri,*
*Sic fratres Helenae lucida ſidera*
*Ventorumque regat pater,*
*Obſtructis aliis praeter Japiga, Navis.*

CASTAL. *Caſtorum* numen iis in locis colebatur, ventorum mariſque gratiâ. Aethicus in Coſmograph. de Tiberi. *Inſulam facit inter portum urbis, & Oſtiam civitatem, ubi populus Romanus cum urbis praefecto vel Conſule, Caſtorum celebrandorum cauſâ egreditur, ſolemnitate jucundâ.* SITZM.

155. GEMINO CASTORE] Catullus IV. 27.

*Gemelle Caſtor & gemelle Caſtoris.*

CASTAL. Servius in III. Georg. *Ambo licenter & Polluces, & Caſtores vocantur.* Symmach. I. Epiſt. 89. *Olim cum res Romana adoreae militaris potita eſt, Polluces gemini apud Juturnae lacum praelii ſecunda vulgarunt.* Arnob. lib. I. *Clari Dii Caſtores, equos unus domitare conſuetus, alter pugillator bonus, & credo inexſuperabilis caeſtu.* Etiam de uno olim dicebatur *Polluces*, ut ait Varro 4. de L. L. cujus rei exemplum apud Plaut. in Bach. act. IV. ſcen. 8.

*Caſtor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules.*

SITZM.

155. PORTUM] Ita lege, non *pontum*. Reſpicit enim certo ac manifeſte ad illum *portum*, qui appellatur urbis aeternae, in l. I. de ſacrariis port. Rom. C. Theod. & *portus ſacrae urbis*, in l. I. de can. frum. urb. Rom. cod. Extat apud Caſſiodor. VII. var. 9. formula comitivae *portus* urbis Romae, & adjicitur, quia longius à littore Roma videbatur poſita, hanc inde magis incepiſſe, ubi decorum ingreſſum navium poſſideret. Hic *portus Auguſtus* à veteribus fuit appellatus. Unde natum diſſidium inter Neotericos ſcribit Fr. Juretus in Miſcell. ad Symmach. lib. III. Epiſt. 55. qui variis Imperatoribus illum tribuerint. At dubium non eſt, Claudium Imp. hujus operis primarium & unicum extitiſſe autho-

Temperet aequoream dux Cytherea viam.

Si

thorem. Sueton. Tranq. in Claudio cap. 20. *Perfecit portum Hoſtienſem; quamquam ſciret ab Auguſto precantibus aſſidue Marſis negatum.* Euſeb. in Chron. *Portum Oſtiae Claudiae extruxit, dextrâ laevaque duobus quaſi brachiis objectis.* De eo quoque *portu* non pauca legere eſt apud Dion. lib. LX. quem perfeciſſe Claudium ſcribit magnitudine animi, & potentiâ Romanâ dignum, quod loca circum Oſtia Tibris, neque tuta navibus appellendis eſſent, neque portus opportunos haberent. Ad eundem *portum* referendus eſt locus, Apuleji, in fin. lib. XI. Metam. *Romam verſus profectionem dirigo: tutuſque proſperitate ventorum ferentium, hauſi portum celerrime, ac deinde carpento pervolavi.* Longius ab urbe; quam Oſtium diſtare, patet ex Itin. Antonini. Ibi enim ab urbe in *portum* quidem XIX M. P. ſignantur. Oſtium vero uſque, XVI. Procopius lib. I. belli Goth. *portum* ab urbe Româ CXXVI ſtadia abeſſe memorat, & decurſum Tiberis ad *portum* deſcribit, qui dextro fluminis brachio adjungebatur: urbem addens eo loco Romanis priſcis conſtructam, muroque praevalido munitam, cui ab ipſo *portu* nomen inditum. Tradit idem Procopius, ad laevam ex altera parte, quâ in mare Tiberis ſecundo brachio influit, urbem Oſtiam adjacere, & eam fluminis ripae fuiſſe contiguam. Urbis, quam ad *portum* conſtruxiſſe notat Procopius priſcos Romanos, author cenſetur optimus princeps Trajanus, quem in melius *portum* reſtauraſſe, atque interius tutiorem ſui nominis feciſſe, ſcribit commentator vetus in Juvenalem, in iſtud, Sat. 12.

— *intrat poſitas incluſa per aequora moles.*

Haec de *portu Auguſto*, de quo plura vid. ap. Fr. Juret. d. l. P. Merul. in Coſmograph. p. 2. lib. IV. c. 21. Hieron. Suritam, commentar. ad Itin. Anton. Aug. p. 458. SITZM. Nequaquam iſtam lectionem (*pontum*) mutandam cenſeo. Quid enim Caſtoribus cum Portibus, quorum numina & ſidera mari imperant? *Pontum* autem, velut rem clauſam Poëtis, nec ſine numinum ope aperiendam eſſe, quis de eorum lectione non meminit? Sic Caſtoras alloquitur Papinius Propemtico Metii Celeris III. Silv. II. 8.

*——— ——— proferte benigna.*
*Sidera, & antennae gemino conſiſtite cornu*
*Oebalii fratres: vobis pontuſque poluſque*
*Luceat.*

*Aequora pandere*, iter per ea ſuadere, docere, Valerius Flaccus dixit libro I. Argonaut. 531.

*Flecte ratem, motuſque, pater; nec vulnere noſtro*
*Aequora pande viris.*

Martialis lib. XII. Epigramm. 4. C. de Boeti.

*—— cui rectos aquarum.*
*Albula navigerum per freta pandit iter.*

Sic *irrumpere pontum*, qui invitis Diis navigant, dicuntur. Vide, quae ad principium belli Getici apud Claudianum notamus. BART. Dubium admodum videri poteſt, an *portum*, an *pontum* praeſtet. Mariang. Accurſ. Diatr. in Auſon. aemulatum eſſe credens noſtrum, illa Auſonii in Claris urbibus de Arelate,

*Pande duplex, Arelate, tuos blanda hoſpita portus.*

legit,

*Pande, precor, gemino placatum Caſtore portum.*

& hoc ex ſequentibus 185. *portu ſedemus*, & 179. ubi *frons bicornis* Tiberi tribuitur, patere credit. ſed ſi ex illis, quae ſequuntur recte ratiocinatus eſſe videri voluiſſet Accurſius, ſine dubio corrigere debuiſſet,

*Pande, precor, geminum placato Caſtore portum.*

ut ego jam ante longos annos codicis mei orae adſcripſeram, & nuper Dempſterum in Etruria Regali IV. 22. (quem librum egregiae & hoc ſeculo rarae liberalitati Illuſtriſſimi viri Thomae Coke, debet orbis literatus) conjeciſſe video. Qui duplicem ibi portum agnoſcit; primum a Claudio extructum, quem *Portum Romanum* vocat, & urbem ab Oſtia diverſam facit. Alterum in Oſtia urbe: ſed cum non dilucide ſatis ſententiam ſuam explicare mihi videatur, neque ſciam, quemquam ita portus illos diſtinguere, de eo vix dijudicare queo: praeſertim cum Cluverius rectius mihi in Oſtia duplicem portum agnoſcere videatur lib. III. Ital. Ant. cap. 3. Primum

Primum

mum *Auguſti*, a Claudio perfectum, teſte Sueton. Claud. 20. (ubi Dempſterus legit *Portum oſtii* (non *Oſtiae*) *exſtruxit.*) Alterum *Trajani* dictum, ab eo Imperatore poſtea additum, unde *interior & exterior* ab aliis dicitur: ſed iterum ſcrupulum injicit Valer. Fl. qui antea Trajanum ſcribens lib. VII. 84. duos agnoſcere videtur, plurali numero utens,

*Qui portus, Tiberine, tuos, claramque ſerena*
*Luce Pharon ſubit.*

Denique Trajanum non novum portum feciſſe, ſed Portum Auguſti, id eſt Claudii, refeciſſe dicit Schol. Juven. XII. Sat. 75. licet ex verbis additis, *& interius tutiorem fecit*, poſſimus colligere, illum ampliaſſe cum ea parte, quae interior portus dictus; ſed de his diſputare, & quemadmodum alii Portum hunc Auguſti confuderint cum Portu Julio in Campania oſtendere, notarum ratio non fert, & vellem, haec clariori in luce mihi demonſtrari., ex Rutilii vero ſerie & ordine, ſi *geminum portum* legamus, poſſet facile colligi, illum invocare urbem Romam, ut ſibi navigationem per Thybrin proſperam efficiat ope Caſtoris verſus Portum Oſtienſem, ſcil. ubi devectus Thybride ad divortia illa fluminis, de quibus demum vſ. 180. agit, & ubi amicis eum comitantibus valedixit, quibus digreſſis ipſe navem ingreſſus ad oſtia ipſa fluvii delapſus, cum ibi procelloſum tempus deprehendiſſet, non auſus fuit tentare mare, ſed in portu ſedit: jam vero *geminum portum* poſſe vocari duo oſtia, efficere liceret ex illis, quae dixi ad Ovid. II. Amor. XIII. 10. ubi de Nilo dicitur,

——— *lato dilapſus ab alto*
*Per ſeptem portus in maris exit aquas.*

& hoc imitatio Virgilii verſ. 185. ubi *portuque ſedemus*, itidem ut Maro VII. Aeneid. 201.

*Fluminis intraſtis ripas portuque ſedetis*,

veroſimile faceret. Haec pro Accurſio & Dempſtero dici poſſe video. Sed majori ſpecie *pontum* tuetur Barthius rogans, quid Caſtori cum portu? quem invocari docet a navigantibus & maria tentantibus, metu tempeſtatum. & Caſtalio III. Decad. Obſ. 5. recte cenſet, Rutilium precari, ut proficiſcenti ex Oſtienſi portu pontum recludat, & ſolventi idoneam tempeſtatem, ventos ſecundos &c. praeſtet. praeterea locutio illa *pandere*, *aperire portum*, quantum ſciam, non temere occurrit, niſi de iis, qui in mari jactantur, & qui portum petunt, non qui fluvio ſecundo delabuntur ad portum, ut inde navem conſcendant, qua mare ingrediantur. vide ad Quinctil. Declam. IX. cap. 16. niſi quis portum tempeſtate clauſum pandi ſibi velle Poëtam contendat, quod non puto, cum *pandere pontum, mare, pelagus*, frequentius occurrit de iis, qui ingrediuntur mare. vid. Val. Flacc. I. 7. & 169. & quae Barthius adducit: quare vulgatum, *Pontum* retineo: ſed ſi legamus, *pande gemino placatum Caſtore pontum*, obſcurum remanet, unde ablativi illi *gemino Caſtore* pendeant. An a *placatum*, ut ſubintelligatur praepoſitio, & ſit pro placatum a Caſtore. an potius legatur *pande, gemino placato Caſtore, pontum*, quod magis arrideret. ut ita Romam invocet & roget, ut placare Caſtores & Venerem, ad proſperam ipſi navigationem praeſtandam, velint. videant eruditi: Caſtores autem propitiandos opportune monet Rutilius, non modo, ut Caſtalio & Barthius notat, quia ſollemne illud navigantibus erat, ſed etiam quia in hoc ipſo portu templum fuiſſe Caſtorum, in quo vota pro tranquillitate maris facere ſolebant, docet locus Amm. Marc. XIX. 10. *dum Tertullus apud Oſtia* (vel *Oſtiam*) *in aede ſacrificat Caſtorum, tranquillitas mare mollivit.* ubi videbitis, interpretes locum Aethici adducere, quem de Majuma celebrata Oſtiae explicant, & quem Rivinus quoque de Majuma cap. VII. §. 15. & 23. laudat, licet ille depravet, & pro *Caſtorum Caſtrorum* malit legere, violenta admodum explicatione adjuncta: Veneri vero vota facta nemo mirabitur, qui huic deae, ut ortae ex mari, jus in mare adſcribi legerit apud Poëtas centum in locis. Sed & hic loci quoque aedem vel ſacrarium habuiſſe, immo totam illam inſulam inter duo oſtia Thybridis quaſi Veneri conſecratam fuiſſe, colligi ex eodem Aethici loco poſſet. nam ibi perpetuam fere viriditatem eſſe, & praecipue verno tempore, quod Veneri proprium eſſe ſcimus, *ita roſa vel ceteris floribus adimpleri, ut prae nimietate odoris & floris Libanus almae Veneris nuncupetur*, ſcribit ille. nihil ergo Caſtori, nihil Veneri cum portu, ut illis ſupplicent pro aperto portu, illum ex mari per oſtia fluminis intrantes, ſed ut navigationem maritimam ingredientes rogent apertum & placatum pontum, & curſum ferentibus ventis facilem. *Dux* enim Venus ideo

Digitized by Google

Si non diſplicui, regerem quum jura Quirini,
Si colui ſanctos, conſuluique patres.
Nam quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum,

Non

ideo dicitur, quia adeſt illa navigantibus, donec petitum portum contingant: & neſcio, an non Rutilius reſpexerit illa Paridis apud Ovidium Epiſt. xvi. 21.

*Hac duce Sigaeo dubias a litore feci*
*Longa Phereclaea per freta puppe vias.*
*Illa dedit faciles auras, ventoſque ſecundos,*
*In mare nimirum jus habet orta mari.*
*Perſtet, & ut pelagi, ſic pectoris adjuvet aeſtus,*
*Deferat in portus & mea vota ſuos.*

BURM.

156. TEMPERET] Mutatio haec modi, cum praecedat *pande*, poſſet alicui ſcrupulum movere. ſed ita & Ovidius v. Triſt. iii. 43.

*Huc ades, & caſus releves pulcherrime noſtros.*

Ubi non opus reſcribere *ut releves*. Stat. iv. Silv. i. 5.

*Exſultent Leges Latiae, gaudete Curules* &c.

Vid. ad Valer. Flac. vi. 16. olim, cum ſcabrities mihi hic quaedam videretur, cogitaveram,

*Temperet aequoream dum Cytheraea viam.*

Sed *Dux* abeſſe mihi non poſſe nunc videtur ob ea, quae dixi, & cum *Pande* ad Romam referri debeat, ut omnia, quae ſequuntur, clamant, recte ſubjungit Venerem invocans, *temperet Dux Cytheraea viam.* ut ſc. Roma initia navigationis aperiret, Venus reliquum curſum ſecundum praeſtaret. BURM.

157. REGEREM CUM JURA QUIRINI,] Cum eſſem praefectus urbis. CASTAL. Videtur hoc dicere: ſi placui, cum eſſem Praefectus urbis. Eam enim dignitatem obtinuiſſe Rutilium, ex inſcriptione libelli ſatis ſuperque apparet. Ita Sidon. Apollin. Carm. vii. 297.

*Intemerata mihi Praefectus jura regebat.*

Eleganter Pomponius IC. *Per eos, qui juri dicundo praeſunt, effectus rei accipitur, quantum eſt enim jus in civitate eſſe, niſi ſint, qui jura regere poſſint.* l. 2. §. poſt originem. ff. de Orig. jur. Manil. lib. iv. 58. de Julio Caeſare:

*Cum bene compoſitis victor civilibus armis*
*Jura togae regeret.*

Idem eod. 355.

*Jura ſui Librae permittit prima regenda.*

Claudian. in Rufin. lib. ii. 82.

*Nec pudet Auſonios currus, & jura regentem*
*Sumere deformes ritus veſtemque Getarum.*

Fortunat. de Lupo duce:

*Bella moves armis, jura quiete regis.*

Plura vid. apud Savaron. ad Sidon. Apollin. carm. vii. 297. & 313. SITZM. Praefectum Urbi intelligo. Ut infra: *Nam quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum, Non eſt praefecti gloria, ſed populi.* Non vero Conſulem, quod fatuae vulgo inſcriptiones volunt, & ſupra ex Faſtis Siculis notavimus. Tamen quod ſequitur; *Si colui ſanctos, conſuluique patres*, potius ad Conſularem eminentiam pertinere videtur. BART. Vid. ad Gratii Cyneg. 327.

158. SI COLUI SANCTOS, CONSULUIQUE PATRES.] Rogandis ſententiis. CASTAL. Florus lib. i. cap. i. de Romuli inſtitutis: *Auctis brevi viribus, hunc rex ſapientiſſimus ſtatum Reipub. impoſuit, ut juventus diviſa per tribus, in equis & in armis ad ſubita belli excubaret: concilium Reipub. penes ſenes eſſet, qui ex auctoritate Patres, ob aetatem Senatus vocabantur.* SITZM. Patrum conſiliis ſe viguiſſe quondam Roma apud Claudianum commemorat, Idemque Honorii Sextum Conſulatum à ritu & moribus priſcae Reipublicae egregie commendat. BART.

159. NAM QUOD NULLA MEUM STRINXERUNT CRIMINA FERRUM, NON SIT PRAEFECTI GLORIA, SED POPULI.] Neminem Rutilius urbis praefectus ſupplicio adfecit. quod ne lenitati ſuae tribuere videatur, Populi Romani bonos mores id demeruiſſe confirmat. Sed Magiſtratus a ſeveritate longe abeſſe oportere, Ammianus Marcellinus oſtendit lib. xix. cap. 12. *Imitandus ſit Tullius, cum parcere, vel laedere potuiſſet, ut ipſe adfirmat ignoſcendi quaerens cauſas, non puniendi occaſiones, quod judicis lenti, & conſidera-*

Non ſit praefecti gloria, ſed populi.
Sive datur patriis vitam componere terris,
Sive oculis umquam reſtituêre meis,
Fortunatus agam, votoque beatior omni,
Semper digneris ſi meminiſſe mei.
His dictis iter adripimus, comitantur amici:
Non poſſum ſicca dicere luce Vale.
Jamque aliis Romam redeuntibus, haeret eunti
Rufius, Albini gloria viva patris,

Qui

*ti eſt proprium.* Et cap. 12. *Lauritius, adjecta Comitis dignitate, miſſus eſt rector, homo civilis prudentiae, qui minis potius, quam acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo diu provinciam obtinente nihil acciderit, quod animadverſione dignum exiſtimaretur.* CAST.

160. NON SIT] Heinſ. malebat *non id.* ut apud Ovid. Epiſt. III. 8. *hoc quoque culpa tua eſt.* ſed mollius eſſet, *non ea Praefecti gloria:* ſed erit melius nil mutaſſe. BURM.

161. COMPONERE] Hoc verbo Romani ſcriptores de iis utuntur, qui ſuâ velut morte cum ſuis, inque ſuis penatibus diem ultimum clauſerunt. Horatius lib. I. Sermon. Eclogâ Nonâ, 26.

—— —— *eſt tibi mater?*
*Cognati? queis te ſalvo eſt opus? haud mihi quisquam.*
*Omnes compoſui: felices! nunc ego reſto.*

Perſius

— *tandemque beatulus, alto Compoſitus lecto.*

BART. Dubito, an ad mortem, cujus ominoſa eſt mentio, ſint haec referenda, ut & fecit Almelovenius. *vitam* enim *componere* eſt certo ordine eam inſtituere: ita hic explicarem, perpetuas ſedes ſtatuamus in patria, numquam ea migraturi. reſpexit forte illa Virgilii IV. Aeneid 340.

*Me ſi fata meis paterentur ducere vitam*
*Auſpiciis, & ſponte mea componere curas,*
*Urbem Trojanam primum dulceſque meorum*
*Reliquias colerem.*

Ita Livius IV. 13. *compoſita conſilia*, pro ordinatis dixit. ubi vide Gronov. *componere opes* ordinare explicat Serv. ad Virg. VIII. Aeneid. 317. & ita paſſim *componere mores*, *mentem* & ſimilia, de quibus alibi. BURM.

164. DIGNERIS SI MEMINISSE MEI.] Formula abſcedentium. Plautus Milite Glorioſo. Ubi abſcedit Palaeſtrio.

*Conſervi conſervaeque omnes, bene valete & vivite,*
*Bene quaeſo inter vos dicatis & mihi abſenti tamen.*

BART.

166. SICCA LUCE] Horat. lib. I. Od. II. *Siccis oculis.* Pap. Stat. lib. I. *Lumine ſicco.* CASTAL. Oculis. Unum pro geminis dixit. Ut Claudianus *orbem*, Bello Getico 258.

—— *fera nuntia Martis.*
*Orbe ſub Auguſti caſurum prodidit hoſtem.*

Ita enim eo loci omnis vis Pulmanniorum Codicum legit, quam nos redemtam in Batavia nobiſcum, theſauri inſtar, patriis ſedibus inveximus. Palatinae tamen membranae & Codex Aldinus, *Ore.* Quomodo & Claverianus *MS.* ſeu Cujacianus potius, & Editio Raphelengii, cui praefuit Joſephus Scaliger. BART. Durum eſſe notat Cl. Graevius *ſicca luce*, pro *ſicco lumine*, & hoc pro *ſicco oculo.* Nic. Heinſium *ſicca voce*, hoc eſt voce ſine lacrimis: non poſſum lacrimas comprimere, cum dixero Vale, maluiſſe idem docet: ſed & *ſicca voce* durum, quam dat telluri exuſtae Ovidius II. Met. 278. quare, ne mitius loquentem faciamus Rutilium, quam revera voluit, vel potuit. BURM.

168. ALBINI GLORIA VIVA PATRIS,] Cecina Decius Albinus Cos. fuit Anno Urbis, MCXCVI. ſed is propter annos huc trahi non poteſt, ut nec Rufius Senior & Junior longe poſt in eodem indice conſpiciendi, neque Flavius Voluſianus Anni MCCXC. niſi tranſpoſita

ſita

Qui Voluſi antiquo derivat ſtemmate nomen,
Et reges Rutulos, teſte Marone, refert.
Hujus facundae commiſſa palatia linguae,

Pri-

ſita nomina & annos inibi cenſeas. BART.

168. GLORIA VIVA] In quo vivus veluti denuo pater gloriam ſuam revireſcentem amplectatur. vide Stobaeum ſermone LXXIII. IDEM.

169. VOLUSI ANTIQUO DERIVAT STEMMATE NOMEN,] Voluſianum hunc eſſe, cujus edictum in Urbana Praetura adverſus Coeleſtium Haereticum exſtet, notavit vir doctiſſimus, & optimi prorſus judicii Jacobus Sirmondus ad Sidonium lib. IX. Epiſt. 16. IDEM. Clariſſimus Graevius huc refert lapidem apud Gruter. XXVIII. 5. quem ex Gudianis ſchedis emendatiorem exhibet. vid. & Gothofr. Proſopogr. Cod. Theod. in *Voluſiano*. & Photii Biblioth. Cod. LIII. alios ex Reineſ. Claſ. II. 16. & Append. pag. 22. adfert Almel. infr. ad vſ. 421. *Voluſus Meſſalla* memoratur a Senec. II. de ira 5. & Tacit. III. Annal. ubi videndi interpretes. an inde traxiſſe genus hi Voluſiani videri voluerint, diſpiciendum. apud Amm. Marcell. XXIX. cap. 6. *Meſſalla* quidam memoratur rector provinciae, qui an ad Voluſianos pertineat, ignoro. ſub Valentiniano vixit. BURM.

170. ET REGES RUTULOS, TESTE MARONE REFERT.] Virg. lib. XI. 463. opinor locum dicit.

*Tu, Voluſe, armari Volſcorum edice maniplis,*
*Duc ait, & Rutulos.*

CAST. Sane imbecilli tibicine niſa eſt gens Voluſia apud Romanos, ſi originem ſuam ad Rutulorum Reges nullo alio, quam Virgilii teſtimonio retulit. Non enim aliter Voluſi, quam ita meminit Maro lib. II. ut Turnus cuidam nomine Voluſo imperet, *edicat armari maniplos Volſcorum*. Qui locus tam ad Rutulos Reges Voluſiorum Romanam propaginem refert, quam ad Cypſelos aut Cecropidas. BART.

171. HUJUS FACUNDAE COMMISSA PALATIA LINGUAE, PRIMAEVUS MERUIT PRINCIPIS ORE LOQUI.] Rufius ille, Albini filius, fuit *Quaeſtor*. *Quaeſtores* autem dicuntur principis ore loqui, Caſſiodor. VIII. Variar. 14. *Quid tibi conveniat, vides. Vox legum diceris, dum nos jura condimus.* Idem, ibidem: *Eloquentiae bona ineptum eſt in Quaeſtore praedicare, cum ad hoc specialiter probetur adſcitus, ut opinionem temporum commendet qualitate dictorum.* Theodahadus Rex Patricio V. C. Quaeſtori, apud eund. X. var. 6. *Ideo Quaeſturae tibi faſces per decimam tertiam indictionem propitiâ divinitate concedimus: ut facias generalitatis votum juridicorum ſequendo judicium. Totum te legibus, totum reſponſis trade prudentium. Sic nobis optime conſulueris, ſi priſcorum ſervias conſtitutis. Conſidera in verbis tuis laudem poſitam principalem. Fama noſtra eſt, quod loqueris.* Sidon. Apollin. Carm. I. v. 23. & ſeq.

*Sic nos ô Caeſar, noſtri ſpes maxima ſecli,*
*Poſt magnos proceres parvula thura damus.*
*Audacter docto coram doctore canentes,*
*Aut Phoebi, aut veſtro qui ſolet ore loqui.*
*Qui licet aeternâ ſit vobis Quaeſtor in aulâ,*
*Aeternum nobis ille magiſter erit.*

Idem Carm. V. 575.

*—— cujus dignatur ab ore*
*Caeſar in orbe loqui, licet & Quaeſtore diſerto*
*Polleat.*

SITZM. Quaeſturam geſſiſſe notant viri doctiſſimi, cujus hoc officium. Claudianus de Fl. Mallio Theodoro eadem dignitate tum conſpicuo verſ. 37.

*Sed non ulterius te praebuit urbibus aula,*
*Maluit eſſe ſuum; terris edicta daturus;*
*Supplicibus reſponſa venis. Oracula Regis*
*Eloquio crevere tuo, nec dignius unquam*
*Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam.*

Senarius, vir Romanus in ſuo ſibi Epitaphio.

*Ille ego ſum mundi quondam, ſine fine, viator,*
*Senarius, membris tumulo, non nomine, clauſus,*
*Principis invicti ſemper ſublimis Amore,*
*Cujus in Ore fui Vox Regum, Lingua ſalutis.*
*Foederis Orator, Pacis Via, Terminus Irae, &c.*

H 2 Vide

Primaevus meruit principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro conſule Poenos.

Ae-

Vide viros litteratiſſimos & de litteris pro ſe quemque egregie meritos Franciſcum Juretum ad Symmachi librum II. Epiſt. 8. Joannem Savaronium ad Carmen primum Sidonii. Theodorum Sitzmannum hoc loco, Demſterum Antiquitatibus. Petrum Broſſaeum ad Caſſiodorum lib. VI. Epiſtolâ 5. BART.

172. PRIMAEVUS MERUIT] Ammianus, *recepiſti primaevus originis tuae ſplendidum florem.* CASTAL. Adoleſcens, nondum virilitatem ſatis ingreſſus, nondum juventam emenſus. Virgilius lib. X. 345.

*Hic Curibus fidens primaevo corpore Lauſus.*

Pedo Albinovanus, ut volunt, in Planctu Maecenatis verſ. 3.

*Mene, inquit, juvenis primaevi, Juppiter, ante*
*Anguſtam Bruti non cecidiſſe fidem.*

Venantius in Phoenice. *Aſt ubi primaevâ coepit florere juventâ.* Primum aevum, Juventas. Valerius Flaccus lib. VII. 338.

*Occidis heu! primo potis hoc durare ſub aevo.*

Nemeſianus Cyneg. 116. *Corporis & venis primaevi ſanguis inundat.* Petrus Pictavenſis in Epiſtola ad Petrum Mauritium. *Hominem pene adhuc primaevum tanta comprehendere potuiſſe, ultra quam credi valeat, miramur.* BART.

172. PRINCIPIS ORE LOQUI.] Vice ſacra. CASTAL. Si accurate loqui voluiſſet Rutilius, debuiſſet dicere, principem Rufii ore locutum fuiſſe, quia Quaeſtor, ſilente principe, pro eo orationes ad ſenatum habebat, ut Claudian. de Mallio Theod. quem locum adduxit Barthius, & Sidonius, quem laudat Sitzmannus. & ita quidam legunt apud Calpur. Ecl. III. 99.

*Perfer, & ore tuo modulabor Phyllida cantu.*

BURM.

173. REXERAT ANTE PUER POPULOS PROCONSULE POENOS.] Auſonius Gallus. Epiced. in Patrem 45.

*Hujus ego & natum, & generum Proconſule vidi.*

*Proconſule* & *Proconſul* dicebatur eo tempore. Id quod S. Auguſtinus in libello de Grammatica docet. *Ab e littera vocali nullum Latinum, niſi juncta praepoſitione maſculinum invenitur, ut Proconſule, Propraetore, ergo juncta praepoſitione fiunt Latina; ut dixi Propraetore, Proquaeſtore. Nam veteres nominativo caſu Proconſul dicebant, attendentes, nullum nomen Latinum exire in e litteram nominativo caſu generis Maſculini.* CASTAL. *Proconſul* dictus eſt, quod conſularem habeat poteſtatem, & *pro Conſule* provinciam adminiſtrat. Quod ſit ejus officium, & quae poteſtas, ſcite explicuit Fr. Duarenus cap. 2. tit. ff. de offic. proconſ. & innuit aliquantum Salvianus Maſſil. lib. VII. de gubern. Dei, de Carthagine, urbi aeternae maxime adverſaria, verba faciens: *Illic* (ait) *honor proconſularis, illic quotidianus judex & rector, quantum ad nomen quidem proconſul, quantum ad potentiam Conſul.* Porro tam ex Rutilio, quam Salviano diſcimus, Africam olim fuiſſe provinciam proconſularem, cui loco proconſulis datus eſt praefectus Praetorio, poſteaquam Juſtiniani auſpiciis Beliſarius eam ad Imperii Romani obſequium fidemque reduxit, & Vandalis eripuit, ut eſt in l. 1. §. 1. C. de offic. praef. Praet. Afr. SITZM. ProConſulem Africae fuiſſe Albinum dicit. De genere autem hoc loquendi vide Joſephum Caſtalionem in Variis Lectionibus. BART.

173. PUER] Quid, inquies, an & *pueri* fuerunt *Proconſules*? imo non tantum Proconſules, ſed etiam Conſules. D. Hieronymus in Epiſt. ad Demetriadem de Serv. Virgin. *Pius filius, vir amabilis, clemens, dominus, civis affabilis, conſul quidem in pueritia, ſed morum bonitate Senator illuſtrior.* Legimus Honorio, puero nobili, conſulatum à principe datum eſſe, l. nemo 14 C. de relig. & ſumpt. fun. l. fin. C. de privil. eor. qui in ſacro pal. mil. ubi Cujac. & pupillos tribunatum numerorum fuiſſe meritos, perſpicue patet ex l. ult. C. de teſt. mil. Quantumvis enim non poſſit efficere princeps, ut recte judicet, & decenter magiſtratum gerat impubes: tamen probabilis cauſa poteſt movere

Digitized by Google

Aequalis Tyriis terror, amorque fuit.

Se-

vere principem, ut impuberem, patiatur magiſtratum gerere, perinde ac ſi dignus eſſet. Malum quidem hoc eſt per ſe, ſed poteſt utile interdum eſſe Reipub. majoris alicujus incommodi vitandi gratiâ. Jaſon Theſſalus dicebat, *in parvis rebus violandam eſſe nonnunquam juſtitiam, ut in maximis melius conſervari poſſit.* Vid. omnino Fr. Duaren. ad l. quidam 57. ff. de re jud. Quid vero mirum, pueros factos fuiſſe Conſules, cum C. Caligula *equum* ſuum voluerit conſulatum capeſſere. Sueton. in Caligula 55. *Incitato equo, cujus cauſâ pridie Circenſes, ne inquietaretur, viciniae ſilentium per milites indicere ſolebat, praeter equile marmoreum, & praeſepe eburneum, praeterque purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam & familiam & ſuppellectilem dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur: conſulatum quoque traditur deſtinaſſe.* SITZM. *Puer* adoleſcens. Duo enim haec Poëtis tam Graecis, quam Latinis ex uſu materiae fere confunduntur. Virgilius lib. v. 295. de Euryalo homine armipotente.

*Euryalus formâ inſignis, viridique juventâ,*
*Niſus amore pio pueri.*

Pariter Statius Ephoebum vocat Leandrum, qui mare in concubitum Herus transnabat lib. VI. 542.

*Phryxaei natat hic contemtor Ephoebus Aequoris.*

Sic Giton Petronianus puer annorum XVI. Gallienus Imperator in ſuaviſſimis Epithalamii verſibus, quod utinam integrum prae grandibus nonnullorum bombis ad nos perveniſſet.

*Ite, agite, ô pueri, pariter ſudate medullis*
*Omnibus inter vos.*

Ita Bathyllum ſuum puerum pingi vult Anacreon.

Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ Παφίην θέλουσαν ἤδη

Pariter *puellae* dicuntur jam nuptae. Horatius III. Od. 14. *puellae jam virum expertae.* Appulejus lib. VI. *Puellae lepidae, Amoris uxori.* Qui & lib. IX. *maritatam puellam adulteram* vocat. Quod & ipſum Graecanicae eſt imitationis; qui & Juventam aetatem ſane laxius ſumunt, ut apud Heſiodum juvenis Quadraginta annorum grandem panem tribus buccis partiens. BART. Satis poſſunt admitti, quae de *pueri* voce nota jam ſatis & obvia conſtipant interpretes. ſed, ſi ſatis conſtaret de honoribus hujus temporis, auderem legere *pater*, ut ad Albinum patrem Rufii referantur; & hoc *imitatio*, ſcilicet qua patris veſtigia preſſit, indicare poſſet. de hoc Cejonio Rufio Albino ſunt lapides apud Gruter. CCLXXXII. 8. & CCCLXXXVII. 3. vid. & Gothofr. Proſopog. Cod. Theod. in *Albino.* BURM.

174. AEQUALIS TERROR, AMORQUE] Claudianus ad Gennadium.

*Utraque gens faſces horret, amatque tuos.*

CASTAL. Vide Lindenb. ad illa Amm. Marc. XXVII. 9. *raro contingit, ut, cum timeretur, amorem non perderet civium.*

174. TYRIIS] Carthaginenſes dicit, vel potius omnem Africam, ab ea urbe, quae quondam ejus domina. De re ipſa, ſimile illud Gunteri libro primo de domo Imperatoris.

*Quam qui novit, amat, qui non novere, verentur.*

In principe autem & honor & benevolentia ſubditorum requiritur. Honor, ut auctoritatem habeat, ex qua pendet ſalus Reipublicae, nam Cicero prudentiſſime in libris de Republica ſcripſit, quanto honoratior ſit princeps, tanto meliorem ſubditorum ſtatum eſſe, uti ex eo refert Petrus Pictavenſis, monachus ſuorum temporum eruditione praeſtantiſſimus. Benevolentia autem ad ſecuritatem ejuſdem neceſſaria eſt. Non enim ita circumſtantia tela, non pila nec enſes, quam tutatur amor. Praeterea Imperia omnia melius amore, quam vi obtinent à populis, quod volunt. Plinius lib. VIII. Epiſt. 24. *Male vim ſuam poteſtas aliorum contumeliis experitur, male terrore veneratio quaeritur, longeque valentior Amor ad obtinendum, quod velis, quam timor.* Et ſapientiſſime Julianum adulans ſcribit Libanius in Baſilico: *Non enim eo tum ſe meliorem, quam alii viſum iri autumabat, cum magis, quam caeteri ſaeviret, ſed ſi magis, quam alii clementiam cordi habens, omnes nihilo minus ſuperaret. Neque vero Regium eſſe exiſtimat aſpectum trucem, ſed Ma-*

175 Sedula promiſit ſummos imitatio faſces,
Si fas eſt meritis fidere, conſul erit.

In-

*nico potius furori congruere, utcum inter morbos acutos & graves cenſeret, aſperitatem vero morum in coetu & concilio tyrannicae dominationi attribuens, affabilitatem & comitatem principis felici ſtatui adjungebat. Deinde praeclare ſecum agi exiſtimans, non ſi metu regnum contineret, ſed ſi amore & benevolentia ſubditorum muniretur, benignitati vicem parem, lapſui vero veniam tribuere ſolens, &c.* Et divine prorſus ipſemet Julianus Panegyrico primo ad Conſtantium: βούλομαι δὲ σαφέστερον περὶ τούτων εἰπὼν ἅπασι δεῖξαι, τίνι μάλιστα, πιστεύσας καὶ τοσούτοις σαυτὸν ἐπιδοὺς πράγμασιν ἀδεὴς ὅλως διετέλεσας, εὔνοιαν οἶμαι δεῖν φάναι τῶν ὑπηκόων ὑπάρχειν τῷ βασιλεύοντι ἐρυμάτων ἀσφαλέστατον, ταύτην δὲ ἐπιτάττουσι μέν, καὶ κελεύουσι, καθάπερ εἰσφορὰς καὶ φόρους κτήσασθαι παντελῶς ἄλογον. λείπεται δὲ λοιπὸν, καθάπερ αὐτὸς ὥρμησας τὸ πάντας εὖ ποιεῖν, καὶ μιμεῖσθαι τὴν θείαν ἐν ἀνθρώποις φύσιν, πρᾴως μὲν ἔχειν περὶ ὀργὴν, τὸ τιμωρεῖν δὲ ἀφαιρεῖσθαι τῆς χαλεπότητος. Eſt enim amor in genere numen quoddam omnium bonarum rerum & eventuum felicium princeps, ſine quo nec ullum negotium ſive publicum ſive privatum bene expeditur. Demetrius Conſtantinopolitanus in Hieracoſophio. πρόδηλον γὰρ εἰ μόνος ἔρως ἐπί τινι προκειμένῳ πράγματι, ἀμήχανον τοῦ κατορθωθῆναι. De privatis rebus Theano Pythagorica, exemplo dominae & ancillarum. ἀρχὴ δὲ ἐστὶν οἴκου πρώτη γυναικὸς ἀρχὴ θεραπαινῶν, ἐστὶ δὲ, ὦ φίλη, μέγιστον ἐπὶ δουλείᾳ εὔνοια; αὕτη γὰρ οὐ συναγοράζεται τοῖς σώμασι ἡ κτῆσις, ἀλλ᾽ ἐξ ὑστέρου γεννῶσιν αὐτὴν οἱ συνετοὶ δεσπόται. Plura ex diverſis ſcriptoribus in Animadverſionibus recenſitis ad Claudiani Panegyricum in Quartum Conſulatum Honorii. BART.

175. SUMMOS FASCES,] Conſularem dignitatem, ultra quam privato adſcenſus non erat. Praefectura tamen Praetorio praefertur, potentia quidem, non honore, & vetuſtate dignitatis. Conſulatum *culmen honorum* & *portum* vocat Claudianus. Loquitur autem hic de Voluſiano Patrem Albinum imitante Rutilius. IDEM.

176. SI FAS EST MERITIS FIDERE CONSUL ERIT.] Hoc dicendi genus nos expreſſimus in iis verſibus, quos ad illuſtriſſimum Scipionem Gonzagam Praeſidem tum meum, tum eruditorum omnium, ac ſeculi noſtri unicum decus nuper ſcripſimus.

*Sic te quod voluit PIUS,*
*Et ſpes eſt, meritis fidere ſi licet.*
*Sacrae moenia qui tenet*
*Urbis purpureis partibus inferat:*
*Sit praeſens mihi SCIPIO,*
*Ne, dum ſaevit hiems, fluctibus obruar.*
*Soſpes te mea Caſtalis*
*GONZAGIS atavis; & canet HERCULE*
*Dignum magnanimo, parem*
*Cui non invenient poſtera ſaecula.*

CASTAL.

176. CONSUL ERIT.] Pap. Stat. lib. I. Silv. II. 174.

*Hunc & biſſenos, ſic indulgentia pergat*
*Princeps Auſonii, cernes attollere faſces.*

Auſonius Gallus Epiced. in Patr. 46.

*Conſul ut ipſe foret, ſpes mihi certa fuit.*

CASTAL. Hoc eſt, ad ſummum faſtigium privati hominis adſcendet, omnibus omnium dignitatum faſtigiis praeponendum. Papin. Statius lib. IV. Silv. I. 25. ſeptimumdecimum Germanici conſulatum adorans:

——— *gaudent turmaeque tribuſque*
*Purpureique patres, lucemque à Conſule ducit*
*Omnis honos.*

Theodoricus rex apud Caſſiodorum lib. II. var. 2. Felici V. I. ad conſulatum promotos: *Pridem tibi honorum tribuimus gradum, nunc faſtigium concedimus dignitatum, ut & anteriora tibi merito contuliſſe videamur, & in ſequentibus conſtantiam tenere noſtra benignitas aeſtimetur.* SITZM. Tamquam de re divina loquitur de Conſulatu Romano, homo morum veterum. Cum tali enim praefatione loquebatur, rebus ſupra hominem proferendis velut horrentes. Ovidius Metamorphoſ. I. 175.

*Hic locus eſt, quem, ſi verbis audacia detur,*
*Non timeam magni dixiſſe Palatia coeli.*

Quae verba tacitam magnificentiae Romanorum

Invitum triſtis tandem remeare coëgi,
Corpore diviſo mens tamen una fuit.

Tum

rum Principis Auguſti adulationem habent. Sic aequora coelo comparans Papinius in Propemtico Metii Celeris ſcribit lib. III. Sylvarum. II. 13.

*Vos quoque caeruleum, divae Nereides, agmen,*
*Dicere quae magni fas ſit mihi ſidera Ponti.*

Sic merita omnia minora tanto honore autumat Rutilius. BART.

178. CORPORE DIVISO MENS TAMEN UNA MANET.] De ſummo amore diſcedentium à ſe amiciſſimorum hominum pereleganter & ſumma legentium cum commotione ita loquuntur ſcriptores optimi, & jucundiſſimi, quorum in talibus lectioni nulla alia niſi divinarum rerum contemplatio comparanda eſt. Quid enim dulcius, quam animo velut praeſentes videre homines tam eximio candore inter ſe amantes, ut, cum diſcedunt ab altero alter, mentes tamen velut glutino inexſolubili confixae, maneant colligatae, nec poſſint ullo ſpatio terrarum diſſolvi. Hujus voluptatis ut lectorem participem ſummorum, ſua cujuſque aetate, ſcriptorum aliquot inſignia loca huc transducam. Cicero lib. v. Famil. Epiſt. 13. *Quantum potero, me ab omnibus angoribus & moleſtiis abducam, tecumque ero tantum, quantum patietur utriuſque aetas & valetudo. Et ſi eſſe una minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione iiſdem ſtudiis ita fruemur, ut numquam non una eſſe videamur.* Plinius lib. IX. Epiſt. 31. *Poſtquam à te receſſi, non minus tecum, quam quum apud te fui.* Qui tamen de libro Sardi loquitur à ſeſe pellecto: Tibullus lib. IV.

*Hic animum ſenſuſque meos abducta relinquo,*
*Arbitrio quamvis non ſinis eſſe tuo.*

Victor Maſſilienſis ad Salomonem.

*Te corde bino geſtans abii, tecumque reſedi.*

Auguſtinus libro VI. Confeſſionum cap. 8. *ſi corpus meum in illum locum trahitis, numquid & animum & oculos? adero itaque abſens.* Ennodius lib. VIII. Epiſtolâ 13. *Affectionem mentior, ſi vobiſcum digrediens non remanſi; & beatitudinem veſtram mecum, quamvis locatam in ſtatione, non detuli.* Paullinus Epiſtolâ 2. ad Auſonium,

*—— toto licet abſtrahat orbe vel aevo*
*Numquam animo diviſus agam: prius ipſa recedat*
*Corpore, vita, meo, quam veſter pectore vultus.*

Eucherius divino Paraenetico ad Valerianum; *Fides abeuntes inſeparabilis & quaſi fixa comitatur.* Ambroſius Epiſt. 26. *Occurri dico, quando enim abſui, quem toto ſequebar affectu? cui ſenſu ac mentibus inhaerebam?* Ruricius lib. II. Epiſt. 1. *Caritatis integrae ſincera transfuſio, cujus ego vinculis colligatum à vobis me gaudeo, & talibus catenis vinctus exſulto, obſtringique me earum nexibus magis cupio, quam ſolvi.* Paulinus ad Nicetam, Carmine, cui par nulla poſt aetate ſcriptum habemus;

*Jamne abis, & nos properans relinquis?*
*Quos tamen ſolâ regione linques,*
*Semper annexâ ſine fine tecum*
*Mente futuros.*

Walafridus Strabus in Poëmatis veros amicos dicit *Corpore diviſos, ſed mentis amore ligatos.* Licentius ad Auguſtinum.

*—— —— plaga Ponti*
*Interfuſa coërcet: Amor contemnit utrumque,*
*Gaudia qui ſpernens oculorum, ſemper amico*
*Abſente fruitur, quoniam de corde profundo*
*Pendet.*

Clemens auctor fictitius, vetus tamen, qui Recognitionum libros in Epitomen Graece redegit, ab Adriano Turnebo olim editus. ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι σύνεισιν οἱ φίλοι ταῖς μνήμαις, κἂν τοῖς σώμασιν ἀπολιμπάνωνται. Venantius lib. VIII. cap. 2.

*Corpore diſcedo, nec tamen hinc abeo.*
*Hic ego totus ero, nec corde ac mente revellar.*

Clemens, Latine, ut volunt, à Rufino deſcriptus, libro VII. Recognitionum: *aut ignoras, quia amici ſemper ſimul ſunt, & licet corporibus ſeparentur, memoria tamen junguntur.* Quae ipſa verba ſunt modo Graecè propo-

Tum demum ad naves gradior, qua fronte bicorni,
Dividuus Thybris dexteriora ſecat.
Laevus inacceſſis fluvius vitatur arenis:
Hoſpitis Aeneae gloria ſola manet.

Et

poſita. Sed nos nimium vagamur. BART.

178. Mens tamen una] Amore & eorundem ſtudiorum cultu. *Una mens* in duobus corporibus, ſumma eſt amicitiae deſcriptio. Vide Adverſariorum librum xxx. cap. 20. Et Animadverſiones recenſitas ad Claudiani Probinum & Olybrium. IDEM. Unde illud *manet* in notas Barthii pervenit? an ex vſ. 182. reciperem vero hic, ſi ſcriptorum auctoritas juberet, & illo loco legerem, *gloria ſola fuit.* videtur vero Ovidium expreſſiſſe, qui Epiſt. xviii. 125.

*Hei mihi! cur animo juncti ſecernimur undis,*
*Unaque mens, tellus non habet una duos?*

BURM.

179. Fronte bicorni,] Tiberis Inſula prope mare disjunctus duobus hoſtiis exoneratur in mare. CASTAL. Cunctis fluminibus veteres *cornua* tribuebant, ſive quod mugitum boum imitatur murmur aquarum, ſive quod plerumque in cornuum ſimilitudinem curvata cernimus. Feſtus: *Taurorum ſimulacra fluminum, id eſt, cum cornibus, quod ſunt atrocia, ut tauri.* Vid. Donat. item Serv. ad illud Virg. lib. viii. Aeneid. 77.

*Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.*

Aelian. lib. ii. var. c. 33. Sophoc. & Sophoclis Scholia in Trachin. Pier. lib. iii. Hieroglyph. Savar. ad Sidon. Apollin. carm. ii. 389. Hieron. Magius Miſcellan. lib. iv. c. 2. Val. Flacc. lib. i. Argon. 106.

*Silvarumque Deae, atque elatis cornibus amnes.* SITZM.

180. Dividuus Tiberis] Ovidius i. Faſt. 292.

— *Dividua qua premit amnis aqua*

Tiberim in mare diviſum influere Ovid. lib. iv. 291. Faſt. ſcribit,

*Oſtia contigerat, qua ſe Tiberinus in altum*
*Dividit, & campo liberiore natat.*

CASTAL. Vid. & Caſtal. Obſerv. Decad. iv. 10. qui credit, Ovidium de unico tantum oſtio, quod eo tempore erat, loqui, Rutilium vero de duobus, quae ejus aetate conſpiciebantur. BURM.

181. Laevus fluvius] Siniſtram Tiberis partem *Atria* dixerunt. Ovid. lib. iv. Faſtorum 329.

*Fluminis ad flexum veniunt, Tiberina priores*
*Atria dixerunt, unde ſiniſter abit.*

CASTAL. Sed ibi *oſtia* legitur in emendatis codicibus. Locus vero ille adhuc luce indiget: de oſtiis enim, quae ſubierat navis Cybelen advehens, egerat ante vſ. 291. nunc vero ſubierat jam adverſas Thybridis aquas, & ad vadum limoſum pervenerat, quo navem ſtantem, & haerentem protraxerant. & tunc demum Claudia expedit navem, & trahit uſque ad flexum, qui non poteſt *oſtia* dici, nam longius jam adverſo flumine proceſſerat: tenebras hic mihi eſſe fateor. BURM.

181. Inacceſſis arenis:] Ad quas nulles debet accedere, ut Servius docet in illud Aen. vii. 11.

*Dives inacceſſos ubi ſolis filia lucos*
*Aſſiduo reſonat cantu.*

CASTAL.

181. Arenis:] Pap. Stat. i. Silv.

— *Aut medicis felix Epidaurus arenis.*

Virg. lib. ii. Georg. 105.

*Quem qui ſcire velit, Libyci velit aequoris idem*
*Diſcere quam multae Zephiro turbentur arenae.*

Horat. lib. iii. Ode 4.

*Utcunque mecum vos eritis, libens*
*Inſanientem Navita Boſphorum*
*Tentabo, & arentis arenas*
*Littoris Aſſyrii viator.*

Et ſexcentis locis reperias *arenas* numero multitudinis contra Caeſaris ſententiam apud A. Gellium lib. xix. c. 8. IDEM.

182. Hoſpitis Aeneae gloria ſola manet.] Virg. lib. vii. Aeneam hoſtiam

ſub-

Digitized by Google

Et jam nocturnis ſpatium laxaverat horis
Phoebus chelarum pallidiore polo;
Cunctamur tentare ſalum, portuque ſedemus,
Nec piget oppoſitis otia ferre moris:
Occidua infido dum ſaevit gurgite Plias,

Dum-

ſubeuntem facit. CASTAL. Illuc ſubvectum Aeneam dicit; miraculo quodam ſeu divino prodigio itinere poſt eum arenis obſepto. Vel ſolam gloriam dicit famam ejus catapli, uſu poſtea fluminis illuc profecto, unde negant redire quemquam. BART. Vanam eſſe hanc Rutilii gloriationem oſtendit Cluver. Ital. Ant. lib. III. cap. 3. pag. 874. mallem quidem *vitatus*, ut cum τῷ *manet* conjunctum rotundiorem faciat ſententiam; ſed tot voces in literam ſibilantem exeuntes retinent manum. & ſolet noſter ſaepe copulam omittere. BURM.

184. ET JAM NOCTURNIS SPATIUM LAXAVERAT HORIS PHOEBUS CHELARUM PALLIDIORE POLO,] Ait Rutilius hoc diſticho, ſe urbe deceſſiſſe, ſole chelas ingrediente: hoc eſt, ſecundum Soſigenem, & omnium ejus aevi ſententiam XXIV. Septembris. SITZM. Nocturnae horae plureis jam erant diurnis, hoc eſt aeſtas ibat in autumnum. Tamen & ſpatia horarum hyeme atque aeſtate etiam aliter ordinata fuiſſe veteribus videntur, ut hyemales fuerint breviores & plures, aeſtivae longiores & pauciores. Unde Auguſtinus libro de Vera Religione. *Hora brumalis aeſtivae comparata minor eſt.* Cenſorinus cap. 16. *aevum neque annorum neque ſeculorum numero, nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor, haec enim ad aetatem infinitam non ſunt brumalis unius inſtar horae.* Vides, brumalem horam pro breviore poni. Vide, quae ad Plauti locum de Pſeudoli Actu V. Scena II. nemini ſatis adhuc perceptum, ne dum digne enarratum, ſcribimus Adverſar. lib. II. c. 19. BART.

184. PALLIDIORE POLO,] A remiſſione caloris, & lucis abſceſſu, frigore & tenebris & imbribus ingruentibus. IDEM.

185. CUNCTAMUR TENTARE SOLUM,] Lego *ſalum*. SIML. In lib. omnibus impreſſis legitur *ſolum* corrupte; nos *ſalum* reſtituimus. CASTAL. Lib. vet. *ſolum*, contra mentem authoris. SITZM. Omnino ſcribe cum doctis *Salum:* Quod non opus habet ulla tergiverſatione. BART.

185. PORTUQUE SEDEMUS,] Portum Hoſtiae à D. Caeſare deſtinatum & omiſſum D. Claudius primum exſtruxit, deinde Trajanus munivit. Vide Suetonium in D. Claudio; Plutarchum in D. Caeſare. Plinium lib. XXXIX. c. 9. & Dionem. Procopius lib. I. de Bello Gothico legendus eſt. CASTAL. Virgil. VII. Aeneid. 199.

*Sive errore viae, ſeu tempeſtatibus acti*
*(Qualia multa mari nautae patiuntur in alto)*
*Fluminis intraſtis ripas, portuque ſedetis.*

Sidon. Apollin. Carm. 2.

*Siſte Camaena modos tenues, portumque petenti*
*Jam placido ſedeat mihi carminis anchora fundo.*

SITZM. Vid. Savaron. ad adductum Sidonii locum.

186. OPPOSITIS MORIS,] Certe, cum morae oppoſitae ſunt, nolentes, volentes cogimur praeſtolari, hic autem juſtae cauſſae erant, quare non pigeret morarum; quare ſcribendum exiſtimo, *appoſitis*, hoc eſt congruentibus, dignis, ad rem facientibus, atque ut Jureconſulti forenſes loqui amant, praegnantibus. Tamen & vulgata lectio defendi poteſt, quam nos non movemus loco. BART. *Oppoſitae morae* ſunt procellae, venti contrarii, ut Propert. I. VI. 17.

*Oſculaque oppoſito dicat ſibi debita vento.*

Non aegre autem has ſibi moras opponi ferebat Rutilius, qui invitus diſcedebat Roma. BURM.

187. OCCIDUA INFIDO DUM SAEVIT GURGITE PLIAS,] Pleiades timendas navigantibus ſcribit Senec. in Herc. Fur. v. 10. quia à nautis ob futuram, quam denunciant, tempeſtatem timentur, authore Germanico in

Dumque procelloſi temporis ira cadit,
Reſpectare juvat vicinam ſaepius urbem,
Et montes viſu deficiente ſequi.
Quaque duces oculi grata regione fruuntur,
Dum ſe, quod cupiunt, cernere poſſe putant.
Nec locus ille mihi cognoſcitur indice fumo,
Qui dominas arces, & caput orbis habet.

Quam-

Phaenom. Conſule Heſiod. lib. 1. de op. & die. SITZM.

188. PROCELLOSI TEMPORIS] Qualis ſolet autumno infeſtare pontum. Autumno ſe profectum modo dixit. Et infra 221.

*Aeſtivos penetrent oneraria carbaſa fluctus,*
*Tutior Autumnus mobilitate fugae.*

Sed de tempeſtate hic ſermo. Lege Propempticon Papinii. BART.

188. IRA] Vid. ad Ovid. Epiſt. XVII pr.

190. VISU DEFICIENTE SEQUI.] Papinius:

*— fugit ecce vagas ratis acta per undas*
*Paulatim minor, & longe ſervantia vincit*
*Lumina, tot gracili ligno complexa timores.*

BART. vid. inf. 434.

191. DUCES OCULI] Mentis nimirum. Hi ſunt ſenſuum duces, & mentis indices, defenſores à periculis, cuſtodeſque egregii. Quintus Serenus de Medicina.

*Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,*
*Quos quaſi cuſtodes defenſoreſque pericli*
*Proſpiciens ſumma Natura locavit in arce.*

BART. Heinſius volebat, *quippe*, vel *uſque duces*. poſſet vulgata ſervari, ut dictum ſit, pro & regionem (ſc. ſequi viſu) gratam, qua oculi fruuntur. ut ſaepe ſolent caſus hos variare, quod notiſſimum. Terent. prol. Eun. *ut populo placerent, quas feciſſet fabulas*, pro, fabulae, quas feciſſet. & ſaepe vidi, tentari loca talia, quia praenomen relativum praeponitur. ita mox 217. *ſolvimus aurorae dubio quo tempore.* pro, *ſolvimus tempore aurorae dubio, quo primum &c.* ita Gratius 352. *eſt aliquid, quod praeſtet opem placabile numen.* pro eſt aliud numen, quod praeſtet opem. & talia plura. vid. ad Grat. Cyn. 222. & Phaedr. IV. III. 1. Livinei correctionem tamen probat Barth. ad Stat. IV. Theb. 30. forte etiam per exclamationem poſſet legi,

*Quam reduces oculi grata regione fruuntur!*

allo ſenſu *duces* in amore *oculos* dixit Propertius lib. II. Eleg. XII. 22. BURM.

192. QUOD CUPIUNT, CERNERE POSSE PUTANT.] Pariter infra; *Pulſato notae redduntur ab aethere voces, vel quia perveniunt, vel quia fingit Amor.* Et Terentius: *quod nimis volunt, facile credunt.* BART.

194. QUI DOMINAS ARCES,] Cur *dominas*? vel quia Roma terrarum domina, Dionyſ. Afer. 355.

Ῥώμην τιμήεσσαν, ἐμῶν μέγαν οἶκον Ἀνάκτων,
Μητέρα πασάων πολίων, ἀφνειὸν ἔδεθλον.

Vel quia ibi dominorum, id eſt, Imperatorum ſedes tunc temporis. Quâ etiam de cauſſâ βασιλεύουσαν Ῥώμην, βασιλεύουσαν πόλιν Ῥώμην dixerunt Graeci ſcriptores, quos citat Deſid. Herald. in animadv. ad Martial. lib. 1. epigr. 4. *Domina Roma* apud Martial. d. epigr. & lib. X. Epigr. 103.

*Moenia dum colimus dominae pulcherrima Romae.*

Aethicus in Coſmographia: *Urbem egreditur, quâ naves de portu urbis ad dominam totius mundi Romam adſcendunt. Dominam urbem* appellat Nemeſianus, Eclog. 1.

*Nam ſic dulce ſonas, ut te placatus Apollo*
*Provehat, & felix dominam perducat ad urbem.* SITZM.

194. ET CAPUT ORBIS HABET.] Plinius lib. III. cap. 5. *Et Roma terrarum caput.* Auſonius Gallus;

*Quique caput rerum Romam.*

Bonum fatum ſortitam eſſe Romam Proſper Aquitanicus lib. de ingratis teſtatur.

*Sedes Roma Petri quae paſtoralis honoris*
*Facta caput mundo, quidquid non poſſidet armis,*
*Religione tenet.*

Idem

Digitized by Google

Quamquam ſigna levis fumi commendat Homerus,
Dilecto quoties ſurgit in aſtra ſolo.
Sed coeli plaga candidior, tractuſque ſerenus
Signat ſeptenis culmina clara jugis.

Illic

Idem quoque S. Paulinus canit. III. Natali B. Felicis.

*Nam prius imperio tantum & victricibus armis,*
*Nunc & Apoſtolicis terrarum es prima ſepulchris.*

Venantius etiam Fortunatus, quem nos primo quoque tempore locupletiorem atque emendatiorem in hominum piorum gratiam emittemus, caput orbis urbem dixit.

*Conveniunt ad feſta ſimul ſua dona ferentes*
*Hi, quorum cineres urbs caput orbis habet.*

CASTAL. Ovid. v. Faſt. 93.

*Hic ubi nunc Roma eſt, orbis caput, arbor, & herbae,*
*Et paucae pecudes, & caſa rara fuit.*

D. Hieron. ad Gaudentium, de Pacatulae infantulae educatione: *Urbs inclyta & Romani imperii caput, uno hauſta eſt incendio. Nulla eſt regio, quae non exſules Romanos habeat.* Idem, ad Demetriadem, de Serv. Virg. *Urbs tua, quondam orbis caput, Romani populi ſepulcrum eſt, & tu in Libyco litore exſulem viſum exſul ipſa accipies,* SITZM.

195. QUAMQUAM SIGNA LEVIS FUMI COMMENDAT HOMERUS,] Homerus Odyſſ. A. 57.

——— ——— Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς,
Ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
Ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.

Quod ſic vertimus.

——— ——— *At magnus Ulyſſes,*
*Ut poſſit patriae fumum modo cernere terrae,*
*Poſſe mori optavit.*

CASTAL.

196. IN ASTRA SOLO.] *Foco* malebat Heinſ. ſed *dilectum ſolum* eſt natale, quod, ut notum, dulcedine ducit. ita *cara* patria paſſim, & *antiqua* Virgilio II. Aen. 137. eodem ſenſu. Heinſii tamen conjecturam juvat Ovid. I. ex Pont. III. 33.

——— ——— *ſed tamen optat*
*Fumum de patriis poſſe videre focis.*

BURM.

197. COELI PLAGA CANDIDIOR,] *Candidus* Sol pro ſereno & claro, *candida* dies pro clara & minime nebuloſa ponitur. Cn. Matius apud Gellium lib. XV. c. 25. *Jam jam albicaſcit Phoebus & recentatur.* Hoc eſt *prima Solis claritas* conſpicitur coelo. Quomodo *l'aube du jour* hodieque Gallis prima coelo oriens Aurora, quam Hiſpanis & Italis pariter *Alba* & *Alva*. Unde *Albus Sol* Ennio;

*Interea Sol albus receſſit in infera noctis.*

Catullus in Galliambo;

*Sed ubi horis aureis Sol radiantibus oculis*
*Luſtravit aethera album, ſola dura, mare ferum.*

Luculenta enim & pura quaevis veteribus alba. Scholiaſtes Aeſchyli in Perſas 613. ἀγλαὸν τὸν βοῦν καλεῖ. ἢ διὰ τὸ τοῖς θεοῖς ἀεὶ τὰς βοῦς θύεσθαι, ἢ διὰ τὸ πάντων εἶναι λευκόν. τὰ γὰρ λευκὰ, καὶ καθαρὰ, καὶ φωτεινὰ, καὶ ἀῤῥύπωτα. BART.

198. SEPTENIS JUGIS.] Montibus, collibus. Pap. Silv. II. III. 21.

*Dum per juga ſeptem errat.*

Et II. VII. 26.

*Sed ſeptem juga Martiumque Tibrim.*

Et IV. I. 6.

*Et ſeptem gemino jactantior aethera pulſet*
*Roma jugo, pluſque ante alias Euandrius arces*
*Collis ovet.*

CASTAL. Q. Fabius Pictor, lib. de ſec. aur. *Has rupes antiqui ſeptem colles, & ſeptem montes appellaverunt.* Claudian. lib. III. de Laudib. Stilic. 65.

——— *ſeptem circumſpice montes,*
*Qui Solis radios auri fulgore laceſſunt.*

& 135.

*Quae ſeptem ſcopulis zonas imitatur Olympi,*
*Armorum legumque parens.*

Idem de Nupt. Honor. & Mariae, Od. 2.

*Dominique laeta votis*
*Aurea ſeptemgeminas Roma coronet arces.*

Tibullus lib. II. Eleg. V. 55.

*Carpite nunc tauri de ſeptem montibus herbas,*



Digitized by Google

Illic perpetui ſoles, atque ipſe videtur,
Quem ſibi Roma facit, purior eſſe dies.
Saepius attonitae reſonant Circenſibus aures.

Nun-

*Dum licet: hic magnae jam locus urbis erit.* SITZM.

199. IPSE VIDETUR, QUEM SIBI ROMA FACIT, PURIOR ESSE DIES.] Apulejus lib. v. Metamorph. *Jam caeterae partes longe lateque diſpoſitae domus, ſine pretio pretioſae, totique parietes ſolidati maſſis aureis, ſplendore proprio coruſcant; ut diem ſuum ſibi domus faciat, licet Sole nolente: ſic cubicula, ſic porticus, ſic ipſae valvae fulgurant.* Corrippus lib. I. de laudibus Juſtini:

*Et domus interior tectorum in parte ſuperna,*
*Luce ſuâ radians, & aperto libera coelo,*
*Conſpicuo vitrei ſplendens fulgore metalli:*
*Dicere ſi fas eſt, rutili non indiga Solis,*
*Vel Solis dicenda domus; gratiſſima viſu,*
*Et facie miranda loci.*

Idem lib. I.

*Aedibus in magnis miro conſtructa paratu*
*Exſtabat ſedes, auro gemmiſque ſuperba,*
*Lumen habens ſine Sole ſuum: luſtratque propinquos*
*Gemmarum natura locos, rerumque colores*
*Mutans, & Phoebi radios fulgentis obumbrans.* SITZM.

200. QUEM SIBI ROMA FACIT,] A ſplendore inauratorum aedificiorum. Loquitur perpetuo, velut de Numine quodam. Sic *Romanam diem* pro omni aevo dixit Papinius equo Maximo I. Silv. I. 93.

*—— ſtabit dum terra poluſque;*
*Dum Romana dies.*

Et de amplitudine imperii Lucanus lib. VII. 424.

*Ut tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret aether,*
*Omniaque errantes ſtellae Romana viderent.*

Et Martialis lib. IX. Epigramm. 2.

*Manebit altum Flaviae decus gentis*
*Cum Sole & aſtris, cumque luce Romana.*

Poëta incertus in La - ibus Claudii Caeſaris.

*Cernitis ignotos Latia ſub lege Britannos,*
*Sol citra noſtrum flectitur imperium.*

Pariſſime vero, ut hic diem ſuum proprium in invidiam caeterorum Deorum Romae adſcripſit Rutilius; ita Ver ſuum peculiare eidem aſſignavit ſupra 113. *Vere tuo numquam mulceri deſinat annus.* & imbres verſ. 148. *Sole ſuo dives, ſed magis imbre tuo.* Verum penitius talia intuenti homo paganiſmi pervicax in odium Chriſtianorum talia omnia dixiſſe videbitur, horum enim veritate ductu emergente, ritus, ſacra, & auctoritas Romanarum ceremoniarum cum ipſâ ſede & ſtabulo Idololatriae vileſcebant magis magiſque; quibus adeſſe obliquis ſuis conviciis, Comes illi Eunapius, Zoſimus, Rutilius volebant. Claudianum noſtrum hinc merito excipimus, qui errore quodam Poëſin putabat turpari mentione verae religionis, neque volebat in deſcriptionibus & fictionibus minor eſſe principibus Poëtis. Quid autem de Chriſto ſenſerit, ex Epigrammatis ſatis nobis conſtat. Quae quidem alterius ingenii eſſe credant, qui minus hunc ſpectatum cognitumque habent. Neque vero generoſiſſimus ille animus & Philoſophicis praeceptis non ad ſuperficiem ſolam imbutus, tulit melioris ſectae & veritatis aſſeclas, quamvis palam ab Auguſtino pervicaciſſimi pagani convicio petitus, ullo modo perſtringere ſuis illis divinis Heroum encomiis, etiam dum eorum myſteriis alienus, ut rabioſi illi canes, Rutilium, dico, Eunapium, Zoſimum, & unum alterumque ejuſdem generis, ſed ita rem geſſit, ut pro graviſſimo teſte etiam ab iis in teſtimonium citetur, qui ipſi non admodum favebant. Verum prolixius hac de re ad eum & aliis commodioribus locis. BART.

200. ESSE DIES] Heinſ. legebat, *iſſe dies.*

201. SAEPIUS ATTONITAE RESONANT CIRCENSIBUS AURES.] Juvenal. Sat. XI. 195.

*Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem*
*Percutit.*

Auſonius Carm. de Ναὶ καὶ οὐ Πυθαγορικοῦ.

*Hinc fora diſſultant clamoribus, hinc furioſi*
*Jurgia ſunt Circi: cuneati hinc laeta theatri*
*Seditio.* SITZM.

202.

Digitized by Google

Nuntiat accenſus plena theatra favor.
Pulſato notae redduntur ab aethere voces,



202. NUNTIAT ACCENSUS PLENA THEATRA FAVOR.] Ovid. III. Triſt. XII. 23.

*Scena viget, ſtudiiſque favor diſtantibus ardet,*
*Cumque tribus reſonant terna theatra foris.*

Arnobius lib. IV. adverſus gent. *Conclamant & conſurgunt theatra, caveae omnes concrepant fragoribus atque plauſibus.* SITZM.

202. ACCENSUS] *Fervens.* Virgilius Celri: *non metus incenſam potuit retinere Deorum.* Valerius Flac. lib. IV. 255.

*——— incenſa mente feruntur*
*In medium, ſanguis Jovis, & Neptunia proles.*

Ruricius lib. II. Epiſt. 25. *prae obſcuritate dictorum non incendit ingenium.* Auguſtinus Confeſſionum lib. VIII. c. 6. *inveniſſe ibi Codicem, in quo ſcripta erat vita Antonii, quam legere coepit unus eorum & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam.* Papinius Thebaide VI. 4.

*Praeſudare parat, ſe ſeque accendere virtus.*

Heliodorus lib. VIII. Aethiopic. καὶ ὅλως διαπαὴς ἦν ὁ Σατράπης θυμοῦ καὶ ἀθυμίας ἅμα, ὥσπερ εἰς ἀγῶνας ἐμβεβλημένος. Sic Arnobius lib. I. Ammianus lib. XIV. Lucanus lib. I. Oroſius lib. 4. cap. 21. pariter locuti. Quantus autem furor tum magnatum etiam fuerit in Circenſibus ſpectandis, ſatis declarant temporum ſcriptores, inprimis Tertullianus, Cyprianus, & exemplo Alybii cariſſimi ſui Auguſtinus lib. VI. Confeſſ. c. 7. Nec non ſuo quoque idem iiſdem libris. A frequentatione autem talium aſſidua attonitas ſuas ſibi aures fragore illo ſemper tonuiſſe intus dicit Rutilius. BART.

202. THEATRA] *Theatrum* à nomine θεοῦ dictum exiſtimavit Plutarch. in lib. de Muſica. Rectius dixeris à θεᾶσθαι, Iſiodor. Orig. XV. 2. XVIII. 42. quod eſt *ſpectare.* Caſſiodoro Latinè eſt *Viſorium*, Servio lib. V. Aeneid. 288. *Spectaculum.* Sic Plautus Curcul. V. II. 47. *Spectacula ibi ruunt.* Sed quare *Theatrum* à videndo magis, quam ἀκροατήριον ab audiendo? Rationem affert Jul. Caeſ. Scaliger, lib. I. poët. c. 21. quia bonis temporibus corporum certamina tantum ſpectari ſolita, non autem ingeniorum. D. tamen Chryſoſt. Orat. 32. *Theatrum* eſſe ait populi auditorium. Δήμου γὰρ ἐστιν ἀκοὴ τὸ θέατρον. h. e. *populi enim auditus theatrum eſt.* Aurelianus in vita D. Martialis: *Sanctus Martialis cum diſcipulis ſuis perrexit ad theatrum, praedicare euangelium.* Plura de nomine theatri & amphitheatri vid. apud Theod. Marcilium in prolegom. ad M. Valer. Martialis epigram. in amphitheat. & venationes Caeſaris Domitiani. Roſin. antiq. Rom. lib. IV. c. 4. SITZM.

203. PULSATO NOTAE REDDUNTUR AD AETHERA VOCES,] Quid ſi legamus, *ab aethere.* SIML. *Ad aethera* legebatur, *ab aethere* repoſuimus. CASTAL. Lib. vet. *ad aethera.* Sed legendum, *ab aethere*, jamdudum monuit Simlerus, & lectionem hanc Caſtalionis editio recepit, quam etiam nos reſtituimus. Erat autem Circus Maximus valli propinquus, unde major objecta valle ſonus reddebatur, Echo voces emiſſas remittente, quod variorum ſcriptorum teſtimoniis probat Thomas Dempſterus ad Joh. Roſini Antiq. Rom. lib. V. c. 5. SITZM. Per Echo quandam ſparſae & redditae. Horatius lib. I. Carm. 20.

*——— datus in theatro*
*Cum tibi plauſus*
*Chare Maecenas eques, ut paterni*
*Fluminis ripae ſimul & jocoſa*
*Redderet laudes tibi Vaticani*
*Montis imago.*

Claud. II. Stil. 403.

*Pompejana dabunt quantos proſcenia plauſus,*
*Ad coelum quoties vallis tibi Martia ducet*
*Nomen, Aventino, Pallanteoque receſſu.*

Diverſa genera plauſuum, *Bombos, imbrices, Teſtas*, memorat Suetonius Neron. 20. & illuſtravit non indiligenter Julius Caeſar Bulengerus lib. I. de Theatro c. 51. Vide & notata viris praeclarae memoriae Franciſco Jureto ad Symmachum lib. X. Epiſt. 19. Thomae Demſtero antiquitatum lib. I. c. 2. & alibi. BART. In veteribus eſt

*Pulſato notae redduntur ad aethera voces.*

Quia de Circenſibus clamoribus ſermo, ne-

Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor,
Explorata fides pelagi ter quinque diebus,
Dum melior lunae fideret aura novae.
Tum diſceſſurus ſtudiis, urbique remitto
Palladium, generis ſpemque decuſque mei.

Fa-

ſcio, an non quid aliud lateat: quod enim *Amori* ſit eum iſtis clamoribus negotium, non videor videre. Sane Pithoeanae correctioni aſſentitur Scaliger ad Catullum quoque. BARTHIUS. *Adverſ.* XIV. 15.

204. VEL QUIA PERVENIUNT, VEL QUIA FINGIT AMOR,] Sic Virg. Ecloga VIII.

*Credimus? an, qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt?*

CASTAL. Perſuaſione eorum, qui tale quid audire cupiunt; Callimachi ſimilem locum notat Scaliger ad Catullum, qui tamen ad Enthuſiaſmum potius referendus eſt. Et pariter initio Poëmatis ſui ſuaviſſimus Muſaeus.

Νυχιάλφρόντι Λίαισφον ἐμῶ κὴ λύχνον ἀκλίω.

Tale enim quippiam à Muſis ſibi praecinioptabat Muſaeus. Sic Petronius bellum civile cantaturus, in ejus ſpecimine.

*Cerno quidem gemina jam ſtratos morte Philippos,*
*Theſſaliaeque rogos, & funera gentis Iberae,*
*Jam fragor armorum trepidantes perſonat aures.*

Paria etiam apud Papinium, Callimachum in Apollinem, Horatium lib. I. Od. 15. & alios. BART.

204. VEL QUIA PERVENIUNT,] Ovid. lib. IV. Faſtor. 328.

*Index laetitiae fertur ad aſtra ſonus.*

Corrippus lib. II. de laud. Juſt.

— *Summi clamor pervenit in aſtra favoris.*

Cum vulgus optat aliquid, tametſi id non evenit, tamen quaſi id evenerit, ſibi ipſum perſuadere conatur. Adi Illuſt. Joſeph. Scalig. Caſtigat. in Catull. Carm. 62. ubi hunc Rutilii locum laudat, & ſimillimum ait eſſe apud Callimach. Λυτροῖς Παλλάδος. SITZM.

205. EXPLORATA FIDES PELAGI] Petron. Arbiter in Satyr. CXV. *Subſtiti ego triſtis, coepique viventibus oculis maris fidem inſpicere.* Tertullian. de pallio, cap. 2. *Mari fides infamis.* SITZM.

205. TER QUINQUE DIEBUS,] Scribit, ſe cum comitibus in portu ſediſſe, & exſpectaſſe quindecim dies, donec mora Vergiliarum ortu tempeſtas detumeret in proximo novilunio. IDEM.

206. DUM MELIOR LUNAE FIDERET AURA NOVAE.] Ventus crederet lunae novae, ne mutaretur ſcilicet. CASTAL. Perſpicue innuit, quinto decimo die poſt 24 Septembris fuiſſe novilunium, qui fuit ultimus quindecim dierum morae, quam in commodiorum ventorum exſpectatione fecerat. Sane anno Chriſti CCCCXVI. (quo iter in patriam adornabat Rutilius) epacta erat XIV. eaque è regione IX. diei Octobris oppoſita indicat ibi novilunium eo anno contigiſſe. Intervallum à XXIV. Septembris ad IX. Octobris, ſunt quindecim dies, quot ſcilicet exſpectarunt, dum tempus novilunii adventu miteſceret. Intelligendus igitur ille annus Urbis ſecundum Varronem, non ſecundum Catonem. Conſulendus omnino admirandus ille Joſephus Scaliger, prolegom. in Chron. Euſebii Pamphili. SITZM.

206. FIDERET] Heinſius legebat, *ſe daret aura.*

207. TUM DISCESSURUS STUDIIS, URBIQUE REMITTO PALLADIUM,] Credibile, eſſe illum ipſum *Palladium*, cujus mentionem facit Symmachus, auctoris noſtri Coaetaneus lib. I. Epiſt. 15. & 94. lib. III. Epiſt. 50. Floruiſſe etiam illo ſeculo *Palladios* alios, & praecipuis dignitatibus fuiſſe praeclaros: oſtendunt inſcriptiones Conſtitutionum utriuſque Codicis. SITZM. Juvenem etiamnum, propinquum ſuum, ut ſtatim teſtatur. Plurium *Palladiorum* circa haec tempora mentionem in ſcriptoribus deprehendas, inter quos an iſte ſit, non diſpicimus. Meminit unius Zoſimus lib. V. Alterius, Junii Quarti Palladii Faſti Graeci ſub anno Ur-

bis

Facundus juvenis, Gallorum nuper ab arvis

Miſ-

bis MCLXIIX. Scribit cuidam hujus nominis Epiſtolam primam libri Noni Symmachus. &c. Exſtat & hujus nominis ſcriptor Ruſticarum rerum, quem obſervavimus in Adverſariorum libris pleraque ex aliis tranſcribere. Is in veteribus membranis, quas Baſilaeae nuper contulimus, *Palladius Rutulus* inſcribitur, in aliis *Rutilius*, ut ad genus hujus Poëtae noſtri referre eum poſſis. Nam quod Ludovicus Vives lib. III. de Tradendis Diſciplinis, Hadriani eum temporibus adſignat, neſcio, qua auctoritate nitatur, cum ante eum Auguſtinus Dathus Senenſis, vir eo aevo doctiſſimus, recentioribus annumeret. Ut ut ſit, & antiquus ſatis eſt ſcriptor, quippe ab Iſidoro in teſtimonium productus lib. XVII. Originum, ut notavit quoque praeſtantiſſimus vir Jacobus Sirmondus ad Sidonium, & temporibus barbaris etiam in pretio non mediocri fuit, cum optimus Agricultorum nominetur à Petro Creſcentio lib. II. c. 15. Qui eum & inter antiquos Sapientes recenſet lib. VIII. 6 BART. *Palladium* Edit. Bonon. Almelovenius hunc Palladium credit fuiſſe, quem fratrem ſuum vocat Symmachus, lib. I. Epiſt. 94. eumdem etiam arbitratur Sophiſtam, cujus declamationes ſunt apud Photium in Biblioth. Cod. CXXXII. & de quo Suidas. ſed haec omnia incerta: Circa haec enim tempora plures Palladios dignitate illuſtres & honoribus videbis apud Gothofr. in Protopograph. Cod. Theodoſ. Scriptorem vero rei ruſticae, qui & *Rutilii* cognomen habet, hic intelligi poſſe, non eſt extra veri ſpeciem, dives enim ille fuit; nam & in Martio Tit. X. fundos ſuos Neapolitanos laudat, & in Sardinia poſſediſſe agros memorat: & poſt Hadriani tempora, ad quae eum quidam referunt, vixiſſe patet ex lib. I. Tit. 35. ubi Apuleji teſtimonio utitur. quod vero omnia fere ex prioribus deſcripſerit, argumentum hominis honorati & locupletis magis & diligentis, quam docti praebere videtur. Ita enim ſtudioſi agriculturae & leviter tincti literis, excerpere potius in uſum ſuum ſolent aliorum ſcripta, quam per ſe nova componere. ſed omnis in hoc homine lubrica conjectura, praecipue cum auctori noſtro Pater ejus *Exuperantius*, ſcilicet, cognomine dicatur. Cujus cognominis nullum in filio indicium: ſed *Exuperantius* forte is eſt, qui ſub Honorio memoratur in leg. IV. Cod. de decuriis Urbis Romae. BURM.

208. GENERIS SPEMQUE DECUSQUE] Vides, Rutilium orbum liberis fuiſſe, & puto, adoptionem aut arrogationem hic minari. BART.

209. FACUNDUS JUVENIS] Galli veteres praeter caeteras gentes eloquentiae gloriam reportarunt. M. Cato Orig. lib. II. apud Cariſium: *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime proſequitur, rem militarem, & argute loqui.* S. Hieron. adverſus Vigilantium: *Sola Gallia monſtra non habuit, ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit.* Joh. Saliſberienſis: Metalog. lib. I. c. 24. *Sequebatur hunc morem Bernardus Carnotenſis exundantiſſimus modernis temporibus fons literarum in Gallia.* SITZM. Studiorum apud Romanos longe alia ratio erat, quam nunc Europae incolis. Illi enim cum linguae diſcendae nihil temporis deberent, prima ſtudia Grammaticae, ſecunda Poëſi & Philoſophiae, tertia Rhetoricae dabant, itaque forum ſtatim è ſcholis inibant; in juvene itaque laudabant Eloquentiam, & innumera exempla clariſſimorum hominum ſunt, qui in prima adoleſcentia cauſſis dicundis claritatem ſibi nominis fecerunt, mox ſummis in Republica muneribus admoti. Ordinem illum ſtudiorum pulcherrime praecipit eloquentiſſimus & doctiſſimus ſcriptor Petronius Arbiter, his praeclaris verſibus;

*Sed ſive armigerae arrident Tritonidis arces,*
*Seu Lacedaemonio tellus habitata colono,*
*Sirenumque domus; det primos verſibus annos*
*Maeoniumque bibat felici pectore fontem.*
*Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas*
*Liber, & ingentis quatiat Demoſthenis arma.*
*Tunc Romana manus circumfluat, & modo Grajo*
*Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem.*

Vides, Poëſi ſtatim ſubdi Philoſophiam, Philoſophiae Rhetoricam, ſub Grammatica omnia intelligentur, quae ad intelligendos bonos ſcriptores pertinent. Ut autem Home-

rum

Miſſus Romani diſcere jura fori:
Ille meae ſecum dulciſſima vincula curae,

Fi-

rum in Graecis, ſic Virgilium in Latinis litteris omnibus auctoribus proponebant ſtudioſi Romani, ut clarum ex Auguſt. lib. I. de Civit. Dei, ubi Petronii eoſdem hos verſus pluribus enarravimus. BART.

210. MISSUS ROMANI DISCERE JURA FORI,] Romam veniebant ad jus civile diſcendum, atque alias diſciplinas. Modeſtinus in L. Titio ff. ad municip. & de incol. *Cum eſſet Romae ſtudiorum gratia.* CAST. Iidem Galli magnum iter ad Romam proficiſcebantur, non quod in ſuis provinciis atque patria terra ſtudia non florerent: ſed ut vel ubertatem Gallici nitoremque ſermonis gravitas Romana condiret, vel ut fori Romani jura diſcerent. S. Hieron. ad Ruſticum Monach. *Audio, religioſam te habere matrem, multorum annorum viduam, quae erudivit infantem, ac poſt ſtudia Galliarum, quae vel florentiſſima ſunt, miſit Romam, non parcens ſumptibus, & abſentiam filii ſpe ſuſtinens futurum, ut ubertatem Gallici nitoremque ſermonis gravitas Romana condiret, nec calcaribus in te, ſed frenis uteretur, quod & in diſertiſſimis viris Graeciae legimus, qui Aſianum tumorem Attico ſiccabant ſale, & luxuriantes flagellis vineas falcibus reprimebant, ut eloquentiae torcularia, non verborum pampinis, ſed ſenſuum quaſi uvarum expreſſionibus redundarent.* Conſtantius in vita S. Germani, c. I. *Ut in eum profectio literarum plena conflueret, poſt auditoria Gallicana intra urbem Romam juris ſcientiam plenitudini perfectionis adjecit.* Inde Romam *domicilium legum* vocat Sidon. Apollin. lib. I. Epiſt. 6. ubi Joh. Savaro. Adi quoque Fr. Juret. ad Symmach. lib. x. Epiſt. 83. SITZM. Gallos eloquentiae & doctrinae laude eis temporibus nobiles fuiſſe, multa ſcriptorum loca teſtantur. Eis argutiloquentia vetus velut patrimonium. Cato Cenſorius: *Duas res omnis Gallia induſtrioſiſſime perſequitur; artem militarem & argute loqui.* Quod ex Secundo Originum citat lib. I. Cariſius. Vide, quae notant doctiſſimi & de litteris immortali laude optime meriti Franciſcus Juretus ad Ivonis Carnotenſis Epiſtolam 46. Theodorus Sitzmannus hoc loco, Petrus Pithoeus praefatione in Quintiliani Declamationes, denique Joannes Picardus in Celtopaedia, Stephanus Forcatulus in Gallia ſua. Juretus etiam ad Symmachi lib. VI. Epiſt. 34. Hieronymi de Galliarum eloquentibus viris teſtimonium citant eruditiſſimi viri, celebratum in eamdem rem & à Jona Aurelio ante annos plus ſeptingentos, prooemio librorum de cultu Imaginum. Quod vero Petrus Pithoeus dicta Epiſtolâ, & Ludovicus Carrio in Gellium lib. I. cap. 22. Juvenalis verſum producant —— *nutricula cauſidicorum Gallia*, —— Sciendum eſt, memoria utrumque deceptum eſſe, *Africae* enim ibi nomen in omnibus Juvenalis libris offendimus. Sat. VII. vſ. 48. BART. Vid. & quae Barth. notat ad Claud. IV. Conſ. Hon. 583. & Savar. ad Apollin. Sidon. IV. Epiſt. 21. BURM.

210. MISSUS ROMANI DISCERE JURA FORI,] Graeciſmus principibus Latinis ſcriptoribus uſitatus, quem juvat illuſtrare productis exemplis, non enim injucunda res, etſi multis viſa facilis, non tamen adeo ut quivis eam praeſtare poſſit. Virgilius Ceiri 172.

*Jamque redit patrios adſcendere perdita muros.*

Claudianus Gigantomachiâ. *Undique concurrunt arcem defendere cives.* Themiſtius ἐξαγγελίᾳ: ἐπειδὴ αὐτῷ νικηθῆναι διεπράξατο χωρίον τι. Divus Matthaeus cap. xx. I. ἐξῆλθε μισθώσασθαι ἐργάτας. Theognis Gnomologia; τετράφαται πολλοὶ εἰς κακότητα πεσεῖν. Apollonius lib. IV. 63. Δῶκε δ' ἀπηρὲς τοι Ἰάσονα πῆμα γενέσθαι. Virgilius IX. 362. *ille ſuo moriens dat habere nepoti.* Valerius Flaccus lib. IV. 407. *ditem volat aequore Memphim praecipere.* Tertullianus ad Scapulam; *ſcrupulo percuſſus inquirere accenditur.* Plura ad Claudianum Bello Gildonico. BART. Ita Ovid. I. Epiſt. 37. *te quaerere miſſo.* ubi vide adnotata, & ad v. Met. 660.

211. ILLE MEAE SECUM DULCISSIMA VINCULA CURA, FILIUS AFFECTU, STIRPE PROPINQUUS HABET.] Diu me torſerant portenta exemplarium Onuphrii & Caſta-

Filius adfectu, ſtirpe propinquus, habet.
Cujus Aremoricas pater Exuperantius oras
Nunc poſtliminium pacis amare docet.

Le-

ſtalionis. In illis legitur *Cunnae.* in his dempta litera, *Cunae.* Tandem Germanorum Philologorum & Poëtarum hujus aevi facile eruditiſſimus, mihique amiciſſimus Michaël Virdungus ſuggerebat legendum, *Curae.* quam lectionem eſſe genuinam, & reveraita ſcripſiſſe Rutilium, nemo ambigat. Ita *vinculum ſanguinis* apud Senec. in Hippolyto v. 112.

*——— ô nimium potens,*
*Quanto parentes ſanguinis vinclo tenes,*
*Natura, quam te colimus inviti quoque?*

*Vincula filiorum* apud Salvian. lib. III. contra avarit. *Miſerrimi quique & impiiſſimi cum vinculis filiorum non conſtringantur, ipſi tamen ſibi vincula parant, quibus infelicia animarum ſuarum colla conſtringant.* SITZM. *Cunnae & cunae* habent omnes veteres Editiones. Ait Poëta doctiſſimus, ab ipſis cunis amorem ſibi Palladii inoleviſſe: non quidem Rutilii ipſius, ſed Palladii cunas intellige, quem & filium affectu eadem ſententia appellat. Michaël Virdungus & Theodorus Sitzmannus, *curae* ſubſtituunt; me quidem invito; perſpicimus enim ſingularem numerum *Cunae* in corruptionem veteribus librariis, qui *cunnae* ſcripſerunt, quod aliud monſtrum recentiorum oculis objecit, anſam dediſſe. At veteribus etiam *Cunam* dici conſuetum ſatis idoneus auctor credendi Philoxenus in Gloſſario, cum ait *Cuna & Cunabulum*, βαβαλιςήριον. *Cunabulum* autem, quod & ipſum vulgo non exſtat, habemus & in Gloſſario Cyrilli. Quare ſatis cauſſae nobis, quare viris doctiſſimis in eorum correctionem non aſſentiamur, cum alioquin in hoc Poëta fere omnia à vulgo ſemota appareant, ut cui cum ſuperſtitione & ſermo priſcae Romae penitis medullis inoleverit, quod de Honorio ait Claudianus. BART. Abeat Barthius cum *cuna* ſua, quae vox, ſi jam ſingulari numero poſſet efferri, ſenſum hic nullum haberet. ſed Palladium, dum Romae operam daret juri addiſcendo, Rutilius fovit, & ut filium amore & cura proſecutus fuit: cujus curae vincula, id eſt amorem & mutuam amicitiam ille Romae manens ſecum habet, & ſervat erga abſentem Rutilium. imitatus eſt Virgilium, apud quem Dido de mortuo Sichaeo lib. IV. 28.

*Ille meos, primus qui me ſibi junxit, amores*
*Abſtulit; ille habeat ſecum, ſervetque ſepulchro.*

*Cura* hic pro amore, cultu capitur. ut Ovid. III. Art. 405.

*Cura ducum fuerunt olim Regumque Poëtae.*

ubi vid. Heinſ. & ita paſſim. *Vincula* dixit, ut Ovid. IV. ex Pont. VIII. 9. *adfinia vincula.* & hoc obvium, vid. Gronov. Diatrib. Stat. cap. XII. & Heinſ. ad Claud. Bell. Get. 311. BURM.

212. FILIUS AFFECTU, STIRPE PROPINQUUS, HABET.] *Adfectus* non geminato *ff.* ſcribimus, ſed tertiam mutam in prima ſyllaba retinemus. Quod ut ſervetur, & ratio compoſitionis, fit enim ex *ad* praepoſitione, & lapidis ejus, quem ſupra produximus, auctoritas perſuadet, ubi legitur ADFECTIONE. CASTAL.

213. CUJUS AREMORICAS PATER EXUPERANTIUS ORAS] *Aremorici*, Galliae populi. Tractus, ſive, ut noſter loqui amat, *orae Aremoricae* fit mentio apud Sidon. Apollin. Carm. VII. 370. & in Notitia Imperii. Plin. Nat. hiſt. lib. IV. c. 17. *Gallia omnis comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime diſtincta. A Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtico, eademque Lugdunenſis. Inde ad Pyrenaei montis excurſum Aquitania, Aremorica ante dicta.* Aremoricae civitates Caeſari celebrantur lib. VII. Notanturque maritimae, *Armor* enim Britannis inferioribus, qui Celticam antiquam linguam adhuc cuſtodire creduntur, ſignificat *ad mare*, aut *ſupra mare.* Vide Merul. Coſmogr. p. 2. lib. III. cap. 31. SITZM. De *Aremorica* eo tempore vaſtata, vide, quae notat doctiſſimus Browerus ad Venantii Fortunati librum III. carmine 8. BART.



Digitized by Google

Leges reſtituit, libertatemque reducit,
Et ſervos famulis non ſinit eſſe ſuis.
Solvimus aurorae dubio, quo tempore primum
Agnoſci patitur redditus arva color.



214. NUNC POSTLIMINIUM PACIS AMORE DOCET.] Non dubium, quin *amore* vox ſit adulterina; quare legendum arbitror, *amare*. SITZM. Citra ullam controverſiam veriſſima lectio eſt. quam excogitavit optimus, eruditiſſimus, & mihi peramicus vir Theodorus Sitzmannus, *pacis amare docet.* Docet oras Aremoricas amare poſtliminium pacis. Pax enim poſt crudeles Barbarorum populos, aſſertore aut praeſide Exſuperantio, gratior erat afflictiſſimis Galliarum populis. Jure autem Poſtliminii redire dicitur, quod reſtituitur ex captivitate velut hoſtili. Joannes Sareſberienſis Metalogici libro 1. cap. 5. *Verum tamen fumus iſte cito evanuit, & praedictorum opera magiſtrorum & diligentia, redierunt artes, & quaſi jure Poſtliminii honorem priſtinum nactae ſunt, & poſt exſilium gratiam & gloriam ampliorem.* Pariter pax à barbaris in exſilium miſſa apud Rutilium noſtrum. In Gloſſario Baſilicorum à Carolo Labbaeo luci donato. ποςλομίνιον, ἐπανάληψις [illegible] exponitur. Ubi ποςλημίνιον ſcribendum eſt, cum nota productae ſyllabae ſupradicta omicron illud fuerit enixa. *Poſtliminium* autem jus ipſum eſt, quo reſtituuntur in omnia ſua priſtina, qui ex hoſtium poteſtate in urbem vel ad ſuos redibant, niſi ſi hoſtibus reditum jurejurando promiſiſſent, tum enim poſtliminium juſtum non erat, vide Gellium libro VII. Noct. Att. cap. 18. Pariſſimum autem huic poſtliminium Eccleſiaſticae Pacis apud Tertullianum libro de Pudicitia cap. XV. *Si etiam ſequentia illius epiſtolae ad intentionem* (ſic legendum) *Apoſtoli extendas, nec ipſa comparabuntur ad obliterationem inceſti, ne & hic ſuffundatur Apoſtolus poſteriorum incongruentia ſenſuum. Quale eſt enim, ut cum maxime inceſto fornicatori poſtliminium largitus Eccleſiaſticae Pacis, ſtatim ingeſſerit de averſatione immunditiarum, de amputatione macularum, quaſi nihil contrarium paulo ante decreverit.* Explicat autem ſeſe Rutilius ſequenti diſticho. BART.

216. SERVOS FAMULIS NON SINIT ESSE SUIS.] Getas ſeu Gothos dicit, gentem etiam Comicorum fabulis ſervilitatis olim notiſſimam. Non potes ſine nota negligentiae ſupinae facere, quin in hanc rem legas doctiſſimam diſſertationem Chriſtophori Broweri ad carmen Venantii Fortunati Octavum; libro III. quam & modo laudavimus. BART. Heinſ. ad Ovid. I. Amor. VI. vſ. ult. *ſervas* ſcil. leges, corrigit. optimo ſenſu: poſſet tamen capi de famulis Exuperantii, qui, ut ſolet, ſub domini ſui nomine ſuperbe Aremoricos ut ſervos tractabunt, ſed quos ille diſciplina ſevera continebat. BURM.

217. SOLVIMUS] Hieron. in Epiſt. ad Fabiolam de veſtitu Sacerdotum: *Haec ad unam lucubratiunculam, cum jam funis ſolveretur à litore, & nautae crebrius inclamarent, propero ſermone dictavi.* SITZM.

217. SOLVIMUS AURORAE DUBIO QUO TEMPORE PRIMUM AGNOSCI PATITUR REDDITUS ARVA COLOR.] Senec. in Octav. principio.

*Jam vaga coelo ſidera fulgens*
*Aurora fugat: ſurgit Titan*
*Radiante coma, mundoque diem*
*Reddit clarum.*

IDEM.

217. DUBIO QUO TEMPORE] Nec diurno adhuc, nec amplius nocturno. Elegantiſſime Papinius lucem adhuc *hebetem vicina nocte* vocat II. Achil. 288. Vide infra notanda. BART. Heinſ. diſtinguebat

*Solvimus aurorae dubio, quo t.*

Ut *dubium* aurorae ſit crepuſculum, quemadmodum *dubia lux*, *dubius ſol*, de quibus vid. ad Val. Flac. II. 72. & Gronov. ad Senec. Oedip. I. apud Val. Max. I. VIII. 6: in quibuſdam codicibus eſt, *conſerti dubio certaminis terebantur.* vid. inf. 433. BURM.

218. REDDITUS COLOR] Ut diei adventu rebus colorem reddi, ita noctis adimi ſcribit.

Progredimur parvis per litora proxima cymbis,
Quarum perfugio crebra pateret humus.
Aeſtivos penetrent oneraria carbaſa fluctus,
Tutior autumnus mobilitate fugae.

Al-

bit. Virg. lib. VI. Aeneid. 271.

*—— ubi coelum condidit umbra*
*Jupiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.*

Et beatus Ambroſius.

*Nox atra rerum contegit*
*Terrae colores omnium.*

CASTAL. Colorem enim rebus nox abſtrahit, quam reddere lux rediens dicitur. Virgilius libro VI. 271.

*—— ubi coelum condidit umbra*
*Juppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.*

Favonius Eulogius elegantiſſimo & doctiſſimo Commentariolo in Somnium Scipionis apud Ciceronem, libello ab Andrea Schotto amico noſtro, praeſtantiſſimorumque in bonum publicum meritorum, in lucem edito: *Nam color, qui veluti novus accedit, à plerisque non naturis corporum, ſed lucis jactibus impreſſionibusque tribuitur. Unde illud recte Virgilius, — & rebus nox abſtulit atra colorem.* Contrarium ei rei videtur probare Heliodorus Lariſſaeus in Opticis, à Frid. Lindebrogio editis, nimirum non afferre, ſed invenire oculos colorum diverſitates, cui ſane & nos potius accedendum arbitramur, ut in rebus colorem eſſe tradit Macrobius lib. VII. Saturnal. 14. vel potius auctor vetuſtior ab ipſo deſcriptus, ut in more habet Macrobius. Lege Nemeſium de Homine cap. VII. Res ipſa, utcunque ambitioſe & doceatur & confutetur, ſuos ſibi ſemper & aſſertores & deſtructores habebit, cum per rerum naturam & ingeniorum humanorum imbelliam nihil in talibus ſtatui poſſit, quod non & ſubverti. Poëtis quidem teſtatum habetur, Solem colores rebus inducere. Silius lib. X. 542. *atque ſui terrae rediere colores.* Drepanius Florus, doctus & acutus Chriſti vates,

*Atque dies varios diſtinguens luce colores.*

Hilarius in Geneſi, his pervenuſtis verſibus,

*Inſequitur nox atra diem, denſaeque tenebrae*
*Corporibus ſomnos quae ferrent, otia feſſis,*
*Et cunctis unam faciem, ſimilemque figuram,*
*Namque dies varie rerum diſcriminat ora,*
*Et dat cuique ſuum, disjecta nocte, colorem.*

Paulinus Nolanus, Natali VI. Felicis ſui.

*Noctis & extremae fuga, marceſcentibus aſtris,*
*Coeperat ambiguos rerum reſerare colores.*

Haec ex Quinto Adverſariorum cap. VII. quo totum Favonium recenſemus, tranſcripſimus. δὶς ϗ τρὶς τὰ καλά. BART.

219. PER LITTORA PROXIMA CYMBIS,] Primus navigandi timor legere littora ſuadet. Nemeſianus Cynegetico 59.

*— non magna ratis, vicinis ſueta teneri*
*Littoribus, tutoſque ſinus percurrere remis,*
*Nunc primum dat vela Notis.*

BART. Neſcio, an Cymbarum uſus fuerit in mari, certe ad iter faciendum. forte praeſtaret *lembis*, licet enim ſaepe eodem ordine habeantur *lembi*, & *cymbae*, & etiam *lembus cymba* aliquando vocetur, ut Schefferus lib. II. de milit. Nav. cap. 2. docet, *lembi* tamen majores erant, ità ut ſaepe plus ſexdecim remis agerentur: & myoparones & piraticas naves ſaepe cum lembis confundi conſtat, ut ex Livio & aliis probat idem Schefferus: eorumque quotidianum uſum in mari fuiſſe docet Claudian. de Conſ. Mall. 330.

*Laſcivae ſubito confligant aequore lembi.*

& I. de Laud. Stil. 358.

*Praedonem lembi profugum.*

& ita ſaepe. ſuſpicionem indicavimus, ſed arbitrium eſto doctorum. *Cymbarum* certe uſus major in fluminibus fuit, quam in mari: ita in Campania litora legiſſe lembis docet Amm. Marc. XXVIII. 4. *Si a lacu Averni lembis invecti ſunt pictis Puteolos vel Cajetam.* BURMANN.

222. NOBILITATE FUGAE.] Onuphrius legit, *mobilitate fugae.* SIML. *Nobilitate* editio Romana & Bononienſis habet mendoſe. Panvinius *mobilitate* Faërni conjectura repoſuit, quem locum ita nos etiam caſtiga-



ve-

Alſia praelegitur tellus: Pyrgique recedunt,
Nunc villae grandes, oppida parva prius.
Jam Caeretanos demonſtrat navita fines,
Aevo depoſuit nomen Agylla vetus.

Strin-

veramus. CASTAL. Celeritate. ait, minuta navi ſeſe autumno vela facere maluiſſe, quam oneraria aliqua grandi. Vide ad II. Raptus. BART. Vid. ſupr. vſ. 76. *fuga* vero curſum & iter, quod celeriter conficitur, notat. vid. ad Val. Flacc. III. 584. & alibi: neſcio vero, an tutior ſit navigatio autumno, quia tunc crebriores venti, quam aeſtate, qua pigriores ſunt, & ſaepe malacia fit. praecipue cum ipſe jam vſ. 188. proceloſi temporis ira ſe retentum queratur, & deinde in ipſo itinere, quo legit terram, ſaepe fortibus & variis ventis coactum fuiſſe morari in ſtationibus & portubus narret, nec auſos fuiſſe nautas ſe committere mari, vid. vſ. 237. 322. 617. &c. ſed *tutior* haec navigatio videbatur, ut credo, noſtro, quia more pavidi vulgi non audebat ſe onerariae navi credere, quae medio mari ſe committebat; ideoque parvam praeferebat, quae ingruente vento, ſtatim portum poterat capere, quia litora legens, terram ſemper in conſpectu habebat. niſi ita capias, mallem *gratior* legere, vel *mitior*, quia minor eſt jactatio, & ſaepe interquieſcere licet, quam ſi rectum medio mari curſum inſtituas. BURM.

223. ALSIA PRAELEGITUR TELLUS:] Sil. Ital. lib. VIII. 475.

*Nec non Argolico dilectum littus Aleſo*
*Alſium.*

CASTAL. *Alſium*, Ἄλσιον, maritimum Tuſciae oppidum eſt apud Plinium, Ptolemaeum, Strabonem & Ciceronem, quod primum Aborigenes, deinde Pelaſgi, poſtremo Tyrrheni tenuerunt, ut ſcribit Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. I. antiq. Rom. Nunc formam exigui vici potius, quam oppidi habet. Colonia vocatur à Livio lib. XXVII. & Vellejo Paterculo. Ab *Aleſo* Argivo denominatum Alſium, innuit Silius lib. VIII. de bello Pun. Plura pete ex V. Cl. Abrahami Ortelii theſauro Geographico. SITZM. Vide Demſter. Etrur. Reg. IV. 25.

223. TELLUS:] *Praeleguntur & leguntur*, prope quae iter decurrimus. Iſidorus lib. X. Originum: *Lector à legendo dicitur, hoc eſt, percurrendo: Unde & navis dicitur legere, quicquid tranſit* Quem laudavimus & in Animadv. ad noſtrum Poetam. BART.

223. PYRGIQUE RECEDUNT,] *Pyrgi*, Πύργοι, Straboni, Ptolemaeo, Plinio, Antonino, Itinerariae tabulae aliiſque noti. Virgilius Aen. X. 134. eos *veteres* cognominat. Coloniam Romanam facit Livius lib. XXXVI. 3. deductam anno DLX. Pub. Scipione Naſica, & M. Acilio Glabrione Coſſ. Tuſciae urbs eſt. *S. Marinello* hodie appellari L. Albertus colligit ex eo, quod hujus loci templum adhuc vulgo *S. Maria de territorio Purgano* vocant. Abr. Ortelius in Theſ. Geogr. P. Merula. Coſmogr. p. 2. lib. IV. cap. 21. Hieron. Surita commentar. ad Itin. Ant. Auguſt. SITZM. Vide Demſter. Etrur. Reg. IV. 23.

225. JAM CAERETANOS DEMONSTRAT NAVITA FINES,] Κάιρη, *Caere* Virgilio Aen. X. 183. Feſtus author eſt, ab hoc oppido ritus ſacrorum, divinoſque cultus omnes *caeremonias* appellatas, quod iis admodum addicti eſſent *Caerites*. De *Caeretanis* multa in hiſt. Rom. quod capta à Gallis Senonibus Roma, Veſtales cum aeterno igne ſacriſque aliis Romanis profugas hoſpitio benigne ſuſceperint; quod Gallos Senonas cum praeda domum redeuntes, fuderint, praedamque ereptam Romanis reſtituerint: pro quibus beneficiis Romani non dignam rependiſſe gratiam notantur, eorum, qui tum praeerant, malignitate. Civitas quidem iis donata, ſed ſine ſuffragii jure: unde & alii, qui eodem cum civibus jure fruebantur, in *Caerites* tabulas referri dicebantur. Vid. Agell. noct. Atticar. lib. XVI. 13. Aſcon. Paed. in Verrin. item Liv. & alios. Strabo *Caeretana* balnea ſaluberrima, & Martialis pernam *Ceretanam* vinumque *Ceretanum* laudant. Plura P. Merula Coſmograph. p. 2. lib. IV. c. 21. Ortel. in Theſaur. Geograph. SITZM.

225.

Stringimus abſumtum fluctuque & tempore caſtrum,
Index ſemiruti porta vetuſta loci.
Praeſidet exigui formatus imagine ſaxi,
Qui paſtorali nomina fronte gerit.

Mul-

226. AEVO DEPOSUIT NOMEN AGYLLA VETUS.] *Caere* quondam *Agyllae* quoque nomen habuit à conditoribus Pelaſgis, uti tradit Plinius lib. III. c. 5. *Urbis Agyllinae* meminit Virgilius lib. VII. 652. & VIII. 479. Conſulendi Dionyſ. Halicarn. lib. I. Trogus, ſeu potius ejus Epitom. Juſtin. lib. XX. & Solin. in polyhiſtore: Ἀγύλλα Graecis; Ἀγγίλλα Lycophoni. Inter XII Etruriae capita fuit antiquitus. ſplendidam quondam & glorioſam civitatem, aetate ſuâ vixdum urbis veſtigia retinuiſſe, ait Strabo; qui probandae ejus magnificentiae teſtatur aevo ſuo ampliſſima Agyllinorum dona in Apollinis templo adhuc viſa. Alii diverſam faciunt *Agyllam* ab *Caere*, admodum exigua urbis tantae veſtigia ſupereſſe ſcribentes. P. Merula, d. c. 21. Ortel in Theſaur. Geograph. SITZMANN. Vid. Demſter. Etrur. Reg. IV. 17.

227. STRINGIMUS ABSUMTUM FLUCTUQUE ET TEMPORE CASTRUM] *Abſumtum* ſupplevimus. Legitur in impreſſis omnibus verſus hic imperfectus. *Stringimus*, radimus, praetervehimur. Virg. VIII. 63.

*Stringentem ripas, & pinguia culta ſecantem.*

Quem verſum integrum ſumſit Auſonius in Moſella. CASTAL. Hunc verſum ita ſupplet Joſephus Caſtalio:

*Stringimus abſumptum fluctuque, & tempore Caſtrum.*

Intelligit autem poëta *Caſtrum Novum*, de quo ita P. Merula d. c. 21. Poſt Martam fluvium interius paulo ab ora Cornetum eſt, in colle, quo loco fuit *Caſtrum novum*, cujus meminerunt Plinius, Mela. Itineraria tabula Κάστρον νέον appellat, Ptolemaeus. Aliud eſt *Caſtrum novum*, quod Anton. mari propius locat, & remotius paulo verſus Vulturnum. Certe Cornetum eſſe Caſtrum Novum, tam eſt certum, ut praeter ſitus rationem, quae apud Ptolemaeum, hodieque ibi pars ſuperſit *Veteris* appellationis. Urbs eſt in colle ſita, eoque modico; tribus ab mari paſſuum millibus, antiquis adhuc ſuperbiens moeniis, multiſque turribus. Patria Gregorii V. P. M. & Roberti, ejus praeſulis, qui ſymphoniarum cantusque Eccleſiaſtici reformavit rationem. SITZM. *Stringimus exeſum & fluctu & tempore caſtrum*, edidit Petrus Pithoeus, cum loco τοῦ *exeſum* lacuna ſit in priſcis editionibus. Sic ſcribes *exeſum fluctuque & tempore*. Tempus edax rerum. Contenti eſſe poſſumus hoc Catone. BART. Vox *exeſum* à Criticis eſt. Nam in editionibus priſcis lacunam videas hujus loci, & verſui praeterea adverſaria eſt. Adjici poterat vocula. *Stringimus hinc exeſum*. Sed in talibus ſcriptis codicibus opus omnino eſt. IDEM. *Adverſ.* XXV. 15. Conjecturae his in locis, ubi lacunae ſunt, lubricae omnes, & variae voces pro arbitrio intruduntur ſaepe. *exeſum* probarem, ſi rupes fuiſſet, quae ſenſim excavata a fluctibus eſſet, ita enim uti ſolent hac voce. vid. Virg. VIII. Aen. 418. Ovid. IV. Faſt. 473. & paſſim. meliori ſpecie poſſemus legere *abſorptum*, vel *abſumtum*, quod Caſtalio commentus eſt: ita Juſtin. II. 6. *aquarum eluvies majorem partem populorum Graeciae abſumſit*. BURM.

228. SEMIRUTI] Sic ſaepe Poëtae de aedificiis partim dirutis, partim exſtantibus. Sidonius lib. III. Epiſt. 2. *Cum tu ſanctum pedem ſemirutis moenibus intuliſti*. Lucanus lib. I. 24. *At nunc ſemirutis pendent quod moenia tectis*. Idem lib. IV. 585. *ſemirutas magnae Carthaginis arces*. Statius Sylv. V. III. 104. *Exſere ſemirutos ſubito de pulvere vultus Parthenope*. Pariter alii. BART.

230. QUI PASTORALI NOMINA FRONTE GERIT.] Panis aut Fauni ſtatuam loci illius praeſtitis ſupereſſe dicit. Eſt autem mutatio vocum vicinarum: dicendum enim erat. *qui fronte gerit paſtoralia nomina*. Ut ſolent boni ſcriptores. Vide ad Claudianum Nuptiis Honorii, & libro XLIII. Adverſariorum nobis conſcripta. Sciendum autem, Inuum Deum hic innuere Rutilium, pecoribus ab an-

Multa licet priſcum nomen deleverit aetas,
Hoc Inui caſtrum fama fuiſſe putat.
Seu Pan Tyrrhenis mutavit Maenala ſilvis,
Sive ſinus patrios incola Faunus init.

Dum

antiquis praefectum, cujus nomen Statua illa & caſtrum Inui ſervaverit. Arnobius lib. III. *Armentorum & pecorum gregibus Pales praeſunt Inuuſque cuſtodes, & cur ſaeva contagia & peſtilenteis morbos ab aeſtivis avertere ceſſatione inimica non curant?* Eo innuit verbum *init* mox poſitum. BART. Cl. Graevius legebat

*Qui paſtorali nomina fronte tegit,*

ut ſub habitu paſtorali Deus eſſet, ut ſolebant Dii ſe ſaepe diſſimulare, & ſub figuris diverſis latere. Almelov. *qui paſtorali cornua fronte gerit.* ego ex vulgata lectione; quae obſcurum ſenſum facit, non enim colligi inde poteſt, quae nomina geſſerit Deus ille fronte paſtorali, hanc forte ſententiam arbitror, ſi *paſtoralis* legatur, poſſe elici, ut ſtatuae huic fuerit tantum reliquum nomen, PASTORALIS . . . reliqua autem, quae nomen Dei exprimebant, multa aetate deleta: unde dubitat, an Pan, an Faunus fuerit, ſed tamen apparet, Inui Caſtrum fuiſſe, qui ſive Pan ſive Faunus fuerit, incertum. nam ut auctor libelli de origine, Gent. Rom. cap. IV. *hunc Faunum, plerique Silvanum a ſilvis, Inuum deum, quidam Pana eſſe dixerunt.* ita & Servius & alii dubitant. legendum vero puto, *Qui paſtoralis nomina fronte gerit. paſtoralis* ſcilicet Dei iſtius, cujus nomen delevit aetas. nec de fronte proprie dicta, quaſi ſtigmate inuſtum eſſet nomen, ſed anteriore parte ſtatuae, quae *frons* ſaepe, ut *tergum* poſterior pars dici ſolet, capienda ſunt verba. *Paſtoralis* Apollo etiam dicitur. vid. ad Nemeſ. Ecl. II. 55. & Calp. Ecl. VII. 22. Erraſſe vero Rutilium & Servium, qui Inui Caſtrum in Etruria ponunt, cum in Latio fuerit, & confundere eos Caſtrum novum ex Cluverio II. de Ital. Ant. 2. docet Cl. Graevius: eumdem errorem erravit Dempſterus in Etruria Regali lib. IV. 32. ſed eum caſtigavit in notulis Cl. Bonarota, duce itidem Cluverio. BURM

232. HOC INUI CASTRUM.] Decem hos verſus Servii verbis explicabimus, qui ad illud ſexti Aeneid. 775. *Caſtrumque Inui.* Sic inquit. *Una eſt in Italia civitas, Caſtrum novum dicitur, de hoc autem ait Caſtrum Inui, i. e. Panos, qui illic colitur. Inus autem Latine appellatur, Graecè Πὰν, item ἐφιάλτης Graece, Latine Incubus. Idem Faunus, item Fatuus Fatuellus; dicitur autem Inus ab ineundo paſſim cum omnibus animalibus, unde & Incubus dicitur. Caſtrum autem Civitas eſt. Nam Caſtra plurali numero dicimus. Licet legerimus in Plauto Caſtrum poenarum, quod etiam diminutio oſtendit. Nam Caſtellum dicimus.* CASTAL. Virgil. lib. VI. Aeneid. 775.

*Pometios, Caſtrumque Inui.*

ubi Servius: cujus verba refert Caſtal. In annotationibus. SITZM.

233. TYRRHENIS MUTAVIT MAENALA SILVIS,] Sic Horat. Od. 17. lib. I.

*Velox amoenum ſaepe Lucretilem*
*Mutat Lycaeo Faunus.*

Et Ode I. Epod.

*Pecusve Calabris ante ſidus fervidum,*
*Lucana mutet paſcua.*

CASTAL.

233 MAENALA] *Maenala* mons Arcadiae, Pani Sacer. Vide Zachariam Calliergum, Scholiaſten Theocriti Idyllio primo. BART.

234. SINUS PATRIOS] Non intelligo haec: Servius animalia iniri dicit ab Inuo; & hinc *incubonem* dictum, quam vocem pro *incola* reſtituendum puto, & forte legendum, *ſive greges proprios incubo Faunus init.* vel, *ſeu ſimus pecudes incubo Faunus init.* *Sinus* cum pro *ſimus* eſſet ſcriptum, ne peccarent contra legem Pediam, *ſive* ex *ſeu* fecerunt. in altera voce *patrios* haereo, &, unde illa provenerit, neſcio. *proprius* & *patrius* commutari docent notae Scalig. ad Manil. II. 933. certe corruptum locum eſſe perſuaſum eſt, ſed feliciori ingenio emendandum relinquo. ſequentia, ubi dicitur *mortalia ſemina renovare,*

Digitized by Google

Dum renovat largo mortalia ſemina foetu,
Fingitur in Venerem pronior eſſe Deus.
Ad Centumcellas forti defleximus Auſtro,
Tran-

*re*, indicare videntur, non de pecudum initu, ſed & de hominum ſenſiſſe auctorem Inuum dictum. ſed an tunc *ſinus patrios* inire dici poteſt, quod notaret cum patre rem habere? niſi *ſinus* pro ſinuoſis locis capis, tenebrae undique mihi offunduntur: poſſet & legi *dumque novat.* ut & pecudes & homines novare dicatur. BURM.

236. Fingitur in Venerem pronior esse Deus.] Satyri fingebantur in Venerem indomiti. Scholiaſtes Theocriti Idyll. iv. 62. ἀκορεστοῦσιν οἱ Σάτυροι ἐρῶντες. λέγεται δὲ περὶ τὸ σάθη. Σάθη δὲ τὸ μόριον τοῦ ἀνδρὸς, ὅπερ καὶ πέος λέγεται. Οἱ Σάτυροι καὶ οἱ Πᾶνες ἐπίφοροι πρὸς τὰς συνουσίας, ὅτι δὲ οἱ Σάτυροι τοιοῦτοι, δῆλον ἀπὸ τοῦ ὀνόματος: ἀπὸ γὰρ τῆς Σάθης ποιεῖται ὁ Σάτυρος. σάθη δὲ εἰς τὴν ἐπιθυμίαν ἐκπύρωσις. Gariopontus ſcriptor vetus de Cura Morborum libro iii. cap. 68. *Satyriaſis dicta eſt à Satyris, quos pronos in Venerem fama vulgavit.* Vide Aretaeum lib. ii. cap. 12. Coelium Aurelianum lib. iii. cap. 19. Acutarum, & alios medicos. BART.

237. Ad Centumcellas forti defleximus Austro &c.] Centumcellenſem portum deſcribit. Sed qui Pyrgos fuiſſe contendunt, ubi nunc, quae vulgo dicitur *Civitas vetus*, ducti leviſſima verbi ſimilitudine, quo Virg. utitur x. 184. *& Pyrgi veteres*, eos & loci ratio, & duo Auctores praeſtantiſſimi Plinius & Rutilius plane confutant. Nam Pyrgis portum nullum fuiſſe ignorat nemo, qui norit, à Strabone Plinioque hunc maris tractum importuoſum vocari. Ad Centumcellas autem portum in Amphitheatri formam Trajanus extruxit, cujus veſtigia hodie quoque exſtant. Quod ſi quis dixerit, Pyrgos in Centumcellas migraſſe, aut proxime ſitos, ex Antonini Itinerario, & Rutilio noſtro refellitur. Diverſos enim, ac diſparatos, Caere & Caſtro novo conſtat. Audiamus Rutilium ex Hoſtiae portu ſolventem.

*Alſia praelegitur tellus, Pyrgique recedunt,*
*Nunc villae grandes, oppida parva prius.*
*Stringimus abſumtum ſluctuque & tempore caſtrum.*

Tum paulo poſt.

*Ad Centumcellas forti defleximus Auſtro,*
*Tranquilla puppes in ſtatione manent.*

Vides, Alſium, Pyrgos, Caere, Caſtrum Inui, Centumcellas in ordine commemorari. Praeterea Centumcellas, non Pyrgos, fuiſſe Civitatem veterem argumento eſt, quod inde propius abeſt amnis Minio. Rutilius enim mane ex portu Centumcellenſi profectus Minionem ſtatim conſpicatus eſt, ut ipſemet teſtatur. Leve illud & frigidum eſt, quod de vetere quadam turri, quae adhuc ibi conſpicitur, nec idoneum ad fidem faciendam Pyrgos eſſe, quod tamen pro firmiſſimo argumento litteris aureis proditum eſt in ea Vaticani palatii parte, quam GREGORIUS xiii. Pont. Opt. Max. Urbis Romae inſtaurator ac prope conditor magnificentiſſime extruxit, atque elegantiſſime exornavit: nos, qui Pyrgos nomen Civitatis amiſiſſe ſupra Rutilii memoriam ex eo verſu didicimus. *Pyrgique recedunt, Nunc villae grandes, oppida parva prius*; Centumcellas eſſe Civitatem veterem, vel ex ipſo Trajani portu confirmamus, ſed corrigendus eſt Ptolemaeus, qui portum Trajani longe ultra locat, cum Trajanus portum munierit apud Centumcellas, tunc ſeceſſum, poſtea urbem, quam Procopius lib. ii. de bello Gothico celeberrimam dicit, & S. Gregorius ad Dominicum Epiſcopum Centumcellenſem in Regiſtro ſcribit. Plinii vi. Epiſtolae 31. quae incipit; *Evocatus in Conſilium a Caeſare noſtro ad Centumcellas* (*hoc loco nomen*), *longe maximam cepi voluptatem:* extremam partem adſcribam. *Villa pulcherrima cingitur viridiſſimis agris: haec imminet litori, cujus in ſinu portus velut Amphitheatrum, hujus ſiniſtrum brachium firmiſſimo opere munitum eſt, dextrum elaboratur, in ore inſula adſurgit, quae inlatum vento mare objacens frangat, tutumque ab utroque latere decurſum navibus praeſtet. Adſurgit autem arte viſenda: ingentia ſaxa latiſſima navis provehit, contra haec alia ſuper alia dejecta ipſo pondere manent, ac ſenſim quodam velut aggere conſtruuntur, eminet jam &* ap-

Tranquilla puppes in ſtatione ſedent.
Molibus aequoreum concluditur amphitheatrum,
Anguſtoſque aditus inſula facta tegit.
Attollit geminas turres, bifidoque meatu,
Faucibus artatis pandit utrumque latus.
Nec poſuiſſe ſatis laxo navalia portu,
Ne vaga vel tutas ventilet aura rates.
Interior medias ſinus invitatus in aedes,

In-

*apparet ſaxeum dorſum, impactoſque fluctus in immenſum elidit & tollit. Vaſtus illic fragor canumque circa mare. Saxis deinde pilae adjiciuntur, quae procedenti tempore enatam inſulam imitentur. Hic portus habet etiam nomen auctoris, eritque maxime ſalutaris. Nam per longiſſimum ſpatium littus importuoſum hoc receptaculo utetur.* Haec ille. Procopius lib. II. de bello Gothico urbem maritimam fuiſſe in Etruria prope Romam atque ejus laudes refert. Antoninus quoque in itinerario meminit hujus urbis. CASTAL. *Centumcellae*, Ammiano, Itinerariae tabulae, Antoniuo, eſt Tuſciae urbs, ad mare mediterraneum, de cujus portu locisque conjacentibus eleganter Plinius Secundus lib. VI. Epiſt. ad Cornelianum Ep. 31. Strabo in ea regione Ρηγισῖλλα, hoc eſt, *regis villam* commemorat, quae Malaeoti Pelaſgi regia fuerit, quae an ad *Centumcellas* pertineat, nondum liquet. *Centumcellas* à Sarracenis deletas tempore Ludovici Imp. tradit Blondus lib. XII. Hiſt. Inſtauratae; poſtea nomen acceperunt *Civitatis veteris*, quae deinde ob aëris gravitatem pene deſerta eſt. Vid. Ortel. in Theſ. Geogr. Hieron. Suritam com. ad itin. Ant. Aug. Merul. Coſmograph. p. 2. lib. IV. c. 21. & Jac. Auguſt. Thuan. qui lib. XVI. hiſt. ſcribit, *Centumcellas* eſſe Pontificiae ditionis oppidum. Porro *Centumcellenſis portus* deſcriptionem accuratiorem nullibi invenies, atque hic apud Rutilium. SITZM. Vide Dempſter. Etruriam Regalem lib. IV. cap. 31.

238 TRANQUILLA PUPPES] Heinſ. *tranquilla hic puppes in ſt. ſ.* vel, *tranquilla puppes hic ſt. ſ.* BURM.

239. AMPHITHEATRUM,] Inſtar Amphitheatri. CASTAL. Montibus aequor claudentibus, ut ſolent ſpatium incluſum amphitheatra, quam arenam dicunt vetereis. Sic Virgil. I. Aen. 164.

— *tum ſilvis ſcena coruſcis*
*Deſuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.*

Auſonius in Moſella 154.

*Qua ſublimis apex longo ſuper ardua tractu,*
*Et rupes, & aprica jugi, flexuſque, ſinuſque,*
*Vitibus aſſurgunt, naturalique theatro.*

BART.

240. INSULA FACTA] Manu facta, non nata, ſed opere humano compoſita. Sic argentum aurumque factum nativo opponitur. Eſt vero pulcra Portus marini deſcriptio, cui ſimilem in Epigrammatis Claudiani meminimus hanc, Epig. 35.

*Urbs in conſpectu montana cacumina velat*
*Tranquillo praetenta mari; ducentia portum*
*Cornua, pacatas removent Aquilonibus undas:*
*Hic exarmatum terris cingentibus aequor*
*Clauditur, & placidam diſcit ſervare quietem.*

IDEM.

242. ARTATIS] Almelov. perinde eſſe ait, an *arctatis*, an *artatis* ſcribas. ſed tu vide Broukh. ad Tibul. I. V. 53. BURM.

245. SINUS INVITATUS IN AEDES,] Elegantiſſime, & nemo principum Poëtarum acutius meliuſque hoc protuliſſet. Placidam enim derivationem undae innuit, & talem, quae grata acceptaque ſit omnibus. Sic de inanimatarum rerum naturali gratia eodem verbo uſi ſunt ſummi ſcriptores. Ovidius XI. Met. 604.

— *invitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.*

Lucretius lib. II. 319.

— *repetant pecudes quo quamque vocantes*

*In-*

Inſtabilem fixis aëra neſcit aquis.
Qualis in Euboicis captiva natatibus unda



*Invitant herbae gemmanteis rore recenti.*
Idem de aſtrorum ignibus libro v. 525.
——— *ſive ipſi ſerpere poſſunt.*
*Quo cujuſque cibus vocat atque invitat eunteis.*
Virgilius Georgico IV. 109.
*Invitant croceis halantes floribus horti.*
Invitatio ſinus placidam inductionem denotat. Ait ſinus, ſeu lacus, in ipſa aedificia ductos, iiſdemque clauſos, ut fluctus prorſus nulli in iis apparuerint, ſed inſtar ſtagni aqua conſtiterit. Sic mox apud Neapolim piſcinas aut alia loca natatui apta deſcribit. BART. Inſolentior haec locutio certe eſt. Heinſius corrigebat *inſinuatus:* ſed *ſinus inſinuatus* offendit aures delicatas. relinquamus autem Rutilio ſingularia ſua. ſi, ut *erivare*, ita & *inrivare* dixiſſent veteres, mallem *inrivatus.* ſed maneat *invitatus*, quia in aedes derivarunt aquas quaſi hoſpitales ex ſinu illo. ut ita utitur *vocare* Ovid. II. Amor. XVI. 35. ubi vide. BURM.

246. NESCIT] Vid. ſupr. 27. ſenſus vero eſt, aquas illas derivatas ibi eſſe tranquillas, dum aër ventis movetur, forte arboribus & nemoribus, quae domibus illis adjacent, quaſſis vento, & quieſcentibus aquis, quae intelluunt loca amoena. BURM.

247. EUBOICIS] Neapolitanas piſcinas dicit. Erant enim Romani in nando etiam cupidi marinae ſalſaeque aquae. Martialis libr. XI. Epigramm. 22.
*Hanc in piſcina dicor ſubiiſſe marina:*
*Neſcio, piſcinam me ſubiiſſe puto.*
Idem libro IV. Epigramm. 4.
*Quod ſiccae redolet palus lacunae,*
*Piſcinae vetus aura quod marinae.*
Idem libro XII. Epigramm. 32.
*Fuiſſe gerres aut inutileis maenas,*
*Odor impudicus urcei fatebatur.*
*Qualem marinae miſit aura piſcinae.*
Unda captiva in *natatibus:* undam *natantem* pariter dixit Manilius, & *natatus* legimus apud Papinium Balneo Ethruſci. De Euboica Neapoli notus verſus.
*Euboicas referens foecunda Neapolis arces.*
BART.

247. NATATIBUS] Onuphrius legit *natantibus.* ſed mihi vetus lectio magis placet. SIML. Almelov. ſecutus fuit Onuphrium. & utraque lectio forte defendi poſſet, ut *natantibus* dependeat a *ſuſtinet*, & poſitum ſit pro *natantium brachia:* ſed quo tunc *Euboicis* referas? an natantes ita dici poſſint, dubito. quare, cum & Statius & alii *natatus* dixerint, ego antiquam lectionem reduxi, & *Euboicos natatus*, vel piſcinas, cum aliis interpretibus explico, quae molibus & aggeribus, quaſi vinculis coërcentur, & quibus maris aeſtus arcetur, ſic Tibul. II. VI. 27.
*Claudit & indomitum moles mare.*
Ubi vide Broukhuſ. & ita infra vſ. 380. *incluſum gurgitem* vocat, & Senec. I. de Ira 16. dixit *maria concludere*, & ita centies veteres ſcriptores. Vel potius hanc eſſe deſcriptionem aquarum Bajanarum, vel Lucrini lacus eſſe exiſtimo. Nam & aquas illas *Cumanas* dictas ex Lucretio & Livio probat Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1121. Cumas vero *Euboicas* vocatas ſatis conſtat ex Virgilio IX. 710. ubi *Euboicum litus* vocat; vide Servium. ex Lucrino vero lacu, mole contra maris vim facta, portus eſt factus ab Auguſto, quam tranquillam fuiſſe ſtationem, ut hic dicitur portus Circumcellenſis ſive Trajanus, docet Florus I. 16. qui *maris otia* vocat. & hinc credibile eſt, Rutilium in comparatione duorum horum portuum Virgilium habuiſſe ante oculos, qui II. Georg. 161. ait
*Quid memorem portus, Lucrinoque addita clauſtra,*
*Atque indignatum magnis ſtridoribus aequor,*
*Julia qua ponto longe ſonat unda refuſo.*
Ubi videndi Servius & alii commentatores. Unde apparebit, in Bajano ſinu hunc portum factum, immiſſo mari in Lucrinum & Avernum lacum, molibus circumpoſitis. & hinc apud Propert. III. XVI. I.
*Plauſus ab umbroſo qua ludit pontus Averno,*
*Fumida Bajarum ſtagna tepentis aquae.*
Ubi alii legunt *clauſus*, de quo vide Zinzerl. promulſ. cap. XLVII. & Jac. Gronov. ad loca

Suſtinet alterno brachia lenta ſono.
Noſſe juvat Tauri dictas de nomine thermas,
Nec mora difficilis milibus ire tribus.
Non illic guſtu latices vitiantur amaro,
Lymphaque fumifico ſulphure tincta calet.
Purus odor, molliſque ſapor dubitare lavantem

Co-

Livii pag. 18. praeterea idem Propert. I. XI. 9.

*Atque utinam mage te remis confiſa minutis*
*Parvula Lucrina cymba moretur aqua,*
*Aut teneat clauſum tenui Teuthrantis in unda,*
*Alternae facilis cedere lympha manu.*

ex quo loco noſter potuit petere *alterno brachia lenta ſono.* vel ex Ovid. XVIII. 80. ubi *murmur dimotae aquae* ſono noſtri reſpondet; & idem Ovidius *lenta brachia* dicit vſ. 58. vid. & ad IV. Met. 353. unde patet, male Heinſium hic malle, *alterno ſolo.* Sed ut redeamus ad *clauſam* hanc *undam*, quam Broukhuſius pro Euripo vel piſcina capit, huc facere videtur egregie locus Stat. III. Silv. II. 16.

*Surgite de vitreis ſpumoſae Doridos antris*
*Bajanoſque ſinus, & feeta tepentibus undis*
*Litora tranquillo certatim ambite natatu.*

Unde *natatibus* hoc in loco firmatur. & tales aquas, ubi ſumma eſſet tranquillitas, natatibus electas docet & Galathea, apud Ovid. XIII. Met. 902.

——— *Seductos nacta receſſus*
*Gurgitis, incluſa ſua membra refrigerat unda.*

Ubi videndus Heinſius. his ſatis illuſtratam *captivam* hanc undam puto, & quaecumque fuerit, in Campaniae amoeniſſimo illo tractu eſſe quaerendam, certo credo, nec, ut ſuſpicatur Barthius, hic quaedam diſticha deeſſe, cum aptiſſima hic ſit illa comparatio portus Centumcellenſis cum ſinu Bajano, vel clauſis aquis mole in illo tractu. hinc jam ad vicina loca, quae in itinere vidit, tranſit. BURM.

248. SUSTINET ALTERNO BRACHIA LENTA SONO.] Natantem deſcribit, & aquam quietam, quae ferat natantem, nullis fluctibus inquietata. Porro in antiquiſſimis hujus Poëtae editionibus aſteriſco ſuperior verſus notatus eſt. Et revera ſeriem narrationis intuenti deeſſe aliquot diſticha videntur, ne & hic prior liber effugerit ſcilicet fati ſcaevitatem; cui tamen poſterioris tam immane damnum ſufficere poterat, ut opinor; ne Poëta hic ultimus eorum, quos vere Romanos dicere poſſumus, caeteris hujus notae felicior eſſet. Ultimus dico Romanorum, nam *Corippum* quod quis forte rogaret, nihil illius genius ad iſtum ſpirantem vivum florem Latii, quem ille nec aſſecutus eſt, & ſi quid ejus aſſecutus, lento quodam & ſinum trahente dicendi genere quodammodo infuſcavit. BART.

249. TAURI DE NOMINE DICTAS] Has *Taurianas* dictas, & confundi male ab aliis cum *Aquis Taurinis*, quae a mari remotiores, aquae Apenninae & Apenenſes vocabantur, docet Franciſcus Marianus de Etruria Metropoli cap. XXVIII. De illis quoque videndi Cluver. lib. II. Ital. cap. 2. pag. 486. & Dempſter. de Etrur. Regali IV. cap. 28. & ibi doctiſſimae viri Bonarotae notae, qui & ab aliis praeter Rutilium has memorari docet. BURM.

251. AMARO GUSTU] Marino. CAST. Non fert hanc explicationem Almelovenius, & *amarum* explicat ingratum & injucundum: perperam: aperta eſt imitatio Ovidii, qui de Hypani XV. Met. 286.

*Qui fuerat dulcis ſalibus vitiatur amaris.*

nam teſte Mela II. I. ex Exampeo fonte *adeo amaras aquas accipit, ut ipſe quoque jam ſibi diſſimilis, & non dulcis hinc profluat.* BURM.

253. MOLLISQUE SAPOR] Delicatus, minime auſterus. Sic *vinum molle* eſt auſtero, ac horrido contrarium, apud Coelium Aurelianum & alios rerum Medicarum conditores. BART. *Mollis ſapor* eſt idem, qui *dulcis* Ovidio III. ex Pont. V. 17. cui aſper,

acer

Digitized by Google

Cogit, qua melius parte petantur aquae.
Credere ſi dignum famae, flagrantia taurus
Inveſtigato fonte lavacra dedit.
Ut ſolet excuſſis pugnam praeludere glebis,
Stipite cum rigido cornua prona terit.

Sive

acer & auſterus, ut ſaepe Plinio memorantur, oppoſiti. ſenſus eſt, an quis illis lavari; an aquas bibere malit, dubitare cogit & odor & ſapor. BURM.

253. DUBITARE LAVANTEM] Hic *labantem*, pro *lavantem* poſitum, ſicuti ſaepe *b* pro *v* poſuere veteres. SIML. In omnibus vulgatis *labantem*. male, ſed facilis mutatio *b* in *v*. CASTAL.

254. QUA MELIUS PARTE PETANTUR AQUAE.] An propter ſaporem, an odorem. Odoris cum meminit, qui in ſulfurata aqua ſane inſuavis, ut vel Claudianus teſtetur, ſcribendum ſuperius indicat, *Lymfave fumifico*. Ut neget, eam aquam ſulfuris quid trahere, quod ſane mirum in ea, quae ſit natura ſua calida. BART. Sed & *que* ſequi poſt *non* docuimus ad Ovid. III. Met. 492. & ad Grat. Cyn. 307. Barthii ſimilem errorem oſtendimus. BURM.

255. FLAGRANTIA TAURUS] *Flagrantia* pro calidis dicit, ut incenſiva medicamenta idem Coelius Aurelianus vice valde calidorum. Pleraeque vero thermae naturales debentur animalibus, ut ſunt in Germania noſtra, quae canibus & porcis inventae perhibentur. BART. Ita *flagrantes ſanguine lacus* apud Sil. I. 126. id eſt calentes, rubentes ſanguine, ubi nulla opus eſt correctione. ſic *ora flagrare*, cum calent, & rubent dicuntur. vid. ad Claud. I. in Eutr. 253. & ad Val. Flac. VII. 411. BURM.

255. CREDERE SI DIGNUM FAMAE,] Praefatio ſolemnis in rebus paulo incredibilioribus, cum Fama omnia augeat. BART.

257. UT SOLET EXCUSSIS PUGNAM PRAELUDERE GLEBIS, STIPITE CUM RIGIDO CORNUA PRONA TERIT.] Virg. Aeneid. XII. 103.

*Mugitus veluti cum prima in proelia taurus*
*Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat,*
*Arboris obnixus trunco ventoſque laceſſit*
*Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.*

CASTAL. Ovid. lib. IV. Triſt. Eleg. 19.

*Circus adhuc ceſſat, ſpargit tamen acer arenam*
*Taurus, & inflato jam pede pulſat humum.*

SITZM. Expreſſit Virgilium Georg. III. 234.

*—— atque iraſci in cornua diſcit,*
*Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit*
*Ictibus, & ſparſa ad pugnam praeludit arena.*

Praeluſio autem pugnae ab exercitiis tironum Romanorum eſt deſumta, qui, quae in conflictu agenda erant, ad palum prius in campo docebantur, qui Ludi militares, & ſimulacra belli cum caeteris armorum exercitiis à ſcriptoribus dicuntur. Manilius libro V. Avienus Perieg. 1363.

*—— venit ergo ad flumina Gangis,*
*Diſcurſuque ſacro praeludit proelia Liber.*
*Sunt quibus & ſimulacra placent, & ludus in armis.*

Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio: *Ita ut ſagittas mitterent & armis luderent.* Claudianus IV. Conſ. Hon. 538.

*Cum vectaris equo, ſimulacraque Martia ludis,*

Gellius lib. VII. cap. 3. *ſed non proinde ut in decurſibus ludicris aut ſimulacris proeliorum voluptariis fieri videmus, ſed quaſi in ancipiti certamine, cum ſparſa acies eſt, multis locis Marte vario pugnatur.* Livius lib. XXIX. 22. *poſtero die terreſtrem navalemque exercitus, non inſtructos modo, ſed hos decurrentes, claſſem in portu, ſimulacrum & ipſam edentem navalis pugnae, oſtendit.* Imaginem belli vocat Rufinus apud Joſephum lib. XIX. cap. 7. Inſtituit apud Romanos hoc genus exercitationis. P. Rutilius. Valerius Maximus lib. II. cap. 3. *Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio, Cn. Mallii collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus ex ludo Cn. Aurelii Scauri doctoribus*

Sive Deus faciem mentitus & ora juvenci,
Noluit ardentis dona latere ſoli.
Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta, virgineum ſollicitavit onus.
Ardua non ſolos deceant miracula Graios,

Au-

*gladiatorum accerſitis vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus ingeneravit, virtutemque arti, & rurſus artem virtuti immiſcuit, ut illa impetu hujus fortior, haec illius ſcientia cautior fieret. &c.* BART. Inſolentior haec conſtructio, & quia Virgilium exprimit, cur non potuerit ſcripſiſſe, *ut ſolet ad pugnam excuſſis praeludere glebis.* niſi ſuo ſibi jure uſus ſit Rutilius. inter Criticos etiam nondum convenit, utrum *praeludere*, an *proludere* praeſtet, ita Flor. III. 22. *quum hinc Domitius, & cohortes inde Herculeji proluderent.* & IV. II. *Mariana* [C]*innanaque rabies intra urbem proluſerat.* ubi Freinshemius adducens Rutilii locum *praeludere* retinet: & jure hoc praefert, multiſque exemplis firmat Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 222. & Pier. ad Virg. XII. Aen. 106. ſic Statius Epiſt. ad Stell. lib. I. Silv. *nec quiſquam eſt illuſtrium Poëtarum, qui non operibus ſuis ſtilo remiſſiore praeluſerit.* BURM.

259. SIVE DEUS FACIEM MENTITUS ET ORA JUVENCI,] Deus, Jupiter; faciem & ora Virg. lib. I. Aeneid. 658. conjunxit,

*Ut faciem mutatus & ora Cupido.*

CASTAL.

259. ORA JUVENCI,] Hoc quoque ex Virg. ſumtum lib. V. Aeneid. 477.

*Dixit, & adverſi contra ſtetit ora Juvenci.*

IDEM.

260. DONA] Citra laborem enim humanum deorum ſola velut donatione proveniunt mortalibus. Pulcre Claudianus inemtam ſalutem vocat in Apono 67.

*Salve Paeoniae largitor nobilis undae,*
*Dardanii ſalve gloria magna ſoli.*
*Publica morborum requies, commune medentum*
*Auxilium, praeſens numen, inemta Salus.*

Ejus Aponum, divinam Elegiam, cum his conferas. BART.

261. QUALIS AGENOREI RAPTURUS GAUDIA FURTI PER FRETA, VIRGINEUM SOLLICITAVIT ONUS.] Alludit ad fabulam de rapta Europa. Herodotus tradit, quod à Phoenicibus rapta fuerit Io, propterea Graecos, hanc injuriam ulturos, Europam rapuiſſe. Euſeb. I. Chron. ait, à Cretenſibus raptam, & navigio avectam, cui inſigne fuit taurus. quae res fabulae occaſionem praebuit. Adi Lycophron. Lactant. lib. I. divin. inſtit. c. II. Achill. Tatium, de Clitoph. & Leucip. amoribus in pr. Ovid. lib. II. Metam. fab. 18. SITZM.

261. GAUDIA] Concubitum, quem incumbentem confixionem ex re ipſa definit, licet in alio negotio, Coelius Aurelianus Acutorum lib. III. cap. 6. Eum gaudii nomine ſcriptores circumloquuntur. Vide ad Claudianum priore in Eutropium. BART.

262. SOLLICITAVIT] Signate loquitur. Petron. Arbiter cap. LXXXIII.

*— qui ſollicitant nuptas ad proemia peccant.*

*Sollicitatores alienarum nuptiarum* ſunt, qui pudicitiam alienae uxoris appellant, de quibus Jul. Paulus lib. V. receptar. ſentent. tit. de injur. *Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem pernicioſae libidinis extra ordinem puniuntur.* Tertullian. lib. I. adv. Marcion. *Non timebitur, niſi juſta & ordinaria dominatio: diligi autem poteſt etiam adultera. Sollicitatione enim conſtat, non autoritate; & adulatione, non poteſtate.* Dicitur etiam de foeminis. Martial. lib. XII. epigr. 98.

*Cum tibi nota tui ſit vita fideſque mariti,*
*Nec premat ulla tuos ſollicitetque toros.*

SITZM. Blandiendo impulit, ut ſeſe inſideret. BART. Vid. Savar. ad Apollin. V. Ep. 17. diſtinguendum puto poſt *freta*; *rapturus per freta, Virgineum.* & tunc *ſollicitavit*, recte exponitur. BURM.

264.

Auctorem pecudem fons Heliconis habet.

Eli-

264. AUCTOREM PECUDEM FONS HELICONIS HABET.] Pauſanias in Baeoticis, ſive lib. IX. *ſuper lacum ſtadia ferme XX. adſcendentibus eſt fons, qui Equi dicitur. Elicuiſſe hunc ungula terram fodientem Bellerophontis equum tradunt. ob eam rem Hippocrenen nominatum.* SITZM.

264. PECUDEM] Equum. Ita ad differentiam *Armentale pecus* infra tantum dicit. Apud Plinium Valerianum Medicum Veterem, quem in Adverſariorum libris totum recenſuimus, pro vacca ſtrictius & quodam ejus velut privilegio ſumitur. BART. Ad hunc locum ita commentatur Vir ſummus, Graevius. Hic locus peſſime acceptus eſt cum à librariis, tum ab interpretibus. Meſſallam, de quo loquitur, fuiſſe Praefectum praetorio, Arcadio & Honorio Imperantibus, recte ad Symmachum obſervavit Juretus, & ad Sidonium Sirmondus, viri doctiſſimi. Is Meſſalla tribus millibus à Centumcellis remotum agrum habuit, in quo dum taurus validiore impetu terram pede quatit, ſcaturigo ferventium aquarum erupit. Talia fere commemorantur de thermis Carolinis, quas Carolus IV. dum forte cervam conſectatur, primus animadverterat. Quia vero is fons in agro Meſſallae fuerat eodem modo apertus à tauro, quo Muſarum fons ab equo, Meſſalla homo doctus, & Muſarum cultor ſingularis, quatuor verſus thermis praefixerat, quibus hanc aquarum eruptionem non tantum cum Hippocrene comparat, ſed & fontem ſuum blanda quadam, & ingenita elegantioribus ingeniis ambitione, *fontem Heliconis* vocat:

*Auctorem pecudem fons Heliconis habet.*

Nam interpretes, qui hunc verſum de Hippocrene intelligunt, non animadvertunt, ſi id ſit, duobus diſtichis idem dici, ineptiſſimam eſſe ταυτολογίαν, ac Rutilio indignam. Deìn quis unquam ſanus generoſum equum Pegaſum vocet *pecudem*. Quare certiſſimum eſt, hunc verſum *Ardua non ſolos*, cum tribus ſequentibus, ipſius Meſſallae eſſe, eoſdem ſcilicet, qui thermarum, quas, ut modo ſignificabam, Meſſalla fontem Heliconis vocat, poſtibus affixi intrantes delectabant, exeuntes prae legendi voluptate remorabantur, ut Rutilius cecinit. Quare non eo loco, quo jam leguntur, ſed poſt v. 270.

*Poſtibus affixum dulce poëma ſacris*,

collocandi ſunt. Totus igitur locus hoc modo legendus eſt:

*Qualis Agenorei rapturus gaudia furti*
*Per freta virgineum ſollicitavit onus.*
*Haec quoque Pieriis ſpiracula comparat antris*
*Carmine Meſſallae nobilitatus ager,*
*Intrantemque capit, diſcedentemque moratur*
*Poſtibus affixum dulce poëma ſacris.*

ARDVA NON SOLOS DECEANT MIRACVLA GRAIOS,
AVCTOREM PECVDEM FONS HELICONIS HABET.
ELICITAS SIMILI CREDAMVS ORIGINE LIMPHAS,
MVSARVM, LATICES VNGVLA FVDIT EQVI.

*Hic eſt, qui primo ſeriem de Conſule ducit*,

Et quae ſequuntur. Plana nunc ſunt omnia, & elegantia. Eadem opera Meſſallae ſuos verſus, poëtae ſententiam, carminibus ordinem ſuum reſtituimus. Ceterum non diſſimilis argutia eſt epigrammatis incerti auctoris de Neronis ſpectaculo, qui Paſiphaen à tauro initam in ſcena exhibuerat.

*Junctam Paſiphaen Dictaeo, credite, Tauro*
*Vidimus. Accepit fabula priſca fidem.*

Nec minus elegans eſt & argutum Epigramma, quod in fontem reſonum, qui eſt in Dioeceſi Paderbornenſi, pepigit magnus Princeps, & ſapientiſſimus Epiſcopus Paderbornenſis & Monaſterienſis, Ferdinandus Furſtenbergius, ingenti bonorum omnium, in primis cultorum optimarum artium, quarum unicus erat in Germania Maecenas, dolore nobis ereptus acerba morte:

*Teutoburgenſis ſilvae radicibus ortum*
*Quae trahit, & reſonis nomina debet aquis.*
*Arte ſcatens mira pelagi nunc more frementis*
*Aeſtuat, alterna nunc ſilet unda vice.*
*Et pede decurrit liquido dum proxima ſenſim,*
*Per cava labentem ſaxa reſorbet humum.*

Elicitas ſimili credamus origine lymphas,
Muſarum latices ungula fodit equi.

Haec

*Mox eadem vires ſubter tellure recentes*
*Colligit, & largas aucta refundit aquas.*
*Ne jactes, Arethuſa, tui miracula fontis*
*Sola, etiam noſtras fama loquetur opes.*

Exſtat in Monumentis Paderbornenſibus, ab Illuſtriſſimo Epiſcopo poſitis & editis, pag. 241. Haec vir ingenio & doctrina maximus. nobis tamen id ſumere non audemus, ut tranſponamus verſus, qui ſatis cohaerere videntur, nec facile vſ. 267. ubi *Pieria antra* memorantur, à duobus aliis, quibus fontem Heliconem ideo deſcribit, ut mox illi non cedere Aquas Tauri probet, ſeparari patimur. Nec, quia Pegaſum equum *pecudem* vocet Rutilius, inſaniae damnandus, cum & alii Poëtae plura animalia, & ipſos equos, *pecudes* vocare non erubuerint; ut vidimus ad Gratii Cyneg. 265. praeterea ex verſu 269. *intrantemque capit, diſcedentemque moratur*, colligere liceret, duo epigrammata ad fores adfixa fuiſſe, unum in fronte januae, quod intrantes capit, alterum in ejus tergo, quod moratur exeuntes, dum illud legentes reſiſtunt: in vſ. 265. diſtinguerem, ut ſenſus rotundior exiret,

*Elicitas ſimili credamus origine lymphas*
*Muſarum: latices ungula fodit equi.*

& *fodit* multo elegantius puto, quam *fudit*: nec enim fudit ungula Pegaſi, ſed ad ejus ictum terra effudit. eadem diverſitas eſt in ſcriptis apud Ovid. III. Faſt. 456.

*Cum levis Aonias ungula fodit aquas.*

Ubi vide Heinſium. & ideo idem Poëta IV. ex Pont. VIII. 80. *feciſſe* undam dicit.

*Ungula Gorgonei quam cava fecit equi.*

Quare & naturae rei convenientius, & magis Poëticum eſt *fodit*. Equus enim ſtare loco neſcius, ungula ſua terram excavare & quaſi fodere ſemper ſolet: & hinc quoque jure dubito, an liceat mutare receptam & vulgatam lectionem apud Statium lib. V. Silv. III. 50.

*Aut putri ſonitum daret ungula foſſa.*

& reſcribere *campo*. Licet enim centies Poëtae dicant, equum *pulſare*, *ferire* &c. *campum*, non ideo tamen cogendi ſemper eodem modo loqui: eodem enim jure ex *foſſa* liceret *gleba* refingere, & ſimul ex ultimis literis τῶ *ungula* extorquere *glebam*; majori certe ſpecie, quam ex *cāpo*, tranſpoſitis literis *poca*, & mox *poſa*, & inde *foſa*, & tandem *foſſa*: ita ut haec vox demum per quatuor librariorum aberrationes tranſierit ex *campo* in *foſſa*. Quae cui placere poſſunt, nae ille ex omnibus vocibus, quae unicam modo literam vel ſyllabam habent communem, alias & longe diverſas pro arbitrio producere poterit. jam vero *foſſam* recte excavatam ictu humum notare poſſe quis neget, cum equus feriat foſſam ungula, quae ipſi inſtrumenti ferrei, quo homines utuntur, inſtar de. & ſi liceat dicere de ruſticis & militibus, eos *ferire*, *percutere foſſam*, ut videbis in notis Tennulii ad Frontin. III. XVII. 5. & ad Quinct. Decl. III. 16. cur non equus ungula ſua *foſſam ferire* & *percutere*, dici poſſit? Noſter vero, qui ſaepe audacioribus locutionibus gaudet, *fodere latices*, potuit dicere, pro fodere humum, ut aqua inde proſiliat. ſi quis tamen mordicus *fudit* retinere velit, per me licet. BURM.

265. ELICITAS SIMILI CREDAMUS ORIGINE LYMPHAS, ] In impreſſis legimus *Nymphas* corrupte. Hoc quoque correximus. CASTAL. Ita correxit Caſtalio. in veteribus exemplaribus *nymphas*. SITZM.

265. ELICITAS ] *Elicitas*, hoc eſt, deductas. *Elices* Feſto, lib. V. ἔλικας ſulcos aquarios appellari ait Ulpian. l. I. §. ſulcos. ff. de aq. & aq. pl. item Columell. rei ruſt. lib. II. Virgil. I. Georg. 107.

*— cum exuſtus ager morientibus aeſtuat herbis,*
*Ecce ſupercilio clivoſi gurgitis undam*
*Elicit.*

IDEM. Vid. Savar. ad Sidon. II. Ep. 2. unde haec deſcripta.

265. NYMFAS, ] Recte correxerunt *lymfas*. alterum enim βαρβαρίζει. BART. Neſcio, & parum referre arbitror. vid. ad Phaedr. I. IV. certe Heinſ. ad Ovid. V. Epiſt 31. hic *nymphas* praefert.

266. MUSARUM LATICES UNGULA FODIT

Digitized by Google

Haec quoque Pieriis ſpiracula comparat antris,
Carmine Meſſalae nobilitatus ager.
Intrantemque capit, diſcedentemque moratur
Poſtibus adfixum dulce poëma ſacris.
Hic eſt, qui primo ſeriem de conſule ducit,

Uſ-

DIT EQUI.] Pegaſus in Helicone fontem dedit, ut ſuperiore tertio abhinc verſu.

*Auctorem pecudem fons Heliconis habet.*

CASTAL.

267. ANTRIS PIERIIS] Antrum Muſarum. IDEM.

267. SPIRACULA] Aquarum eruptiones, aquae autem proprie *ſpirare* dicuntur, ut in Virg. lib. x. 291. Ubi *ſpirant* ex veteribus manuſcriptis libris, non *ſperat*, legendum eſt.

*Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda.*

Eſt enim in primo Georg. 327.

— *Fervetque fretis ſpirantibus aequor.*

Quod Pierius vidit, & teſtatur in uno ex iis, qui *ſpirant* retinent, ſuperadditam eſſe paraphraſin *criſpantur.* CASTAL. Ex terra exhalantia. Virgilius VII. 568. *ſaevi ſpiracula Ditis*, tamquam ſpiritum per ea duceret. BART. Quem & vide ad Stat. IV. Theb. 96.

268. MESSALLAE] Valeriorum cognomen a devicta Meſſana, praeter Macrobium Seneca antea notavit l. de brevitate vitae cap. 13. *Valerius*, inquit, *Maximus primus Meſſanam vicit, & primus ex familia Valeriorum urbis captae in ſe tranſlato nomine Meſſana appellatus eſt, paulatimque vulgo permutante litteras, Meſſalla dictus eſt.* Senecae liber veteris editionis meus pro *Maximus* habet, *Corvinus*, pro *Valeriorum*, *Valerianum*, utrumque mendoſe, quem locum, ut ſcripſimus, ex ingenio emendavimus. CASTAL. Hic eſt Flavius Valerius Meſſalla, à Symmacho & Sidonio celebratus, ut ad iſtius Carmen. IX. vſ. 306. notat vir numquam ſatis celebrandus Jac. Sirmundus. praeclarorum Antiquitatis operum & reſtaurator & illuſtrator. BART. Vide Jac. Goth. in Proſopogr. Codicis Theodoſiani, qui P. P. fuiſſe, & ad ipſum legem IV. Cod. Juſt. de modo multar. & l. 55. Cod. Theod. de Appellat docet datas fuiſſe. BURM.

269. INTRANTEMQUE CAPIT, DISCEDENTEMQUE MORATUR POSTIBUS ADFIXUM DULCE POEMA SACRIS.] Sidon. Apollin. lib. II. Ep. 2. *Pauci tamen verſiculi lectorem adventitium remorabuntur, minime improbo temperamento, quia eas nec relegiſſe deſiderio eſt, nec perlegiſſe faſtidio.* Idem in Burgo:

*Fixus in introitu lapis eſt, hic nomina ſignat Auctorum.* CASTAL.

269. CAPIT] Delectat, allicit. Horatius A. P. 361.

*Ut pictura poëſis erit, quae, ſi propius ſtes,*
*Te capiet magis, & quaedam, ſi longius abſtes.*

Virg. Aeneid. VIII. 311. *Capiturque locis.* IDEM. Sed forte melius foret *rapit*, quod τῷ *moratur* opponitur aptius.

271. HIC EST, QUI PRIMO SERIEM DE CONSULE DUCIT, USQUE AD PUBLICOLAS SI REDEAMUS AVOS.] Cur Publicola ſit dictus, docet Sil. Ital. lib. II. 8.

*Publicola ingenti Voleſi Spartana propago,*
*Is cultam referens inſigni nomine plebem,*
*Auſonios atavo ducebat conſule faſces.*

CAS. Commendat Meſſalam à generis ſplendore & antiquitate. Cum Tarquinli Superbi filius ornatiſſimae feminae Lucretiae ſtuprum intuliſſet: L. Junio Bruto & L. Tarquinio Collatino, Lucretiae marito ducibus & auctoribus, quibus ultionem ſui moriens matrona commendaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus, quodam quaſi inſtinctu Deorum concitatus, Reges in exilium egit, & imperium in eoſdem libertatis ſuae vindices tranſtulit, *Conſulesque* appellavit pro regibus, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent. Recte tamen noſter Rutilius aſſerit, Meſſalam de primo conſule ſeriem duxiſſe. Etenim Collatino altero ex conſulibus tantum ob nomen & affinitatem Tarquiniorum faſcibus abrogatis

tis

Uſque ad Publicolas ſi redeamus avos.
Hic & praefecti nutu praetoria rexit:

Sed

tis urbe dimiſſo, *Publius Valerius*, *Voluſi filius*, fuit ſubſtitutus, qui primum de Vejentibus, iterum de Sabinis, tertio de utriſque gentibus triumphavit. Is quia in locum Bruti collegae conſulem non ſubrogaverat, & domum in Velia tutiſſimo loco haberet: in ſuſpicionem regni affectati venit. Quo cognito apud populum conqueſtus, quod de ſe tale aliquid timuiſſent, eminentes ſuas aedes diruit. ſecures item demptis faſcibus populo pro liberâ concione ſubmiſit, & jus provocationis ad populi judicium adverſus magiſtratus dedit: hinc *Poplicola* dictus. Cum diem obiiſſet, adeo pauper extitit, ut collectis à populo pecuniis publice ſepultus ſit, annuo matronarum luctu decoratus. SITZM. Extat in Appendice Virgilii Elegia lacera tranſpoſitionibus, lacunis, & mendis obſita in Meſſallam, quam reſpexiſſe his verſibus Rutilius videtur. Sic enim illic ſcriptum ſupereſt:

*Illo quo primum dominatus Roma ſuperbos*
*Mutavit placidis tempore Conſulibus,*
*Multa neque immeritis donavit praemia alumnis,*
*Praemia Meſſallis maxima Publicolis.*

BART.

273. Praefecti nutu Praetoria rexit:] Praefectus Praetorio: Romae in Aventino è Regione S. Alexii lapidem ſuperne fractum deſcripſi, cujus exemplum quando nonnihil eruditionis habere videtur, huc producere non alienum putavi. (Gruter. cccccxciii. 5.)

PROV. AFRICÆ. ET. V. S. JUDICANTI.
PRÆF. VRBIS. ET. V. S. JUDICANTI. ITERVM. COMITI. ORD. PRIMI. INTRA.
PALATIVM. PRÆF. PRÆT. CONSVLI. ORD.
PLACIDVS. SEVERVS. V. C. FILIVS. PATRI. RELIGIOSO.
ET. ANTONIA. MARCIANILIA. C. F. NVRVS. SOCERO. SANCTISSIMO.

CASTAL. Cornel. Tacitus lib. vi. Annal. 11. de origine praefecturae urbis verba faciens: *Primus Meſſala Corvinus eam poteſtatem, & paucos intra dies accepit, quaſi neſcius exercendi.* Plura de hoc Meſſala vid. in animadverſionibus Joſephi Scaligeri ad Euſebii Chronicor. lib. pr. ibi: *Meſſala Corvinus primus praefectus urbis factus, ſextâ die magiſtratu ſe abdicavit.* SITZM.

273. Nutu] Cum charum ſubditis principem, illoſque ipſi lubenti animo parentes praepingere volunt ſcriptores, nutu ipſius obſecundare dicunt. Curtius lib. iii. 2. de Alexandri milite; *vir viro, arma armis conſerta ſunt, ad nutum monentis intenti.* Claudianus iv. Conſ. Honor. 86. *Qui modo tam denſas nutu movere cohortes.* Jornandes Geticis cap. xxxviii. *Turba Regum diverſarumque nationum ductores nutibus Attilae attendebant, & ubi oculo adnuiſſet, unuſquiſque adſtabat.* Ariſtides de Romanorum principibus. πάντα δὲ ἐξ ἐπιτάγματος καὶ νεύματος τελεῖται ῥᾷον, ἤ τις ἂν χορδῆς ψήλαι. κἄν τι γίνεσθαι δέῃ, ἀπόχρη δόξαι καὶ πέπρακται. καὶ ὥσπερ μία χώρα συνεχὴς, καὶ ἓν φῦλον ἅπαντα ὑπακούει σιωπῇ. Theophilus Medicus, vel Theologus potius, quippe cujus univerſus ſcribendi ſcopus Theologicus eſt libr. 1. de Fabrica Hominis. Dei ſolo nutu omnia facta pariter dicit. ὅτι μὲν πάντα τὰ ζῶα, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ, πτηνά τε καὶ ἔνυδρα τῷ νεύματι τοῦ θεοῦ γέγονε, μαθεῖν ἐστὶν ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς. Acta tertii Concilii Oecumenici apud Nilum lib. ii. de Primatu Papae. ἡ ἁγία σύνοδος. ἡ χάριτι θεοῦ καὶ νεύματι τοῦ ἡμετέρου κρατοῦς, Theodoſii & Valentiniani, συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. Ennodius Panegyr. Theodorici. BART.

273. Praetoria rexit:] Ammian. Marcellin. lib. xxvii 11. *Per haec tempora Vulcatio Rufino abſoluto vita dum adminiſtrarat, ad regendam praefecturam Praetorianam ab urbe Probus accitus, claritudine generis, potentia & opum amplitudine cognitus orbi Romano, per quem univerſum pene patrimonia ſparſa poſſedit, juſte, an ſecus non judicioli eſt noſtri.* Sidon. Apollin. lib. iii. Epiſt. 12. in Epitaphio Apollinaris:

Prae-

Sed menti & linguae gloria major ineſt.
Hic docuit, qualem poſcat facundia ſedem,
Ut bonus eſſe velit, quiſque diſertus erit.
Roſcida puniceo fulſere crepuſcula coelo:
Pandimus obliquo lintea flexa ſinu.

Pau-

*Praefectus jacet hic Apollinaris,*
*Poſt Praetoria recta Galliarum,*
*Moerentis patriae ſinu receptus.*
SITZM.

274. SED MENTI ET LINGUAE GLORIA MAJOR INEST.] Fuit Orator ſummus; de cujus vitae exitu Euſebius Chron. lib. pr. interp. Hieronymo: *Meſſala Corvinus orator, ante biennium, quam moreretur, ita memoriam ac ſenſum amiſit, ut vix pauca verba conjungeret, & ad extremum ulcere ſibi circa ſacram ſpinam nato inediâ ſe confecit, anno aetatis LXXII.* IDEM. Sed hic de oratore illo non agitur, ſed de Praefecto Praetorio hoc tempore florente.

275. QUALEM POSCAT FACUNDIA SEDEM,] Ipſe infert,

*Vir bonus eſſe velit, quiſque diſertus erit.*

Cic. Quinctilianus, & Fortunatianus, *Orator vir bonus, dicendi peritus.* CASTAL.

275. SEDEM.] In pectore nimirum hominis boni. Quo pertinet Catonis Cenſorii definitio Oratoris, *Orator eſt vir bonus, dicendi peritus.* Aggenus Urbicus Commentario in Julium Frontinum de Limitibus. *Totum autem judicandi officium, hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, & modeſtum exigit.* Fortunatianus libr. I. Rhetor. Et ad haec diſerti homines in judiciiſque verſati ducebantur. Sic viri boni definitio ad ſcientiam cauſſarum extenditur. Horatius lib. I. Epiſt. XVI. 40.

*——— vir bonus eſt quis?*
*Qui conſulta patrum, qui Leges, Juraque novit,*
*Quo multae magnaeque ſecantur judice lites,*
*Quo reſponſore & quo cauſſae teſte tenentur.*

BART.

275. SEDEM,] Pectus nimirum Meſſallae. Claudianus de Stilicone & Clementia lib. II. Stil. 12.

*Haec Dea pro templis & thure calentibus aris*
*Te fruitur, poſuitque ſuas hoc pectore ſedes.*

Vide plura eo pertinentia ad Auguſtinum libro I. de Civit. Dei cap. X. BART. Vid. ad Ovid. III. ex Pont. VI. 26.

276. UT BONUS ESSE VELIT, QUISQUE DISERTUS ERIT.] *Quiſque*, pro *quiſquis*, antiquis uſitatum fuit. Imp. in l. IV. de offic. rect. prov. C. Theod. *Quiſque ſuſceperit.* Aurel. Victor. de Caeſaribus c. 33. *& quiſque peſſimus erit, par ſimiliſque ſemper ipſi habebitur.* Symmachus lib. I. Ep. 52. *Quiſque bonae frugis eſt, in publicum commodum vendicatur.* S. Ambroſius lib. de non reſtituenda arâ victoriae: *Deo quiſque militat, & qui intimo colendum recepit affectu, non diſſimulationem, non conniventiam, ſed fidei ſtudium, & devotionis impendit.* Ad quem locum ita Fr. Juretus: Certum eſt, ab antiquis ſolitum poni *quiſque* pro *quiſquis*, id teſtimonia maxime poëtarum aperte probant. Alcinous;

*Longe erit à primo, quiſque ſecundus erit.*

Marcellus lib. de medicinâ:

*Quiſque tamen noſtrum hoc ſtudium dignabere, quaeſo*
*Praeſtes.*

Paulinus lib. I. de vitâ S. Martini:

*—— tu quiſque legens tam vilia temnis*
*Carmina.*

SITZM. Vid. Gronov. ad Liv. I. 24. Buchner. ad Venant. Hymn. de Reſurr. vſ. 54. inf. II. 45. BURM.

277. CREPUSCULA COELO:] Non verum eſt, quod Grammaticorum filii notant, *crepuſcula* veſpertinum tantum tempus deſignare. Tam enim hic matutinum, & quidem potius, quam veſpertinum indicari poteſt. Sic apud Paulinum Natali VI.

*Jamque rubeſcebant rumpente crepuſcula mane,*
*Noctis & extremae fuga, rareſcentibus aſtris*
*Luce ſub obſcura, vel ſub lucentibus umbris,*
*Coeperat ambiguos rerum reſerare colores.*

BART. Vid. ad Ovid. Epiſt. XIV. 21.

 279.

Paulliſper litus fugimus Minione vadoſum,
Suſpecto trepidant oſtia parva ſolo.
Inde Graviſcarum faſtigia rara videmus,

Quas

279. Paulisper litus fugimus Munione vadosum,] *Munio* in edicto Deſiderii regis, Tuſciae urbs, in agro Feſulano, in qua palantes Arimianos & Fluentinos collegit. *Minio*, Virgilio x. Aeneid. & Vibio Sequeſtro Tuſciae fluvius eſt, qui *Munio* dicitur Rutilio. *Migno* Nigro & Blondo. *Mindo* Itinerariae tabulae, *Magnone* Leander nominat. Adi Abrah. Ortelium in theſauro Geograph. SITZM.

279. Munione] Albertus Leander legit, *Mimone.* SIML. *Munionem* per quintam vocalem omnes Rutilii editiones habent. Virg. x. Aeneid. 183. ubi in manuſcriptis omnibus legitur *Minio* per tertiam vocalem.

*Qui Caerete domo, qui ſunt Minionis in arvis.* CASTAL.

280. Suspecto trepidant hostia parva solo.] *Trepidant* dixit propter vada, & brevia. Saliunt, ſpirant, criſpantur, quod brevium eſt proprium. Horat. iv. Od. 11. *Trepidant rotantes vertice fumum.* Idem ii. Od. 3. *Lympha fugax trepidare rivo.* Franguntur enim fluctus eliſi terrae. Virg. x. Aeneid. 291.

*Qua vada non ſpirant, nec fracta remurmurat unda.*

Pro *hoſtia*, *horia*, quod eſt parvi Navigii genus, legi poſſe cenſebat Petrus Ciacon. ſingularis vir doctrinae, & ſanctitatis exemplar. CASTAL. Dempſter in Etruria Regali lib. iv. 5. quaſi dignum aliquod animadverſione ageret, legit *oſtia parva.* atqui *hoſtia* millies ſcribitur pro *oſtia.* ut in antiquis editionibus verſ. 237 *hauſtro* pro *auſtro.* neque quiſquam, credo, interpretum aliter accepit, quam de oſtiis fluvii Minionis: *Horia* legi non poſſe, quia numeri ſingularis eſt, obſervavit recte nuper vir doctiſſimus, Petrus Weſſelingius lib. ii. Obſervat. cap. 30. qui putabat, legendum *crepitant.* quia vado illiſus fluvius ſtrepitum & fragorem concitabat. ſed nullam video neceſſitatem corrigendi. *trepidare* dicit *oſtia parva*, id eſt fluminis exigui os, ſive aquam in ore, properare in mare per vadoſa loca, & ut ſolet fieri, ibi cum fervore aliquo murmur quoddam excitare. ſic Horat. i. Ep. x. 21. de aqua,

*Quae per pronum trepidat cum murmure rivum.*

Quinctil. Decl. xii. 3. *fuſus ex proximo fonte rivus, trepidantibus inter radiantes calculos aquis*; ubi alii *crepitantibus*; ſed dubitavi jam olim, an eleganter aquae *crepitare* dicantur, quod vellem probaſſet vir doctus. ſcio, & ſaepe vidi, & notavi etiam in Ovidio, & alibi, haec duo verba confundi, ſed debent tamen rei, de qua agitur, convenire. aquae vero nihil magis accommodatum, praeſertim pronae & fluenti, quam *trepidare*, quod eſt feſtinare, properare curſum ſuum, tremulo quodam motu & inquieto; ſic *properantem aquam* dixit Horat. Art. Poët. 17. immo & *trepidant* aquae, quaſi ſubſilientes, ut ſaltantes ſolent, unde & *ludere*, & *in chori ſpeciem ludere*, & ſaltare quaſi dicuntur undae. vid. ad Ovid. Ep. ix. 55. jam vero aqua per vadoſa loca fluens ſaepe etiam ebullit, & aeſtuat, unde Poëtae ſolent ſaepe comparare aheno undanti, in quo aqua coquitur: ut parcam chartae, videri poſſunt, quae Heinſ. notat ad Ovid xii. Met. 279. plura facile & obvia ex Poëtis addi poſſent; qui *feſtinantes*, & *trepidantes* rivos & fluvios nobis dant. *Snipectum* locum vero vadoſum vocat, ut omnia ſolent vocari *ſuſpecta*, unde periculum imminet. ſic Ovidius xv. Met. 332. *locus ambiguis ſuſpectus aquis*, alia tamen ex cauſſa, quam hic. Senec. Agam. 464. *ſuſpecta freta*, ob imminentes procellas. vid. ad Val. Flac. vi. 149. jam nihil periculoſius vadis, quae ideo a Poëtis *iniqua*, *caeca*, *dubia*, *fervida* &c. vocari ſolent. BURMANN.

281. Graviscarum.] Virg. lib. x. 184. *Intempeſtaeque Graviſcae.* Graviſcas ab aëre dictas noſter proximo verſu confirmat. CASTAL. *Graviſcae*, Γραουίσκαι Ptolomaeo, Tuſciae urbs. Mentio *Graviſcarum* fit in l. quidam teſtamento 30. ff. de legat 2. & paſſim apud Livium, praeſertim lib. xl. 29.

ubi

Digitized by Google

Quas premit aeſtivae ſaepe paludis odor.
Sed nemoroſa viret denſis vicinia lucis,
Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.
Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolatae moenia foeda Coſae.
Ridiculam cladis pudet inter ſeria cauſam
Promere, ſed riſum diſſimulare piget.
Dicuntur cives, quondam migrare coacti,
Muribus infeſtos deſeruiſſe lares.
Credere maluerim Pygmeae damna cohortis,

Et

ubi eo Coloniam ab Romanis deductam ſcribit: quod etiam tradunt Vellejus Paterculus, & Sext. Julius Frontin. Sed & alibi Livius muros & portam *Graviſcarum* fulmine percuſſam narrat. Plura de Graviſcis Ortel. d. lib. P. Merula Coſmogr. p. 2. lib. IV. c. 21. SITZM. Vide Demſter. Etrur. Reg. IV. 34.

282. QUAS PREMIT AESTIVAE SAEPE PALUDIS ODOR.] Sil. Ital. lib. VIII. 475. & *veteres miſere Graviſcae.* CASTAL. *Graviſcae* ab coeli gravitate & intemperie putantur dictae, quod confirmare videtur hoc verſu Rutilius, & Virgil. lib. X 184. dum *intempeſtas* vocat eaſdem. SITZM. Vir doctiſſimus Markland. ad Stat. IV. Silv. III. 173. legebat

*Quas premit aeſtivae ſaeve paludis odor.*

Sed quia *aeſtiva palus* dicitur, *ſaepe* quidem premi, non ſemper, apparet; ſed ubi calore nimio aquae paluſtres emittunt odorem noxium. de voce *aeſtivus* vid. ad Grat. Cyneg. vſ. 43. alias *ſaepe* & *ſaevus* commutari novimus, ſed *ſaepe*, non ſemper. vid. ad Ovid. XIX. Epiſtol 22. BURM.

283. NEMOROSA VIRET] Leander *Numeroſa.* vetus tamen lectio magis placet. SIML. Poteſt tamen defendi *numeroſa*, nam particula *ſed* infert aliquid oppoſitum *raris faſtigiis* Graviſcarum: has vero voces ſaepe confundi docuit diligentiſſimus Drakenborchius noſter ad Sil. IV, 60. & τὰ *viret* & *lucis* ſatis oſtendunt, ibi nemoroſam eſſe viciniam, quare otioſum poſſet videri epitheton. BURM.

284. FLUCTUAT UMBRA FRETIS.] Reddente mari per umbram arborum effigies, Claudianus de facibus Cereris. III. Raptus. 443.

—— *quacunque it in aethere, fulvis*
*Adnatat umbra fretis.*

Silius Italicus libro II. Punicorum 663.

*Ardent tecta Deûm, reſpondet imagine flammae*
*Aequor, & in tremulo vibrant incendia ponto.*

BART. Vide Val. Flac. v. 109.

286. ET DESOLATAE MOENIA FOEDA COSAE.] Virg X. 168. *Quique urbem liquere Coſas.* Quo loco Servius inquit. *Civitas eſt Tuſciae, quae in numero dicitur ſingulari ſecundum Salluſtium: unde apparet eſſe uſurpationem.* Haec Servius. Rutilius infra quoque ſcripſit numero unitatis vſ. 297.

*Littore namque Coſae cognatos depulit hoſtes.*

CASTAL. Vid. Demſter. in Etruria Regali lib. IV. 29. qui *Coſam*, *Coſſam*, *Conſam* & *Compſam* dictam eſſe vult. BURM.

287. RIDICULAM] Leand. *ridiculum clades.* SIML.

291. CREDERE MALUERIM PYGMAEAE DAMNA COHORTIS, ET CONJURATAS IN SUA BELLA GRUES.] Plinius lib. IV. cap. 9. *Geramia, ubi Pygmaeorum gens fuiſſe proditur, quos Gatizos barbari vocant, creduntque à gruibus fugatos.* & lib. X. cap. 23. *Inducias habet gens Pygmaea abſceſſu gruum, ut diximus, cum his dimicantium.* Juvenal. Sat. XIII.

*Ad ſubitas Thracum volucres nubemque ſonoram*
*Pygmaeus parvis currit bellator in armis;*
*Mox impar hoſti, raptuſque per aera curvis*

 Un-

Digitized by Google

Et conjuratas in ſua bella grues.

Haud

*Unguibus à ſaeva fertur grue.*
In Priap. luſib.
*Pygmaeo brevior gruem timenti.*

Et Sympoſius, à nobis nuper editus ex vetuſtiſſimo exemplari, quod eſt illuſtriſſimi & reverendiſſimi D. Johannis Franciſci Cardinalis Comendoni, viri ſapientiſſimi ac de litteris litteratiſque optime meriti, aenigmate 26. de Grue.

*Littera ſum coeli penna perſcripta volantis,*
*Bella cruenta gerens volucri diſcrimine Martis;*
*Nec vereor pugnas, dum non ſit longior hoſtis.*

CASTAL. Homerus Iliad. γ, ad hanc γερανομαχίαν reſpiciens, Trojanos gruibus comparat. Claudian. de bello Gildon. v. 475. & ſeq.

*Pendula ceu parvis moturae bella colonis*
*Ingenti clamore grues aeſtiva relinquunt*
*Thracia, cum tepido permutant Styrmona Nilo.*

Ubi poëta innuit, in Aegypto habitare Pygmaeos, quod etiam tradit Scholiaſtes Homeri. Alii alio ponunt. Plin. lib. VII. nat. hiſt. c. 2. & lib. IV. c. 11. in Thracia, lib. V. c. 29. in Aſia, lib. VI. c. 19. in India, lib. VI. c. 30. in Aethiopia, Paul. Jovius lib. de Moſcovitica Legat. ultra Japones, & magis ad ſimias, quam homines accedere docet: Ariſtot. Ammian & Philoſtratus volunt, in terrae cavernis more formicarum degere. Albert. Magnus (referente M. Ant. Delr. ad Senec. Oed. v. 605.) libr. 1. de animalibus cap. 3. ait, eſſe homines ſylveſtres, & nonnihil humanae naturae, quoad primos motus deliberativos, obtinere. Sed c. 21. omnem illis rationis ſcintillam adimit. SITZMANN.

292. IN SUA BELLA GRUES.] Latinius dixiſſet *ipſorum*, nam de Pygmaeis ſermonem movet, ſi quidem fides Grammatiſtis. Nos vero & optimos ſcriptores ſic locutos obſervamus, & in eorum imitationem poſt aevi Chriſtiani plurimos. Sic Cornelius Nepos in Attico: *Antonius autem etſi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non ſolum ei, ſed etiam omnibus ſuis amicis eſſet inimicus.* Hoc eſt ipſius amicis. Lucanus lib. V. 805.

*Pompejumque fugit, quae nox ſibi proxima venit*
*Inſomnis, viduo tum primum frigida lecto.*

*Ipſi* dicendum erat cum vulgo. Martialis lib. V. Epigr. 78.

*Profecit poto Mithridates ſaepe veneno,*
*Toxica ne poſſent ſaeva nocere ſibi.*

*Ipſi* videlicet; non enim periculum erat, ne ſibi ipſis, inſtar Baſiliſci alicujus, toxica nocerent. Silius Italicus de Legatis Carthagienſium, libro XVII. Punicor.

*In quam ſe referant patriam, ſuaque inclyta facta*
*Commemorant.*

Hoc eſt ipſius Annibalis. Ipſi enim de ſe Legati non poterant dicere — *quas ſtrages Itulis oris fecerint.* Saepe ſic Hirtius, ſive quis alius auctor, ſtili militaris, libri de bello Africano. Prologus in Plauti Menaechmos, antiquiſſimus certe,

*Ita forma ſimili pueri, ut mater ſua*
*Non internoſſe poſſet, cui mammam dabat.*

Ambroſius contra Symmachum; *Quod Roma veteres ſuos cultus requirat, & quod ſacerdotibus ſuis, Virginibuſque Veſtalibus emolumenta tribuenda ſint.* Hoc eſt Urbis ipſius Antiſtitibus. Phaebadius contra Arianos; *Quis cognovit ſpiritum Domini, aut quis Conſiliarius ejus fuit? Nemo utique, ſed* (Lege *ſcil.* ex breviatione) *extra Spiritum ſuum nemo.* Ipſius Dei Spiritum intellige. Vincentius Lirinenſis Commonitorio; *Tempore Donati, à quo Donatiſtae, cum ſeſe multa pars Africae in erroris ſui furias praecipitaret.* Haeretici videl. ipſius Donati. Eucherius Homilia VIII. de Paſcha: *Ab eo ergo facti atque reparati, nunc impenſius exſultemus in beneficiis ſuis.* Ipſius Domini Dei. Joannes Maxentius Reſponſione ad Hormiſdam: *recti tramitis indicia nulla tenus acquievit demonſtrare; atque quos Legatus ſuus Dioſcurus Neſtorianae perfidiae laqueis compedivit, nullo ſalubris doctrinae ſuffragio liberare.* Eucherius ad Valerianum; *In Deum confer amorem tuum, quia & quicquid nunc amas, ſuum eſt.* Petrus Pictavenſis:

*Vobis noſſe datum eſt quaenam fuit illa ſuarum*

*Vir-*

Digitized by Google

Haud procul hinc petitur ſignatus ab Hercule portus
Vergentem ſequitur mollior aura diem.
Inter caſtrorum veſtigia ſermo retexit
Sardoam, Lepido praecipitante, fugam.

Li-

*Virtus, quae meriti gratia tanta ſui.*

Bacchiarius ad Januarium de Lapſis: *os illius ne conſabuletur iniqua, manus illius ne operentur adverſa, pedes illius ne vagentur in turpibus, & ſic cum pro cuſtodia ſui membris membra tua ſuerint copulata, &c.* Hoc eſt cuſtodia ipſius. Auguſtinus Confeſſion. lib. v. cap. 13. de Ambroſio; *Et ſtudioſe audiebam diſputantem in populo, non intentione, qua debui, ſed quaſi explorans ejus facundiam, utrum conveniret famae ſuae.* Hoc eſt Ambroſii, de ipſo vulgo ubique deditae. Fauſtus Reienſis lib. 1. de Libero Arbitrio: *Itaque ut poſſit aſſerere, parvulos baptiſmo non egere, generale peccatum negavit, quo negato hic ordo erroris ſui* (ipſius) *ſuit, ut, unde mors eſſet generata, neſciret.* Ruricius libro 11. Epiſtolâ 2. *Quia, dum vobis exhibet fidem, nobis tr[illegible]it benedictionem, & licet ſuerit vigilantiſſimus inſpector, importuniſſimus exactor, diſtrictiſſimus exequutor, levia tamen haec non omnia gratia veſtra & ſanctitatis ſuae ponderatione, penſavimus.* Correptor Idatii libro 11. Chron. *Veſpaſianus Capitolium aedificavit. Germanos rebeliantes ſuperat, & Aventicum civitatem aedificari praecipit. A Titio Filio ſuo poſtea expletur, & nobiliſſima in Gallia Ciſalpina efficitur.* Gerbertus Epiſtola XVII. *Qui ſtatus regnorum penes vos ſit ſcire cupit, & an Hugo, quem veſtra lingua Abbi Comitem dicitis, uxorem duxerit. Quae ſua ſunt, noſtra putate, & ne veſtra gratis appetat, quid ſui vobis placeat, ſignificate.* Idem Epiſt. XXII. *Imperatricem nomine meo convenite, Reges Francorum filio ſuo favere dicite.* Ipſius ſc. Reginae. Petrus Damianus in ſuo ſibi Epitaphio.

*Sis memor, oro, mei: cineres pius inſpice Pètri,*
*Cum prece, cum gemitu dic: ſibi parce Deus.*

Dugalus contra Claudium Taurinenſem: *Qui imaginem Chriſti & Sanctorum ejus pingunt, & venerantur pro amore & honore Salvatoris & Redemtoris mundi & ſuorum electorum, &c.* Adrevaldus de Tranſlatione B. Benedicti cap. VI. *nam Omnipotentis Dei potentia tenebrarum denſitate ita eos occuluit, ut ſibi* (ipſis) *quidem nihil obeſſet, perſecutoribus autem omnem facultatem inveniendi eos auferret.* Et haec prolixius hactenus ob paedagogorum cavillos, non quod imitanda putemus, ſed ut ſine errore etiam in optimis ſcriptoribus legi videamus. His qui contentus non eſt, plura videat apud Caeſarem Scaligerum de cauſſis Linguae Latinae 130. Ipſe Rutilius pariter infra.

*Mens invicta viri pro parvis magna tuetur,*
*Pro parvis animo magna ſuere ſuo.*

BART. Non opus erat tanta ambitione. cui enim non talia licet cumulare, qui paullum modo plebe doctior eſt? & hoc Barthius facit, qui mox jactat, ſe vulgaria non infarcire. ſed vide, quae diximus ad Ovid. 11. Amor. 11. 27. *ſua bella* ſunt ipſis quaſi propria, ut genti pugnaci. BURM.

293. SIGNATUS AB HERCULE PORTUS] De portu Herculis ſaepe Antoninus in Itinerario. CASTAL. Vid. Demſter. Etrur. Regal. VI. 15.

294. MOLLIOR AURA] Horat. *ubi mollior aura.* CASTALIUS. Remiſſo diurno calore, & vehementia Solis, Hiſtorias Lepidorum, quae ſequuntur, enarrare ſane non vacat, cum omnibus in manibus ſint libri, unde peti poſſint. Nec nos Commentaria ſcribimus, quibus omnia vulgaria infarciamus. BART. Impoſuit memoria Caſtalioni: nec enim apud Horatium exſtare puto. ſed tu vide ad Ovid. III. Epiſt. 44. notas Heinſ. & noſtras. BURM.

296. LEPIDO] De hoc Auſonius Protrept. 61.

*Jam facinus, Catilina, tuum, Lepidique tumultum,*
*Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae*
*Orſus, biſſenos ſeriem connecto per annos.*

CASTAL.

296. SARDOAM, LEPIDO PRAECIPITANTE, FUGAM.] Lean. *Invia caſtrorum:* Item *Sar-*



*doum*

Litore namque Coſae cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen Lepidus pejor, civilibus armis
Qui geſſit ſociis impia bella tribus.
Qui libertatem, Mutinenſi Marte receptam,
Obruit auxiliis, urbe pavente, novis.
Inſidias paci moliri tertius auſus,

Tri-

*doum Lepido.* Meminit hic quatuor Lepidorum, quorum primus eſt *M. Aemilius*, qui cum Q. Lutatio Catulo conſul fuit, anno 675. Hic, cum acta Syllae conaretur reſcindere, bellum excitavit: à Q. Catulo collega Italia pulſus, & in Sardinia fruſtra bellum molitus periit. Epitoma Livii 90. Appianus 1. Secundus eſt *M. Aemilius M. F. Lepidus*, qui Caeſarem Dictatorem dixit, ac illi poſtea magiſter equitum fuit, & demum cum Antonio & Octavio Triumvir R. P. C. Meminere hujus Cicero, Plutarchus, Suetonius, Dio, Appianus, Epitoma Livii. Tertius eſt *M. Aemilius Lepidus* prioris filius, qui, cum in Auguſtum conjuraſſet, à Maecenate occiſus eſt. Epitoma 133. Vellejus 2. Dio lib. 54. Quartus *Aemilius Lepidus*, à Cajo Caeſare Caligula occiſus eſt, ob adulterium cum ſororibus ipſius commiſſum, & inſidias adverſum ſe paratas. Suet. in Calig. Dio. lib. LIX. Senec. 1. lib. Epiſtolarum 4. SIML. Sequuntur verſus ſuper Lepidis infauſtis maliſque hiſtorici, quibus lucem jamdudum intulit I. Lipſius in commentar. ad lib. XIV. cap. 2. Annal. Corn. Taciti, his verbis: *Primum* mali fati Lepidum intelligit, qui cum „ Q. Catulo diſſenſit poſt obitum Sullae, & „ in Sardinia periit. *Alterum*, qui triumvir, „ *Tertium*, qui conſpiravit in Auguſtum, „ hujus filium. *Quartum*, de quo Tacitus. „ Sed cur Poëta ait inceſtum ejus adulterium „ cum Agrippina & Livia? ideo, quia maritus Druſillae Lepidus: & cum Agrippina „ etiam ſanguine junctus. Credo enim, hunc „ Lepidum natum ex Aemilio Paulo & Julia, nepte Auguſti. At Julia ſoror Agrippinae, quae mater Caji & ſororum. Hinc „ clarum, cur Cajus ſucceſſorem illum Imperiī deſtinaverit, & quinquennio maturius, quam per leges magiſtratum capere „ voluerit, quod Dio tradidit lib. LIX. Erat „ enim ſanguinis gentiſque Auguſtae, pari „ cum Caligula gradu. Haec Lipſius. SITZMANN.

300. QUI GESSIT SOCIIS IMPIA BELLA TRIBUS.] Duobus ſane tantum ſociis, Auguſto videlicet & Antonio; quibus accedebat tertius ipſe Lepidus, ſed duobus ignavior. De modo hoc loquendi, ut tertius & ſeorſim, & reliquis connumeretur, vide, quae ſcripſit vir praeclariſſimus, & ab his etiam litteris laude omni digniſſimus Joannes Rutgerſius, Variarum lib. 1. c. 8. BART. Ita *Pindarus & novem Lyrici* Petron. II. ubi vide comment. & quos adduximus. Quibus adde Voſſ. III. Inſt. Gramm. 15. Caſaub. Exerc. adv. Baron. XVI. ſect. 117. Bernec. ad Juſt. XLII. 5. & multos alios. BURM.

300. QUI GESSIT SOCIIS] Barthius Adverſar. l. VI. c. 26. in vetuſtiſſima editione *ſocius* legi ait.

302 OBRUIT AUXILIIS, URBE FAVENTE, NOVIS.] Onuph. *pavente*. SIML. *Pavente* repoſuimus; erat *favente* in vulgatis omnibus. CASTAL. Heinſ. malebat, *patente*. Ego haec non intelligo, victus enim & fugatus Antonius, ſe ad Lepidum recepit, & ejus auxiliis uſus, ad quos deinde Octavianus, deſertis optimatium partibus, ſe adjunxit, & exercitu ad urbem, novis his triumvirorum auxiliis ſubnixus, admovit. quare *urbe patente* poſſet legi, ad ſubitam illam mutationem Octavii, & exercitum a triumviris urbi admotum. ſi *patente* legas, debemus capere, ut non reſtiterit Roma, ſed ſponte ipſi portas aperuerit. vid. Dion. lib. XLVII. principio. BURM.

303. INSIDIAS PACI MOLIRI TERTIUS AUSUS, TRISTIBUS EXCEPIT CONGRUA FATA REIS.] Lepidus Lepidi Triumviri filius,

Digitized by Google

Triſtibus excepit congrua fata reis.
Quartus Caeſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti poenam ſolvit adulterii,

Nunc

lius, de quo Livius in Epitom. CAST.

304. EXCEPIT] Heinſius malebat, *exegit.* male: licet rarior ſit locutio, poteſt capi pro *accepit:* ut ita *excipere vulnus* Suet. Aug. 20. *Excipere invidiam* Nepos Datam. cap. 5. ſtatuerent forte quidam Hypallagen, ut fata congrua reis triſtibus exceperint molitum inſidias alteri, & ita proprietas in voce *excipere* eſſet; nam *excipere inſidiis* Virgil. Ecl. III. dixit. & hoc obvium. BURM.

305. QUARTUS CAESAREO DUM VULT IRREPERE REGNO,] De hoc Suetonius in D. Claudio cap. IX. *Cum vero detecta eſſet Lepidi, & Getulici conjuratio.* Idem in Caligula XXIV. *quo facilius eas in cauſa Aemilii Lepidi condemnavit, quaſi adulteras, & inſidiarum adverſus ſe conſcias:* hinc eſt, quod Rutilius intulit, *Inceſti poenam ſolvit adulterii. Inceſtum* autem adulterium proprie dixit, quod Placidus Grammaticus in gloſſis docet his verbis. *Inceſtum puto A litteram debet retinere, ab eo enim, quod eſt incaſtum, venit. Caeſtum dicunt zonam pelliceam Veneris, quae legitimas nuptias ligat. ſi quis ergo alieni, legitimique matrimonii jura violaverit, incaſtum dicitur admiſiſſe, id eſt quaſi caſtitatis vinculum, zonamque Veneris violaſſe.* CAST.

305. IRREPERE REGNO,] Dolo ſe Caeſaribus inſerere, tamquam ſola illa domus regnare debuiſſet. Sic *irrependi* verbo uſi plures ſcriptores, clam aut dolo actam rem ſignificantes. Petronius Satirico LXXXVII. *dum dicit patrem excitabo, irrepſi tamen,* &c. Claudianus I. Entrop. 146.

——— *quis non irrepere ſacris*
*Obſequiis doluit toties venale cadaver.*

Terentianus Maurus. *Qua potui, tamen obrepens incepta peregi.* Tacitus Annal. I. 7. *dabat & famae, ut vocatus electuſque potius à Republica videretur, quam per uxorium ambitum & ſenili adoptione irrepſiſſe.* Hilarius Senior in Fragmentis Hiſtoricis, ultimo Petri Pithoei in litteras beneficio: *Fides, quae apud Nicaeam ordinata eſt omnibus undique, quibus irrepere Haeretici ſolent, aditibus obſeratis, inviolabili inter patrem & filium ſoliditate connectitur.* Virgilius Martyr lib. I. contra Eutychem; *talium ſententiarum fraudulenta ſubreptio libertatem Catholicae fidei nititur captivare.* Marcellus Empiricus praefatione de Medicamentis: *ne aut caſus incidat, aut malignitas alicujus obrepat, quae benivole & ſincere parata corrumpat.* Tibullus I. IX. 59.

*Et poſſim media quamvis obrepere nocte,*
*Et ſtrepitu nullo clam reſerare fores.*

Aquilius Juvencus lib. I. Hiſt. Euangelicae;

——— *totum fallaciter aegro*
*Suggerit obreptans animo vis tetra veneni.*

Proſper Aquitanus de Promiſſ. & Praedict. lib. III. cap. 38. *Eutropius quoque praepotens plurimum, anima & mente paganus, cum in contumeliam Eccleſiae edictum obreptitie ab Arcadio Chriſtiano Imperatore ſculperet, divino judicio ſuae ſententiae prior ipſe propinatus eſt,* Aponius lib. II. in Cantic. Cantic. *ubi nullus turbidarum cogitationum clamor, adulterii in illa nulla ſubreptio, nulla pervagatio oculorum, ciborum nulla concupiſcentia tranſcendit certum terminum conſtitutum.* Victor Tunnunenſis in Chronico: *Juſtinianus Imperator, Acephalorum ſubreptionibus inſtigatus, Vigilium Romanum Epiſcopum ſubtiliter compellit, ut ad urbem regiam properaret.* Fulgentius ad Thraſimundum lib. I. cap. 4. *Certum eſt autem, pene omnes haereticae pravitatis errores hinc quibuſdam multipliciter ſubrepſiſſe, dum magnum pietatis Sacramentum omnino non credunt.* Gualterus in Vita Caroli Flandri cap. 52. *quod ipſe ab eodem Guilielmo, qui jam per ſurreptionem hominum fecerat, diffiduciaretur, timere coepit.* Auctor ipſi coaevus in Vita Henrici Quarti: *Sed quid mirum, ſi maligna ſurreptio ſeductilem & immaturam aetatem decepit, cum etiam ſenes & fixum animi ſtatum ad malum & mala conſilia nonnunquam inflectant?* Talia nos volentes pluribus notamus, quia facilius adſcribuntur, quae nobis de memoria noſtra, quam aliis conſtipantur magna induſtriâ. Hiſtoriam vero Lepidi hujus,

Digitized by Google

Nunc quoque: ſed melius de noſtris fama queretur,
  Judex poſteritas ſemina dira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores,
  Moribus an potius nomina certa dari?
Quidquid id eſt, mirus Latiis annalibus ordo,
  Quod Lepidum toties recidit enſe malum.

Nec

jus, de quo loquitur Rutilius noſter, ex obſervatis ſummi viri, & qui cum primis ſuo aevo litteras Latinas luci reſtituit, Juſti Lipſii, illuſtravit hoc loco Th. Sitzmannus. BART.

307. NUNC QUOQUE, SED MELIUS DE NOSTRIS FAMA QUERETUR,] Senſus eſſe debet. Nunc quoque de impiis illis Lepidis fama queretur, qui ut melius vulgo noſcantur, utque eorum malos mores pejor etiam rumor ſequatur, noſtris carminibus laborabimus. Scriptura vitiata ſic forte reſtituenda.

*Nunc quoque, ſed melius de notis fama queretur.*

Dicit illud, quod modo poſui, ſua opera notiores futuros illos Lepidos. Tamen, cum cogito, neque in vulgata lectione abſurdi eſt quippiam. Sic enim diſtinctio collocanda videatur.

*Nunc quoque: ſed melius de noſtris fama queretur,*
*Judex poſteritas ſemina dira notet.*

Scripturus erat de ſuorum temporum etiam Lepidis, parum ex ſententia ipſius rem gerentibus; verum melius ait, poſteritatem illorum meritis digna convicia repenſuram, cum ſcelera in minores hujus familiae velut cum ipſo ſemine deſcendant. Obſcura ſunt iſtorum nebulonum geſta, neque nos hiſtorias temporum commentamur. BART. Haereo in his; forte ſcripſerit,

*Nunc quoque*, *Di melius*, *de noſtris fama queretur:*
*Judex poſteritas* &c.

*Di melius* ſaepius apud Poëtas. vid. ad Ovid. II. Art. Amat. 388. & VII. Met. 37. Heinſius malebat, *Vindex Poſteritas.* ſed non diſplicet Barthii diſtinctio, quae ſenſum facit optimum, per abruptum ſermonem: cogitabam aliquando, *Hunc quoque: ſed melius de noſtris fama queretur*, cum deſcribere vellet quinti alicujus Lepidi ſcelera, ſubſiſtit, & famae delegat illud. BURM.

309. NOMINIBUS CERTOS CREDAM DECURRERE MORES,] Auſonium expreſſiſſe videtur, qui de Probo ſic Epiſt. XVI. 43.

*Effare cauſam nominis,*
*Utrum ne mores hoc tui*
*Nomen dedere, an nomen hoc*
*Secuta morum regula.*

Sed & tertiam ille adjecit cauſam.

*An ille venturi ſciens,*
*Mundi ſupremus arbiter*
*Qualem creavit moribus*
*Juſſit vocari nomine;*
*Nomen datum praeconiis*
*Vitaeque teſtimonio.*

CASTAL. Quaeſtio, an nominibus ſceleratorum hominum haereant mala fata ad nepotes, an vero Providentiâ quadam nomina moribus accedant, praecipue cum familiae integrae iiſdem moribus celebrentur. Certum quidem, cum ſemine mores tranſire in ſobolem, & contrariae tamen hiſtoriae creberrimae. Eo pertinet Proverbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, quod apud Zenobium, Diogenianum, Suidam, reperias. Lege praeter caeteros huc pertinentia apud ſummum Chriſtiani nominis Poëtam in Apotheoſi. BART.

309. CREDAM] Subintelligi debet *an*, quod in ſecundo membro ſemel tantum poni ſaepe ſolet. vid. ad Ovid. Epiſt. XII. 140. & alibi ſaepe. BURM.

312. QUOD LEPIDUM TOTIES RECIDIT ENSE MALUM.] Ex enſe cadit, tale illud Virg. VI. 143. *primo avulſo non deficit alter.* CASTAL.

312. RECIDIT] Ovid. quoque primam produxit VI. Met. 212.

*Quod in ipſum recidat, opto.*

IDEM. Producitur ſyllaba, aliis correpta.

Et

Nec dum deceſſis pelago permittimur umbris,
Natus vicino vortice ventus adeſt.
Tenditur in medias mons Argentarius undas,



Et voculam ſive ſyllabam hanc antiquitas multis locis communem habuit. Exempla notavit aliquammulta doctiſſimus Giſanius ad Lucretium, etiam hujus *recidere*. Vide & Analecta noſtra Poëtica. BART. De prima ſyllaba nulla dubitatio, ut toties ad Ovidium notavimus: ſed ſi *recidit*, quod a *cadere* venit, interpretemur, non recte *enſe* additur. ſi a *caedere*, ut videtur poſtulare imitatio Ovidiana ex lib. I. Met. 190. *immedicabile vulnus enſe recidendum*, corripuit perperam ſecundam ſyllabam: quare malim cum Heinſio, qui tamen videtur dubitaſſe, inducta iterum emendatione, *reſcidit*. de quo verbo vide Heinſ. ad XII. Met. 543. & III. Triſt. XI. 63. & ita citat Smetius in Proſod. videtur vero deſiderari nominativus, qui debet eſſe proxime praecedens *ordo*: ita ut ille ordo annalium dicatur feciſſe, quod narrat factum fuiſſe. ita dicit Horat. I. Sat. X. 36. *Jugulat Alpinus Memnona*, id eſt canit jugulatum, vel, ut Scholiaſtes, deſcribit pugnam inter Achillem & Memnona. plura exempla dabit Taubmannus ad Virgilii Culic. vſ. 28. factum ergo pro dicto ponitur, ut & in Actis Apoſt. X. 15. obſervavit Beza, niſi ita legamus & explicemus, ſenſum nullum in his videre me fateor. BURM.

313. NEC DUM DECESSIS PELAGO PERMITTIMUR UMBRIS,] Ante lucem navigamus: *permittitur* in vulgatis mendoſe legitur, ipſe unius literae mutatione locum, opinor, ſanavi. CASTAL. Ita rectiſſime correxerunt viri docti. Veteres *permittitur*. *Deceſſae umbrae*, quae jam deceſſerunt, qualibus verbis pluribus paupertas Latina caret. Sic *exceſſus* apud Caelium Aurelianum lib. II. Acutor. cap. 36. *Modicus enim ſudor bonus, immodicus malus accipitur; ſed denique ſudantes, exceſſa moderatione, diaphoreſin incurrerunt.* Eleganter autem *deceſſis*. Quia per vicem decedunt nox luci, lux rurſum nocti. Appulejus lib. VIII. *Sed ubi Sol tandem nocti deceſſit, ex imperio Charites adornatus, & nutricis captioſa vigilia deceptus, irrepit cubiculum, pronus ſpei.* Velut *Statione debitâ*. Pariter *ſucceſſa mihi omnia velis*, dixit Ciceronis Filius lib. XVI. Familiarium Patris, Epiſtola 21. Sic alia quoque uſurpantur, vulgo minus cognita, quae & partim perperam mutantur, ut *Dejectus* annis pro deficiente, apud Phaedrum, Appulejum, & alios, ut ad illum notavit doctiſſimus Rigaltius Fabula 21. BART. *Diſcuſſis* Almelovenius conjectabat: & ita volebat Heinſius, vel *deterſis*; haeſito, an Rutilius adfectaverit, & antiquitatis ſtudio captaverit hoc participium, ut *occaſus ſol*, & ſimilia leguntur. *ſucceſſa* dixiſſe patet ex notis Heinſ. ad Ovid. II. Met. 788. hoc certum eſt verbum *decedere* in hac re proprium. Virg. Eclog. VIII. 14.

*Frigida vix coelo noctis deceſſerat umbra.*

Metaphoramque deſumptam eſſe a magiſtratibus decedentibus ex provinciis, & ſtatione ſua, notum eſt. vide, quae Gronov. ad Gell. III. I. & nos ad Ovid. IV. Met. 91. *Umbrae* vero hic noctem notant, quae Soli cedunt, vel decedunt. vid. ad Val. Flacc. III. I. *permittitur* Ed. Bonon. Onuphr. & Simler. & al. ſed tunc *navis* deberet ſubintelligi, quare rectius *permittimur*. vide de uſu hujus verbi Heinſ. ad Claudian. Bell. Gildon. 126. & Muncker. ad Argument. Ovid. I. Met. Fab. 9. Quinctil. prooem. ad Tryphonem; *permittamus vela ventis*. BURM.

313. NEC DUM] Nocte nondum eunte in diem, ut loquitur Appulejus. BART.

314. NATUS VICINO VORTICE] Scribendum puto *vertice* Nam auram vicinis montibus velut deſcendentem pulchre & ex re ipſa intelligit. Quamvis enim non naſcantur aurae in montibus, naſci tamen navigantibus videntur, & inde velis allabi, ut ipſimet experti ſumus. IDEM. *Vertex*, an *vortex* ſcribatur, eodem redit vid. Torren. ad Val. Max. III. II. I. ſed dubium hic eſt, an mons, an fluvius intelligatur. Nam & aura ex fluviis ſurgebat, praecipue mane. Calpurn. IV. Ecl. 4. *Levatque diem vicini ſpiritus amnis.* ubi vide. *flumineum ventum* vocat Val. Fl. II. 12. vid. inf. 512. BURM.

Ancipitique jugo caerula curva premit.
Tranſverſos colles bis ternis millibus artat,
Circuitu ponti ter duodena patet.
Qualis per geminos fluctus Ephyreïus Iſthmos
Ionias bimari litore findit aquas.
Vix circumvehimur ſparſae diſpendia rupis,
Nec ſinuoſa gravi cura labore caret.

Mu-

316. CAERULA CURVA] Leand. *caerula rura*. SIML. Almelovenius, niſi obſtaret metri ratio, legeret *caerula cava*, ſed tales conjecturae indignae docto viro. ubi enim mons excedit in aequor, mare curvatur, nec recto tramite litus extenditur: ſic *curva Malea* dicta ab Ovid. II. Amor. XVI. 24. quia promontorium eſt. & de Sunio promontorio Senec. Hipp. 25.

——— *qua curvati*
*Litora ponti Sunion urget.*

ſic *curvae aquae* fluviorum, ut Maeandri, II. Met. 246. Thybridis III. Faſt. 520. & paſſim. alia ratione *curvum mare* dicitur, in tempeſtate, ut apud Ovid. XI. Met. 505. & Virg. III. Aen 564. & alio modo apud Virgil. IV. Georg. 361. ubi v. Comment. *caerula rura* inaudita ſunt, nec pro *aequore*, quod & de campis ſumi ſcimus, intelligi poſſunt, nec quae mox Almelov. producit ad vſ. 322. probant, *rura* poſſe vocari litora, multo minus *caerula rura*, ſed & *litora*, & *aequora curva* dici poſſunt, ut oſtendimus. *caerula* vero ſubſtantivi vicem habet, ut paſſim Virgilius, aliique, & ipſe noſter lib. II. 30. *Caerula Etruſca*. BURM.

317. ARTAT,] Leand. *effert*. ſed prior lectio mihi magis probatur; loquitur enim de anguſtiis & quaſi iſthmo quodam, quo Argentarius mons continenti jungitur. SIML. Transverſi colles, qui per litus recto ordine extenduntur, & quos mons Argentarius, exiens ex iis in mare, artat, & iſthmum facit ſex millia paſſium patens: in circuitu vero peninſula illa patet ter duodena millia paſſuum: *artat* vero idem eſt, quod premit, ut vſ. praecedenti; ubi mons occupans ſpatium & eripiens quaſi mari, premere illud dicitur, ut apud Valer. Max. IX. II. *aedificiis ſpacioſis & excelſis ora Lucrini lacus preſſit*. BURM.

318. TER DUODENA PATET.] Mons videlicet millia. Nec mutandum aut dubium quicquam in his verſibus, licet veteres editi aſteriſcis ſcateant. BART.

319. QUALIS PER GEMINOS] Aliquid mihi ſcabri his verbis ineſſe videtur: per *geminos* enim *fluctus* Aegaeum & Jonium mare intelligere videtur; cur ergo ſolas *Jonias aquas findere* dicit, & hoc quidem *per geminos fluctus*. Heinſ. in codice ſuo notaverat *geminas*, quod non capio. ſi dixiſſet ab Aegaeo fluctu, Jonias aquas *ſcindi* litore, ſenſus conſtaret. ſubeunt quidem aliae conjecturae, ſed quia veram auctoris manum mihi divinaſſe nondum videor, abſtineo. an *finit aquas*? de quo verbo vid. ad Ovid. VIII. Met. 695. & II. Faſt. 222.

*Riparum clauſas margine finit aquas.*

Ubi etiam *finait* MSS. poſſet & legi,

*Qualis inter geminos fluctus Ephyreius Iſthmos*
*Jonias bimari litore finit aquas.*

Ut *qualis* cum *litore bimari* jungatur BURM.

320. IONIAS BIMARI] Corinthiaci ſinus deſcriptio. Vide Marcianum Heracleotem in Periegeſi, Euſtathium ad Dionyſium & alios Geographos. BART.

321. DISPENDIA] Non ad compendium viae velut collocata. Cum enim via tenenda ſit, ſparſae hinc inde rupes, eam quidem non tollunt, ſed dum circumvehendae ſunt, diſpendioſam faciunt. Eſtque a diſpandendo proprie dictum. Lucanus lib. VIII I.

*Jam ſuper Herculeas fauces, nemoroſaque Tempe,*
*Haemoniae deſerta petens diſpendia ſilvae,*
*Cornipedem exhauſtum curſu, ſtimuliſque negantem*
*Magnus agens, incerta viae veſtigia turbat.*

BART.

322. SINUOSA CURA] Habeo veterem edi-

Mutantur toties vario ſpiramina flexu:
    Quae modo profuerant vela, repente nocent.
Eminus Igilii ſilvoſa cacumina miror,
    Quam fraudare nefas laudis honore ſuae.
Haec proprios nuper tutata eſt inſula ſaltus,

Si-

ditionem hujus Poëmatis, ubi manu cujuſpiam crudititſſimi viri adſcriptum huic loco eſt, intelligendam *Curam velorum*, quam vento incumbente, navigio circum rupes per diſpendia viae non mediocrem adhibendam fuiſſe liqueat. Quae obſervatio non videtur prorſus contemnenda, praecipue ubi ſequens diſtichon accuratius inſpexeris. BART. Almelovenius legebat, *nec ſinuoſa gravi rura labore carent*, vel, *terra caret*, nec aliter ſe haec capere fatetur. adſentior facile viro docto, *ſinnoſam curam*, vix poſſe intelligi. ſed, *rura* vel *terra* non expediunt difficultatem: nam peninſula illa tota montana, & ſparſis rupibus (nam *rupem* ſingulari numero *ſparſam* dixit, pro, quae ſe porrigit diverſis verticibus per peninſulam, obvia locutione) plena, cogebat diſpendium viae, id eſt longiorem circuitum facere: ſi licerer, legerem,

*Nec ſinuoſa gravi ripa labore caret.*

Res effecta eſſet: certe tale quid requiritur, quia in ipſa peninſulae ripa, varii ſinus maris erant, nec ambitus aequali tramite poterat circumnavigari, ſed debebant navem toties flectere, quoties vel excedebat terra in altum, vel mare intrabat terram. unde illa variatio ventorum. BURM.

323. TOTIENS] Ita hoc genus inſerto elemento *n* ſcribunt plerique codices priſci. Mihi tamen ſecus faciendum ſemper viſum fuit. Er accedimus opinioni ſollertiſſimi viri Joannis Levinei, cui ad Panegyricos ſcribenti videtur nota productae ſyllabae vocibus plerumque addita. BART. Vid. ſupr. ad verſ. 5.

323. SPIRAMINA] Venti, anhelitus. Lucanus lib. VI. 90.

*—— tali ſpiramine Neſis*
*Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis.*

BART.

324. QUAE NON PROFUERANT] Malim, *quae nunc profuerant*. SIML. In vulgatis, *quae non profuerant*, perperam omnino. nos *modo*, ex *non*, fecimus. CASTAL. Bene emendarunt *nunc profuerant*. Latinius autem legatur illis *jam*. BART. Recte *modo* Caſtalio. vid. ſupr. vſ. 125. *prodeſſe* vero & *nocere*, vel *obeſſe* ſaepe uno verſu ſibi opponi vidimus a Poëtis ad Ovid. III. Triſt. IV. 7. BURM.

325. IGILII] Sic legendum in Plinio, Mela, Martiano, & aliis, non *Egilium*, aut *Iginium*. Hodie vulgo *Gilio* dicitur haec inſula, quae plurimum Rutilio debet, à quo tot verſibus tam plene celebratur. CASTAL. *Igilium* diverſum facit a Dianio, ſive Artemiſio Cluver. de Ital. Antiq. lib. II. pag. 502. Dempſterus vero in Etrur. Regali lib. IV. 122. eamdem facit. Reuſneri editio *ſinuoſa cacumina*. BURM.

328. SIVE LOCI INGENIO, SEU DOMINI GENIO.] Sidonius Apollinaris haec conjunxit in praefatione Epithalamii Ruricii.

*Ambitioſus Hymen totas tibi contulit artes,*
*Qui non ingenio, ſors placuit genio.*

Pap. Stat. lib. II. Sil.

*—— —— locine*
*Ingenium, an domini mirer prius?* Et,
*Ingenium quam mite ſolo.*

Idem V.

*Et mitem genium domini praeſentis adora.*

Domini *genium* P. Stat. dixit Imperatoris, ſcilicet Domitiani, qui Dominum Deumque ſe ſalutari voluit. Vide Suetonium in Domitiano. Martialis quoque idcirco ſaepe de Domitiano ſcribit

*Domino Deoque noſtro.*

Et

*Terrarum Domino Deoque rerum.*

CASTAL. Sidon. Apollin. lib. I. Epiſt. 9. *Inter hos quoque, quanquam ſtupendi, tamen varii mores, & genii potius, quam ingenii ſimilitudo.* SITZM. Ubi vide Savaron,

328. INGENIO] Naturali quadam conſti-



tu-

Digitized by Google

Sive loci ingenio, ſeu domini genio.

Gur-

tutione, aut felicitate adeo non infititiâ, ſed innatâ. Claudianus de Sicilia;

*Commendat Siculis furtim ſua pignora terris,*
*Ingenio confiſa loci.*

Columella lib. x.

*Quod ſi nec coeli nec campi competit humor,*
*Ingeniumve loci.*

Papinius Surrentino Pollii

*——— ——— ——— locine*
*Ingenium, an domini mirer prius?*

Pacatus Panegyr. *Tyrrheni maris littoribus coronata naturae ſollertis ingenio, velut alter orbis includitur.* Plura ad Claudianum. BART.

328. DOMINI GENIO.] Principibus genios ſuos adſignabat Romana ſuperſtitio, felicitatis eorum praeſtites. Sic inſulam minutam & ignobilem potius felicitate & numine quodam Imperatoris hoſtibus obſtitiſſe, quam ſua potentiâ inquit adulator doctiſſimus: Tertullianus Apologet. de Chriſtianis: *Sed & juramus ſicut non per genios Caeſarum, ita per ſalutem eorum, quae eſt auguſtior omnibus geniis.* Appulejus libro Nono: *Contra commilitones ibi nec uſpiam illum delitescere, adjurantes genium principis, contendebant.* Ulpianus cap. 13. de Jurejurando: *Si quis juraverit in re pecuniaria per genium principis, & pejeraverit, Imperator noſter reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti, & ita ei ſuperdici;* προπετῶς μὴ ὄμνυε. Sic privatorum etiam hominum genii habebantur ſacri, & per amicorum jurabatur, & conteſtabatur. Appulejus lib. VIII. *Per fortunas veſtroſque genios, ſic ad meae ſenectutis ſpatia validi, laetique veniatis, decepto ſeni ſubſiſtite.* Petronius Satirico cap XXXVII. *Uxor Trimalcionis, Fortunata appellatur, quia nummos modio metitur. Et modo quid fuit? Ignoſcet mihi genius tuus, noluiſſes de manu ejus panem accipere.* Eoſque colebant & venerabantur inſtar numinis, Appulejus Epigrammate ad Critiam;

*Florea ſerta, merum, mel & haec tibi carmina dono,*
*Carmina dono tibi, ſerta tuo genio,*
*Carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur,*
*Quae bis ſepteno vere tibi remeat.*

Genio autem Imperatoris, ſive Fortunae, (argutari enim nimium puto Franciſcum Juretum, qui inter haec Idola diſtinguit,) omnes Ducum & Magiſtratuum ſucceſſus adſcribebant. Horatius de Auguſto lib. IV. Carmine 14.

*Ut Barbarorum Claudius agmina*
*Ferrata veſto diruit impetu,*
*Primoſque & extremos metendo*
*Stravit humi, ſine clade Victor.*
*Te copias, te conſilium, & tuos*
*Praebente divos.*

Claudianus de Honorio & Theodoſio III. Conſul.

*——— ——— victoria felix*
*Auſpiciis effecta tuis, pugnaſtis uterque*
*Tu fatis, genitorque manu.*

Sidonius *certatum eſt jure magiſtri, Auguſti fato.* Eodem pertinet, quod in Oratione de Theodoſii humanitate Themiſtius ſcribit, jam Trajani, Antoninorumque aevo providentiam Theodoſii principatum molitam eſſe. καὶ σὲ οὐδέποτε ἐκείνη ἡ χεὶρ ἀφ' ἑαυτῆς ἀποσείσεται, ὡς ἀπεσείσατο Νέρωνα, ὡς Δομετιανὸν, οὐ τὸν Σεβῆρον, ἀλλ' οὐ Τραϊανόν γε, οὐδὲ Μάρκον, οὐδὲ Ἀντωνῖνον. τοὺς σοὺς πολίζεις καὶ ἀρχηγίζεις, καὶ ἐξ οὗ πόῤῥωθεν ἡμῖν ὁ θεὸς τὴν σὴν βασιλείαν ἐφαρμόζετο. Mamertinus Panegyrico Maximiani: *Veſtrae fortunae, veſtrae felicitatis eſt, Imperator, quod jam milites veſtri ad Oceanum pervenere victoria.* Sic Conſtantino de Filii Criſpi Caeſaris fortuna adulatur Optatianus Porphyrius in Panegyrico Daedalaeo;

*——— Major tua gloria terris*
*En, Auguſte, tuis praeſens, & tantus ubique*
*Imperiis; foecunde paras nunc omine Criſpi*
*Oceani intactas oras.*

Dracontius libro Secundo ad Theodoſium Juniorem.

*Te Deus adſpiciens effundere nolle cruorem,*
*Ut ſine peccato, non ſine laude dares.*
*Contulit abſenti terrae pelagique triumphos.*
*Anſila teſtatur; Maurus ubique jacet.*
*Quod pereunt hoſtes Regis fortuna vocatur.*
*Quod pereunt populi temporis ordo gerit.*

Multa ridiculae ſuperſtitionis de talibus geniis finxerunt veteres videlicet adgnaſci eos

velut

velut hominibus. Horatius II. Epiſt. II. 187.

*Scit genius, natale comes qui temperat aſtrum.*

Perſius VI. 18. *geminos Horoſcope varo Producis genio* — Eos laetari cum hominibus putabant, praecipue cum vino illi triſtitiam diluerent. Idem Perſius Sat. II. I.

*Hunc Macrine diem numera meliore lapillo;*
*Funde merum genio.*

Horatius Art. Poët. 207.

*Poſtquam coepit agros extendere victor & urbes.*
*Latior amplecti murus, vinoque diurno*
*Placari genius feſtis impune diebus.*

Unde *indulgere genio* dictum eſt pro ſemper vino & lautis rebus ſeſe oblectare. Perſius porro v. 151.

*Indulge genio, carpamus dulcia, noſtrum eſt*
*Quod vivis, cinis, & manes, & fabula fies.*

Qui parce vivebant & duriter, defraudare genium ſuum dicebantur. Terentius Phormione, de Servo I. 1. 10.

*Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo*
*Suum defraudans genium, comparſit miſer*
*Id illa univerſum abripiet.*

Lucillius lib. XXVI.

*Genium ſuum defraudet, alii parcat.*

Contriſtari ergo genium putabant tali parſimoniâ, ideoque adhortabantur ſeſe invicem miſeri per ejus triſtitiam vitandam, ut animum praeſentibus bonis oblectarent, inſciti videlicet futurorum. Horatius lib. I. Epiſt. VII. 94.

*Quod te per genium, dextramque Deoſque Penates,*
*Obſecro & obteſtor, vitae me redde priori.*

Memor enim putabatur genius brevi aevi adhortari clam homunculos, ut ſeſe triſtitiae ſubducerent. Horatius II. Epiſt. I. 143.

*Tellurem porco, Silvanum lacte piabant,*
*Floribus & vino genium memorem brevis aevi.*

Nam ſine laetitia, velut mortuos ſeſe aeſtimabant. Unde *Vivere* aetas poſterior pro hilarem eſſe dicebant. Nonius Marcellus: *Qui nunc eſt in ſumma laetitia, vivere eum dicimus.* Eſt enim, quando genius vitam, felicitatemque notat. Martialis VI. Epig. 60.

*Victurus genium debet habere liber.*

Juvenalis Sat. VI. 562.

*Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit.*

*Sed qui pene perit, cui vix in Cyclada mitti*
*Contigit, & parva tandem caruiſſe Seripho.*

Unde genium non habere de hominibus abſurdis, & velut beſtiis dicebatur. Martialis lib. VII. Epigramm. 77.

*Sumen, aprum, leporem, boletos, oſtrea, mullos,*
*Mittis: habes nec cor, Papile, nec genium.*

Definit Chariſius libro primo. *Hic genius, ἡ τύχη ἑκάστου.* Hujus appellatio ab officio eſt, curat enim, ut gignamur, & eſt velut parens humanus. Aufuſtius, vetus auctor, apud Feſtum. *Genius eſt Deorum filius & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea genius meus nominatur, quia me genuit.* Cenſorinus de Die natali cap. III. diverſas opiniones producit. *Genius eſt Deus, cujus in tutela quisque, ut natus eſt*, (ita legendum) *vivit. Hic, ſive quod ut genamur curat, ſive quod una genitur nobiſcum, ſive etiam quod nos genitos ſuſcepit ac tuetur, certe à genendo genius appellatur.* A rebus gignendis nomen ducit. Iſidorus libro VIII. Originum II. *Genium dicunt, quod quaſi vim habeat omnium rerum gignendarum, ſeu à gignendis liberis.* Gigni cum homine alii opinabantur. Appulejus Deo Socratis. *Bona cupido animi Deus eſt, quem noſtra lingua, ut ego interpretor, haud ſciam, an bono, certe quidem meo periculo, poteris genium vocare, quoniam is Deus, qui eſt animus ſuus cujusque, quamquam ſit immortalis, tamen quodammodo cum homine genitur:* Erant tamen, qui non gigni, ſed adoptari ab hominibus genios tradebant. Plinius lib. II. cap. 7. *Quamobrem major coelitum populus etiam, quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemet ipſis totidem Deos faciant, Junones genioſque adoptando ſibi.* Nec vero ſingulorum ſolum hominum, ſed familiarum integrarum peculiares Divi genii habebantur. Laberius apud Nonium: *Genius generis noſtri parens.* Velut per ſucceſſionem familiam inſtaurans. Familiares & viſui conſpectos tales habuiſſe pauci, traduntur tamen. Ammianus Marcellinus lib. XXI. cap. 24. de Conſtantio. *Poſthaec confeſſus eſt conjunctioribus proximis, quod tamquam deſolatus ſecretum aliquid videre deſierit, quod interdum adfuiſſe ſibi ſqualidius aeſtimabat; & putabatur genius quidam tutelae ſalutis appoſitus eum*

*reliquiſſe, mundo citius digreſſurum. Ferunt enim Theologi, in lucem editis hominibus cunctis, ſalva firmitate fatali, hujuſmodi velut actus rectura numina ſociari, admodum tamen pauciſſimis viſa, quos multiplices auxere virtutes.* Recenſet deinde aliquos idem Ammianus. Et talium prodigiis poſteriores Philoſophi, Apollonius Tyanaeus, Appulejus, Jamblichus, Plotinus, Porphyrius, Proclus, Eunapius, & qui ab hoc recenſentur, frequenter uſi dicuntur; nec noſtro etiam aevo defuerunt talium familiaritate noti, ut cujus hiſtoriam non viſi quidem. (Vide Scaligerum lib. III. Poët. cap 26.) ſed pene ſemper auditi, recenſet in Daemonologia Joannes Bodinus. Innumera ſcriptorum loca proferre liceat, quibus peculiarium *geniorum* mentio fit, ſi id ageremus. Erant, qui *genium* ſuam cuique animam rationalem cenſerent, Auguſtinus de Civitate Dei lib. VII. c. 13. ex expoſitione veteri carminum Valerii Sorani: *alio loco genium dicit eſſe unius cujusque animam rationalem, & ideo eſſe ſingulos ſingulorum. Alii genios ideo additos mortalibus, ut in hac vita degentium actus notarent, eoſque apud inferos judicibus examinandos deferrent.* Appulejus Deo Socratis. *Plato autumat ſingulis hominibus in vita agenda teſtes & cuſtodes ſingulos additos, non modo omnium actorum teſtes, verum etiam cogitatorum. At ubi vita edita remeandum eſt, eundem illum, qui nobis praeditus, raptare illico & trahere veluti cuſtodiam ſuam ad judicium, atque illic in cauſſa dicenda adſiſtere, ſi qua commentiatur, redarguere. Si qua vera dicat, adſeverare.* Pulcherrime Seneca Paedagogum dixit, Epiſtola 110. *Unicuique noſtrûm paedagogum dari Deum, non quidem ordinarium, ſed hunc inferioris notae, ex eorum numero, quos Ovidius ait de plebe Deos,* &c. Hos autem animabus addere Lacheſin erat perſuaſio. Plato lib. X. de Republica; ἐπειδὴ δ' οὖν πάντας τὰς ψυχὰς τὺς βίυς ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι πρὸς τὴν Λάχεσιν, ἐκείνην δ' ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο δαίμονα, τοῦτον φύλακα ξυμπέμπειν τῦ βίυ, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. Eoſdem caſtigatores mortalium adeſſe ſciſcebant Pythagorici. Michaël Glycas Annalium Tomo primo: *At Graecorum Sapientes Porphyrius & Jamblichus genios eſſentia naturaque differre à ſe invicem tradunt, eorumque volunt aliquos rationis expertes, & craſſiore materia praeditos eſſe. Addunt, irruere ipſos in nos, non ut infeſtos, ſed veluti caſtigatores, à quibus puniamur. Eoſdem ajunt futura proſpicere atque noſſe, non tamen univerſos.* Propitiari is genius cuique credebatur, qui liberaliter & honeſte, citra ambitionem etiam, ſibi ſecum viveret, cum maxima poenarum homini imprecari poſſit, *ſe ipſum ut iratum habeat,* ſicut loquitur Seneca Epiſt. 110. Auctor libri de Corrupta Eloquentia: *Pulcrum eſt quidem indulgentiam principis ingenio mereri, quanto tamen pulcrius, ſi ita res familiaris exigat, ſe ipſum colere, ſuum genium propitiare, ſuam experiri liberalitatem.* Quae veriſſima eſt ejus lectio, à ſummo viro Juſto Lipſio reſtituta. Sapientiores genium hunc divinae aurae particulam, atque, quod ſupra etiam monui, animam rationalem, cuique homini à Jove traditam dictitabant. Antoninus Imperator lib. V. §. 27. Συζῆν θεοῖς. Συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτῦ ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιῦσαν δὲ ὅσα βούλεται ὁ Δαίμων, ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγέμονα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτῦ, ὗτος δὲ ἐστιν ὁ ἑκάστου νῦς καὶ λόγος. Qui tamen à mente hominis eum diſtinguit lib. III. Libro autem eodem alio loco, prorſus Deum appellat, cum ait: *Enimvero Deus, qui in te eſt, praeſit tibi, maſculo animanti, ſeni, civi Romano & Principi, qui ſe ita comparaverit, ut ad abitum inſtructus exſpectet, quando receptui ex hac vita canatur.* Lucianus Deorum hominumque irriſor Philoſophorum ſuperius poſitam opinionem de geniis apud inferos accuſantibus malos homines traducens, non Genium, ſed ſuam cuique umbram Sole quodam adverſo de corpore redditam, accuſatricem venire comminiſcitur in Necyomantia. Qui vero genii illi gentilium veri, quamque non cuſtodes noſtri, ſed corruptores, vide egregie ediſſertum apud Lactantium lib. II. Divin. Inſtit. cap. 15. Pro cuſtodibus tamen errore communi mortalitatis, ipſorumque deceptione habebantur, unde à praeſidiis *Praeſtites* appellatos docemur à Martiano Capella.. Et *inſtructores* vitae humanae praepinguntur à Cebete in aureola illa tabula. μυσταγωγὸς vocat Menander, citatus à Clemente Alexandrino Stromat. V.

Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τῦ βίυ.

Et puerorum ſeſe cuſtodes fingebant, non ſe-

ſecus ac virgo quaedam, malus utique genius, Commodo principe puerorum agmina in circo duxiſſe à Joanne Xiphilino ex Dione commemoratur. Qui idem Dio poſt ſummos in Republica honores geſtos Deum quempiam in ſomnis ſibi injunxiſſe ait confectionem Hiſtoriae, quam ipſe Deum vitae ſuae tutelarem fuiſſe autumat. καί μοι καθεύδοντι προσέταξε τὸ δαιμόνιον ἱστορίαν γράφειν. καὶ οὕτω δὴ ταῦτα περὶ ὧν νῦν καθίσταμαι ἔγραψα. Atque Deam illam ille ἐπίσκοπον τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς ſibi fuiſſe arbitratur. Unde liquet & foeminas genios veteres credidiſſe, quamvis alioquin opinio eorum fuerit, foeminas à foeminis, mares à maribus geniis regi, quorum illas Junones, hos vocabant Genios ſpeciatim, ut auctores ſunt Seneca Epiſtola 110. & Plinius libro 11. cap. 7. Genii praeſidis ſaluti humanae aliud exemplum dedit Trajanus, à quopiam mirae magnitudinis ſimulacro per feneſtram aedibus ereptus Antiochae, cum ea urbs terrae motu bonam partem laederetur. Xiphilinus In Trajano. Τραϊανὸς δὲ διέφυγε μὲν διὰ θυρίδος ἐκ τοῦ οἰκήματος, ἐν ᾧ ἦν, προσελθόντος αὐτῷ μείζονός τινος ἢ κατ' ἄνθρωπον, καὶ ἐξαγαγόντος αὐτόν. ὥστε μικρά ἄττα πληγέντα περιγενέσθαι. Hujus talis praeſtitis genii nutu & adhortatione res proſpere ſe bonas geſſiſſe, memoravit Socrates, ut Plato, Laërtius, Aelianus, Maximus Tyrius, Appulejus, & alii memorant. Et ejus favore arbitrioque omnia agere ſeſe credebant. Sophocles;

Σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται.

Theocritus Pharmaceutria;

Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὣς τακοῖθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.

Quo loco non contemnenda notat Zacharias Calliergus priſcus Scholiaſtes. Contriſtari hoc genus putabant, cum homini infortunium aut obitus immineret, ut exemplo eſt Conſtantius apud Ammianum, cujus verba ſupra poſuimus. Fingebanturque aliorum hominum aliis infeſti, & potiorum genios minoris fortunae viris terrori eſſe, ut Antonii Daemonium metuebat Auguſti praeſtitem. Appianus Parthico. *Erat cum in Antonii comitatu quidem Genethliacus Aegyptius, is, ſive ut Cleopatrae gratificaretur, ſive quod res ita ſe haberet, Antonio libere dixit, fortunam ejus alioquin ſplendidiſſimam & maximam obſcurari à fortuna Caeſaris, ſuaſitque, ut quam longiſſime ab eo juvene ſecederet, nam tuus, inquit, genius hujus genium metuit.* Sic erant, quorum genii exitiales habebantur iis, qui cum illis ſocietatem haberent; ut Tiberius Imperator, de quo Dio libro 57. οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις τῶν ὑπατευσάντων ποτὲ μετ' αὐτοῦ οὐ βιαίως ἀπέθανεν, τοιούτῳ τινὶ, ὡς ἔοικε, διὰ βίου Δαίμονι συγκεκλήρωτο. Ingens vero differentia, ſecundum virorum merita, geniorum habebatur, malorum enim abominabiles habiti, bonorum celebrantur, etiam à Graecis. Pauſanias Atticâ. *Primi Athenienſes Minervam Erganen cognomento appellarunt, primi mutilos Mercurios coluerunt,* ὁμοῦ δέ σφισιν ἐν τῷ ναῷ σπουδαίων Δαίμων ἐστίν. Peculiaribus etiam operibus deſtinatorum invocabantur, ut maritorum in nuptiis. Arnobius lib. 11. *Cum in matrimonia convenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum genios advocatis.* Habebantur autem, uti jam innui, duorum generum, *mali* videlicet & *boni*. Servius in Aeneidem VI. 743. *Cum naſcimur, duos genios ſortimur, unus eſt, qui hortatur ad bona, alter, qui depravat ad mala, quibus adſiſtentibus poſt mortem, aut adſerimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem* Malos *ſiniſtros* appellat Perſius, & eorum mentio in hiſtoria Bruti & Dionis apud Plutarchum & alios, iique inſtigare ad malum homines credebantur, ut modo propoſita Servii verba teſtantur, & Zaleucus apud Stobaeum Sermone XLII. *Si vero quis à malo quopiam genio adſiſtente ſibi ad injuſtitiam inſtigetur, is ad templa, aras & delubra vertetur, fugiens injuſtitiam, ceu dominam impiam moleſtiſſimamque, & deos oret, ut opem ad propellendam ipſam ſibi ferant.* Hos à ſuperſtitioſis metui idem auctor inibidem tradit, bonorum & recte viventium ſortem eorem imperio excipiens. Horum apparitiones formam abſurdam prae ſe ferebant, cum malum aliquod immineret, ut exempla apud Plutarchum modo nominata demonſtrant, ſic Juliani *genium triſtem* ipſum reliquiſſe, vitam morte commutaturum ſcribit Ammian. lib. XXV. Et mali genii, animae velut unius ex ſociis Ulyſſis Tecmeſſae interfecti, formam terribilem deſcribit Pauſan. lib. VI. *Tecmeſſae genius fuit, quem ejecit Euthymus, colore is fuit vehementer atro, caetera ſpecie valde formidabilis; amictus Lupi pellis erat.* Boni autem amabili quadam ſpecie apparebant, puerili aut humanâ majore.

De

Digitized by Google

De puerili ſpecie alibi ſcripſimus, de majore humanâ Malchus, ſive Porphyrius potius, in vita Pythagorae. Ἐπειδὴ δὲ Ἰταλίας ἐπέβη ἐν Κρότωνι ἐγένετο, φησὶν ὁ Δικαίαρχος, ὡς ἀνδρὸς ἀφικομένου πολυπλάνου τε καὶ περιττοῦ, καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπὸ τῆς τύχης εὖ κεχορηγημένου. τὴν δὲ γὰρ ἰδέαν εἶναι ἐλευθέριον καὶ μέγαν. Longus Paſtoralium lib. II. καὶ αἱ αὐτῷ ἐφίςανται τρεῖς Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί. Achilles Tatius lib. I. ἐφίςατη δῆμοι γυνὴ φοβερὰ καὶ μεγάλη. Phaedrus lib. IV.

*——— duo juvenes ſparſi pulvere,*
*Sudore multo defluentes corpora;*
*Humanam ſupra formam.*

Julianus Pomerius, Chriſtianus ſcriptor, libro I. Prognoſt. cap. XV. *adſtitit deprecanti & jam pene morienti, juvenis honore & majeſtate venerabilis, ſtatu excelſus, & clarus adſpectu.* Geniorum ſolens apparitio. anguium formâ agnoſcebatur. Servius Aeneid. V. 85. *Nullus enim locus ſine genio eſt, qui per anguem plerumque oſtenditur.* Iſidorus Orig. libro XII. *Angues autem apud veteres pro geniis locorum erant habiti.* Ex partibus corporis frons hujus generis daemonibus dedicata habebatur. Servius Ecloga VI. *Aurem autem ideo, quia memoriae conſecrata eſt, ut frons genio, digiti Minervae, genua miſericordiae.* Jam inſtar caeterorum Deorum genius colebatur ſuis ordinariis rebus. Sic interdum *Porco* Horatius III. Od 17. *cras genium mero Curabis & porco bimeſtri, Cum famulis operum ſolutis.* Alias *floribus*, *mero* & *choreis:* de illis ubique teſtimonia, de his Tibullus libro I. Eleg. 8.

*Huc ades & centum ludos, geniumque choreis*
*Concelebra, & multo tempora funde mero.*

Cujus generis multa coacervare liceat, ſed verum genii cultum praeſtat obſervare, quem docet nos Imperatorum, quantum umquam fuit, ſapientiſſimus, Marcus Antoninus lib. II. §. 13. οὐδὲν ἀθλιώτερον τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπερεμβομένου, καὶ τὰ νέρθεν γᾶς, φησίν, ἐρευνῶντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίον διὰ τεκμάρσεως ζητοῦντος, μὴ αἰσθομένου δέ, ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι, καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. θεραπεία δὲ αὐτοῦ καθαρὸν πάθους διατηρεῖν, καὶ εἰκαιότητος καὶ δυσαρεστήσεως τῆς πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. Porro ex domus inſtrumento, ſeu vitae domeſticae, ſacri erant genio *Menſa* & *Lectus conjugialis*, & quidem adeo ut utraque genialium ſibi titulum acquiſiverint. De quibus junctim Virgilius Ecl. IV. fin. *cui non riſere parentes, Nec Deus hunc menſa, Dea nec dignata cubili eſt.* Hoc eſt nec geniali fulcro Juno, genius foeminarum, nec menſa Lar, aut genius propritim ita appellatus. Quibus duobus non faventibus abſurdus homo & inteſtabilis futurus erat, qualem *genium omnino non habere* Martialis, ſupra poſito verſu, conviciatus eſt. De totâ hac re nos prolixius in copioſo & ubere Commentario de Superſtitionibus Veterum, unde hoc capitis unius ἀποσπασμάτιον deſcripſimus. Porro geniorum fabula non humanis modo corporibus tenebatur, ſed omnibus locis, & operibus ſuos tales daemonas inceſſe autumabant miſerrimi Idololatrae, quam opinionem ſcitius nemo refutavit Prudentio, qui luculento carmine relationem Symmachi pro ſuperſtitione Romana, circa eadem Rutilii tempora confutavit. Sic omnibus locis ineſſe tales teſtantur Servius & Iſidorus verbis modo propoſitis. Calpurnius Ecloga V.

*——— ——— ceſpite vivo*
*Pone focum, geniumque loci, Faunumque Laremque*
*Salſo farre voca.*

Tertullianus de Pallio; *Si poſſet, Nemaea certe, ſi quis loci genius, ingemebat, tunc enim ſe circumſpexit Leonem perdidiſſe.* Poſthumius, ſive quis alius auctor Declamationum Quintiliano adſcriptarum, quarum ſtilus tamen aevum ſapit recentius, Declamat. I. *Ipſi quoque ſervuli longius quieſcunt, & praeſtatur grande ſecretum genio loci.* Sic terrarum quarumlibet ſui daemones erant, quas Graeci Heroës credebant illos, qui in iis aliquando nati multâ Poëtarum laude excelluerant, ſic ἐπιχωρίους θεοὺς eos appellant ſaepius Xenophon, Arrianus, & alii Graecorum Hiſtorici. Sic *Coloniae* genium celebrat Tertullianus de Idololatriâ cap. XXII. *Si dedero eleemoſynam, vel aliquid praeſtitero beneficii, & ille mihi Deos ſuos, vel coloniae genium propitios imprecetur, jam oblatio mea vel operatio Idolorum honor erit.* Famae genium Martialis libro VII. Epigramm. II.

*Ludimus innocuis verbis, hoc juro potentis*
*Per genium famae, Caſtalidumque gregem.*

Juſtitiae; Euſebius apud Stobaeum Sermone XLIV. *Inter inimicos Judex conſtitutus, juſtum*

exa-

*examina, & ſententiam ad ejus momentum inclina. Juſtitiae enim & praefectus & genius digniores ſunt, majoriſque haberi merentur, quam ut inimicitiae gratificeris.* Lecti genium Juvenalis Satirâ VI. 21.

*— vetus eſt alienum, Poſtume, lectum*
*Concutere, atque ſacri genium contemnere fulcri.*

Focorum; Arnobius libro IV. *Lateranus, ut dicitis, Deus eſt focorum, & genius, adauctuſque hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab hominibus caminorum illud exaedificatur genus.* Urbium genii plerarumque celebrati. Romanae etiam Templo cultus inſtar ordinarii, ut loquitur Seneca, Numinis. Exempla ſunt apud Dionem Caſſium libris XLVII. & L. *Exercituum genios* celebratos docent inſcriptiones priſcae, quas legiſſe memorat Georgius Fabritius, vir judicii optimi, & eruditionis egregiae, Commentario Poëtarum Chriſtianorum. Regni genius laudatur à Claudiano, Epiſtolâ ad Serenam.

*Quid non perficeret ſcribentis voce Serenae*
*Vel genius regni, vel pietatis amor?*

*Genius publicus*, velut Imperii Romani quaedam anima celebratur ab Ammiano Marcellino, quem eumdem innuit Claudianus, libro XX. cap. 5. de Juliano. *Nocte, quae declarationis Auguſtae praeceſſerat diem, junctioribus proximis retulerat Imperator, per quietem aliquem viſum, ut formari genius publicus ſolet, haec objurgando dixiſſe.* Mentio ejuſdem & libro XXV. apud eundem. *Statuarum* quoque genios celebrant, in Heroum & Principum monumentis, ut ipſorum viventium genii quidam pro numinibus erant. Silius libro XVII. 152.

*Hannibal abſenti retinebat numine molem.*

Quod perperam immutant. Unde Papinius principio Silvarum Equum Maximum Domitiani ſtatuam ferentem *molem geniatam* appellavit, veriſſima ita à nobis conjectura reſtitutus.

*Quae ſuper impoſito moles geniata coloſſo*
*Stat Latium complexa forum.*

Cum ipſemet Poëta eodem carmine ſubjiciat *non mole laborat, Sed genio.* Quo nihil poterat dici ad ſuperſtitionem veterem commodius. Statuas enim Deorum & Heroum ab eorum numinibus & geniis habitari credebant, quam opinionem Daemones firmabant, introeundo ſimulacra, & inde reſpondendo. Michaël Pſellus in Dialogo ab eruditiſſimo Gaulmino non ita dudum edito. *οἱ δὲ περὶ Χαλδαίοις τὰς κλήσεις εἶχον τῇ Χαλδαίων γλώττῃ. ὥσπερ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὰς στρογγύλους Αἰγυπτίαις ἐποιοῦντο φωναῖς* Hinc ſuper hujuſmodi Statuariis Daemoniis ſcribit auctor ſemivetus Epiſtolarum Martiali Lemoviceno adſcriptarum, ad Tholoſanos cap. VII. *vidiſtis enim per me in nomine Domini, quem Judaei crucifixerunt, & qui tertia die reſurrexit à mortuis, Daemonas exire de ſtatuis manu factis coactos, in quibus reſponſa fallacia cultoribus ſuis dabant.* Indeque ſcribit Victorinus Martyr Commentario in Apocalypſin de Antichriſto: *Faciet etiam, ut imago aurea Antichriſto in templo Hieroſolymis ponatur, & inter Angelos refuga, & inde voces & ſortes reddat.* Eodem pertinet, quod auctor Commentitius quidem, tamen bene vetus, Lini Pontificis nomine libro II. de Paulo Apoſtolo ſcribit, *attendite, quia ſimulacra vana non ſunt Dii, ſed hominum facturae, & Daemonia in eiſdem facturis latentia.* Fraude tamen ſacerdotum talia reſponſa ſaepius ficta, qui ſimulacris ad id concinne fictis irrepebant, teſtantur aliae hiſtoriae, ut in Serapide illo famoſiſſimo videmus apud Theodoritum, & in Hiſtoria, quae Tripertita vocatur, apud Epiphanium libro XI. cap. 28. Porro notandum, ab hujuſmodi ſtatuis Daemonas ipſos ſibi nomina, plebi in inveteratis erroribus attinendae, finxiſſe eorum numinum, qui inibi colebantur. Sulpitius Severus Dialog. II. de Vitâ B. Martini. *Petrum & Paulum Apoſtolos videri à ſe ſaepius non negavit. Jam vero Daemonas, prout ad eum quiſque veniſſet, ſuis nominibus increpabat: Mercurium maxime patiebatur infeſtum, Jovem brutum atque hebetem eſſe dicebat.* &c. Quae quidem alterius loci ſunt. Caeterum, quod modo dixi, Diis etiam ipſis peculiaria numina & genios quoſdam adſcripſiſſe Idololatras, de eorum libris, & ſi vulgo non cognitum, diſci tamen poteſt. Sic in priſcis Inſcriptionibus *genius Plutonis* deprehenditur. Sic *Jovialem genium* legimus apud Arnobium libro III. quem ille mirificâ urbanitate, ut eſt talium doctiſſimus, *villicum Iovis* appellat. Sic de aliis Diis alii. Numina autem Diis quaedam ſingularia, & ab reliquâ eorum eſſentiâ velut ſeparata adſcripta, nos nunc demonſtrabimus. Sic non de ſe, ſed de ſuo numine Ju-

Gurgite quum modico victricibus obſtitit armis,
Tamquam longinquo diſſociata mari:
Haec multos lacera ſuſcepit ab urbe fugatos,

Hic

no loquitur in Aeneide VII. 310.

——— *Quod ſi mea numina non ſunt*
*Magna ſatis, dubitem haud equidem implorare, quod uſquam eſt.*

Appulejus lib. VI. de Venere: *totum per orbem anxia diſquiſitione tuum veſtigium, furens animi, requirit; teque ad extremum ſupplicium expetit, & totis numinis ſui viribus ultionem flagitat.* Ut ſit *numen* quaedam velut anima Deorum illorum. Eodem libro idem ſcriptor. *Ad iſtum modum ſupplicanti ſtatim ſeſe Juno cum totius numinis ſui Auguſta dignitate praeſentat.* Hinc erudite inter Deos & numina eorum diſtinctionem facit Arnobius libr. VII. in proſopopoeja Bovis ad Jovem: *Numquid aliquando tuos ludos minus ſancte diligenterque perfeci, numquid aliquem praeſulem, tuum numen qui offenderit, aut te, traduxi.* Aut te, aut numen tuum. Sic Dii ipſi ſuis aliquando numinibus aras inſtituerunt; Solinus cap. II. *Suo quoque numini idem Hercules inſtituit aram, quae maxima apud Pontifices habetur.* Sic in coelo Jupiter, cum Dii nondum noſſent ſeſe à mortalibus hoſtiis oblatis coli, aram numinibus, ſi qua forent ſuis majora, conſecravit, quae inter ſidera fulgere cenſebatur. Sic enim intelligendi ſunt omnibus hucuſque obſcuri verſus apud Manilium, libro I. vſ. 420. de arae aſteriſmo;

*Hoſtiferum nec dum ſibi quemquam ſidera norant:*
*Si qua forent majora ſuis: tunc Juppiter arae*
*Sidera conſtituit, quae nunc quoque maxima fulgent.*

Primo verſu *ſidera* numinum vicem capienda ſunt, quod non intellectum tenebris totum locum induit. Sic Auctor Aethnae;

— *nec humanas fas eſt dimittere in artes*
*Sidera, ſubducto regnant ſublimia coelo.*

Pariter vero Junonis numen ab ipſa Dea ſeparat Lactantius Placidus in Ovid. IV. Metam. *Iuno graviter ferens, quod Ino ſororibus punitis maneret in vita contemtrix numinis ſui.* Idem lib. V. cap. 6. Notamus etiam alibi, non ſecus ac hominibus, ita etiam Divis ſuas adſcripſiſſe animas Theologos priſcos. Mercurius Triſmegiſtus apud Stobaeum libro I. Eclogar. Phyſicarum pag. 116. πᾶσι αὐτοῖς ἐγχεῖ ποτὸν Ὥρα γλυκὺ τὸ πρῶτον ἀμβροσίας, ὃ αἱ ψυχαὶ λαμβάνουσιν ἤθεσι θεῶν. Caeterum, ut longam hanc digreſſionem tandem finiamus, nullis non rebus genios ſuos adſeribebant primi ſuperſtitionum veterum conditores. Hinc in omnibus fluviis, urbibus, ſilvis, domibus, ſpeluncis, antris, arboribus denique, mari, aëre, igni, terra, aethere, omnia numinibus peculiarium nominum compleverunt, ut ex re ipſa laſſiſſimus ſcriptor Petronius Arbiter dixerit, ſuam regionem tam praeſentibus plenam eſſe numinibus, ut citius Deum, quam hominem invenire quis quiverit. Et Plinius libro II. cap 7. *Quamobrem major coelitum populus etiam, quam hominum intelligi poteſt, cum ſinguli quoque ex ſemet ipſis totidem Deos faciant.* Cui paria etiam legas apud Tertullianum Apologetico. Maxime autem ridiculi illi genii fingebantur, qui familiaribus domibus ineſſe, & circa vitae ruſticae & plebejos actus verſari, quorum enarrationem eo, quod ſupra laudavimus, Opere noſtro aliquando exactius proponemus. BART.

329. VICTRICIBUS OBSTITIT ARMIS,] Gothorum utique Alarici ductu Romam tum diripientium. Sic autem diverſa genera ſolent jungere ſcriptores etiam ſummi. Vide Priſcianum libro VII. & quae nos notamus ad Claudiani Probinum & Olybrium verſ. 137. BART. Vid. & Salmaſ. ad Simmiae ovum pag. 172.

331. LACERA AB URBE] Direpta; ſimilitudine à veſtimentis ad alia multoties traductâ. Sic *lacerare* exiſtimationem alicujus legimus apud Appulejum libr. V. *in auribus Veneris filii lacerans exiſtimationem ganniebat.* Claudianus Epigramm. XXXII.

*Scandere qui neſcis, verſiculos laceras.*

Idem XXXVIII. *Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Lacerare fidem* Appulejus lib. X. *Cum fidem*

Hic feſſis poſito certa timore ſalus.
Plurima terreno populaverat aequora bello,
Contra naturam claſſe timendus, eques.
Unum, mira fides, vario diſcrimine portum,

Tam

*fidem ſuam coram lacerari videret, multiplicato ſtudio verberonem illum contendit redarguere.* Contumeliis; Septimius Romanus in Dićty libro II. 29. *Caeterum Achilles in ore omnium ipſumque & Menelaum contumeliis lacerabat. Lacerata* vita, turpis, inquinata, ſpurca. Valerianus Cimelenenſis Homiliâ I. *quamvis homo purum corpus immaculatumque cuſtodiat, laceratam vitam ad Deum portat, cujus actus vultum infamat.* Sic *lacerae Camoenae*, ſpoliatae cultu ſuo, triſtes. Boëthius prima Conſolatione.

*Ecce mihi lacerae dictant ſcribenda Camoenae,*
*Et veris Elegi fletibus ora rigant.*

Horatius libro III. Carm. 27. *lacerare ferro & frangere enitar modo multum amati Cornua Tauri.* BART. Ita ſupra vſ. 29. *laceros fundos* dixit.

333. POPULAVERAT AEQUORA] Translatio eſt à piſcatoribus, qui mare *populari* dicuntur, cum ſquamigerum pecus capiunt. Eſt enim *populare*, ſpoliare. Auctor fragmenti Halieutici, nequaquam Ovidius, quod tamen plerique credunt, potius Nemeſianus, aut paris aevi alius ſcriptor, de Polypo.

——— *emerſus in auras*
*Brachia diſſolvit, populatumque exſpuit hamum.*

*Aequoreus populator*, piſcator Claudiano II. in Rufinum 378. *Populi*, piſces Manilio libro IV. 284.

——— *lentas flectere tonſas,*
*Et placidum inductis everrere retibus aequor,*
*Littoribuſque ſuis populos exponere captos.*

BART. Haec nimis acuta explicatio: nam ſi de piſcatoribus ſumatur haec vox, tranſlata eſt, ut & *populus* de piſcibus. & exemplum ex Halieutico non probat, piſcatores *populari mare*, ſed piſces populari hamum, id eſt eſcam inde devorare. Vocis uſus vero admodum amplus eſt. ſic *flamina populat capillos* Ovid II. Met. 319 *aetas formam*, Medicam. faciei 45. eodem modo in fragmentis Menandri p. 272. ſenectus dicitur συλῶν ἅπαντα τῆς εὐμορφίας. *Cura populatur artus* Senec. Hippol. 377. *populare* vero *aequora* hic eſt, inſulas in mari vaſtare, in quas equites etiam trajecerant, unde *terrenum bellum* vocat, ſed eos repulerant Igilii incolae. Contra vero ordinem rerum eſt, timeri equitem claſſe, quem terreſtri pugnae aptum eſſe conſtat. & noſter illa Horatii III. Od. 2. *eques metuendus haſta*, ante oculos habuiſſe & immutaſſe videtur. BURM.

334. CLASSE TIMENDUS EQUES.] Equitandi peritiſſimi Barbari, ut quaſi agnatos equis, certe illis dexterrime utentes agnoſcit Sidonius Panegyrico Antonii. Equites claſſe in inſulas Italiae finitimas tranſpoſuerant, quos miratur Rutilius inſulae illi repulſos, poſt tot alias ſpoliatas, remque fato ſolemni adſcribit. BART.

335. MIRA FIDES] Potuit imitari Statium, apud quem III. Silv. III. 20.

——— *celeres genitoris filius annos,*
*(Mira fides) pigraſque putat properaſſe ſorores.*

An vero alius quis ita loqui amaverit, neſcio, &, an ſatisfaciat rationi, dubito. nec, quid *mira fides* ſit, ſatis capio. an res rara & ideo mira, cui non facile fidem quis habeat, & credat fieri poſſe? Saepe *ſi qua fides*, *vera fides*, & ſimiles formulae occurrunt, de re paene incredibili, quare forte ſcripſerit auctor, vel *mira vides*, vel *vera fides*. Ovid. III. Faſt. 662.

——— *nec a vera diſſidet illa fide.*

IV. Triſt. I. 66.

*Vera quidem, vera ſed graviera fide.*

& ita ille ſaepe & alii: *miram* vero & *veram formam* ita confuderunt librarii XV. Met. 620. adſcripſerat fortaſſe gloſſator hoc mirans, *mira*. Cogitabam & aliquando, an ſcripſerit, *unum, mira quies vario diſcrimine, portum* &c. ut omnibus circa bello ardentibus & vaſtatis, in hac inſula eſſet pax & quies; ſed hu-

 jus

Tam prope Romanis, tam procul eſſe Getis.
Tangimus Umbronem: non eſt ignobile flumen,
Quod toto trepidas excipit ore rates.
Tam facilis pronis ſemper patet alveus undis,
In pontum quoties ſaeva procella ruit.
Hic ego tranquillae volui ſuccedere ripae,
Sed nautas avidos longius ire ſequor.
Sic feſtinantem ventuſque, dieſque reliquit,
Nec proferre pedem, nec revocare licet.

Li-

jus aevi auctores ad accuratam veterum elegantiam exigere ſaepe lubricum eſt: adeoque ſuſpicionem indicaſſe contentus, vulgatam ſollicitare non ſuſtinui. BURM.

336. Tam procul esse Getis.] Non ſitu, ſed quia eo potiri non valebant, procul eſſe ipſis dicitur. Virgilius xii. 52. *Longe illi Dea mater erit.* Qui tamen ut numen ipſi aderat. Pariter Silius Italicus libro xvii. Punicorum. BART. Explico ex verſ. 330. perinde, quaſi procul eſſet, invictam fuiſſe, licet parvo freto disjungeretur a Romanis, id eſt ab Italia. acumen captat auctor: quia ergo nihil paſſi ſunt hi inſulani, procul a Getis eſſe videbantur, & contra, cum tot Romanos fugatos exceperint, prope Romanos ſe eſſe oſtendebant, cum illis refugium darent. BURM.

337. Tangimus Umbronem] *Tangere*, pro appellere, probatiſſimis Latinae linguae authoribus uſitatum. Virgil. iv. Aeneid. 657.

*Felix, heu nimium felix, ſi litora tantum*
*Nunquam Dardaniae tetigiſſent litora puppes.*

Catull. de nupt. Pelei & Thet.

——— *utinam nec tempore primo*
*Gnoſia Cecropiae tetigiſſent litora puppes.*

Sidon. Apollin. lib. 1. Epiſt. 10. *Comperi naves quinque Brunduſio profectas cum ſpeciebus tritici ac mellis oſtia Tiberina tetigiſſe.* SITZMANN. Haec debet Savaroni ad Sidonii locum adductum.

337. Umbronem:] Plin. lib. iii. c. 5. *Umbro navigationum capax, & ab eo tractus Umbriae.* SITZM.

338. Tuto ore] Στόματι. Graecanicum. Saepe ſic Dionyſius Poëta. Superiori Rutilii effato non eſt abſimile, quod de duobus captivis imparibus meritis ait Auguſtinus in Pſalmum cxxviii. *Ligantur duo, & mittuntur ad judicem, latro, & colligatus. Ille ſceleratus, iſte innocens, una catena ligantur, & longe ſunt à ſeſe.* Non loco, ſed fortuna & meritis. Bene autem, quod Umbronem non ignobile flumen appellat; quod enim nomen, quamque gloriam ante non habebat, ab carminibus his mutuatur in omne aevum, alias inter obſcura manſurum. *Os fluminis* pariter habes apud Avienum in Periegeſi, ubi ait vſ. 438.

——— ——— *ora per aequor*
*Quinque vomunt amnem, qua ſe procul inſula Peuce*
*Exerit.*

De Danubio loquens. BART. Ita Avienus ſaepiſſime & alii paſſim poëtae oſtia fluviorum *ora* vocant. aliquando etiam origines. vid. ad Vellej. Paterc. ii. 101. & ad Ovid. Met. xv. 274. inepte *ora Lucrini lacus* litora interpretatur Vorſtius apud Val. Max. ix. 1. 1. vide ibi Perizon. BURM.

339. Tam] Malim *nam*, ut ratio reddatur, quare tutum ſit os fluvii.

340. In pontum quoties] Cum tempeſtas naves deprendit in vicinia, tutos receſſus praebet alveus Umbronis, invectis in eum. *Pronas* undas dixit retrovolutas vi tempeſtatis, non enim fluvius ex mari in campos deſcendit, ſed contra. BART.

343. Sic festinantem, ventusque diesque reliquit,] Quale illud Virg. iii. Aen. 568.

*Interea feſſos ventus cum ſole reliquit.*

CASTAL.

345.

Litorea noctis requiem metamur arena,
  Dat veſpertinos myrtea ſilva focos.
Parvula ſubjectis facimus tentoria remis,
  Transverſus ſubito culmine contus erat.
Lux aderat, tonſis progreſſi ſtare videmur:
  Sed curſum prorae terra relicta probat.
Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.

Qua

345. METAMUR] Vocabulum à re caſtrenſi petitur. *Metari* dicitur, qui caſtris ponendis locum deſignat, *Metatores* deſignatores. Vegetius libro II. cap. 7. *Metatores qui praecedentes locum eligunt caſtris:* Dicebantur & *Antecesſores* & *Menſores*. Leo Imperator Τακτικῶν. cap. IV. §. 23. ἀντικήνσωρες δὲ ἄλλους τινὰς ἔλεγον οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, οὕς, ὡς ὑπολαμβάνω, νῦν τοῖς μινσουράτορσι συντάσσοντες ἰδίως οὐκ ὀνομάζουσιν· οὗτοι δὲ εἰσὶν οἱ προλαβόντες ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, καὶ τὰς ἐπιτηδείους ὁδοὺς καὶ τόπους ἀνερευνῶντες, ἐν οἷς τὰ ἄπληκτα γίνεσθαι ὀφείλουσι, καὶ ταύτας ὁποῖαί εἰσι κατανοοῦντες. Conſule Doctiſſimorum virorum Nicolai Rigaltii & Joannis Meurſii Gloſſaria. Transfertur deinde ad alia locum venturo cuidam parantia, ut *metatoria pagina* apud Sidonium libro VIII. Epiſtola II. ipſum venturum nuntians. BART.

346. MYRTEA SILVA] *Amant* enim *litora myrti* teſte Mart. IV. Ep. 13. unde *litorea* dicitur Ovid. I. Amor. I. 29. de *ſilva* vid. ad Grat. Cyneg. 47. BURM.

347. SUBJECTIS] *Subrectis* malebat Heinſius, & Gronovius ad Senec. Thyeſt. 54 ubi hunc locum contra Barthium explicat: fuiſſe ramos pronos & faſtigiatos, cum contrario ordine remorum junctos, & in ſuperiore parte leviter decuſſatos, iiſque ſuperimpoſitum contum, ut haereret inter ſe ſubitarium tabernaculum; quale & nos hodie noſtros nautas ſaepe facere vidimus: ita *haſtas ſubrecta cuſpide* dixit Livius lib. VIII. 8. ex correctione ejuſdem Gronovii. *ſubrecta moles* Sil. II. 599. vide de hoc verbo & Delr. ad Senec. Herc. Fur. 392. *ſubjectis* tamen defendere licet ex illis, quae diximus ad Albinov. ad Liviam vſ. 256. *culmen* vero recte a Gronovio explicatur. ita *paſtorale culmen* Claud. Bel. Get. 355. noſtrates vocant *de Naald*. & neſcio, an non tales fuerint *Paradae*, apud Auſon. Epiſt. V. 27. ſub quibus in navi poterant quaſi in lecto jacere, & genio indulgere: nam fuiſſe genus navigii voluptarii, ut Scaliger exiſtimabat, non videtur probare locus Sidonii ab eo adductus, ſed delicatius tentorium ſubitario huic Rutilii ſimile, vel ſaltem aliquid, quod tecti vicem praeſtabat, contra *Inſida Brumalis ſereni*. nam *ſuperflexam cratem* vocat, cujus uſus fere perpetuus in illis navigiis fuiſſe videtur, vel certe, credo ſemper cratem talem ad manum fuiſſe, ſub qua ſolem & imbrem vitare poterant. & talia fuiſſe puto *Conopea*, & *Papiliones*, unde apud Francos *Pavillon*, qua voce & noſtrates de ſimilibus uti ſolent. Voſſius lib. III. de vitiis Sermon. cap. 32. capit de tecto in navi, ſub quo jacebant. Schefferus in addend. ad milit. Nav. pag. 325. fluctuat. hic vero ſubitario ex remis & contis opere, aedificabant nautae tentorium, ut noctem ab aeris injuria immunem tranſigerent in litore. BURM.

348. SUBITO CULMINE] Dicit contum navalem erectum cuſpide in terram fixa culmen ſubitario aedificio fuiſſe. Videtur ex ſententia auctoris legendum *culmina*, vice culminum. Tamen vocula *pro* ſubintelligi poteſt, ut alibi apud Poëtas. Quae ſequuntur, ut & illa, nemo ſummorum Poëtarum melius dixerit. BART. Non male, ſi *ſubito* adverbium capias.

351. OCCURRIT CHALYBUM MEMORABILIS ILVA METALLIS.] Virg. X. 173.

——— *Aſt Ilva trecentos*
*Inſula, inexhauſtis chalybum generoſa metallis.*

Vide Servium ad hunc verſum. Solinus & ipſe Ilvam ferri feracem vocat. Sil. Ital. lib. VIII. 616.



Digitized by Google

Qua nihil uberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior ſtrictura camino,
Nec quae Sardoo ceſpite maſſa fluit.
Plus confert populis ferri fecunda creatrix,
Quam Tarteſſiaci glarea fulva Tagi.
Materies vitiis aurum letale parandis,

Au-

*Non totidem Ilva viros, ſed lectos cingere ferrum,*
*Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.*

CASTAL. Plin. nat. hiſt. lib. XXXI. 13. *Ferri metalla ubique propemodum reperiuntur, quippe inſula Italiae Ilva gignente, minimaque difficultate cognoſcuntur ipſo colore terrae manifeſto.* Idem ejuſdem meminit lib. III. 16. Haec eſt illa inſula, prope quam Anno MDLVI Joh. Andreas Auria, cum XII triremibus in Corſicam deſcendiſſet, tempeſtate ſubitò abreptus, unius è triremibus jacturam fecit, in qua amplius CC homines periêre, & cum inde cum reliquis in ſinum Corſicae quendam navigaſſet, portum veterem, uti ſperabat, ſubiturus, foeda tempeſtate rurſus jactatus, concurrentibus inter ſe triremibus & ad ſcopulos illiſis, maximum hîc hominum & rerum damnum accepit, vixque ipſe cum praetoria periculum evaſit, amiſſo ingenti captivorum, machinarum, inſtrumentorum bellicorum & militum numero. Jac. Auguſt. Thuan. lib. XVII. hiſt. SITZM.

352. QUA NIHIL UBERIUS NORICA GLEBA TULIT. ] Quintianus Architrenius in Cleopoli, citatus à Savarone ad Sidon. Apoll. Carm. V. 49.

*Troja viris, Epiros equis, animalibus Argos,*
*Inda ebore, argento Sardinia, & Attica melle,*
*Fertilitate Samos, Paros inſula marmore, ferro*
*Norica, principibus Nilotica, Thracia Marte.*

IDEM.

353. NON BITURIX LARGO POTIOR STRICTURA CAMINO, ] Apud *Bituriges* magnas fuiſſe ferrarias praeter Rutilium teſtantur Caeſar lib. VII. & Strabo lib. IV. IDEM.

353. STRICTURA ] Ad ignem eliciendum, aut ſcintillas, quas graudiier *caminum largum* appellat. Gloſſarium vetus *ſtrictura*, τὸ ἀπὸ τοῦ σιδήρου πίπτον, ὥσπερ σκυθῆρες. Ex quo etiam diſcimus, ipſum metallum hoc nomine intelligendum, quo fortaſſis & iſte Rutilii locus potius pertinet. Onomaſticon σκυθῆρες exponit. BART. Vide Caſaub. ad Strabon. lib. V. pag. 224.

354. CESPITE MASSA FLUIT. ] Quomodo fluit ceſpite? Ceſpites maſſas vocat, ubi aera latent, nondum excoctas. Poteras & de terra ad ſolem areſacta & uſta pro lignis intelligere, quo more hodie terram ſuam urunt, & quidem etiam olim uſſerunt, multi populi Germaniae, ſi auctoritas aliqua adeſſet. Medio aevo, vel & plane jam barbaro, mareſcas hoc genus ceſpites uſtiles vocabant, ut Gulielmus Brito, non contemnendus verſificator, libro II. de terra Flandria.

*Frumento quam ditat ager, navalia merce,*
*Lacte pecus, butiro armentum, piſcibus aequor,*
*Arida gleba focis ſiccis inciſa mareſcis,*
*Raris ſilva locis jacit umbram.*

BART. *Sardoo* legendum. vid. Heinſ. ad Claudian. Bel. Gild. 508. & ad Nemeſ. Ecl. IV. 53.

355. PLUS CONFERT POPULIS FERRI FECUNDA CREATRIX, ] In veteri editione locus aſteriſco ſignatus eſt. Forte ſcribendum *ferri fecunda cicatrix*, quod ſane elegans foret. Tamen nihil muto. BART.

357. MATERIES VITIIS AURUM LETALE PARANDIS, ] Ait, aurum eſſe materiam vitiorum, & in omne nefas ducere. Exemplo ſit Polymneſtoris facinus, immane quantum atrox, qui oblitus juris humani & hoſpitii Polydorum interfecit, teſte Virgil. III. Aeneid. 49. his verſibus.

*— Polydorum auri quondam cum pondere magno*
*Infelix Priamus furtim mandarat alendum*
*Threicio regi: cum jam diffideret armis*
*Dardaniae, cingique urbem obſidione videret.*

*Ille*

Auri caecus amor ducit in omne nefas.
Aurea legitimas expugnant munera taedas,
Virgineoſque ſinus aureus imber emit.

Au-

*Ille ut opes fractae Teucrûm, & fortuna receſſit,*
*Res Agamemnonias, victriciaque arma ſecuti,*
*Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro*
*Vi potitur. quid non mortalia pectora cogit*
*Auri ſacra fames?*

Iſiodorus Peluſiota lib. II. Epiſt. 101. interprete Jacobo Billio Brunaeo: *Qui ſexcentis ſuppliciis dignus eſt, ſi opes habeat, conſpicuus apud illos & potens eſt: qui autem virtute floret, ſi pauper ſit, non modo inter infames cenſetur, ſed etiam inſidiis appetitur. In judiciis autem, quo aurum vergit, illuc etiam ſententia propendet: ac jus quidem violatur, iniquitas autem dominatur, atque in omne contumeliae genus prorumpit.* SITZM. Mira locutio eſt; *Aurum lethale, vitiis parandis materies.* Quid enim eſt *parare vitia*? & an aurum iis parandis *lethale* dici poteſt? Invehitur in divitias, & avaritiam habendi, quae laxant fraena per licentiam omnibus cupiditatibus. Lege Sixti Pontificis de contemtu opum duos libros, Rogerii, ut volunt, de contemtu mundi capita; Horatium lib. III. Carm 16. Propertium libro III. Elegia 12. Gratium Cynegetico; Senecam multis locis. Talia ubique obvia nec recenſeri quidem merentur. BART. Forte ſcripſerit, *materies vitiis aurum fatale parandis*, vel *patrandis*. ita *conata patrantur* Lucret. v. 385. & de hoc verbo egimus ad Quinctil. VIII. 3. *fatale* vero & *letale* ſaepe confunditur; ut apud Ovid. v. Met. 182. & apud Virgil. IV. Aen. 73. pro *letalis arundo*, in quibusdam ſcriptis eſt *fatalis*, & millies *letum* & *fatum* permutata fuerunt. eſt vero dictum pro, aurum eſt fatalis materies vitiis patrandis. BURM.

359. EXPUGNANT MUNERA TAEDAS,] Paria multis Ovidius. Prudentius Hymno Laurentii.

*Pudor per aurum ſolvitur,*
*Violatur auro integritas,*
*Pax occidit, fides perit,*
*Leges & ipſae intercidunt.*

Pulcre Petronius cap. LXXXVIII. omnia liberalia periiſſe ait, *poſtquam diis hominibuſque formoſior videri coepit maſſa auri.* BART.

359. LEGITIMAS TAEDAS,] *Legitimas taedas*, id eſt, legitimum & licitum conjugium, & lege quaſi datum ſive conceſſum. ſic *legitima uxor.* Martial. lib. v. Epig. 77.

*Uxorem potes hanc dicere legitimam.*

*Legitima haereditas*, l. legitimam. 8. ff. de haereditat. pet. *Legitimus tutor*, & *legitima tutela*, l. ſi quis ſub conditione II. ff. deteſtam. tut. *Legitimi agnati*, νόμιμοι, interprete Theophilo in paraphraſi Inſtit. tit. de legit. agn. tut. SITZM. Ita *legitimos toros* ſaepe Ovidius, vid. ad v. Epiſt. 78. de vi auri & munerum vid. Ovid. III. Art. 653. & infinitos alios. de verbo *expugnare* vide Barth. ad Stat. IV. 187. BURM.

359. EXPUGNANT] Heliodorus lib. IV. Aethiop. ſcribit, irrecuſabile habere apud mulierem faſcinum, aurum & lapidem. SITZM.

360. VIRGINEOSQUE SINUS AUREUS IMBER EMIT.] Alludit ad fabulam de Danaë, cujus mythologiam vid. ap. Natalem Comitem, & M. Anton. Delr. in adverſ. ad Octav. Senec. v. 765. Cornel. Severus in Aetna:

*Jupiter in Danaën pretioſus fluxerit imber,*

Horat III. Carm. 16.

*Incluſam Danaën turris ahenea,*
*Robuſtaeque fores, & vigilum canum*
*Triſtes excubiae munierant ſatis*
*Nocturnis ab adulteris;*
*Si non Acriſium, virginis abditae*
*Cuſtodem pavidum, Jupiter & Venus*
*Riſiſſent, fore enim tutum iter & patens,*
*Converſo in pretium Deo.*

Lactantius lib. I. divin. inſtit. c. 2. *Danaën violaturus Jupiter, aureos nummos largiter in ſinum ejus infudit. haec ſtupri merces fuit. At poëtae, qui quaſi de Deo loquebantur, ne autoritatem creditae majeſtatis infringerent, finxerunt ipſum in aureo imbre delapſum. eadem figu-*

Auro victa fides munitas decipit urbes,
Auri flagitiis ambitus ipſe furit.

At

*figurâ, quâ imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum ſagittarumque deſcribunt.* Jul. Firmicus, de protan. rel. *Si ſtupri praemia corruptor inquirit, ſi viam inviam optat ſollicitationis addiſcere: in ſinum corruptae mulieris aurum videat Jovis.* SITZM. Alluſio ad fabulam Jovis Danaën ſtuprantis. Terentius Eunuch. Horatius III. Carm. 16. Vide totam ſeriem Hiſtoriae apud Apollodorum libro II. BART.

361. AURO VICTA FIDES] Propert. lib. III. Eleg. XII. 29.

*Auro pulſa fides, auro venalia jura,*
*Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.*

SITZM.

361. MUNITAS DECIPIT URBES,] Horat. d. Carm. 16.

*Aurum per medios ire ſatellites,*
*Et perrumpere amat ſaxa, potentius*
*Ictu fulmineo.*

Aeſchylus: Τὰ πάντα χρυσῷ τίμνται καὶ πράττεται,

*Omnia aurum perfringit & perficit.*

Menander: χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα ἀΐδου πύλας.

*Aurum omnia aperit, etiam inferni portas.*

Appulejus lib. IX. Metamorph. aſſerit, pecuniae difficultates omnes eſſe pervias, auroque adamantinas perfringi fores. IDEM. Fides numquam decipit, etiamſi per injuriam victa à pecunia: eſt incongrua locutio, quales multae in libris priſcorum. Lucanus libro IX. 828.

*Quid prodeſt miſeri Baſiliſcus cuſpide Murrhi*
*Tranſactus.*

Baſiliſci ea natura eſt, ſiquidem baſiliſcus eſt, ut omnino prodeſſe non poſſit. Similem Ovidii locum notat in Variis J. Caſtalio. BARTHIUS. *Decipit urbes*, id eſt incolas, defenſores; qui fidentes munitionibus, & fide praefecti, produntur a praefecto corrupto, & ita decepti in manus victoris traduntur: notum & obvium, loca poni pro incolis, ut *ſilvae* pro feris apud Gratium & alios. vid. ipſum Barth. ad Stat. II. Theb. 119. & nos ad Val. Flac. VIII. 210. BURM.

362. AURI FLAGITIIS AMBITUS IPSE FURIT.] At quam miſera ſors illorum flagitatorum! Audi Columel. praefat. rei ruſt. *An putem fortunatius à catenato repulſum janitore ſaepe nocte ſerâ foribus ingratis adjacere: miſerrimoque ſamulatu per dedecus faſcium decus & imperium profuſo tamen patrimonio mercari? Nam nec gratuitae ſervituti, ſed donis rependitur honor.* Iſtorum cauſa lata *L. Julia ambitus*, qua tenebantur, qui populi Romani ſuffragia coëmebant. Quae lex hodie ceſſat, quoniam nulla habentur comitia, omni belli & pacis jure in Principem collato. Sed adinſtar L. Juliae ex S. C. tenetur is, qui in municipiis Duumviratum vel Sacerdotium, ut puta Alytharchiam, corruptis decurionum ſuffragiis ambit, l. 1. § quod ſi ff. de L. Jul. amb. qui ſi & in eam rem multitudinem convocaverit, etiam L. Juliâ de vi publica tenebitur, tradente Paulo lib. V. ſent. tit. 30. ubi Jac. Cujacius. SITZM. Proprie uſus eſt voce *flagitii*, à flagitando ſcilicet. Ambitus non alia ratione materiam nactus eſt furendi in honores & magiſtratus publicos, quam quod aurum flagitant, quibus copia eſt honorum conferendorum. Idem ergo eſt, ac ſi dixiſſet, *auri flagitationibus.* Plautus in Epidico III. IV. 79. *Flagitio cum majore poſt reddes tamen.* Majori & celebriori efflagitatione, & expoſtulatione. Sic, vel invito Nonio Marcello, capiam apud Lucilium libro XXIX.

*—— —— quiete*
*Poſcent te minus, & praeſtabunt rectius multo,*
*Et ſine flagitio.*

Sermo enim eo loco, non dubito, quin de meretriculis quibuſdam fuerit, quarum nonnullas quietiores, melius moratas, & minus poſcere ait, neque cum conviciis aut clamoribus, ut ſolent, melioremque ſimul corporis ſui uſum praeſtare. Sic eodem libro de puella delicioſa ſcripſit.

*Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas*
*Pectore marmoreo.*

Sed potior ſententia de pueris dictum ſuadet, ut Juvenalis VI. Sat. 34.

*Nonne putas melius, quod tecum puſio dormit.*

*Exi-*

At contra ferro ſqualentia rura coluntur,
Ferro vivendi prima reperta via eſt.
Secula ſemideûm, ferrati neſcia Martis,
Ferro crudeles ſuſtinuere feras.
Humanis manibus non ſufficit uſus inermis,
Si non ſint aliae, ferrea tela, manus.

His

——— ——— *Exigit illic*
*Nulla jacens à te munuſcula, nec queritur, quod*
*Et lateri parcas, nec, quantum juſſit, anheles.*
Omnino eadem dixit Lucilius. Appulejo *Flagitium* eſt extorta cum periculo rei cujuſpiam effectio, libro VI. *Nec tamen nutum Veneris saevientis vel tunc expiare potuit, nam ſic eam majora atque pejora flagitia comminans appellat renidens exitiabile: jam tu quidem videris maga quaedam mihi:* Eſt ubi *flagitare*, laſſare, vexare, torquere ſonat. Fulgentius primo Mytholog. *Egredimur nautarum in morem, quos tempeſtatum flagitamento confractos exoptata reduces excipit ripa.* Sic veteres Editi, nec recipiendum putamus *flamento*, quod Franciſcus Modius inducere voluit. Idem enim eſt, ac ſi tempeſtatium injurias dixiſſet Fulgentius. Nam Onomaſticum vetus *Flagitium* ὕβριν exponit, *flagitioſum* ὑβριστήν. Et Gloſſarium *Flagitium* βία, violentiam videlicet. BART.

363. AT CONTRA FERRO SQUALENTIA RURA COLUNTUR,] Ferrum plus mortalibus conferre, quam aurum, praeter Rutilium ſtatuit Tertullian. de hab. mulier. c. 4. Ovid. 1. Metam.

*Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum*
*Prodierat, prodit bellum, quod pugnat utroque.*

Convenienter etiam ad hanc ſententiam Senec. lib 1. nat. quaeſt. *Poſtquam deterior populus ipſas ſubiit terras effoſſurus obruenda, ferrum primum in uſu fuit, & id homines impune eruerent, ſi ſolum eruiſſent.* Sidon Apollin. Carm. v. 468.

*Hoc tu non cultu pugnas, ſed more priorum*
*Dite magis ferro, merito cui ſubjacet aurum.*

SITZ.

364. VIVENDI VIA] Methodus, compendium. Gratius Cyneget. 2.

——— *prima omnis inermis*
*Spes fuit, & nuda ſilvas virtute movebant*
*Inconſulti homines, vitaque erat error in omni,*
*Poſt alia propiore via, meliuſque profecti*
*Te ſociam, Ratio, rebus ſumſere gerendis.*

Claudianus lib. III. de Raptu 30.

——— ——— *rerumque remotas*
*Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas.*

Vide utroque loco à nobis notata. BART.

365. SECULA SEMIDEÛM,] Aureum genus hominum. IDEM. Vid. Grat. Cyneg. 63.

366. FERRO CRUDELES SUSTINUERE FERAS.] Tibull. lib. 1. Eleg. 10.

*Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes?*
*Quam ferus & vere ferreus ille fuit?*
*Tunc caedes hominum generi, tunc proelia nata,*
*Tunc brevior dirae mortis aperta via eſt.*
*At nihil ille miſer meruit, nos ad mala noſtra*
*Vertimus, in ſaevas quod dedit ille feras.*

SITZM.

366. SUSTINUERE] In ipſos irruentes. Ferro non alius uſus fuit apud primos homines, quam in venationibus. BART.

367. NON SUFFICIT USUS INERMIS,] Prorſus ad ornatiſſimos verſus Gratii initio Cynegetici, ut ii à nobis reſtituti ſunt, reſpicit. Et Lucretius pulcherrimis verſibus libro quinto. IDEM.

368. ALIAE, FERREA TELA, MANUS.] *Manus* appellant auctores, quocunque quis inſtruitur, aut operatur aliquid. Demetrius Triclinius Commentario in Pindari Olympion. IV. αἱ χεῖρες καὶ τὸ ἦτορ ἀντὶ τοῦ αἱ πράξεις, καὶ ἡ ἐνθύμια. Sic Hebraiſmo manus poteſtatem ſonant, ut luculenter docet amicus quondam noſter, vir talium doctiſſimus, Joannes Druſius libro primo praetermiſſorum. Plura vide apud doctiſſimum Rigaltium No-

His mecum pigri ſolabar taedia venti,
Dum reſonat variis vile celeuſma modis:

Laxa-

tis ad Artemidorum, & nos recenſitis ad Claudianum animadverſionibus. BART. Et hinc *manu ſternere* eſt telo, ferro, Virg. IX. Aeneid. 702. ubi vid. Servium. & nos ad Quinctil. I. Decl. 10. ferreae *manus* inde dictae harpagones, de quibus ad Flor. I. 2. interpretes videndi. BURM.

369. HIS MECUM PIGRI SANABAR TAEDIA VENTI,] Onuphrius *ſolabar*. SIML. *Sanabar* legebatur in editione Romana & Bononienſi. *Solabar* nos reſtituimus. ut Virg. lib. Georg. I. 293.

*Interea longum cantu ſolata laborem.*

& Georg. IV. 464.

*Ipſe cava ſolans aegrum teſtudine amorem.*

Quam dicendi rationem ea lapidis particula retineri video, quam Romae in pavimento templi S. Martini in Exquiliis deſcripſimus, qui perantiquis, atque elegantiſſimis certe verſibus linguam Latinam auctam volumus. (Gruter. DCCXVI. 8.)

HIS. PATER. AC. MATER. MAESTVM. SOLANTVR. AMOREM.
SOLVENTES NATO. TRISTE·MINISTERIVM.

Et Venantius Fortunatus à nobis reſtitutus ſolamen amoris dixit hoc verſu.

*Funeris officium, magni ſolamen amoris,*
*Dulcis adhuc cineris dat Placidina tibi.*

CASTAL. Ita recte ante Caſtalionem reſtituit Simlerus. In vet. lib. *ſanabar*. SITZM. Veteres libri *ſanabar taedia venti*. Videndum, quam bene & feliciter emacularint. Sed & vetus ſcriptura indicanda, cum in perpaucorum manibus ſuperſunt editiones priſcae. BART. *Adverſ.* XXV. 15. ita apud Ciceron. poſt. Red. in Sen. IX. *dolorem profectionis meae reditus dignitate conſoler*, viri docti vindicarunt. vid. ad Calpurn. Ecl. IV. 32. BURMANN.

370. DUM RESONAT VARIIS VILE CELEUSMA MODIS:] Ut remiges facilius ſufferrent laborem, à victore Symphonia adhibebatur, teſte Cenſorino de die Nat. c. 12. Ovid. lib. III. Metam. 618.

*—— &, qui requiemque modumque*
*Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.*

Aſcon. Paedianus in Divin. *Cani remigibus celeuſma per Symphoniacos ſolebat, & per ipſam vocem, id eſt, ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam.* D. Hieronymus in Epiſt. ad Heliod. de vita Eremit. *Quoniam à ſcopuloſis locis enavigavit oratio, & inter cavas ſpumeis fluctibus cautes, fragilis in altum cymba proceſſit, expandenda vela ſunt ventis: & quaeſtionum ſcopulis tranſvadatis, laetantium more nautarum, epilogi celeuma cantandum eſt.* SITZM. Nautarum clamor. Videtur voces ejus generis hominum ventos expoſcentium innuere; licet alioquin quivis nauticus clamor hoc nomine cenſeatur. Sidonius lib. VIII. Epiſt. 12. *Hic tuas laudes modificato celeuſmate ſimul inter tranſtra remiges, gubernatores inter apluſtria canent.* Idem libro II. Epiſtola 10.

*Stridentum hinc moderator eſſedorum,*
*Curvorum hinc chorus helciariorum,*
*Concinentibus Alleluja ripis*
*Ad Chriſtum levat amnicum Celeuſma.*

Quo loco conſulere habes doctiſſimum Savaronium, cujus ex ore profuſos multi poſterorum latices in ſuas obſervationes duxerunt. Et ſane ſunt illae notae velut Cornucopiae bonarum rerum, praeſertim ad poſtremorum principum ſcriptores adhuc Latiniſantes. *Vile* autem *Celeuſma* videtur Idololatra pervicax dixiſſe, quod eo tempore Chriſtianum Alleluja jam etiam navalia cantica tenebat, ut ex Sidonio & aliis clarum. BART. *Celeuma* Edit. Bonon. & pleraeque aliae. de celeuſmate vid. ad Val. Flac. I. 186. & Quinctil. I. 10. Barthius vero hic tangit Sitzmannum, qui ut ſaepe alias, ita hic compilavit Savaronis ſcrinia: *Vile* vocat vulgare, quotidianum, non ad modos muſicos modulatum, ut ita ſaepe Samonicus *vilia* appellat medicamina non ſumptuoſa, ſed ex obviis herbis & rebus. ita *vile Sabinum*, Horat. I. Od. 20. quo populus quotidie utitur. ita *viliſſi-*

Digitized by Google

Laxatum cohibet vicina Faleria curſum,
Quamquam vix medium Phoebus haberet iter.
Et tum forte hilares per compita ruſtica pagi
Mulcebant ſacris pectora feſſa jocis.
Illo quippe die tandem renovatus Oſyris
Excitat in fruges germina laeta novas.

Egreſſi

*liſſima rerum aqua* I. Sat. v. 88. & ita ille, & alii paſſim. BURM.

371. LAXATUM CURSUM,] *Laſſatum* in omnibus editionibus. *Laxatum* nos reſtituimus, ſequitur enim *cohibet*. Mendum autem ſurrepſit ex vulgi ſermone. Vulgus enim Italorum *ſſ* pro *x* enunciat, ſed à noſtris impreſſoribus hoc quoque loco erratum eſt. CASTAL. Debetur haec lectio Joſ. Caſtalioni. In aliis exemplaribus *laſſatum*; quod contrarium verbo, *cohibere*, pone in verſu ſequenti. SITZM.

371. FALERIA] Antoninus in Itinerario, portus vel poſitionum navium. CASTAL. Hieronymus Surita, Caeſar Auguſtanus (quem omnis antiquitatis bene peritum fuiſſe teſtatur Petr. Victorius lib. XXII. variar. lect. c. 23.) ad illa verba Itinerarii Anton. Auguſt. Ab Scabris *Faleſiam* portus MP. XVIII. in Regio, ab Scabris *Faleſia*, & in Blandiniano, ab Scabris *Faleſia* Neapolitanum exemplar Blandinianam lectionem praefert, ut non dubitem in Rutilii Itinerario *Faleſia*, non *Faleria* illo verſu legere,

*Laxatum cohibet vicina Faleſia curſum.*

SITZM. Ita etiam legit Dempſter. in Etruria Regali lib. IV. cap. 12. vide Cluver. Ital. Ant. lib. II. p. 475.

372. HABERET] Heinſ. *obiret*. ego ad Ovid. II. Met 417 *agebat* praeſerebam. Claud. IV. Conſ. Honor. 101.

*Nuntius ipſe ſui longas incognitus egit*
*Praevento rumore vias.*

Sed & vulgata poſſet retineri: ita enim Terent. Eun. v. IX. 35. *iter hac habui*. BURM.

373. ET TUM FORTE HILARES PER COMPITA RUSTICA PAGI, MULCEBANT SACRIS PECTORA FESSA JOCIS.] Forte *vagi*. SIML. *Fagi* eſt in vulgatis omnibus, ſed *pagi* Rutilio reddidimus, quem ſic ſcripſiſſe, ut credam, Auctor eſt Horat. I. Epiſt. I. 49. unde noſter haec verba ſumſiſſe poteſt videri.

*Qui circum pagos, & circum compita.*

& III. Od. 18.

*Vacat otioſus cum bove pagus.*

CASTAL. In not. *fagi*. Sed, *pagi*, haud dubie legendum, quod jamdudum, Theodoratus fuit Joſ. Caſtalio. SITZM. Non eſt dubitandum, veram lectionem eſſe *pagi*, etiam Joſepho Caſtalioni placitam, ut notat Sitzmannus. Horatius *vacat otioſo cum bove pagus*. Quam & ipſam lectionem non ſatis favente Minervâ ab nonnullis mutari exiſtimo. BART. Si non errarunt operae in Simleri notis, peccat ejus correctio in ſyllabae modum, ut aliquoties in aliis locis.

374 SACRIS JOCIS] Oſiridis feſto ſolennia erant verba, quibus gaudere ejus numen arbitrabantur, ut certae formulae quibuslibet feriis, quibus placatum Deum arridere votis opinabantur. Feſtis vero diebus generatim omnibus profanis & male ſonantibus verbis abſtinebant, iraſci contra Deos arbitrantes. Horatius lib III. car. 14.

——— *vos ô pueri & puellae*
*Jam virum expertae, male ominatis*
*Parcite verbis:*
*Hic dies vere mihi feſtus atras*
*Eximet curas.*

Et hoc linguâ favere cultui divino dicebant. In quam rem multa doctiſſimus Briſſonius in Formulis, & nos in ſuperſtitionibus BART.

375. RENOVATUS OSYRIS] Vide Tibullum Elegia VIII. lib. I. CASTAL *Oſiris* fruges telluri conditas deſignat, Julius Firmicus de erroribus Profanarum Relig. *Sed in his funeribus & luctibus, quae vere ſunt funera, quae facta ſunt, quorum exſtant hodie quoque reliquiae, nam & ſepulcrum Oſiridis hodie in Aegypto eſt, & (cremati) corporis reliquiae cernuntur, defenſores eorum volunt*

 ad-

Egreſſi villam petimus, lucoque vagamur.
Stagna placent ſepto delitioſa vado;
Ludere laſcivos inter vivaria piſces
Gurgitis incluſi laxior unda ſinit.
Sed male penſavit requiem ſtationis amoenae
Hoſpite conductor durior Antiphate.

Nam-

*addere phyſicam rationem; Frugum ſemina Oſirim dicentes eſſe, Iſin terram, Typhonem calorem: Et quia maturatae fruges calore ad vitam hominis colliguntur, & a terrae conſortio ſeparantur, & rurſus appropinquante hyeme ſeminantur. Hanc volunt eſſe mortem Oſiridis, cum fruges reddunt, inventionem vero, cum fruges genitali terrae fomento conceptae nova rurſus coeperint procreatione generari.* Vide Plutarchum de Iſide & Oſiri. SITZM.

375. RENOVATUS] Cur ita dicatur, ſilent interpretes. forte, quia anniverſaria ſacra, quae quotannis renovabuntur. unde paſſim *relata* ſacra, & *inſtaurata*, & *novata*: vid. ad Ovid. Remed. 593. vel eſt pro invento. BURM.

375. ILLO QUIPPE DIE TANDEM RENOVATUS OSYRIS.] Ponitur Tibull. lib. I. Eleg. 8. adeundus Lactant. lib. I. divin. Inſtit. c. 21. SITZM.

377 EGRESSI VILLAM PETIMUS, LUTOQUE VAGAMUR.] Sic editum Petro Pithoeo: alii, *petimuſque lutoque vagamur*. Inſipide. Quae enim voluptas in luto, & quomodo in eo vagamur? Scribendum *ludoque vagamur*. *Per ludum*, ludendo. Ludibundi enim vagabantur, & taedium maris ſpatiando conſumebant. Virgilius Georgico III. 379.

*Hic noctem ludo ducunt, & pocula laeti*
*Fermento, atque acidis imitantur vitea ſorbis.*

Idem Aeneide V. 592.

*—— Teucrum nati veſtigia curſu*
*Impediunt, texuntque fugas & proelia ludo.*

BART. Immo, *petimus*, *lucoque vagamur* cum Heinſio & Dempſtero in Etruria Regali IV. cap. 12. egreſſi navem petimus villam, & vagamur in luco: Heinſius tamen ad Ovid. XIII. Met. 903. legit, *lateque vagamur*. BURM.

379 LUDERE LASCIVOS INTER VIVARIA PISCES] *Vivaria* proprie loci, in quibus piſces continentur. Plin. lib. IX. hiſt. nat. c. 54. *Eadem aetate prior Licinius Murena reliquorum piſcium vivaria invenit.* Macrob. lib. II. Saturn. c. 12. *Octavius praefectus claſſis, ſciens Scarum adeo Italicis litoribus ignotum, ut nec nomen Latinum ejus piſcis habeamus, incredibilem ſcarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hoſtiam & Campaniae litus in mare ſparſit; miroque ac novo exemplo piſces in mare tanquam in terra fruges aliquas ſeminavit.* SITZM. Ubi vivi piſces adſervabantur. Juvenalis Sat. IV. 50.

*Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem,*
*Depaſtumque diu vivaria Caeſaris.*

Columella lib. VIII. cap. 16. de temporibus Luculli: *Jam enim celebres erant deliciae popinales, cum ab mari deferrentur vivaria, quorum ſtudioſiſſimi, velut ante devictarum gentium Numantinus & Iſauricus, ita Sergius Orata & Lucinius Muraena captorum piſcium laetabantur vocabulis.* BART.

379. LUDERE] Proprie: ut Terent. Adelph. III. 4. 13. *congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere paulliſper.* BURM.

380. GURGITIS INCLUSI LAXIOR UNDA] Marinam piſcinam intelligit, ut ſpatia magna claudebantur in piſcinas. Columella VIII. 16. *Mox iſtam curam ſequens aetas abolevit, & lautitiae locupletum maria ipſa Neptunumque clauſerunt.* BART. Vide ſupr. vſ 247.

382. HOSPITE CONDUCTOR DURIOR ANTIPHATE.] *Antiphates* Laeſtrigonum rex, qui intaminibus eicis tamen eximere ſolebat, teſte Ovid. lib. XIV. Metam. 234. *Antiphatis menſae* apud Sidon. Apoll. Carm. XXII. vſ. 2. SITZM.

382. CONDUCTOR] *Convictor* malebat Heinſius, ſed ego conductorem, vel redemtorem loci hujus & vivarii intelligo, qui inde lucrum faciebat, & damnum ſibi factum incurſu Poëtae & comitum querebatur. ſic Lucri-

Namque loci querulus curam Judaeus agebat;
Humanis animal diſſociale cibis.
Vexatos frutices, pulſatas imputat algas,
Damnaque libatae grandia clamat aquae.
Reddimus obſcaenae convicia debita genti,



crinus lacus locari ſolebat: Feſtus in *Lacus Lucrinus.* vid. quae dixi de Vectigal. cap. I. p. 15. & ita Columella VIII. 16. dicit, Catonem, Luculli tutorem, grandi aere piſcinas pupilli ſui venditaſſe. Hoſpitem vel ſtabularium exponit Savaron ad Apollin. Sidon. lib. V. Ep. 17. pro *durior* hic *dirior* legendum cenſet Cl. Drakenb. ad Sil. XIV. 126. parum refert. BURM.

383. AGEBAT.] Vid. ad Quinctil. V. 6.

384. HUMANIS ANIMAL DISSOCIALE CIBIS.] Juv. Sat. XIV. 96.

*Quidam ſortiti metuentem ſabbata patrem*
*Nil praeter nubes & coeli numen adorant,*
*Nec diſtare putant humana carne ſuillam,*
*Qua pater abſtinuit, mox & praeputia ponunt.*

Quare noſter paulo infra, *Quae genitale caput propudioſa metit.* Quaere apud Lactantium lib. IV. de vera ſapientia cap. 17. CASTAL. Judaeum ſcito ſarcaſmo ab homine diſtinguit. Alludit autem ad id, quod Judaei cum gentilibus cibum capere ex lege ſua abſtinebant. Sic viciſſim aliae gentes eorum conviviis non accedebant, ut hoc loco de Romanis. De Aegyptiis Moyſes lib. I. c. 43. BART.

384. ANIMAL] Per convicium, velut beſtiam dicat. Nam hoc quoque apud Romanos opprobrium erat, ut nunc eſt in linguis Hiſpanicâ, Italica, Gallicâ, ab Latinâ deſcendentibus. Lactantius de carnificibus Chriſtianorum lib. VI. cap. 17. *Spectatae ſunt, ſpectanturque adhuc per orbem poenae cultorum Dei, in quibus excruciandis nova & inuſitata tormenta excogitata ſunt; nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium beſtiarum ultra ipſam mortem carnificina ſaevierit.* Alexander Imperator apud Lampridium cap. 53. *neque enim ſub uobis iſta facienda ſunt, quae ſub impura illa beſtia nuper facta ſunt.* Sic Barbari tum quoque, ut Attila in ſermone quopiam apud Priſcum Hiſtoricum in Eclogis Legationum: καὶ ἐπὶ τὸν Βιγίλαν εὐθὺς τρέπει τὸν λόγον, θηρίον ἀναιδὲς ἀποκαλῶν, ὅτι χάριν παρ' αὐτοῦ ἐλθεῖν ἠθέλησεν, ἐπιστάμενος τά τε αὐτῷ καὶ Ἀνατολίῳ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ δόξαντα. Vide Origines noſtras Hiſpanicas, BART.

385. PULSATAS] Heinſ. malebat, *calcatas computat algas*; ego nihil muto: forte enim baculo vel alio quodam inſtrumento algas, ſub quibus piſces in vivario latebant, dimoverant, aut fregerant. & hinc pulſatas imputabat illis, & pro damno repetebat pretium; calumnioſe: nullius enim pretii frutices & algae, quae vexata & pulſata querebatur. *libata aqua* eſt leviter vel mota, vel deguſtata, quod etiam in damnum piſcinae redundare cavillabatur. hinc explica, quod narrat Valer. Max. IX. I. I. de Sergio Orata, *qui, dum ſe publicae aquae cupidius immergit, cum Conſidio publicano* (id eſt redemtore Lacus Lucrini) *judicium nactus eſt.* unde calumniae hujus conductoris colorem videmus; *immergit* vero ibi eſt de caementis & fundamentis aedificiorum intelligendum, quae in aquam jaciebat: cum hic modo libata eſſet aqua. BURM.

387. REDDIMUS OBSCOENAE CONVICIA DEBITA GENTI,] Quam teſte S. Hieronymo in Epiſt. ad Rom. homil. 2. in pr. omnes oderant, atque abominabantur. Ammian. Marcellin. lib. XXII. de Juliano: *Cum Palaeſtinam tranſiret, Aegyptum petens, foetentium Judaeorum & tumultuantium ſaepe taedio percitus, dolenter dicitur exclamaſſe: O Marcomanni, ô Quadae, ô Sarmatae, tandem alios inquietiores inveni.* SITZM. *Obſcoenae*, male ominatae. Namque talia, velut profana & abominabilia, *Obſcoena* vocant Latini ſcriptores. Virgilius lib. XII. 875. *ne me terrete timentem Obſcoenae volucres.* Matius apud Varronem VI. de Lingua Latina; *Obſcoeni interpres funeſtique ominis auctor.* Lucilius

Quae genitale caput propudioſa metit:
Radix ſtultitiae, cui frigida ſabbata cordi:
Sed cor frigidius religione ſua eſt.
Septima quaeque dies turpi damnata veterno,

Tam-

lib. XXIX. *Deum rixa vertat verba obſcoena.* Hoc eſt male ominata. Attius Oenomao;

—— —— *opere magno edicite*
*Per urbem, ut omnes qui arcem aſteumque accolunt*
*Cives, omnibus fauſtis auguſtam adhibeant*
*Faventiam, ore obſcoena dicta ſegregent.*

Et ab malo occurſu videtur hoc dixiſſe, quo malam ſcaevam portendere homines deformes, mutilos, aut alioqui monſtroſos putabant. Sic capillis defluentibus hominem malum occurſum cauſſari innuit Theodorus Priſcianus, Medicus vetus lib I. c. 7. Foetentes Judaeos indigitat velut Ammianus Marcellinus lib. XXII. 5. BART. *Oſcenae* Ed. Bonon.

388. QUAE GENITALE CAPUT PROPUDIOSA METIT:] Cornel. Tacitus lib V. hiſtor. cap. 5. *Circumcidere genitalia inſtituere, ut diverſitate noſcantur. Circumſectos Judaeos* dixit Sueton. in Domitiano, cap 12. quos *circumciſos* vulgo appellamus. Vid. LL. Viſigothorum lib. 12. t. 2. c. *Ne Judaei carnis faciant circumciſiones.* SITZM.

383. PROPUDIOSA] Impudens. Tertullian. de pallio, c. 4. *Tacendum autem, ne quid & illi de Caeſaribus quibuſdam veſtris obmuſſitent, aeque propudioſis.* Uxor infamis, propudioſa, crimінoſa. Agell. lib. II. c. 7. IDEM.

389. RADIX STULTITIAE, CUI FRIGIDA SABBATA CORDI:] Cui *frigida ſabbata* vocet, rationem ſuppeditavit l. II. C. de Judaeis & Caelic. quia in feſtivitatibus aut ſabbatis ſuis Judaei corporalia munera non obeunt: neque quicquam faciunt: neque propter publicam privatamque cauſam in jus vocantur, aut ipſi Chriſtianos in jus vocant. Auguſtin. lib. VI. de Civit. Dei cap. II. de Seneca: *Hic inter alias civilis Theologiae ſuperſtitiones reprehendit etiam ſacramenta Judaeorum, & maxime ſabbata, inutiliter eos facere affirmans, quod per illos ſeptem interpoſitos dies, ſeptimam fere partem aetatis ſuae perdant vacando, & multa in tempore non urgentia agendo laedantur.* Porro *ſabbatum*, hoc eſt, ſeptimum diem Judaei religioſe colebant. Unde *Sabbatarii* vocantur à Martiale lib. IV. Epigr. 4. & *Sabbata* ipſa *recutita* à Perſio, quod à curtis Judaeis ſervarentur. Hinc promanavit error illorum, qui exiſtimabant, Judaeos diem illum ſolennem ac laetum jejunio contriſtare. Neque enim aut in ſacris literis, aut in Judaeorum commentariis ullum hujus rei exſtare veſtigium jamdudum monuit eruditiſſ. Iſac. Caſaubonus ad lib. II. Sueton. Romani atque alii, qui norant, crebra ab iis uſurpari jejunia, cum praecipuâ caſtimoniâ ſabbatum ab iis celebrari viderent, ignari morum inſolentium, illud ſibi temere perſuadebant, eoſque tanquam omnibus ſabbatis jejunantes irridebant. De quo jejunio Judaico praeter Caſaubonum Laevin. Torrentius ad. l. lib. II. c. 76. Joh. Brodaeus Miſcell. lib. VI. c. 29. Deſider. Herald. in animadver. ad Martial. d. lib. IV. ep. 4 SITZM. *Stultitiam* vocavit Chriſtianiſmum, qui ex Judaiſmo propullulavit. Et ſic Beatus Paulus Chriſti doctrinam mundo *ſtultitiam* eſſe ſcribit. Vide nonnihil in eam rem à nobis conſcriptum Adverſariorum lib. III cap. 12. Ex his vero, quae ſequuntur, vides, non penitus imperitum divinarum rerum fuiſſe Rutilium noſtrum, pervicaciſſimae vero in conviciando veſaniae. BART.

391. SEPTIMA QUAEQUE DIES TURPI DAMNATA VETERNO,] Unde illud legimus, ſeptimam aetatis partem à Judaeis perdi. Juv. Sat. XIV. 105.

—— *Cui ſeptima quaeque fuit lux*
*Ignava, & partem vitae non attigit ullam.*

Ob id noſter ſupra dixit, *frigida ſabbata.* CASTAL. Is eſt dies *Saturni*, ut infantibus Chriſtianis notum eſt, neque fugit Dionem Caſſium, qui lib. XXXVII. hiſt. Rom. ita ſcribit: ἡμέραν τὴν τῦ Κρόνυ καλυμένην ἀνέθηκαν, καὶ ἄλλά τε ἐν αὐτῇ ἰδιαίτατα ὐ ποιῦσι, καὶ ἔργυ ὐδενὸς σπυδαίυ προσάπτονται, hoc eſt, *Diem, quae Saturni*

Tamquam laſſati mollis imago Dei.
Cetera mendacis deliramenta cataſtae
Nec pueros omnes credere poſſe reor.
Atque utinam numquam Judaea ſubacta fuiſſet
Pompeji bellis, imperioque Titi.

La-

*turni vocatur, religioni habent, & in eacum alia maxime illi propria peragunt, tum opus ſerium nullum attingunt.* SITZM.

392. TAMQUAM LASSATI MOLLIS IMAGO DEI.] Tertullian. adverſus Judaeos c. 4. *Dicunt Judaei, quod à primordio ſanctificaverit Deus diem ſeptimum requieſcendo ab omnibus operibus ſuis, quae fecit.* IDEM.

393. MENDACIS] Sane nunc abominabilibus mendaciis, ut & olim, ſacrae veritatis traditiones obfuderunt perditi illi verpae, ut haurire licet ex eorum libris, qui ipſos confutaverunt. Lege libros Cypriani, Gregentii, Tertulliani, Auguſtini, Chryſoſtomi, Juliani Pomerii, Petri Mauritii, Hieronymi de Sancta Fide, & aliorum, qui profeſſa operâ Lernam illam expurgare niſi ſunt. BARTHIUS.

393. CATASTAE] *Cataſta* pro illo, qui cataſtae imponitur. Ita apud Lucilium homo improbus, & in carcerem detruſus, *carcer* vocatur: *carcer vix carcere dignus.* Sed & Juriſconſulti noſtri *cuſtodiam* pro ipſo in carcerem conjecto uſurpant, ut patet ex l. cuſtodias. 12. ff. de public. jud. SITZM. Ut *Barathro*, homo dignus baratro, ſic *cataſtam* vocat gentem Judaicam, dignam, ipſius judicio, cataſtae imponi, & per tormenta occidi. Iſidorus in Gloſſis: *Cataſta, Eculeum, genus poenae. Cataſta, lectus ferreus.* Scholiaſtes vetus Prudentii. *Cataſtae, equulei ardentes, lectus ferreus.* Quicquid de caetero afferatur, eſt hoc unum ex iis vocabulis Latii, quae ſatis enarrata nondum ſunt. BART. An, quia cataſta fuit pegma, ſive tabulatum ligneum, ut egregie Caſaub. ad Perſ. Sat. VI. 77. & Ferrar. I. Elector. 6. oſtendunt, non potuiſſet intelligere Rutilius ſuggeſtum illud in Synagogis Judaeorum, ubi doctores eorum, Rabbini, legere codicem legis ſolent? quod ſuggeſtum, multorum hominum capax, cataſtae ſimile viſum Rutilio, & hoc ignominioſo nomine notandum, quia viliſſimi Judaei habebantur, & ſervis fere aequabantur. videant doctiores. de hoc ſuggeſto ligneo, quod & *turrim* vocabant, egregia collegit Cl. Vitringa de Synagogis lib. I. part. I. cap. 8. jam vero magno clamore agia Judaeorum doctoribus, in tribunali illo vel cataſta legentibus, quivis hodie etiam per ſe cognoſcere poterit: dubitabam aliquando, an non huc referri poſſent illa Martial. IX. 30.

*Heu quae lingua ſilet, non illam mille cataſtae*
*Vincebant, nec quae turba Serapin amat.*

Conjungere enim videtur Judaeos Aegyptiis, qui ſacra Serapis etiam cum multo ſtrepitu faciebant. ita *Judaicos & Aegyptios ritus* conjungit Sueton. Tib. XXXVI. & alii paſſim. & multa in Serapis ſacris ſimilia cerimoniis Judaicis, immo inde deſumpta fuiſſe, oſtendit Iſac. Voſſ. ad Catull. Carm. X. p. 27. ubi calumnias gentium videbis, Judaeos & Chriſtianos cum Serapis cultoribus confundentium. Si capias cataſtam, pro homine cataſta dignum, nullus lepos eſt in *mendacis* epitheto. BURM.

394. NEC PUEROS OMNES] Juvenal. II. 151. *Stygio ranas in gurgite nigras Nec pueri credunt, niſi qui nondum aere lavantur.* BART. Ex quo Juvenalis loco apparet, *credere poſſe* hic idem eſſe, quod *credere.* vid. ad Phaedr. I. 15. ita & initio hujus Poëmatis vſ. 2. *poſſe carere. nec omnes* vero ponitur pro nullis, nullos pueros hoc credere putat Rutilius. ita mox 446. *nec bona*, pro malis. BURM.

395. ATQUE UTINAM NUMQUAM JUDAEA SUBACTA FUISSET] Petr. Chryſolog. ſerm. 42. *Judaeam ultor Chriſti ſanguinis Romanus delevit exercitus.* Dio Caſſius lib. XXXVII. ἔχουσι δὲ καὶ ἕτερον ὄνομα ἐπίκτητον, ἥ τε γὰρ χώρα Ἰουδαία, καὶ αὐτοὶ Ἰουδαῖοι ὀνομάζονται. hoc eſt, *Habent autem aliud praeterea adſcititium nomen, regio enim ipſa, Judaea; ipſi, Judaei appellantur.* BART.

396.

Latius exciſae peſtis contagia ſerpunt,

Vi-

396. Pompeji bellis,] Pompejus de ſe ipſo apud Lucan. lib. II. 592.

*Cappadoces mea ſigna timent, & dedita ſacris*
*Incerti Judaea Dei, molleſque Sophenae.*

Corn. Tacitus lib. v. hiſt. *Romanorum primus Cn. Pompejus domuit: templumque jure victoriae ingreſſus eſt.* Quomodo autem domuerit, prolixe refert Dio Caſſius d. lib. xxxvii. ubi inter alia adſerit, Hieroſolymorum oppugnationem haud parvo labore ei ſtetiſſe. Urbem quidem ipſam, à fautoribus Hyrcani receptus, facile obtinuit: templum autem, quod alterius partis homines praeoccupaverant, haud abſque labore cepit. Situm erat loco edito, ſuis moenibus munitum: nec, ſi ex aequo omnibus diebus defendiſſent, expugnatum eſſet: verum, quod Saturni, quos vocant diebus, propugnationem intermitterent, Romanis eo libero ſpatio occaſionem muri ſubruendi dederunt. Quippe ubi hunc hoſtium morem animadverterunt, nihil ſerio egerunt reliquis diebus: cum verò circumactâ ſeptimanâ, Saturni dies rediiſſet, denuo aggreſſi, ſumma vi templum oppugnarunt. Atque ita tandem Judaei, nihil quicquam propugnantes, in poteſtatem hoſtium venerunt. L. Annaeus Florus lib. III. c. 5. de Pompejo verba faciens: *Hieroſolymam defendere tentavere Judaei: verum hanc quoque & intravit, & vidit illud grande impiae gentis arcanum patens ſub aureo uti coelo.* Ammian. Marcell. lib. xiv. cap. 8 *Has quoque regiones pari ſorte Pompejus Judaeis domitis, & Hieroſolymis captis in provinciarum ſpeciem, rectori delata juriſdictione, formavit.* Alia de expugnata à Pompejo Hieroſolyma, & qui penetraverit quidem εἰς τὰ ἅγια, ſed à donariis & theſauro, non ſine illuſtri moderationis exemplo, manus continuerit, accurate ex Joſepho, Eutropio, Hieronymo, S. Rufo, Hegeſippo, Cicerone congeſſit magnus ille Joſephus Scaliger in Animadverſ. ad Euſeb. Chron. lib. pr. quem adire operae erit pretium. SITZM.

396. Imperioque Titi] Sidon. Apollin. Carm. II. 471.

——— ——— *Judaea tenetur*
*Sub ditione tua, tanquam tu miſeris illuc*
*Inſignem virtute Titum.*

Cornel. Tacit. lib. v. hiſt. in pr. *Ejuſdem anni principio, Caeſar Titus perdomandae Judaeae delectus à patre & privatis utriuſque rebus militiâ clarus, majore tunc vi famaque agebat, certantibus provinciarum & exercituum ſtudiis, atque ipſe, ut ſuperior ſui jam crederetur, decorum ſe promtumque in armis oſtendebat, comitate & alloquiis officia provocans: ac plerumque in opere in agmine, gregario militi mixtus, incorrupti ducis honore.* Adde Paul. Oroſ. lib. vii. adverſ. pag. c. 9. Eu- Euſeb. Chron. lib. I. in Veſpaſiano, Hieron. in Epiſt. ad Dardanum. SITZM.

397. Latius excisae pestis contagia serpunt,] Petr. Pithoeus lib II. Adverſ. ſubſeciv. c. 3. & I. Lipſius, not. ad fragm. Senecae, non tantum hoc ad Judaeos, ſed ad Chriſtianos quoque pertinere arbitrantur, quorum religio tum temporis latius radices egerat, & quibus, ut Judaeis, Rutilius non minus fuerit infenſus. Equidem me viris illis eximiis libenter minorem gero, neque temere ab iis diſſentio. Si tamen diſſentire liceat, verba Rutilii de *ſolis Judaeis* accipienda dixerim, de Chriſtianis non item. Quid enim in verſibus praecedentibus, quod redoleat convicia Chriſtianis à paganica ſuperſtitione ingeſta? Sane nihil, niſi quod iidem more Judaeorum, ſeptimo die ab operis requieſcant. At Claudius Imperator juſſit, ut omnes Judaei Roma excederent, neque eſt dubium, Chriſtianos quoque, ſi qui tum erant, ut fuiſſe certum eſt, ſimul cum Judaeis urbe pulſos; cum hos omnes Romani veteres eodem ordine diu habuerint. Quid hoc ad Rutilium? Mentionem ille facit bellorum à Pompejo & Tito adverſus Judaeos ſumptorum, non vero expulſionis Claudianae. Quis vero miretur Judaeos à Tito perdomitos, & tantum non exciſos, latius ſerpſiſſe, cum inde ab ejus, patriſque Veſpaſiani temporibus interdictum fuerit, ne in regione Judaica, imo ne in confinio quidem regionis quiſquam illorum demoraretur? Qua de re conſulendus Tertull. adv. Judaeos, c. 13. in pr. Euſeb. lib. III. hiſt. Eccleſ. c. 12. SITZM.

III.

Victoreſque ſuos natio victa premit.
Adverſus ſurgit Boreas, ſed nos quoque remis
Surgere certamus, cum tegit aſtra dies.

Pro-

III. Huetius etiam de Demonſt. Euangel. Propoſ. III. §. 21. cum Chriſtianis, ſub Judaeorum nomine, hic expoſtulare Poëtam credidit. ſed an *exciſa gens* illa dici poterat, quae nullas adhuc certas reipub. aut imperii ſui ſedes, niſi a Conſtantini temporibus habuerat, nec exciſa aut expulſa a quoquam fuerat: & de Judaeis proprie dictis agi oſtendit mentio Veſpaſiani & Titi, deinde de circumciſione praeceſſit: hoc tamen concedi viris doctis poſſet, ut ex Judaiſmo, veluti peſtilentia quadam, Chriſtianiſmi originem velit deducere Rutilius: ſed ipſos Judaeos ſparſos jam per totum terrarum orbem intelligi rectius puto. BURM.

397. EXCISAE] Joſ. Sariſber. Policrat. lib. II. c. 7. de Judaeis: *Attriti ſunt plagis, bellis ſtrati & à patriis ſedibus divinae indignationis exciſi turbine, ut in urbe glorioſiſſima nec lapis ſuper lapidem remaneret: fuitque populi indurati, & quovis lapide durioris tribulatio tanta, quanta non fuit, ex quo gentes eſſe coeperunt, uſque ad diem hanc.* SITZM. Manifeſtum eſt, de Chriſtianiſmo à Judaiſmo oriundo ſermonem eſſe, nam de Judaeorum damnis tum, cum haec ſcriberet Rutilius, periculum nullum ſupererat. Sane Judaeorum diſciplina cum Chriſtianorum dogmate eadem ab imperitis paganis habebatur. Arrianus lib. II. Epictet. diſſert. 9. καὶ ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ᾽ ὑποκρίνεται, ὅταν δ᾽ ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι, καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος. Sane Judaei ſignaculum non erat Baptiſatum eſſe, ſed Chriſtiani, & Hieronymus Wolfius minime ad rem Arriani locum interpretatus eſt. Bene ergo Petrus Pithoeus & Juſtus Lipſius, ſummo judicio homines, qui per latus Judaeorum hic Chriſtianos peti obſervarunt; à quibus nollem diſſenſiſſe doctiſſimum amicum noſtrum. Ego vero hic etiam aſtutiam paganicam agnoſco, Chriſtianos enim non nominat Rutilius, ne Imperatoribus ingrata ſcriberet, veritatem jam amplexis, nominat Judaeos etiam Chriſtianis exoſos, & quidem cum virulentiſſimis conviciis, per quos ſciens utique differentiae eos petit, quos inſtituerat, ſine ullo ſui incommodi metu. BART.

398. VICTORESQUE SUOS NATIO VICTA PREMIT.] Videtur ex L. Seneca mutuatum; cujus haec ſunt apud Auguſtinum de eadem Judaeorum gente verba. *Interim uſque eo ſceleratiſſimae gentis conſuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta ſit. Victi victoribus leges dederunt.* PITHOEUS. De Judaeis ita locutum Senecam refert, B. Auguſtin. lib. VI. de Civit. Dei, c. II. *Uſque eo ſceleratiſſimae gentis conſuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta ſit. Victi victoribus leges dederunt.* SITZM. Vides, ut diſſimulet, ſcire ſeſe, quid diſtent Chriſtiani Judaeis, ſcilicet uti non plane diffiteatur, quorum inimicitiam jactare velit. Sane non poterat neſcire, Imperatores Judaeos non eſſe, ſed Chriſtianos, ideoque differentia horum ignota homini vaferrimo eſſe minime poterat. BART.

398. VICTORES PREMIT VICTA] Horatius II. Epiſt. I. 156. *Graecia capta ferum victorem cepit.* quod cum Rutiliano hoc poſt alios contulit Vincentius Alſarius Ephemeridum lib. I. cap. 5. Alludere ſimul videtur ad Oraculum vetus, etiam Gentilibus non incognitum, circa tempora primorum Imperatorum orituros ex Judaea, qui Orbis terrarum imperio potirentur. Suetonius Veſpaſiano cap. 4. *Percrebuerat Oriente toto vetus & conſtans opinio, eſſe in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur.* Id miſera & ſine luce vera Gentilitas ad Veſpaſianos trahebat. Exſtat idem vaticinium apud Tacitum. IDEM. Et Florus de Regulo hoc ὀξυμώρῳ utitur II. 2. *qui victus de victoribus triumphavit.* BURM.

400. SURGERE] *Inſurgere* dixit Virgil. & Val. Fl. II. 13. ubi vide.

400. CUM TEGIT] Heinſ. malebat *dum. tegit* hic vero eſt obſcurat, hebetat, ut ſaepe Poëtae. vid. Ovid. V. Met. 444. ſic ſol, ſive dies, dicitur *fugare*, *vincere* ſidera. vid. ad



Digitized by Google

Proxima ſecurum reſerat Populonia litus,
  Qua naturalem ducit in arva ſinum.
Non illic poſitas extollit in aethera moles
  Lumine nocturno conſpicienda Pharos.
Sed ſpeculam validae rupis ſortita vetuſtas,
  Qua fluctus domitos arduus urguet apex.
Caſtellum geminos hominum fundavit in uſus,

Prae-

Val. Fl. III. 210. *dies* vero hic ſol eſt, ut docuimus ad eumdem Poëtam IV. 229. vid. & ad Calpurn. IV. Ecl. 4. & inf. 632. BURMANN.

401. RESERAT ] Leand. *reſerat.* SIML. Sed quia cedentibus jam umbris & nocte, luce clariore Populonia ſe oſtendebat, *reſerat* eleganter dicitur. vid. ad Val. Flac. I. 655. BURM.

401. POPULONIA ] Ut Virg. X. 172.

*Sexcentos illi dederat Populonia mater.*

*Populonium* in Plinio, & aliquot locis Antonini mendoſe fortaſſe legitur. CASTAL. Vid. Serv. ad Virgil. d. l.

402. NATURALEM SINUM.] Portum non manu factum, aut opere munitum humano. *Sinus* eſt, quod cavitas illa recipit, & brachia ampleċtuntur. ſupra v. CCXLIII.

*Interior medias ſinus invitatus in aedes*
*Inſtabilem fixis aëra neſcit aquis.*

*Gremium* vocant alii. Hericus Altiſſiodor. lib. VI. *Delubri gremio pacis ſubeunte triumfo.* Idem; *In gremium duxere ſuae ſolemniter urbis.* Modoinus ad Theodulfum, *populorum Doctor erat Paulus carceris in gremio.* BART. de portu hoc vide Cluver. Ital. Ant. lib. II. pag. 471.

404. LUMINE NOCTURNO CONSPICIENDA PHAROS.] Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Promontorium Ceras, praelucentem navibus vehens conſtructam celſius turrim, quapropter Pharos appellatur.* Suet. in D. Claudio 46. *ſuperpoſuit altiſſimam turrim in exemplum Alexandrinae Phari, ut ad nocturnos ignes curſum navigia dirigerent.* Sil. Ital.

*Sublimiſque minans irrumpit in aethera tecto,*
*Oſtentans altam, Pharos ut Memphitica, turrim.*

Pap. Stat. III. Silv. V. 101.

*Lumina noctivagae tollit Pharus aemula lunae.*

Juv. Sat. XII. 75.

*Tandem intrat poſitas incluſa per aequora moles*
*Tyrrhenamque Pharon porrectaque brachia rurſus.*

CASTAL. Nota Pharos Memphitica. ab ea omnia eminentia aedificia, turrium inſtar, & ab harum ſimilitudine alia hoc nomine cenſentur. Vide doctiſſimi Brodaei Commentaria ad Anthologiam lib. II. cap. εἰς θυγατέρας. Nos in Adverſariis. BART.

405. SPECULAM ] *Speculum* legebatur, nos mendum ſuſtulimus. CASTAL. *Speculum* legebatur, ſed mendum ſuſtulit Caſtalio. Virgil. Eclog. VIII. 59.

*Praeceps aërii ſpeculâ de montis in undas*
*Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.*

Idem lib. III. Aeneid. 239.

*—— Dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta,*
*Aere cavo.*

SITZM. Scribe cum viris doctis *ſpeculam*, quae quemvis editum locum denotat. Secus de altero. BART.

407. CASTELLUM GEMINOS HOMINUM FRAUDAVIT IN USUS,] Leand. *fundavit.* SIML. Hoc quoque reſtitutum à nobis eſt; erat enim *fraudavit.* nullo ſenſu. CASTAL. Haec eſt ſcriptura vetus. Correxerunt *fundavit* nulla difficultate. BART. *Adverſ.* XXV. 15. Sollemnem hunc eſſe librariorum lapſum docet locus Quinctil. XI. 3. pag. 1008. *nonnumquam etiam verba aliqua ſui parte fraudantur*, ubi *fundantur* eſt in aliis codicibus: perperam. BURM.

407. CASTELLUM ] Lege Berterii Pithanon lib. I. cap. 6. Quem praeſtantiſſimum

vi-

Digitized by Google

Praeſidium terris, indiciumque fretis.
Adgnoſci nequeunt aevi monumenta prioris,
Grandia conſumpſit moenia tempus edax.
Sola manent interceptis veſtigia muris:
Ruderibus latis tecta ſepulta jacent.
Non indignemur, mortalia corpora ſolvi,

Cer-

virum plura ejus generis omne Romanum Imperium illuſtrantia commentari optabile ſit. BART.

410. GRANDIA CONSUMPSIT MOENIA] Tempori omnia ſubjacent, & ab eo conſumuntur. Ovidius lib. xv. Met. 235.

*Tempus edax rerum, tuque, invidioſa vetuſtas,*
*Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus aevi*
*Paulatim lentâ conſumitis omnia morte.*

Idem lib. IV. de Ponto.

*Tabida conſumit ferrum lapidesque ſenectus,*
*Nullaque res contra tempora robur habet.*

Maximianus:

*Ipſa etiam veniens conſumit ſaxa vetuſtas*
*Et nullum eſt, quod non tempore cedat, opus.*

Cicero pro Marcello; *nihil eſt opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat & conſumat vetuſtas.* Seneca lib. III. Nat. *Urbes conſtituit aetas, hora diſſolvit.* Ser. Sulpitius lib. IV. Familiarum Cicer. Epiſtolâ 5. *nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant.* Auſonius Epigr. XXXV.

*Miramur, periiſſe homines, monumenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis nominibuſque venit.*

BART.

411. INTERCEPTIS VESTIGIA MURIS:] Ne haec quidem exemta communi omnium interitu. Seneca Epiſtolâ 92. *Non vides, quemadmodum in Achaia clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumta ſint, nec quicquam exſtet, ex quo appareat, eas ſaltem fuiſſe.* Vide Petrum Fabrum lib. 1. Semeſtrium cap. 9. IDEM.

412. LATIS] Melius ſcribas *late.* IDEM.

413. NON INDIGNEMUR, MORTALIA CORPORA SOLVI, CERNIMUS EXEMPLIS OPPIDA POSSE MORI.] Locus ex Epiſtola Servii Sulpitii ad M. Ciceronem lib. IV. videtur ſumtus. *Hem*, inquit, *nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant.* Seneca lib. VI. Quaeſt. Natural. *Ego autem perire timeam, cum terra ante me pereat, cum iſta quatiantur, quae quatiunt, & in injuriam noſtram non ſine cauſa veniunt. Helicem, Burimque totas mare accepit, ego de uno corpuſculo timeam.* Auſonius Gallus ad monumenta rettulit.

*Miremur, periiſſe homines, monumenta fatiſcunt,*
*Mors etiam ſaxis nominibuſque venit.*

Monumenta *perire* dixit & Juv. Sat. x. 143.

*Tituli que Cupido.*
*Haeſuri ſaxis cinerum cuſtodibus; ad quae*
*Diſcutienda valent ſterilis mala robora ficus.*
*Quandoquidem data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.*

CASTAL. Civitates *mori, naſci, vivere, reviviſcere, aegrotare, matreſque* habere, ita ut homines, dicuntur, quod variis exemplis & authoritatibus demonſtrat vir ingenii monumentis à fama notiſſimus Pet. Faber lib. 1. Semeſtr. c. 9. SITZM.

413. NON INDIGNEMUR] Heinſ. malebat, *neve indignemur.*

413. SOLVI,] *In* elementa ſua; mori. vide ſupra ad verſum 139. Prudentius mortem ſic circumloquitur.

*Deus ignee fons animarum,*
*Duo qui ſocians elementa,*
*Vivum ſimul ac moribundum*
*Hominem pater effigiaſti,*
*Reſciſſa ſed iſta ſeorſum*
*Solvunt hominem perimuntque,*
*Humus excipit arida corpus,*
*Animae capit aura liquorem.*

BART.

Cernimus exemplis oppida poſſe mori.
Laetior hic noſtras crebreſcit fama per aures,
Conſilium Romam pene redire fuit.
Hîc Praefecturam ſacrae cognoſcimus urbis
Delatam meritis, dulcis amice, tuis.
Optarem verum complecti carmine nomen,

Sed

415. CREBRESCIT FAMA] Ductum eſt à ventis, qui *increbreſcere* dicuntur, cum flaminibus augentur. Virgilius in Ceiri.

*Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.*

Papinius Thebaide IV. 29.

*——— fugientia carbaſa viſu*
*Dulce ſequi, patrioſque dolent crebreſcere ventos.*

Caeſar lib. III. de Bello Civili. *Cum jam noſtris remiſſiore vento appropinquaſſet, idem Auſter increbuit, noſtriſque praeſidio fuit.* Horatius II. Sat. v. 93.

*Obſequio graſſare, mone, cum increbuit aura.*

BART. Eadem fere Barth. ad d. l. Papinii. vid. & ad v. Theb. 490.

419. OPTAREM VETERUM COMPLECTI CARMINE NOMEN, &c.] *Optarem verum* legitur in vulgatis, nos *veterum* duarum litterarum adjectione fecimus. Nam *veterum nomen* appellat, quod verſu dicere non eſt, *Voluſianum*, ſiquidem *Rufium* à Regio Voluſi antiquo nomine deducere his verſibus ſupra teſtatur Rutilius.

*Jamque aliis Romam redeuntibus haeret eunti*
*Rufius Albini gloria viva patris.*
*Qui Voluſi antiquo derivat ſtemmate nomen,*
*Et Reges Rutulos teſte Marone refert.*

Voluſianorum autem crebra fit in veteribus monumentis mentio in Hortis Carpen. (Gruter. CCLXXXVI. 2.)

MAXIMO. PRINCIPI
INDVLGENTISSIMO
DOMINO. VALENTI. TRIVMFA-
TORI. SEMPER. AVG.
C. CETONIVS. RVFIVS. VOLVSIA-
NVS.
V. C. PRAEFECTVS. VRBI. ITERVM.
IVD.
SACRARVM. COGNITIONVM.
SERENITATI. EJVS. DICATIS.

Et ad Baſilicam Novam S. Petri. (Gruter. CCLXXXV. 6.)

VICTORIIS. TRIVMFISQVE
MAGNIFICO.
D. N. VALENTINIANO.
INCLYTO PRINCIPI
SEMPER. AVG.
RVFIVS VOLVSIA-
NVS. V. C. PRÆF.
VRBI ITERVM.
IVDEX SACRARVM
COGNITIONVM.
CLEMENTIÆ EJVS
DICATVS.

Ex quo illud cognoſcimus, Rutilium aegre tuliſſe, quod nomen Voluſianorum verſu complecti non potuerit, cum cognomen Rufi & Albini ſemel & iterum verſibus inſeruerit, eſt enim infra.

*Albini patuit proxima villa mei.*

Quare ſic emendari poſſe hunc verſum credidimus.

*Cognomen verſans, Veneri cariſſime Rufi,*
*Illo te dudum pagina noſtra canit.*

Hoc ſenſu, noſter Libellus Rufium Venerium cognomen Voluſianorum verſat, frequenter celebrat, contra quam facit in nomine Voluſiano, quod hoc carminis genus minus recipit. Impreſſi omnes habent, *Cognomen verſu Veneris cariſſime Rufi*, vel ſic; quod Achilles Statius notavit (*cognomen verſu ô Rufi chariſſime*) qui in verſu cognomen es Veneris, ſic dicit cognomen, quaſi ejuſdem nominis ὁμώνυμος: *illo* autem verſu, &c. vel *cognomen recipit Veneri*, ut ex illo pendeat. *Sed quoſdam refugit regula*, &c. & cum eſſet ſupra ſcriptum, *verſus* inrepſit in contextum, & pepulit loco alterum verbum. Sed in urbis monumentis de Rufiis,

Vo-

Sed quoſdam refugit regula dura pedes.
Cognomen verſu, Veneri cariſſime Rufi,

Illo

Voluſianis, Venerios nondum invenire potui, quare mihi ſuſpectum eſt Veneriorum nomen hoc loco: unde titulus libri conflatus eſt, ad Venerium Rufium. CASTAL. Voluſianum intelligere docuit nos Jacobus Sirmondus ad Sidonium IX. Epiſt. 16. BART. *Verum nomen* minime mutandum, Virg. VIII. Aen. 332.

*Amiſit verum vetus Albula nomen.*

Ovid. III. Triſt. V. 18.

*Scis, Carum veri nominis eſſe loco.*

& contra IV. Triſt. X. 60.

*Nomine non vero dicta Corinna mihi.*

& ita ille ſaepius. BURM.

420. SED QUOSDAM REFUGIT REGULA DURA PEDES.] Ut Horat. lib. I. Sat. V. 87.

*Manſuri oppidulo, quod verſu dicere non eſt,*
*Signis perfacile.*

Sed & Ovid. lib. IV. de Ponto El. XII. ad Tuticanum eadem de re queritur.

*Quo minus in noſtris ponaris amice libellis,*
*Nominis efficitur conditione tui.*
*Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore,*
*Eſt aliquis noſtrum ſi modo carmen honor.*
*Lex pedis officio, fortunaque nominis obſtat,*
*Quaque meos adeas, eſt via nulla modos.*
*Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere verſus,*
*Deſinat ut prior hoc, incipiatque minor.*
*Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moratur,*
*Artius appellem, Tuticanumque vocem.*
*Et potes in verſu Tuticani more venire,*
*Fiat ut è longa ſyllaba prima brevis.*
*Aut ut ducatur, quae nunc correptius exit,*
*Et ſit porrecta longa ſecunda mora.*
*His ego ſi vitiis auſim corrumpere nomen,*
*Ridear, & merito pectus habere neger.*

Quos verſus eo libentius adpoſui, quo aliquando intelligatur, quam recte fecerint, qui poſterioribus ſaeculis Claudianum, Hadrianum, Cyprianum, Sebaſtianum, & horum ſimilia nomina penultima correpta protulerunt, quod tamen Graeca accentus ratione factum crediderim. Latini enim aetate Auſonii, Prudentii, & Sidonii, ſecuti morem pronuntiandi Graecum, accentus, non ſyllabae rationem habuerunt. Ut vero à Graecis hoc emanaſſe apertius oſtendam, diſtichon Graecum in honorem Claudiani poëtae cum Latina inſcriptione, quae corruptiſſima legitur in Impreſſis Claudiani libris, per me non indiligenter exſcriptum Romae in Quirinali ſubjiciam. (Gruter. CCCXCI. 5.)

. . . . . CLAUDIANI. V. C.
UDIO CLAUDIANO. V. C. TRI.

BVNO. ET. NOTARIO. INTER. CETERAS. INGENTES. ARTES. PRAEGLORIOSISSIMO. POETARVM. LICET. AD. MEMORIAM SEMPITERNAM. CARMINA. AB EODEM. SCRIPTA. SVFFICIANT. ADTAMEN. TESTIMONII. GRATIA. OB. IVDICII. SVI. FIDEM. D. D. N. N. ARCADIUS. ET. HONORIVS. FELICISSIMI. AC. DOCTISSIMI. IMPERATORES. SENATV. PETENTE. STATVAM. IN. FORO. DIVI. TRAJANI. ERIGI. COLLOCARIQVE. JVSSERVNT.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ
ΚΑΙ ΜΟΥϹΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ. ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΙΣ. ΕΘΕϹΑΝ.

Qui verſus ſic verti poſſunt Latine.

*Meonidae Muſam, ingeniumque Maronis in uno*
*Fecerunt Reges, Romàque Claudianum.*

CASTAL.

421. COGNOMEN VERSU,] Utique in his verbis mendum latet. Poteſt tamen, ut haec ſana ſint, & in τῷ *illo* ſequenti verſu naevus haereat. Pithoeus *Veneri* edidit. Veteres autem Editiones *Veneris* praeferunt. Caſtalio; *verſans Veneris*. Quod immane eſt. Mihi tranſpoſitis per abbreviationem non ſatis perceptam literis ſcriptum fuiſſe à Rutilio noſtro


ſtro

Illo te dudum pagina noſtra canit.
Feſta dies, pridemque meos dignata penates,
Poſte coronato vota ſecunda colat.

Exor-

ſtro videtur.

—*Cognomen ſerva Veneris, chariſſime Rufi.* Tu, inquit, amicorum optime, ſerva cognomen illud, tibi à Venere impoſitum, quo te jam olim carmine concelebravimus. BART. Cl. Graevius legit, *illoto dudum pagina noſtra canit.* & innuere vſ. 168. credit. *illotum* vero verſum rudem, incultum, indoctum vocat. Verum illud *illoto* ab Heinſio profectum credo, qui hoc in Epiſtola ad Graev. t. iv. Syl. p. 381. & in codicis ora notaverat, & in alio codice *invito*, eo ſenſu, quo *invita Minerva* dicimus. legebat etiam, *verſu Veneris c. r. illotae nudum:* Graevius vero in ſeq. Epiſtola *illoto nudum* probat, niſi ſit mendum, pro *dudum*, ut nunc in notis exhibetur. ſed haec non ſatisfacere mihi potuerunt. *Veneri cariſſime* vero recte explicant, *venuſte*, & ad cognomen reſpici putant viri docti. Heinſius deinde pag. 387. tentabat

*Cognomen verſu, a teneris chariſſime Rufi,*
*Illo te dudum pagina noſtra canit.*

mihi hic aqua haeret. forte,

*Cognomen verſu, Veneri cariſſime Rufi,*
*Nullo concluſum pagina noſtra capit.*

Quidquid ſit, *nullo* & *capit* certus ſum, emendandum eſſe. ſed an pro *te dudum* non aliud quid ſit reponendum, adhuc dubito. *Claudere verba modis* dixit Ovid. iv. ex Pont. xvi. 36. unde & poſſet *non ullo clauſum.* BURM.

423. Meos dignata penates,] Se cum honorem ante geſſiſſe autumat. *Penates* autem dicit, quia prima die, ubi honor capeſſendus talis erat, frequentes viri clariſſimi cum ampliſſimo ordine ad fores proceſſuro in curiam aut roſtra novo Praefecto aderant, eumque honoris ipſius gratiâ deducebant, unde ipſe honor ad Penates talium provenire credebatur. Exempla apud Claudianum, Symmachum, alios huc ne trahantur, & copia ipſorum & virorum noſtro aevo doctorum diligentia facit. BART.

424. Vota secunda] Cum ſolvuntur ante ſuſcepta. Alter ille ſenſus hic omnibus apertus eſt, ſiquis eum ſequi malit, Rutilio in votis fuiſſe poſt praefecturam, quam ipſe geſſit, Rufii praefecturam, ſequitur enim.

*Sic mihi, ſic potius placeat geminata poteſtas,*
*Per quam malueram rurſus honore frui.*

Et infra.

*Namque meus, quem Roma meo ſubjunxit honori,*
*Per quem jura meae continuata togae.*

Et paulo poſt.

*Praetulit ille meas, cum vincere poſſet, habenas.*
*Praedeceſſoris major amore fuit.*

Et ita Ovidius de Ponto iv. ix. 57.

*Altera laetitia eſt, nec cedens cauſa priori,*
*Succeſſor tanti frater honoris erit.*
*Nam tibi finitum ſummo, Graecine, Decembri*
*Imperium Jani ſuſcipit ille die.*
*Quaeque eſt in vobis pietas, alterna feretis*
*Gaudia, tu fratris faſcibus, ille tuis.*
*Sic tu bis fueris Conſul, bis Conſul & ille,*
*Inque domo binus conſpicietur honor.*

CASTAL. Poſt honores ipſi geſtos, nihil optabilius erat Rutilio, quam Venerium Rufum iiſdem frui, & eo loco, in quo ipſe fuerat, conſpicuum videri. BART.

424. Poste coronato vota secunda colat.] Mos erat apud veteres, ut poſtes aliaque membra domus lauro & caeteris frondibus ornarent, non in laetitia tantum publica, & ſolemnibus ὑποχαῖς, verum etiam in particularibus privatorum gaudiis & feſtivitatibus, in nuptiis videlicet, item cum ipſis infans naſceretur, ut plenâ manu explicuit Deſid. Herald. in animadverſ. ad Martial. lib. viii. Epigr. 65. Ex hoc Rutilii loco videre eſt, idem fuiſſe factitatum, ſi cuipiam dignitas fuit delata. Juven. Sat. vi.

*Ornentur poſtes, & grandi janua lauro.*

Statius iv. Silvar.

*Et redimire chelyn, poſteſque ornare juberet.*

Valentinianus & Martianus Impp. *Abſit à ſeculo noſtro infandis execrandiſque ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimi fertis templorum impios poſtes.* l. nemo. 7. C. de pagan. & ſacrif.

Exornent virides communia gaudia rami,
Provecta eſt animae portio magna meae.
Sic mihi, ſic potius placeat geminata poteſtas,
Per quem malueram, rurſus honore fruar.
Currere curamus velis, Aquilone reverſo,

Cum

crif. & templ. SITZM. Hujus moris cum crebra mentio ſit apud ſcriptores, immenſa exempla notarunt Juſtus Lipſius ad Tacitum, Janus Bernartius ad Papinium, Barnabas Briſſonius de Nuptiis, Martinus de Roa in Singularibus, Carolus Paſchalius Commentario Coronarum, & plurimi alii. BART.

425. Exornent virides communia gaudia rami,] Corippus lib. III.

*Poſtquam facta quies, totam plebs laeta per urbem*
*Sacra coronatis ornavit moenia tectis:*
*Pratorum ſpoliatur honos, nemus omne refertum*
*Frugibus, & glaucae frondes rapiuntur olivae,*
*Exornant poſtes, & arundine limina comunt,*
*Feſtaque per cunctos tendunt velamina vicos.*

Ad eundem poſtes & limina coronandi & exornandi morem etiam reſpexit ſummus ille ſuperioris ſeculi Poëta Jacob. Sannazarius in divino & plane admirabili de partu Virginis opere, lib. III.

*Ergo inſperatae gaviſi munere ſortis*
*Ocyus ingentem procero ſtipite laurum,*
*Avulſamque ſolo palmam ab radicibus imis*
*Attollunt humeris: perque intervalla canentes*
*Cum plauſu, choreiſque & multiſono modulatu*
*Veſtibuli ante aditum ſtatuunt: omnemque coronant*
*Fronde locum: grandes oleas, cedroſque comantes*
*Affigunt: longiſque advelant limina ſertis:*
*Et late Idalium ſpargunt cum baccare myrthum.* SITZM.

426. Provecta] Honoribus majoribus admota. Claudianus de Stilicone lib. II. 158.

——— *nec quos promoveris alto*
*Turgidus alloqueris faſtu.* BART.

426. Animae portio magna meae.] Ut Horat. lib. 1. Od. 3.

*Et ſerves animae dimidium meae.*

Ovid. de Ponto I. VIII. 2.

*Accipe, pars animae magna, Severe, meae.*

Pap. Stat. lib. III. Sil.

*— Atque animae partem ſuper aequora noſtrae*
*Majorem transferre parat.*

Juv. Sat. IX. *Portio vitae dicitur.* Sidonius Apollinaris lib. XX.

*Namque animae noſtrae portio major erat.*

Quod perſimile eſt huic Rutiliano verſui. CASTAL. Statius lib. V. Silv. Carm. I.

*Tunc ſic unanimum moriens ſolatur amantem,*
*Pars animae victura meae, cui linquere poſſim*
*O utinam, quos dura mihi rapit Atropos annos.*

D. Ambroſ. Epiſtola 63. *quaſi animae portionem convenio meae.* Sidon. Apollin. Carm. 22.

——— *animae noſtrae portio major eras.*

*Portio pectoris*, Symmach. lib. III. Epiſt. 66. Alia de hac blandientium amicorum formula vid. apud eruditiſſ. Iſ. Caſaubon. ad illud Perſii. Sat. V.

——— *Quantaque noſtrae*
*Pars tua ſit, Cornute, animae.*

ex quo mutuatus eſt Fr. Juretus ea, quae notavit ad Symmachum lib. III. Epiſt. 81. SITZM. Cariſſimus amicus. Horatius; *animae dimidium meae*, Auſonius Praefat. ad Syagr. 42. *communemque habitas alter ego Auſonium.* Vide notas Jureti ad Symmachum. BART.

427. Geminata potestas,] Κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων. Non aliter honore amici gaudet, quam ſi ipſemet ejus fuiſſet potitus. Maluiſſe immo ait ſic honore frui, quam uti ipſe eum adierit. BART.

429. Currere curamus] Hoc eſt dedita opera currimus. Quod genus loquendi frequens non peſſimis auctoribus. Vide, quae no-

Quum primum roſeo fulſit Eous equo.
Incipit obſcuros oſtendere Corſica montes:

Nu-

notamus ad Galli Confeſſoris Homiliam, & in libris Adverſariorum. Eugippius in vita Severini cap. 24. *curare praemonitus*, de iis ſibi providere. Tertullianus contra Haereticos cap. 7. *Sed poſt hos omnes etiam Praxeas haereſim introduxit, quam Praxeas corroborare curavit.* Dionyſius Exiguus ad Felicianum: *Venerationis veſtrae juſſu commonitus B. Procli Conſtantinopolitanae urbis Epiſcopi litteras ad Armenios deſtinatas Latino eloquio veſtris auribus exhibere curavi.* Fulgentius ad Monimum. *tamquam in eo minus, quam debeo, te videar diligere, quod inquiſitionibus tuis non curaverim celeriter reſpondere.* Galdas in Invectione: *praecepta Chriſti ſpernentes, & ſuas libidines votis omnibus implere curantes, ſedem Petri Apoſtoli immundis pedibus uſurpant.* Abbo in Obſidione Lutetiae, libro primo. *Chriſticolae pugnant, belloque reſiſtere curant.* Walafridus Strabus in Hortulo; *Flumina pura cadis inferre capacibus acri Curavi ſtudio &c.* BART. Heinſius corrigebat, *conamur*, vel *certamus.* ſed Barthius hic, & ad Stat. II. Theb. 360. & ad Claud. II. in Rufin. 258. uſum hujus verbi *curare* apud inferioris aevi ſcriptores copioſe ſatis adſtruxit: nec abhorruit Petronius, qui cap. LXXXIV. dixit, *qui ſolas divitias exſtruere curant.* ut ibi notavimus. nec ipſi prioris aevi Poëtae a ſimili uſu verbi abſtinuerunt. Ovid. II. Amor IX. 7.

*Quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet.*

id eſt, quaſi infra ſe credat me fallere, nec vacet quaſi; negligat & ſpernet hanc curam; ut ita vim hujus vocis explicat egregie Broukhuſ. ad Tibul. I. Eleg. I. 57. ſic *curare* eſt niti, curae habere, *non curare* negligere, negligenter agere. ita Virgil. I. Georg. 39. *Nec repetita ſequi curet Proſerpina Matrem.* & IX. Aen. 518. *nec curant caeco contendere Marti:* apud Ciceron. pro Domo cap. III. *hunc tu civem domo, & patria cedere curaſti.* ubi Hott. explicat *coegiſti.* nec meminiſſe ſe addit ſimilem apud Ciceronem locutionem animadvertiſſe. immo nec Horatius ab ejus verbi uſu abhorruit. II. Od. VII. 23.

*—— —— Quis udo*
*Deproperare apio coronas*
*Curatve myrto?*

& II. Od. XIII. 39.

*Nec curat Orion leones*
*Aut timidos agitare cervos.*

& ita ille ſaepius. vid. I. Ep. XVII. 58. II. Ep. II. 182 & alibi. unde multiplicem hujus verbi uſum videmus, & non temere pronuntiandum de vi vocum Latinarum, quia non omnia legimus: nec ſemper praeſentia ſe ſiſtunt exempla. BURM.

429. VELIS] Reverſo vento non remis, ut nullo vel adverſo, ſed expanſis velis iter pelago perſequimur. BART.

430. CUM PRIMUM ROSEO FULSIT EOUS EQUO] *Eous* pro Lucifero. Cinna in Smyrna:

*Te matutinus flentem conſpexit Eous,*
*Et flentem paulo vidit poſt Heſperus idem.*

Senec. in Herc. Oet. 614.

*Noctem quoties ſummovet Eos*
*Regem toties credite naſci.*

SITZM. Lucifer, Stella Veneris, Auſonius;

*—— —— editus ante*
*Quam jubar & rutilus coelum illuſtraret Eous.*

BART. vid. infra ad vſ 511.

431. INCIPIT OBSCUROS OSTENDERE CORSICA MONTES:] *Corſica* inſula in Liguſtico mari, quam Graeci *Cyrnon* appellavere, de cujus longitudine, latitudine, & circuitu Plin. lib. III. nat. hiſt. c. 6. SITZM. Inſula ſilvoſa. Avienus in Periegeſi.

*—— dilecta vago pecori conſurgit Ebuſos,*
*Sardiniaeque arces, & inhorrens Corſica ſilvis.*

Tertiam dignitate inter omnes inſulas hanc facit Callimachus Hymno in Delum. ἀεὶ δ' ἔξαρχος ἰδέσθαι Delus;

Ἡ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα, μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ.

Amplitudine quidem ſextum tantummodo locum obtinet. Scylax Caryandenus in Periplo. μεγίστη νήσων Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη, τετάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὔβοια, ἕκτη Κύρνος. Sed incerta haec talia etiam curioſiſſimis Graecis; nam Sardiniam Siciliae contra hunc

poſt-

Nubiferumque caput concolor umbra levat.
Sic dubitanda ſolet gracili vaneſcere cornu,
Defeſſisque oculis Luna reperta latet.
Haec ponti brevitas auxit mendacia famae,

Ar-

poſtponit Marcianus Heracleota;

*Ἐν τῷ πόρῳ κεῖνται δὲ νῆσοι πελάγιαι*
*Κύρνος τε καὶ Σαρδώ, μεγίστη λεγομένη*
*Μετὰ τὴν Σικελίαν νῆσον.*

De eadem inſula haec ad Rutilii & aliorum lucem compendia Epitomator Strabonis lib. IV. ὅτι ἡ Κύρνος νῆσος ὑπὸ Ῥωμαίων Κορσίκα καλεῖται, οἰκεῖται δὲ φαύλως, τραχεῖα τε οὖσα, καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι δύσβατος τελέως, ὥστε τοὺς κατέχοντας τὰ ὄρη, καὶ ἀπὸ λῃστηρίων ζῶντας, ἀγριωτέρους εἶναι θηρίων. οἱ δὲ ἀνδραποδισθέντες αὐτῶν, ἀγόμενοι εἰς δουλείαν, ἢ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν, ἢ ἀχρεῖοι τοῖς ὠνησαμένοις εἰσίν. μῆκος δὲ τῆς νήσου μίλια ρξ. πλάτος δὲ ο. Σαρδόνος δὲ μίλια σκ &c. BART.

431. Obscuros] Id eſt vel propter longinquitatem nondum plane conſpicuos, vel propter altitudinem nubibus tectos: vide de hac voce, quaediximus ad Val. Flac. III. 526. BURM.

432. Concolor umbra] Obſcuris ob diſtantiam montibus. BART.

433. Sic dubitanda] *Dubitanda*, hoc eſt, non clare conſpicienda, de qua oculi dubitare poſſint. Juvenal. Sat. V. 21.

*Tota ſalutatrix jam turba peregerat orbem*
*Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo ſe*
*Frigida circumaguut pigri Serraca Bootae.*

Claudian. in Panegyr. de IV. Conſulatu Honorii v. 183.

——— *Praeſagus obibat &c.*
*Viſa etiam medio, populis mirantibus audax*
*Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo*
*Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.*

Ad quem locum vid. Cl. & Doctiſſ. C. Barthium, ubi adſtruit, his noſtri authoris verſibus in hoc genere nihil feſtivius excogitari poſſe. SITZM. Quam pro certa agnoſcere non poſſis. Notavit princeps hoc elegantiſſimum effatum Hadrianus Junius, homo bonarum litterarum conſultiſſimus in Animadverſorum libris. Claudian. ita Quarto Conſulatu Honorii;

*Viſa etiam medio, populis mirantibus, audax*
*Stella die, dubitanda nihil, nec crine retuſo*
*Languida, ſed quantus numeratur nocte Bootes.*

Juvenalis Satira V.

*Tota ſalutatrix jam turba peregerat orbem*
*Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo ſe*
*Frigida circumaguut pigri Serraca Bootae.*

Plinius libro VI. Epiſt. 20. *Jam hora diei prima & adhuc dubius & languidus dies.* Plura ſecunda editione Muſaei. BART. vid. ſupr. 217.

433. Gracili vanescere cornu,] Vides originem figmenti, quo Lunae in illa ſpecula coeleſti cornua Poëſis affinxit. Eſt autem iſta comparatio elegantiſſime ex re ipſa tranſſumta: Qui enim vel ſemel pelago iter fecit, & inſulae alicui applicuit, memor erit, ſe eam velut coelo deſuper aut nubibus affixam vidiſſe, antequam navigium eam accederet. BART. Ovid. II. Met. 117.

*Cornuaque extremae velut evaneſcere Lunae.*

Ubi *extrema luna*, eſt tam gracilis, ut dubites, an Luna ſit, an jam lateat, & non ſole oriente evanuerit. BURM.

434. Defessisque oculis Luna reperta latet.] Pro *reperta*, *repeute* placet doctis aliquot viris. CASTAL. Etiam cum reperta jam defeſſis quaerendo oculis, latet tamen. Nihil acutius & rei aptius omnino dicere poterat. *Lumen feſſum* pariter apud Papinium.

——— *vix lumine feſſo*
*Explores, quam longus ab hoc deſpectus in illum.*

BART. Vid. ad Val. Flac. I. 707. & III. 661.

435. Haec ponti brevitas auxit mendacia fama,] Non autem *famae* patrio caſu, ut in impreſſis, ſed ſexto caſu *fama*. CASTAL. Nihil muto. Ovid. IV. Faſt. 311.

*Conſcia mens recti famae mendacia ridet.*

BURM.

435. Ponti brevitas] Anguſtia, quam

 eve-

Armentale ferunt quippe nataſſe pecus,
Tempore Cyrneas quo primum venit in oras,
Forte ſecuta vagum femina Corſa bovem.
Proceſſu pelagi jam ſe Capraria tollit,
Squalet lucifugis inſula plena viris.

Ipſi

evectus jam erat primo diluculo. *Brevis*, parvus, anguſtus; Appulejus libro I. *Ergo brevitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto.* Boëthius libro II. de Conſolatione. *Brevis habitaculi ſeptum plures incolunt nationes.* Claudianus Bello Gildonico, verbis Romae 107. *brevior duxi ſecurius aevum.* Notamus alibi plura. Notant & doctiſſimi viri Briſſonius Formulis, Rittershuſius ad Ligurinum Gunteri, Joannes Bernartius ad Thebaidem ſecundam Statii. BART.

436. ARMENTALE FERUNT QUIPPE NATASSE PECUS,] Plurimae maris anguſtiae à boum trajectu nomen accepere, fingentibus Poëtis, vel etiam re ipſa ignaris adhuc navigandi primis mortalibus: ea connotare non eſt hujus loci, & fecit id ſingulari capite vir doctiſſimus. Fabula autem talis haec eſt. Bos ex finitima aliqua jamdiu habitata terra pontum forte fortuna trajecit, eum ſecuta, ut potuit, foemina bubſequa, Corſa nomine, inſulae, ubi terram pecus tenuit, nomen à ſuo condidit. Stephanus, vel ejus potius corruptor, clariſſimo enim illi ſcriptori vere anima intertracta eſt tot nobiliſſimorum ſcriptorum locis ab eo productis, à ſcelerato quodam Grammatiſta evulſis, quo pacto etiam Heſychio ſuus honos exemptus eſt. Κόρσις, νῆσος ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ πελάγῃ, ἀπὸ Κόρσης δούλης βουκόλου. IDEM.

437. PRIMUS] Neſcio, unde Almelov. hanc lectionem arripuerit; non ex ſenſu; nam *ſemina* ſequitur; non ex editis codicibus, in quibus eſt *primum*. BURM.

438. FORTE SECUTA VAGUM FEMINA CORSA BOVEM.] Et, ut alii dicunt, *Corſis* vocatur à Corſe muliere. Eſſe enim dicitur inſula in Tyrrheno mari dicta ſic à Corſe paſtoris, ſive bubulci ſerva. Euſtathius interpres Graecus Dionyſii Poëtae Alexandrini. CASTAL.

439. PROCESSU PELAGI JAM SE CAPRARIA TOLLIT,] *Capream* inſulam omnes Graeci & Latini ſcriptores nominant. Καπρασίην ab Hecataeo vocatam Stephanus prodit, quod idem erit, atque *Capraria*. Ptolemaeo Καπρασία in mari Liguſtico, & in Tyrrheno Καπρία Hieron. Surita in Itin. Anton. Aug. SITZM.

440. SQALET] Non enim terrae colendae ſtudebant Eremitae, ſed radicibus herbarum & aquae potu vivebant. Exempla plurima apud Hieronymum, Rufinum, Caſſianum, Joannem Sinaitam in Barlaami hiſtoria, inepte vulgo auctori Joanni Damaſceno, & interpreti Georgio Trapezuntio adſcripta, ut rebus ſufficientibus alibi demonſtravimus, Joannem Climacem, & toto eo opere, quod edidit amicus noſter Heribertus Roſweidus, vir erudititiſſimus & candidiſſimus, à quo plura etiam ejuſdem argumenti exſpectamus. BART.

440. LUCIFUGIS INSULA PLENA VIRIS.] Gentilitas ignara, vel ſcire nolens myſteria veritatis, quibus velamen omnibus populis adventu Meſſiae demtum eſt, ut loquitur *Eſaias* Propheta cap. XXV. cum ſecedere viderent devotiores à rebus humanis, morbo animi id facere opinabantur, vel videri certe opinari volebaut, ut eſſet materia melior traducendorum & calumniandorum innocentiſſimorum hominum: Sic monachos pro abſurdis, avaris, & incommodis uſui humano cavillantur eiſdem cum Rutilio temporibus Eunapius & Zoſimus, rabioſi canes Diaboli, quorum alter Philoſophorum, alter Imperatorum vitas non alia fine ſcripſit, quam ut à laudibus idololatriae doctorum & potentum hominum, veritati ubique efflorеſcenti obſtaculum objicerent. Eunapii verba ſunt in Aedeſio, omnem Chriſtianiſmum furioſe allatrantis, quae Graeca ob prolixitatem ponere non volui. *Iidem poſtea in ſacra loca invexerunt monachos ſic dictos, homines quidem ſpecie,*

Ipſi ſe monachos Grajo cognomine dicunt,

Quod

*cie, ſed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita atque infanda ſcelera committebant, quibus tamen pietatis pars videbatur ſacri loci reverentiam conculcare. Nam ea tempeſtate quivis atram veſtem indutus; quique in publico ſordido habitu ſpectari non abnuebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem. In eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum eſt in universae hiſtoriae Commentariis. Illi ipſi monachos Canobi quoque collocarunt, ut pro diis, qui animo cernuntur, ſervos & quidem flagitioſos divinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum ceremoniasque obligatis: ii namque condita & ſalita eorum capita, qui ob ſcelerum multitudinem à judicibus extremo ſupplicio erant affecti, pro divis oſtentabant, iis genua ſubmittebant, eos in Deorum numerum receptabant, ad eorum ſepulchra ſordibus & pulvere conſpurcati. In his nonnulli martyres, nonnulli Diaconi, & legati arbitrique precum apud Deos nominabantur, cum fuerint ſervitia infida, & flagris peſſime ſubacta, & quae cicatrices ſcelerum & nequitiae veſtigia corporibus circumferrent.* Taugit ſceleratus rabula iſtis impiis verbis univerſum fere cleri Chriſtiani ordinem, quem junctim lacerandum propoſuit ſibi, videlicet Martyres & Diaconos nominat. Concionatores ſive verbi Divini praedicatores ſunt, quos exemplo Oratorum veterum in publico omnia auctoritate ſua potuiſſe dicit. Confeſſores vero, qui ſtigmata, judicia conſtantiae, corpore ſuo circumferebant. Zoſimus autem in poſſidendis terris avaritiam monachorum exagitat, indignos ſcilicet ratus, qui, cum non laborarent, ipſius quidem notitia tantum redituum poſſiderent lib. v. *Ob eam rem perturbata plebe, plena Conſtantinopolis tumultu erat: jamque adeo fuerat intercepta Chriſtianorum ab eis eccleſia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis abſtinent, & tam in urbibus, quam in vicis populoſa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum nec alium Reipublicae uſum neceſſarium idoneis: niſi quod via* (aſtutia) *quadam progreſſi ab eo tempore in hunc uſque diem magnam agrorum partem ad ſe tranſtulerunt, & ſub praetextu quaſi pauperibus omnia communicent, omnes, prope dixerim, ad inopiam redegerunt.* Et hujus generis hominum in Republica potentum calumniis puto effectum, ut Chriſtiani monachi non tam urbes aut agros mediterraneos colere ſtuderent tam adverſis temporibus, quam ſecederent in inſulas maritimas, ubi procul ab ambitione & curis caducarum rerum divinis meditationibus ſecuri vacarent, odio mortalitatis & Diaboli ultro cedentes. Talem hîc Caprariam deſcribit etiam hoſtis Rutilius. Talis fuit ſeceſſus Beati Honorati, iiſdem his temporibus, inſula Lirinenſis, cujus ſanctiſſimi viri vitam deſcripſit Hilarius Arelatenſis; inſtituti ſectator fuit Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, duo omnium praeclariſſimi ſuae aetatis Antiſtites. Quorum veſtigia inſecuti alii tam celebrem eam inſulam fecerunt, ut noſtro tempore vix ingenti volumine memorabilia ejus explicare valuerit *Vincentius Barralis*, quod Chronologiam Lirinenſem inſcripſit. Cujus praeclaram & immortalem diligentiam utinam imitati & aliorum alii locorum Monachi, antiquitates ſacrorum collegiorum excuterent, & in lucem publicam ſine invidia, aut decurtatione monumentorum egregiorum, magno adhuc numero delitentium, proferrent; eſſet ea res utiliſſima & jucundiſſima, nec laus eorum ullo tempore obſoleſceret, qui non alia ratione melius de eccleſia Chriſti mereri poſſent. BART.

441. IPSI SE MONACHOS GRAJO COGNOMINE DICUNT, QUOD SOLI NULLO VIVERE TESTE VOLUNT.] Vere & eleganter exponit nomen *Monachi*, quod nempe ſignificet hominem, qui ſolus vivat, & vitae ſolitariae genus eligat. Iſidorus lib. VII. Orig. c. 13. *Monachus Graecâ etymologiâ vocatus, eo quod ſit ſingularis. μόνος enim Graece ſingularitas dicitur.* D. Hieron. Epiſt. ad Ruſticum monachum: *Quid deſideramus urbium frequentium, qui de ſingularitate cenſemur?* Idem ad Paulinum de inſtit. monachi: *Sin autem cupis eſſe, quod diceris, monachus, id eſt, ſolus: quid facis in urbibus? quae utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum.* Habitarunt ergo *Monachi* à principio non in urbibus, ſed



in

Quod ſoli nullo vivere teſte volunt.
Munera fortunae metuunt, dum damna verentur:
Quiſquam eſt ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?
Quaenam perverſi rabies tam ſtulta cerebri?
Dum mala formides, nec bona poſſe pati.
Sive ſuas repetunt ex fato ergaſtula poenas,

Tri-

in locis deſertis procul à reliquis hominibus ſemoti erant. Progreſſu vero temporis in urbes commigrarunt, & teſtatur D. Ambroſ. Epiſt. 62. ad Vercellenſem eccleſiam, Euſebium ejus loci epiſcopum, qui circa annum Chriſti CCCLX floruit, primum in occidente monaſteria in civitatibus condidiſſe, ut Baſilius circa annum Chriſti CCCLXX in oriente. De origine, inſtitutis & differentiis *Monachorum* multa congeſſit Joach. Hopperus de vera juriſprudentia, lib. v. tit. 9. SITZMANN. Etymon monachorum ridet à vitae ſolitariae ſequela, cujus ille cauſſam morbo animi adſcribit. *σώφρονι μανίᾳ* Suida. *Μοναχοὶ δὲ οὗτοι μονονομάζονται, διὰ ἔργον ἀποδημεῖν τοῦ σώματος, καὶ ζῶντας τεθνάναι, καὶ σώφρονι μανίᾳ τινὶ μεταφοιτᾶν πρὸς τὰ κρείττονα.* Apud eumdem Dionyſius, quem Areopagitam faciunt. *καὶ οἱ μὲν θεραπευτάς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας, καὶ τῆς ἀμερίστου καὶ ἑνιαίας ζωῆς: ὡς ἑνοποιούσης αὐτούς, ἐν ταῖς τῶν διαιρετῶν ἱεραῖς ἐμπτύξεσιν, εἰς θεοειδῆ μονάδα, καὶ φιλόθεον τελείωσιν.* Plura doctiſſimus Meurſius in Gloſſario. BART. *Monacos* Edit. Bonon. Simleri & Chytraei.

442. Nullo teste] Calumnia acutiſſima, idem enim dicit, quod votum erat monachorum, & talibus tamen verbis, quae vitam ipſorum pariter infament, fugere videlicet eos teſtes ob facinora. BART.

443. Munera fortunae metuunt,] Philoſophatur jam nebulo. velut ob caſus fortunae ſeceſſerint monachi; nolle eos laetis frui, ne eorum inconſtantia etiam ad adſpera aliquando devenirent, ſed mihi fidem nulla ratione facit Rutilius, ſibi non melius tanta jam luce veritatis cognita fuiſſe Chriſtianiſſimi myſteria, ideoque nulla ex parte eum rabioſae calumniae abſolvo. Repetit eamdem infra ſpecie amiſſi amici, quem vivum mortuum dicit vitam ſolitariam amplexum verſ. DXVII. Et in Adverſariorum Commentariis plenius haec examinamus. BART.

444. Quisquam est sponte miser, ne miser esse queat?] Imitari hic Martialem II. Epigr. 80.

*Hoſtem cum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,*
*Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?*

notabat Clariſſ. Graevius: per interrogationem legebat Heinſius, *Quiſquam an ſponte miſer, ne miſer eſſe queat?* *eſt* deerat in editionibus Bonon. Onuphr. Sitzl. & Pithoei. & aliis. malim, *quis ſit ſ. m. n. m. e. queat?* vel *quisnam eſt*, ut mox *quaenam*. BURM.

446. Nec bona posse pati.] *Pati & ferre bona* dici oſtenderunt viri docti ad Phaedr. I. fab. 2. ita apud Curt. IV. I. Alexander Abdolomino, *Libet ſcire, inopiam qua patientia tuleris? tum ille, utinam, inquit, eodem animo regnum pati poſſim.* & ita ſenſus horum verborum eſſet, ſtultum eſſe metu malorum nolle pati bona, id eſt frui bonis. clarior tamen fuiſſet ſententia, ſi dixiſſet, *dum mala formides, tot mala poſſe pati*, ubi evidentius eſſet ὀξύμωρον. ut in illo Martialis *ne moriare, mori.* Sed nihil movendum in Rutilio temere. quia *nec bona* poſſunt capi pro *mala*. ut ſupr. 394. *nec omnes* pro nullis. Phaedr. VI. 6. *nec umquam* pro *numquam*, & ſimilia obvia. BURM.

447. Ergastula] Unde Placidius in Gloſſis ſic tradit. *Ergaſtula dicuntur à Graeco, ubi damnabantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut ſolent gladiatores, & qui, puta exſules, marmora ſecant, & tamen vinculorum cuſtodiis alligati ſunt.* CASTAL. Servilia ingenia ſervili fato ſeſe ipſa deſtinare ait carceribus, non ſine nota malae vitae ante ſeceſſum actae, quam verbum *repetunt* acute ingerit. Par calumnia apud Zoſimum, qui Conſtantinum Magnum non alia cauſſa Chriſtia-

Triſtia ſeu nigro viſcera felle tument.
Sic nimiae bilis morbum adſignavit Homerus
Bellerophonteis ſollicitudinibus.

Nam

ſtianiſmo nomen dediſſe ſcribit, quam quod in ea ſecta omnibus omnium ſcelerum poenae remitterentur. *Poenas* dixit alluſione ad eos, qui ſervi poenae dantur, quorum vitam aerumnoſam imitantur, hujus quidem dictis, monachi. BART.

449. Nimiae bilis] Id eſt, multae, ſive magnae. Gloſſ. *Nimis, ἄγαν, πάνυ, κομιδῆ, σφόδρα.* Plaut. in Amphitr. act. 1.

*Legiones educunt ſuas, nimis pulchris armis praeditas.*

Jul. Capitolinus in Maxim. & Balb. *Nimiâ ſanctitate ac verecundiâ*, pro maxima. SITZMANN.

449. Sic nimiae bilis morbum adſignavit Homerus Bellerophonteis ſollicitudinibus.] Auſonius Gallus, qui & ipſe pluribus hanc de Monachis ſententiam tractavit, ad S. Paulinum xxv. 70.

*——— ——— Ceu dicitur olim*
*Mentis inops coetus hominum, & veſtigia vitans*
*Avia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontis.*

Verum legenda eſt S. Paulini epiſtola ad Auſonium reſcripta, qua & Rutilii impia refellitur ſententia, cujus ego aliquot verſus adſcripſi. Legant, quaeſo, reliqua in S. Paulino ad Auſonium pietatis ac religionis Chriſtianae ſtudioſi.

*——— Lyciae qua ſcribis in antris*
*Pegaſeum vexiſſe equitem, licet avia multi*
*Numine agente colant, clari velut ante Sophorum*
*Pro ſtudiis, muſisque ſuis, ut nunc quoque caſtis*
*Qui Chriſtum ſumſere animis, agitare frequentant.*
*Non inopes animi, neque de feritate legentes*
*Deſertis habitare locis, ſed in ardua verſi*
*Sidera, ſpectanteſque Deum, verique profunda*
*Perſpicere intenti, de vanis libera curis*
*Otia amant, ſtrepituſque fori, rerumque tumultus,*
*Cunctaque divinis inimica negotia donis,*
*Et Chriſti imperiis, & amore ſalutis abhorrent.*
*Speque fideque Deum ſponſa mercede ſequuntur.*

Et aliquanto poſt.

*——— Nec me vel conjuge carpas,*
*Vel mentis vitio, non anxia Bellerophontis*
*Mens eſt.*

Dionyſius, interprete Priſciano.

*Dicitur huic olim petiturus ſidera nomen*
*Bellerophon donaſſe urbi, namque arduus aethram*
*Dum ſcandit victor, ſeminſtis Pegaſus alis,*
*Decidit & notae preſſit veſtigia terrae.*
*Degerat hic Dominus vulgo ſemotus ab omni,*
*Ungula produxit ſutura in ſaecula Tarſum.*

CASTAL. Homerus Iliad. lib. vi. 200. his verſibus:

Ἀλλ' ὅτι δὴ κἀκεῖνος ἀπήχθετο πᾶσι θεοῖσιν,
Ἤτοι ὁ κὰππεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο,
Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

*Sed cum jam & ille exoſus eſſet omnibus Diis,*
*Hic certe per campum Aleium ſolus errabat,*
*Suum animum conſumens, conſortium hominum fugiens.*

SITZM. Enarrat ſeſe ipſe in hac hiſtoria: Bellerophon non ſuccedentibus pro voluntate rebus ſeceſſit, & animum ſuum moerore confecit. Cicero Tuſculan. iii. 26. *inſitum illud in animis habemus, omnes bonos interitu ſuorum quam graviſſime moerere oportere. Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii ſolitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte: Qui miſer in campis moerens errabat Aleis. Ipſe ſuum cor edens, hominum veſtigia vitans.* Auſon. Epiſt. 25. ad Paulin.

*Triſtis, egens, deſerta colat, taciturſque pererret*
*Alpinis connexa jugis, ceu dicitur olim*
*Mentis inops coetus hominum & veſtigia vitans,*
*Avia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontes.*

Cui Paulinus reſpondet;

*——— neque me vel conjuge carpas,*
*Vel mentis vitio; non anxia Bellerophontis*
*Mens eſt, nec Tanaquil mihi, ſed Lucretia conjux.*

Nam juveni offenſo ſaevi poſt tela doloris
Dicitur humanum diſplicuiſſe genus.
In Volaterranum, vero Vada nomine, tractum
Ingreſſus dubii tramitis alta lego.
Deſpectat prorae cuſtos, clavumque ſequentem
Dirigit, & puppim voce monente regit.
Incertas gemina diſcriminat arbore fauces,

De-

De inſania hac Bellerophontis admodum rara mentio apud auctores occurrit, cum caeterae ejus fabulae ubique celebrentur. BART. *Bellerophon* vulgari opinione a Barthio & Caſtalione dicitur, qui *Bellerophontes* dici debuerat.

450. BELLEROPHONTEIS SOLLICITUDINIBUS.] Duobus verbis pentametrum clauſit, cujus exemplum in omni Romana antiquitate non reperiri monuit Cl. Barthius ad Claudian. Paneg. IV. Conſulatu Honorii v. 560. ubi Rutilium noſtrum elegantem ultimae Romae poëtam indigetat. SITZM.

451. TELA DOLORIS] Sunt enim animorum quoque tela & vulnera, injoriae videlicet & mali rumores. Vetus verſus; *ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν ὕβρις.* Julianus Imperator Panegyrico III. in Conſtantium; *πόσῳ δὲ χεῖρον λοιδορία; ὡς θυμοδακὴς ἀληθῶς καὶ ἀμύττει ψυχὴν μᾶλλον, ἢ σίδηρος χρῶτα.* Sic vulnerant animum vitia, & talia Gregorius Nyſſenus in Vita Gregorii Thaumaturgi: *ἀσκούμενον τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν παρὰ τῶν ἀκριβῶς μυσίωτων δαμοσιδιδῶσθαι, ὡς ἂν μήποτε φιλοτιμία τινὶ τὴν ψυχὴν τρωθείη.* Eutropius lib. IX. de Juliano: *in amicos liberalis, ſed minus diligens, quam principem decuit, fuerunt enim nonnulli, qui vulnera ejus gloriae inferrent.* Statius lib. I. Thebaidos 248.

*——— aſt illi ſaucia dictis,*
*Flammato verſans inopinum corde dolorem,*
*Talia Juno refert.*

Auguſtinus libro nuper reſtituto de Geſtis Pelagii, cap. XXXV. *ut animi omnium, qui illorum ſcelerum famae uſquequaque volitante graviter vulnerati ſunt, Dei miſericordia conſequente ſanarentur.* Arnulfus Lexovienſis Epiſtola VII. *Abbati eſt à nobis abjudicata purgatio ſeptima quidem manu, trium videlicet Abbatum & trium monachorum notae opinionis & nominis, quorum juramentis vulneratae fama neceſſarium poteſt remedium comparare.* Alia ad Claudianum II. in Rufin. 116. BART.

453. IN VOLATERRANUM, VERO VADA NOMINE, TRACTUM] A Plinio lib. III. cap. 5. dicuntur *vada Volaterrana.* Antoninus, *Populonia, vadis Volaterris.* CASTAL.

453. VERO VADA NOMINE] Mari non ſatis alto. Quod genus navibus pleno curſu invectis perículoſiſſimum, & ipſi experti ſumus. BART.

455. DESPECTAT] Acutius legas, *diſpectat.* Hinc inde diſpicit. IDEM. *Deſpectat*, ex prora, & obſervat vada. *deſpectare* enim eſt ex alto ſpectare, & ſimul in omnes partes dimittere oculos: ut *deſpicere* etiam poni docuimus ad Vellej. Paterc. II. 14. BURM.

455. PRORAE CUSTOS,] Ovidio III. Met. 617. *Prorae tutela* dicitur. & Claud. Conſ. Mall. 43. *hinc ardua prorae Temperat.* IDEM.

455. CLAVUMQUE SEQUENTEM] Facilem, non magni laboris indigum. Curtius libro V. I. *Ferro geri bella non auro, viris non urbium tectis. Omnia ſequi armatos.* Hoc eſt iis facilia eſſe obtentu. Phaedrus Fabula Quinta, de Leonina ſocietate;

*Secundam, quia ſum fortis, tribuetis mihi,*
*Tum, quia plus valeo, me ſequetur tertia.*

Lucanus libro IX. 781.

*——— Calido non ocyus Auſtro*
*Nix reſoluta cadet, nec Solem cera ſequetur.*

Vide Adverſariorum librum Quinquageſimum Secundum cap. ult. BART. *Sequentem:* ſcilicet cuſtodis prorae vocem monentem, qui viam, per quam navis in portum debet dirigi, oſtendit. BURM.

457. INCERTAS GEMINA DISCRIMINAT ARBORE FAUCES, DEFIXASQUE OFFERT LIMES UTERQUE SUDES.] *Incertus* legebatur, *incertas* ad *fauces* nos retulimus. CAST.

Ni-

Defixaſque offert limes uterque ſudes.
Illis proceras mos eſt adnectere lauros,
Conſpicuas ramis & fruticante coma:
Ut praebente algam denſi ſymplegade limi
Servet inoffenſas ſemita clara notas.
Illic me rapidus conſiſtere Corus adegit,
Qualis ſilvarum frangere luſtra ſolet.
Vix tuti domibus ſaevos toleravimus imbres,
Albini patuit proxima villa mei.
Namque meus, quem Roma meo ſubjunxit honori,

Per

Nihili ſcriptura, lege *Inſertus*, non nativus, ſed inſititius, à ramis arborum in alienam ſtirpem inſertis. Vide Scriptores Rerum Ruſticarum. Infixae autem pelago erant duae utrimque ſecus arbores, per quas medias limes patebat navigiis deducendis, ne in vadis haererent. BART. Sed ſi *inſertus*, limes deberet intelligi, quod ſane ineptum eſt: perinde mihi videtur, an *incertus limes*, an *incertas fauces* legas; ſenſus eſt, limes, qui non facile diſcernitur, niſi arbores & ſudes utrimque defixae diſcriminarent viam tutam navibus, a vadis. ad ſudes vero illas annexae & alligatae erant lauri procerae: & ita hodie ſolent certa ſigna locari, ad quae nautae dirigant in ſtationes & portus curſum ſuum. ubi mare non profundum, & vadoſum, pali aut rami etiam & ſurculi defiguntur, ubi altius mare, vaſa lignea anchoris defixa natant in aqua. BURM.

460. CONSPICUAS RAMIS ET FRUTICANTE COMA,] Tertul. de judic. dom.

*Tempore nuda ſuis foliis quoque fruticat arbor,*
*Pomorumque iterum curvantur germine rami.*

*Fruticare* de arboribus proprie dicitur. Transferunt tamen authores etiam ad alia. Juvenal. Sat. IX. 15.

*Sed fruticante pilo neglecta & ſqualida crura.*

Joh. Sarisberienſis Policrat. lib. I. c. 4. de Eſau. *Fruticantibus pilis horrebat manus.* SITZM. Vid. Savar. ad Apoll. Sid. I. Ep. 2. cui ſua debet Sitzmannus. de cervi capite, quod ramorum modo emittit cornua, etiam uſus eſt Calpur. Ecl. VI. 37. ubi vid. BURMANN.

461. PRAEBENTE ALGAM] Quae facit molliorem viam, ne navis offendatur, vid. inf. 537. IDEM.

461. SYMPLEGADE] Complexione. Martial. XI. Epig. 100. *geminâ ſymplegade.* CAST.

461. LIMI] Quem maris aeſtus hinc atque inde ceu collibratum collidit atque compingit. *Symplegades* inſulae, alio nomine Cyaneae, objectae Argonautis in ponto Euxino, colliſae vento, & rurſum divulſae, ne qua navis eas anguſtias tranſiret, unde ad alia tranſtulerunt Poëtae, earumdem fictores. Ut ad obſcoena Martialis & Auſonius Epigrammatis. Senſus eſt; *Geminis iſtis arboribus alto defixis, quas alioqui limi copia maris alluvio obrueret, affixerunt praecelſas laurus, ut ſemita media clare conſpiceretur.* BART.

462. NOTAS.] Indicia certa ſemitarum, qua navigiis eundum foret. Onomaſticon Vetus. *Notae*, σύμβολα, σημεῖα. Gloſſarius vetus inter numeros diſtinguere videtur, *Nota*, inquit, χαρακτὴρ: *notae*, σημεῖα. Sed uſus aliter docet. IDEM. *Inoffenſae* vero *viae*, hic ſunt, ad quas non offendunt naves: ita ex MSS. apud Ovid. I. Triſt. IX. I.

*Detur inoffenſam vitae tibi tangere metam.*

legebat Zinzerl. ſed rectius *vitae inoffenſae*, ut *curſum inoffenſum*, & ſimilia dici oſtendimus. BURM.

463. RAPIDUS CORUS] Lucanus VII. 125. *Victus violento navita Coro.* Idem appellat *Corum imbriferum.* *Corvus* in Panviniana editione legitur, ſed male. CASTAL. Operarum certe vitium. nam in editione Onuphr. Pariſienſi eſt *Corus.* *imbriferum Corum* Lucanus non dixit, ſed Senec. Hippol. II. 31.

im-

Per quem jura meae continuata togae,
Non exſpectatos penſavit laudibus annos,
Vitae flore puer, ſed gravitate ſenex.

Mu-

impoſuit memoria Caſtalioni. BURM.

470. VITAE FLORE PUER, SED GRAVITATE SENEX.] Pap. Stat. II. Silv. I. 39.

——— *Rapitque modeſtia praecox,*
*Et pudor, & tenero probitas maturior aevo.*

Idem VI. Th. 753.

*Hic paulo ante puer, ſed enim maturius aevo*
*Robur, & ingentes ſpondet tener impetus annos.*

Sil. Ital. lib. VIII. 464.

*Et haud parci Martem coluiſſe Tudertes.*
*Ductor Piſo viros ſpernaces mortis agebat,*
*Ore puer, puerique habitu, ſed corde ſagaci.*
*Aequabat ſenium, atque aſtu ſuperaverat annos.*

Idem quoque Poëta, ut obiter hoc adnotem, lib. IV. pugnaces Tudertes celebrat eo verſu 222.

*Et Gradivicolam celſo de collo Tudertem.*

Lapis in Vinea Carpenſi, ut ad rem.

CUJUS ANNOS INGENIUM EXCEDEBAT.

CASTAL. Indicia ſummorum virorum futurorum in pueritia ſeniles animi. Zacharias Pontifex in Vita B. Benedicti ex Gregorio Magno; ἀνὴρ τις ὑπῆρχε τῇ πολιτείᾳ μὲν εὐλαβέστατος, χάριτι δὲ Θεοῦ κεκοσμημένος, τοὔνομα Βενέδικτος, ὃς ἐκ παιδόθεν τῇ τῆς καρδίας καθαρότητι ἐλαμπρύνετο. Gregorii verba ſunt: *Fuit vir vitae venerabilis gratia Benedictus & nomine, ab ipſo ſuae pueritiae tempore cor gerens ſenile.* Claudianus Panegyrico Olybrii & Probini 67.

*Coepiſtis, quo finis erat, primordia veſtra*
*Vix pauci meruere ſenes.*

Benedictus Paulinus libro I. de Vitâ Martini.

*Quiſnam, quaeſo, bonus, ſic conſummare valebit,*
*Ut coepit teneris felix Martinus in annis.*

Arnulfus Lexovienſis ad Nepotem ſuum.

*De pueroque ſenem formans doctrina Poëtam,*
*Indidit aetati non ſua verba tuae.*

*Verba ſenem ſapiunt, ipſumque profeſſa Maronem*
*Imberbi floret pagina canitie.*

Apollinaris Sidonius, Panegyrico Majoriani;

——— *conjuncta poteſtas.*
*Patricii, celerique gradu privata cucurrit*
*Culmina, conſcenditque ſenum Puer ipſe curulem,*
*Sedit & emerito juvenis veteranus in auro.*

Hieronymus ad Demetriadem de ſervanda virginitate. *ne vocis meae pro virili parte deſit teſtimonium in ejus virtutibus explicandis, cujus, ut incluti oratoris utar ſententia, ſpes magis laudanda, quam res eſt, quamquam puellareis annos fidei ardore ſuperarit, & inde coeperit, ubi alios deſiiſſe perfectae conſummataeque virtutis eſt.* Ennodius Dictione in Epiphanium XXX anno Sacerdotii.

*Alter in hoc ſenium teneris miratus in annis*
*Alter in antiqua jactabat ſtirpe parentes.*

Beda Venerabilis in Vita Cutberti, cap. II.

*Haec ait, & pueri grandaevum in pectore ſenſum*
*Spiritus inſtituit cunctum comes almus in aevum.*

Paulinus, alius à Nolano & Benedicto, de B. Joanne Baptiſta.

*At poſtquam robur membris acceſſit ab aevo,*
*Jam mens plana Deo tardos praevenerat annos.*

Petrus Mauritius hymno Sancti Benedicti. *Sancta te compſit puerum ſenectus.* Petrus Pictavienſis in Panegyrico.

*Certe vos aliquid juveni vidiſtis ineſſe,*
*Unde ſuis poſſit patribus eſſe pater.*

Hoc eſt juventa aetate patrum, & ſeniorum gubernaculum tenere. Prudentius Hymno Eulaliae.

*Ore ſevera, modeſta gradu,*
*Moribus & nimium teneris*
*Canitiem meditata ſenum.*

Sedulius libro II. Carminis Paſchalis;

*Aſt ubi biſſenos aetatis contigit annos,*
*Hoc ſpatium de carne trahens, aevique meatus*

*Hu-*

Digitized by Google

Mutua germanos junxit reverentia mores,
Et favor alternis crevit amicitiis.
Praetulit ille meas, cum vincere poſſet, habenas:
Praedeceſſoris major amore fuit.
Subjectas villae vacat adſpectare ſalinas:

Nam-

*Humana pro parte tulit, ſenioribus eſſe*
*Corde videbatur ſenior.*

Gregorius Nyſſenus Vita & Encomio Gregorii Thaumaturgi. ὄντι δὲ αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ, κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης, τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων, χαλεπὸν ἦν τοῖς ὁμήλιξι θέαμα, νέος ὑπὲρ τὴν πολιὰν ἐν σωφροσύνῃ κοσμούμενος. Callimachus Hymno in Jovem vſ. 56.

Ὀξὺ δ' ἀνήβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι,
Ἀλλ' ἔτι παιδνὸς ἐὼν ἐφράσσαο πάντα τέλεια.

BART. Eadem fere Barth. ad Claud. conſ. Olyb. 68. conſtipat. vid. ad Ovid. 1. Art. 184.

471. GERMANOS MORES.] Unis velut parentibus natos. Claudianus junior de Hercule verſ. 10. *Germana Tonantis progenies.* *Germanae vites* apud Columellam lib. III. cap. 2. &c. BART.

472. AMICITIIS.] Claudian. Mall. Panegyr. 73.

—— *Rurſusque receptis*
*Nectit amicitiis, quicquid diſcordia ſolvit.*

BART.

473 HABENAS:] Magiſtratum. Regimen. Papinius ad Domitianum 1. Theb. 30. *maneas hominum contentus habenis.* Symmachus lib. IX. Epiſt. 82 *depoſitis Reipublicae habenis*; Silius libro 1. 144.

—— *rerum Aſdrubali traduntur habenae.*

Valerius Flaccus libro v. 519. *Caucaſus atque tuis pariter miteſcat habenis. Habenae diſciplinae* apud Valerianum Sermone primo. IDEM.

474. PRAEDECESSORIS MAJOR AMORE FUIT.] *Praedeceſſorem* ſequioris aevi ſcriptores eum nuncupaverunt, qui in officio praeceſſit, quos reprehendit Joh Coraſius ad l. obſervare 4. §. antequam. ff. de off. Proconſ. Etenim *Deceſſor* veteribus is dictus, l. praeſes. 42 ff. de minorib. quandoque *anteceſſor*, l. quamvis 9. ff. de reb. cor. qui ſub tut. à verbo *decedere*, quo in hoc ſignificatu utitur Cic. pro Q. Ligario & 1. Verr. item lib. VII. ad Attic. Corrippus lib. III.

*Sic deceſſorem regnantum nullus amavit,*
*Quamquam ſceptra patris natus ſucceſſor haberet.*

Victor Tununenſis in Chron. *Sacramento à deceſſore ſuo Traſamundo obſtrictus, ne catholicis in regno ſuo aut Eccleſias aperiret, aut privilegia reſtitueret, priusquam regnaret.* SITZM. Majoris aeſtimandus, quia Rutilium poterat ſuperare, & ipſe ante eum eo honore, de quo loquitur, potiri; antehabuit autem ſucceſſum amici ſuo Albinus, contentus poſt eum eumdem gradum adſcendere. Fraterna haec civilitas erat. de tali Martialis XI. Epig. 11.

*Contulit ad ſatyras ingentia pectora Turnus,*
*Cur non ad Memoris carmina? frater erat.*

BART.

475. SALINAS.] Confer cum Manilii verſibus de eadem re lib. v. Aſtron. PITHOEUS. Notanda eſt longe elegantiſſima Salinarum deſcriptio, quam dubito, utrum pari modo, & tam abſolute in omni antiquitate reperias. Vide Plinium libro XXXVII. cap. 6. Pulcra etiam *deſcriptio* apud Manilium libro quinto vſ. 682.

*Quin etiam magnas poterunt celebrare Salinas,*
*Et pontum coquere, & ponti ſecernere virus.*
*Quum ſolidum certo diſtendunt margine campum,*
*Appelluntque ſuo deductum ex aequore fluctum,*
*Claudendoque negant; tum demum ſuſcipit undas*
*Area; tum Pontus per ſolem humore niteſcit,*
*Congeritur ſiccum pelagus, merſique profundi*
*Canities emota maris, ſpumaeque rigentes*
*Ingenteis faciunt tumulos, pelagique venenum,*



Quod-

Namque hoc cenſetur nomine ſalſa palus.
Qua mare terrenis declive canalibus intrat,
Multifidoſque lacus parvula foſſa rigat.
Aſt ubi flagrantes admovit Sirius ignes,
Cum pallent herbae, cum ſitit omnis ager,
Tum cataractarum clauſtris excluditur aequor,
Ut fixos latices horrida duret humus.
Concipiunt acrem nativa coagula Phoebum,

Et

*Quodque erat uſus aquae ſucco corruptus amaro*
*Vitali ſale permutant, redduntque ſalubrem.*

Collatis his duobus locis doctiſſimorum Poëtarum omnem rationem veterum Salinarum velut conſpicillo videbis, ut ea hodieque in locis, ubi Solis vehementia operi ſufficit, fieri conſpicitur. Alias ſalinas procul à maritimis fluctibus celebrat Cicero de Nat. Deorum in libro ſecundo. BART.

476. HOC CENSETUR NOMINE] Id eſt nota eſt, celebratur, inſignitur, praedicatur. quae cum ſit obvia verbi hujus, & in Lexicis etiam prodita, ſignificatio, neſcio, quî potuerit JCtus non incelebris, ſed non ſemper accurate cogitateque ſcribens, verba Juſtiniani in pr. Inſt. de Jure N. G. & C. *videmus etenim cetera quoque animalia iſtius juris peritia cenſeri*, explicare, per *regi*, *gubernari*; cum ſenſus ſit manifeſtiſſimus, juris ejus veſtigia ita in ceteris animalibus apparere, ut hinc etiam admiratione quadam conſiderentur, praedicentur, & habeantur, quaſi juris eſſent naturalis participes: ut ita *longo ſanguine cenſeri* apud Juvenalem, quem locum adducit, ſed qui ineptum faceret ſenſum, ſi *gubernari*, *regi longo ſanguine* ſignificaret, cum notet pro nobili haberi, & majoribus illuſtribus orto, & ita ſupra vulgus eminere. negligentiam praeterea ſecuram notat citatio haec loci Juvenalis, quem Gothofredus ad leg. 1. §. 3. ff. de Juſt. & Jur. adducit, non ut probet Ferrandi explicationem, qui *regi*, *gubernari* expoſuit; ſed Coraſii, qui *cenſeri* explicuit per *numerari*, ut Juvenalis *ſanguine cenſeri*, quod illi verius videtur. eodem modo *Scythas virtute animi*, *non opibus cenſeri* dixit Juſt. IX. 9. id eſt, ea re maxime eſſe nobiles & notabiles. Alexander *jubet*, *ſe patre Jove cenſeri* apud eumdem XI. 11. id eſt haberi, praedicari, non gubernari a Jove. Senec. Ep. LXXVI. *id in quoque optimum eſt*, *cui naſcitur*, *quo cenſetur*, ubi vide, quae Gruterus ex Duareno adducit. adde, quae dicemus ad Seren. Samon. verſ. 16 & ita millies alii. vide literatiſſimum, & quem legere accuratius deberent JCti, Budaeum ad Leg. 1. §. 3. ff. de Juſt. & Jur. ubi *iſtius juris peritia cenſeri*, explicat admirationi nobis eſſe prae ceteris, pretium & aeſtimationem mereri, & laudari. & ejus veſtigia preſſit Panciroll. Var. Lect. II. 147. & Gevarr. 1. Elect. 9. cujus fere omnia in Lexicon Fabri ſunt relata. adde Paſſerat. ad Cicer. pro Arch. cap. 6. & Bernec. ad d. l. Juſtini. BURM.

480. CUM PALLENT] Heinſius malebat, *ſqualent*. ſed ego nihil moveo. *pallent*, cum areſcunt vel nimio aeſtu, vel frigore aduſtae ſunt, herbae. Ovid. 1. Faſt. 668.

*Nec vitio coeli palleat aegra ſeges.*

IDEM.

481. CUM CATARACTARUM] Forte *tum*. SIML. Et ita edidit Pithoeus, quos ſequuti ſumus; eo enim tempore, quo calor eſt maximus, aqua marina recepta in lacus, clauditur cataractis. BURM.

482. HORRIDA] Malim *torrida*, nam Sirius tunc dominabatur: *horrida* enim tellus de frigida aut inculta dicitur, ut mox *horridus Iſter*. ex calore vero coagula illa ſponte quaſi, & nativa, nullo admoto *igni*, coëunt. quae magis ex ſole denſantur, ut cruſta fiat, ſimilis fere glaciei, quae ex diſpari cauſſa, frigore ſcilicet, gignitur. BURM.

483. ACREM PHOEBUM,] Virg. 1. Georg. 1. 92.

*Ne tenues pluviae rapidive potentia ſolis*
*Acrior,*

Digitized by Google

Et gravis aeſtivo cruſta calore coit.
Haud aliter, quam cum glacie riget horridus Iſter,
  Grandiaque adſtricto flumine plauſtra vehit.
Rimetur ſolitus naturae expendere cauſſas,
  Inque pari diſpar fomite quaerat opus.
Juncta fluenta gelu, conſpecto Sole, liqueſcunt,
  Et rurſus liquidae Sole gelantur aquae.
O quam ſaepe malis generatur origo bonorum!

Tem.

*Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat.*
Horat. lib. I. Sat 6.
*Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lavatum*
*Admonuit.*
Lucretius lib. VI. 850.
*Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri*
*Sole putant ſubter terras ferveſcere raptim.*
Plinius quoque *acrem ſolem* dixit. CASTAL. Vid. ad Ovid. I. Metam 592.

484. ET GRAVIS AESTIVO CRUSTA CALORE COIT.] Eleganter imitatur Lucretium, lib. VI. de R. Nat. 625.
*Una nocte vias quoniam perſaepe videmus*
*Siccari, mollisque luti concreſcere cruſtas.*
BART. Adverſ. XXV. 15. Vid. ad Ovid. III. Triſt. X. 38.

485. HAUD ALITER, QUAM CUM GLACIE RIGET HORRIDUS ISTER,] Jornandes de reb. Get. *Danubius in Alemanicis arvis exoriens LX habet à fonte ſuo flumina uſque ad oſtia in Pontum vergentia, per mille ducentorum paſſuum millia hinc inde ſuſcipiens flumina in modum ſpinae, quae coſtas ut cratem intexunt. Omnino ampliſſimus eſt, qui in lingua Beſſorum Hiſter vocatur, ducentis tantum pedibus in altum aquam in alveo habet profundam. Hic etenim amnis inter caetera flumina immanis, omnes ſuperat, praeter Nilum.* SITZ.

486. GRANDIAQUE ADSTRICTO FLUMINE PLAUSTRA VEHIT.] Ovid. lib. III. triſt. Eleg 10.
*Caeruleos ventis latices durantibus Iſter*
*Congelat, & tectis in mare ſerpit aquis.*
*Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, & undas*
*Frigore concretas ungula pulſat equi.*
*Perque novos pontes, ſubter labentibus undis,*
*Ducunt Sarmatici barbara plauſtra boves.*
SITZM. Hoc miraculum Romanis habitum quotannis nos videmus. Ovidius inter pene incredibilia ponit. BART.

487. RIMETUR SOLITUS NATURAE EXPENDERE CAUSSAS,] Ita emendavimus. Legebatur inepte ante,
*Rimetur ſolitas natura expendere cauſſas.*
CASTAL. Recte Caſtalio: Edit. Bonon. Chytraei, Reuſn. & aliae hic peccant, quae *ſolitas* exhibent. ad Philoſophos relegat Poëta lectorem: illi enim ſoliti expendere cauſſas naturae, id eſt naturales. Poëta ſequitur pro arbitrio placita cujuſcumque ſectae, & cum vulgo ſaepe ſapere aut deſipere ſolet. vide, quae de colore diſputat Barthius ſupr. ad vſ. 218. *cauſſae naturae* ſunt elementa, origines. ut *rerum cauſſae* Nemeſ. I. Ecl. 35. & Ovid. XV. 67.
*——— magni primordia mundi,*
*Et rerum cauſſas, & quid natura docebat.*
BURM.

488. PARI FOMITE OPUS DISPAR] Calor cum ſit cauſſa indurans, cruſta tamen ſalis frigida eſt. Nonnullis gentibus è ſale muniri aedes memorat Julius Solinus cap. 31. Polyhiſtoris. BART.

489. VINCTA FLUENTA GELU,] *Vincta* libentius, quam *juncta* legerim, ut illud Horatii lib. I. Epiſtolar. ad Florum III. 3.
*Thracane vos, Hebruſque nivali compede vinctus.*
CASTAL. Et ita Heinſius ad Ovid. III. Triſt. X. 25. & ad Claudian. Epig. VII. & centies alibi, ubi haec verba, iiſdem fere ductibus literarum, in MSS. occurrunt.

489. JUNCTA FLUENTA GELU,] Aqua quaevis glaciata Sole admiſſo liqueſcit, Sal,



Digitized by Google

Tempeſtas dulcem fecit amara moram.
Victorinus enim, noſtrae pars maxima mentis,
Congreſſu explevit mutua vota ſuo.
Errantem Tuſcis conſidere compulit agris,
Et colere externos capta Toloſa lares.

Nec

aqua ſit marina, per Solem cruſtam ducit. BART.

492. Tempestas dulcem fecit amara moram.] Elegantiam ſimilem habes apud Sedulium lib. vi.

*Et dulcem veniam fletus genuiſtis amari.*

Sidon. Apollin. lib. ii. Epiſt. 2. *Pingues ulvarum paginae nutant, ſalicumque glaucarum fota ſemper dulcius aquis amaritudo.* SITZM.

492. Amara] Adverſa. Omne, quod inimicum eſt, *amarum* vocant Graeci & Latini ſcriptores. Vide, quae ad Cynegeticum Gratii verſu 390. notamus. BART.

493. Victorinus enim,] Non ille Rhetor urbis laudatus Auguſtino lib. viii. Confeſſ. ſed Tholoſas, ut ſequentia indicant, quae ad hiſtoriam Ataulphi Galliam Narbonenſem occupantis, ex foedere cum Honorio Imp. icto referenda ſunt. Significat autem, hunc Victorinum Britanniae praefectum fuiſſe, & Comitem ſacri palatii factum. PITHOEUS.

493 Nostrae pars maxima mentis,] Vide Commentarium amici olim noſtri, cujus omni aeternitate immortale nomen in litteris noſtris erit, Iſaaci Caſauboni ad Sat. v. Perſii 23. BART. Vid. ſup. vſ. 426. Lucan. v. 757. *maneat pars optima Magni.* ſed in omnibus a viris eruditis exemplis laudatis, nullum video, ubi quis *pars*, vel *portio mentis* dicatur; *pars animae* & *vitae* ſaepe occurrit. quare dubito, cum centies *mens* & *gens* confundantur, an non hic praeſtet, *noſtrae pars maxima gentis:* ut praecipuae dignitatis virum in Galliis ſignificet fuiſſe, unde poſtea addit vſ. 510. *videri jam frui patriae parte.* BURM.

495. Errantem Tuscis considere compulit agris, Et colere externos capta Tolosa lares.] *Et colere:* quod legitur *excolere*, diviſimus mutata *X* in *T.* CAST. *excolere* Bonon.

496. Capta Tolosa] *Toloſam*, antiquiſſimam clariſſimamque urbem, quae non ſolum Archiepiſcopatui, verum etiam ampliſſimo totius Languedoccii Parlamento, ſupremaeque Curiae praebet domicilium, praeter Auſonium ſuis coloribus egregie delineat Jul. Caeſ. Scaliger in urbibus. SITZM. *Capta* à Gothis, qui capta vi belli Aquitania Regiam ſedem Toloſae, principe Ataulfo fixerunt. Collector Chronologus ex libro iii. Idacii cap. 2. *Gothi ſedentes in Aquitania Toloſam ſibi ſedem eligunt, à mari inter Rhenum & fluvium Rhodanum, per Ligerim fluvium uſque Oceanum poſſident.* Idem anno xiv. Theodoſii Junioris: *Bellum Gothicum ſub Theodorico Rege: apud Toloſam Littorius dux Romanus, cum auxiliis Hunnorum magna manu irruens, caeſis parte plurima ſuis, ipſe vulneratus à Gothis, poſt dies paucos capitur & occiditur.* Tributae illis ſedes iſtae à Conſtantio, quem ad Caeſareum poſt faſtigium admovit Honorius. Idacius, ut à Jac. Sirmundo editus eſt Olympiade ccxcix. *Gothi intermiſſo certamine, quod agebant, per Conſtantium ad Gallias revocati, ſedes in Aquitanica à Toloſa uſque ad Oceanum acceperunt.* Caſſiodorus ejus Regni Gothici principium facit annum, quo Theodoſius Quintum, Honorius Nonum Conſules fuerunt. *Et hoc regnum eſt*, quod Ataulfum Regem Gothorum in Galliis ſibi confirmaſſe ſcribit Jornandes Geticorum cap. xxxi. Iſidorus in Chronico Aera ccccliv. *Walliae* tribuit, qui ſecundus ab Ataulfo Gothis imperavit, *Wallia*, inquit, *per Conſtantium Romanum patricium ad Gallias revocatur, data ab eo Gothis ob meritum victoriae ad habitandum ſecunda Aquitania uſque ad Oceanum, cum quibuſdam civitatibus confinium provinciarum.* Sigebertus Gemblacenſis Anno Chriſti ccccxiix. *Aquitaniam Gothis* ab Honorio traditam ſcribit. BART. Vid. Savaron. ad Apollinar. lib. iv. Epiſt. 7.

497.

Digitized by Google

Nec tantum duris nituit ſapientia rebus,
  Pectore non alio proſperiora tulit.
Conſcius Oceanus virtutum, conſcia Thule,
  Et quicumque ferox arva Britannus arat.

Qua

497. Duris] Heinſius malebat *in duris*, ut illud *in* abſorptum fuerit a litera *m*, in voce *tantum*, quod millies accidit. Ovid. I. Triſt. IX. *in duris remanentem rebus amicum.* II. ex Pont. VII. 53.

*Adjuvat in duris alios praeſentia rebus.*

BURM.

498. Pectora non alio prosperiora tulit.] *Pectore* lege. SIML. Erat in omnibus excuſis, *pectora non alius*, mendoſe. ſententia nunc perſpicua. Hic etiam erratum eſt in noſtro. CASTAL. Ita jamdiu ante Caſtalionem legendum cenſuit Joſias Simlerus. In vet. *pectora.* Innuit autem, Victorinum tam rebus ſecundis, quam adverſis animoſum & fortem apparuiſſe. SITZM. Conſtantia. ſapiens enim & fortis eadem laus eſt. Amalarius Fortunatus libro de Antiphon. Ordine; *Nam & ſapiens vir fortis dicitur*, unde Horatius Poëta.

*Fortis, & in ſe ipſo totus teres atque rotundus.*

BART. *Pectora non alio* Bonon. *Pectora non alius* praefert Heinſ. ad Ovid. IX. Met. 99. non ego: nam quis *pectora proſperiora* dixit? eſt vero *non alio pectore* idem, quod non inflato, ſuperbo, ſed moderato in proſperis, ut nunc in duris rebus forti: quod Horat. II. Od. XIV. 15.

*In utramque ſortem bene praeparatum pectus*,

dixit. *pectus* ſapientiae & prudentiae ſedem ſtatuiſſe, & pro iis Poëtas paſſim uti, notum eſt. vide Barth. ad Stat. II. Theb. 484. BURM.

498. Prosperiora tulit.] Quam Sapientes ſummam virtutem putant: Eſtque laus Conſtantiae, adverſam Fortunae faciem, exceptam habitu, quo proſpera, mentis eodem, ut laudat Heroëm ſuum Claudianus. Magnanimitatem & prudentiam hominis laudat, quarum virtutum prior non alio laudabilior apparet, quam contemtu opum, & talium Fortunae bonorum, quibus efferantur animi fortunatorum. Sic animoſum Fabritium vocat Claudianus, quia contemſit regium aurum.

—— *animoſaque pauperis umbra Fabritii.*

Idem de Virtute Conſ. Mal. 4. *Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis, Divitiis animoſa ſuis.* Vide ad priorem locum, qui eſt primo in Eutropium v. CCCCLII. Animadverſiones noſtras. BART.

499. Conscius Oceanus virtutum conscia Thule, Et quicumque ferox arva Britannus arat.] Guilielmus Cambdenus in Britanniâ: *Interim* (inquit) *Honorius, civitates Britanniae, auxilium poſtulantes; literis hortatus eſt, ut ſibi caverent, & conſulerent. His temporibus Chryſanthus Epiſcopi Mariani filius, & Victorinus Britanniam adminiſtrarunt: & in hujus Victorini laudem apud Rutilium Claudium exſtant verſiculi.* SITZM.

499. Consulis] Onuphr. *conſcius.* SIML.

499. Conscia Thule,] Thule inſula Romanis ultima habebatur, velut ab ea nulla jam per univerſum Oceanum habitabili. ἀρκτικωτάτην τῶν οἰκουμένων. vocat Euſtathius Commentario ad Dionyſium Periegeten. Vide doctiſſimum virum Joach. Vadianum Commentario in tertium Melae. BART.

500. Et quaecunque ferox arva Britannus arat.] Ex *quicunque*, quod excuſi omnes habent, *quaecunque* facimus. Sed mendum hic quoque haeſit. CASTAL. *Ferox* autem *Britannus* gentis veteri elogio, vel turbis temporum illorum ſane maximis, & magnâ tyrannorum ſerie in ea inſula. Acriter de Britannis ſuis Gildas in Invectiva: *Haec inſula, erecta cervice & mente, ex quo inhabitata eſt, nunc Deo, interdum civibus, nonnunquam etiam tranſmarinis Regibus & ſubjectis ingrata conſurgit. Quid enim deformius, quidque iniquius poteſt humanis auſibus vel eſſe, vel intromitti negotium, quam Deo timorem, bonis civibus caritatem, in altiore dignitate poſitis abſque fidei detrimento debitum denegare honorem, & frangere divino humanoque ſenſui fidem, & abjecto coeli terraeque metu propriis adinventionibus & libidinibus a-*

*liquem regi? &c.* Ubi vides ferociam plane ſingularem. Et apud Auſonium Epigrammatis concluditur, Britonem neminem eſſe bonum, nimio Gallorum in eos odio. Gulielmus Brito lib. I. Philippidos audaces viros vocat.

*Audaceſque viri, quos illa Britannia gignit.* *Quaecunque arva* dixit Rutilius, quia Romanorum quondam opinio fuit eam inſulam, quae circumquaque poſt cognita & emenſa eſt, non minori ſpatio patere, quam totum caeterum orbem habitabilem. Rufinus ex Joſepho lib. II. de Bello Judaico cap. 16. *Conſiderate autem etiam Britannorum muros, qui Hieroſolymorum muris confiditis. Illos ſiquidem circumdatos Oceano, & pene non minorem, quam noſter eſt, orbem habitantes* (ſub Tito primum innotuit, Britanniam inſulam eſſe. Ut auctor eſt Xiphilinus in Vita ejus) *Romani navigantes redegerunt in ditionem ſuam, quatuorque legiones tantae magnitudinis inſulam tuentur.* Eamdem inſulam quondam *tyrannorum nutriculam*, ſuo tempore Philoſophiae domicilium factam, ſcribit Gulielmus Malmisburienſis libro I. de Geſtis Regum Angliae. Mirificam hujus gentis ferociam rebus proſperis deſcribit Henricus Huntindonienſis ipſo fine libri primi Hiſtoriarum. De victu & in talibus tolerantia pulcre Bundwica bellatrix Britannorum in oratione, qua centum & viginti millia militum adverſus Romanos concitavit, apud Joannem Xiphilinum ex libro LXI. Caſſii Dionis; ἀλλ' οἱ μὲν (inquit, Romanos vituperans) καὶ σκιᾶς καὶ σκέπης, σῖτόν τε μεμαγμένον, καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον δέονται, κἂν ἄρα τι τούτων αὐτοὺς ἐπιλείπῃ, διαφθείρονται: ἡμῖν δὲ δὴ πᾶσα μὲν πόα καὶ ῥίζα σῖτός ἐστι, πᾶς δὲ χυμὸς ἔλαιον, πᾶν δὲ ὕδωρ οἶνος, πᾶν δὲ δένδρον οἰκία. καὶ μὴν καὶ τὰ χωρία ταῦτα ἡμῖν μὲν συνήθη καὶ σύμμαχα, ἐκείνοις δὲ δὴ καὶ ἄγνωστα, καὶ πολέμια, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἡμεῖς μὲν γυμνοὶ διανέομεν, ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ πλοίοις ῥᾳδίως περαιοῦνται. Deſcribuntur mores & armorum genera ab eodem Dione in Severo. *Poſſident*, inquit, *montes aſperrimos, ſed ſine aqua, itemque campos deſertos, ſed ſine frugibus, plenoſque paludibus, nec habent caſtella, nec oppida, nec agros colunt, ſed è paſtura & venatione fructibuſque nonnullarum arborum vivunt, nam piſces, quorum ibi maxima eſt & innumerabilis copia, non tangunt. Degunt in tentoriis nudi & ſine calceis, utuntur promiſcuis uxoribus, & , quicquid eis naſcitur, alunt, ſtatu populari ut plurimum reguntur. Latrocinantur libentiſſime, militant in curribus, equos habent parvos & celeres. Pedites etiam ſunt tum ad currendum velociſſimi, tum ad conſiſtendum una firmiſſimi. Horum arma ſunt ſcutum & haſta brevis, in cujus inferiore parte pomum eſt ex aere, ut, dum concutitur, hoſteis ſonitu perterrefaciant. Pugiones quoque habent, & famem, friguſque, & aerumnas omnes tolerare poſſunt. Nam & in paludes ſe mergunt, ibique ad plures dies perdurant, caput extra aquam modo habentes, & in ſilvis, corticibus, atque radicibus arborum aluntur. Certum ibi genus parant ad omnia, minime eſurire aut ſitire ſolent*, &c. Quibus ſubdit, Severi tempore dimidiam tantum Britanniam Romanis paruiſſe. Bellicoſiſſimam caedumque avidiſſimam gentem, galearum & loricarum contemtricem deſcribit Herodianus fine libri tertii. Epitomator Strabonis libro III. εἰσὶ δὲ οἱ Βρεττανοὶ εὐμήκεις τοῖς σώμασι. τὰ δ' ἤθη ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα ἔχουσιν, ἤπερ οἱ Κελτοί. ὥστ' ἐνίους διὰ τὸ ἀγνοεῖν, καίτοι γάλακτος εὐποροῦντας, οὐ τυροποιοῦσιν. ἄπειροι δ' εἰσὶ καὶ κηπείας καὶ τινων γεωργίας τρόπων. πόλεις δὲ αὐτοῖς οἱ δρυμοί εἰσιν. περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, ἐνταῦθα καὶ αὐτοὶ καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. &c. Lege ipſum Strabonem, Martianum Heracleotam fine libri ſecundi proſa ſcripti. Pomponius Mela libro tertio capite ſexto. *Fert Britannia populos Regeſque populorum, ſed ſunt inculti omnes, atque ut longius à continenti abſunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecore ac finibus dites, incertum ob decorem, an aliud aliquid, vitro corpora infecti.* De ferociâ & timore, junctis plerumque apud animos mortalium, Britonum priſcorum Tacitus Agricolâ. *In depoſcendis periculis eadem, quae Gallorum audacia, & ubi advenere, in detractandis eadem formido. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit.* Ob ferociam hanc & rebellandi conſuetudinem à Romanis obſidebantur intra ſpatia deſtinata, oppoſitis legionibus, ne in ditionem ipſorum tranſirent, ut auctor eſt Tertullianus libro contra Judaeos. Non tamen etiam antiquiſſimis temporibus fine cultu ingeniorum Britannia, adeoque ut Druydes diſciplinam

Qua praefectorum vicibus frenata poteſtas

Per-

nam ſuam inde petiiſſe in Galliam ſcribat Caeſar libro VI. Belli Gallici, eoque commigraſſe ejuſdem cupidos. *ὡς ἔτι καὶ νῦν οἱ τούτων ἀκριβῶς μανθάνειν θέλοντες εἰς τὴν Βρεττανίαν ἀπιᾶσιν*, ait ejuſdem interpres Graecus. *Munitionibus* diviſa inſula ab Adriano octoginta millia paſſuum longis, ut ſcribit Spartianus, *muro ceſpititio* Antoninus Pius, ut Julius Capitolinus. *Per tranſverſam inſulam murum duxit, utrimque ad fines Oceani munitum* Severus, ut idem Spartianus teſtatur. Maxima inſularum habita, unde Graecis *μεγάλη νῆσος*, ut notavit vir per omnia admirabilis If. Caſaubonus ad Vopiſci Tacitum. Quorum imitatione poſterioris aevi ſcriptores inſulam tantum, velut *κατ' ἐξοχὴν* appellarunt, ut notamus in Adverſariorum Commentariis. *Britones* ipſi ob ſemotam à nationibus caeteris ipſorum terram videntur in contemtu, comparati quidem cum caeteris fuiſſe, ut clarum ex Epigrammate Auſonii CVII.

*Silvius iſte bonus fertur, ferturque Britannus,*
*Quis credat, civem degeneraſſe bonum?*
*Silvius hic bonus eſt: ſed Brito eſt Silvius idem,*
*Simplicior res eſt, credite, Brito malus.*

Joannes Saresberienſis extremos hominum vocat Epiſtola CLIX. non à ſitu, ſed exiſtimatione, uti ex comparatione clarum: *Si prudens eſt, venerabitur judicium Domini, qui non imperatores, non Reges, non principes nationum, ut ipſum domaret, elegit; ſed extremos hominum Britones. Sic adpuniendam ingratitudinem Solomonis recedentis à Domino non tam principes erexit, quam ſervos abjectos.* Suo tempore *inhumanos, ritu incolarum aſpero fuiſſe*, memorat Julius Solinus cap. XXV. *ubi gentem bellicoſam & inhoſpitam ſanguine victorum victores vultus obtinere ſolitam, fas & nefas eoſdem animo ducentem, rituque ferino pueris adhuc naſcentibus amorem caedis inferentem, deſcribit.* Atque ut hoc eo tempore non diffitear, ita nemo negabit ultimis temporibus fidem, juſtitiam, conſtantiam Anglorum Britanniarum victorum fuiſſe nobiliſſimam, adeo ut in invidiam Francorum eas virtutes in illis mirifice laudet Nicolaus Clemangius Epiſtolâ XCVII. Cum Francorum alioquin laudatiſſima ſit in talibus animoſitas. Lege id Anglicani nominis celebre elogium. Veterum Britonum fidem contra notat Auctor Annalium Francorum incertus in anno Domini DCCCXXIV. Albertus Stadenſis contumaciam anno DCCLXXXVI. Brutos eoſdem convicio vocat Walafridus Strabus carmine de Grimaldo Magiſtro.

*Sic Bulgar, Sarraeque Cynos malus hoſpes Iveris,*
*Brutus Brito, Danus verſutus, & horridus Afer.*

Haec ut obiter inciderunt, connotavimus, ut videat Lector bonarum notarum cupidus non fruſtra *ferocem* Britanniam dictam. BART. Ambiguae ſignificationis vox *ferox* eſt; cum & bellicoſos, animoſos, & etiam barbaris & ſuperbis moribus *feroces* dixere. vid. Lambin. ad Horat. I. Od. 15. & Barth. ad Stat. II. Theb. 715. quibus facile eſſet ingentem exemplorum copiam adjicere. BURM.

500. QUICUMQUE] Heinſ. *quacumque*; ego cum Caſtalione & Barthio *quaecumque* praefero. omnes ſub Britannis regiones hoc noſſe ait, quibus & Thulen ſubjectam credebat. intelligit vero inſulas Orcades, & alias circa Britanniam. BURM.

501. VICIBUS] Succeſſive, per vices. Ut ſunt ſucceſſiones dierum & noctium, quae vices dicuntur, quia perpetuo ſibi ſuccedunt. Minutius Felix Octavio: *quod tenebrarum & luminum dicam recurſanteis vices, ut ſit nobis operis & quietis alterna reparatio.* Arnobius libro II. *non credentes, vos frugem percepturos vicibus temporariis.* Tamen hoc Rutilii loco potius vicarius praefectorum intelligetur, de quo videnda ſcitu utilia apud Philippum Berterium Pithanon lib. I. capite 8. I. Sic *ad vicem magiſtri equitum inſtituti praefecti praetorio*, ut loquitur Arcadius J. C. cap. un. de Off. Praef. Praet. BART. Prior interpretatio ſola vera: *vicibus* enim notat ſucceſſionem; ut Horat. I. Od. 4. *grata vice veris & Favonii*, nec per vicarium erat frenata poteſtas praefectorum, ſed quia magnae poteſtati temporis modus erat impoſitus. BURM.

502

Perpetuum magni foenus amoris habet.
Extremum pars illa quidem diſceſſit in orbem,
Sed tamquam medio rector in orbe fuit.

Plus

502. Magni foenus] Heinſ. malebat *foedus.* credo, quia *perpetuum foenus* non probabat. & ita certe Ovidius Ibi 15.

*Perpetuoque mihi ſociatam foedere lecti.*

& III. Triſt. VI. 1. *foedus amicitiae.* & ita paſſim. ſed quia praefectus, proprie ſi loqui velimus, cum populis, quos regit, non contrahit foedus amoris aut amicitiae, ſed prudentia & moderatione eorum amorem ſibi conciliat, qui, ut foenus & uſura ad eum ex laboribus & moleſtiis redit, ejuſque fama apud eos perpetua manet, ideo ego mallem, *perpetui magnum foenus amoris*, quia fere *magnum* eſt ſollemne foenoris epitheton. Petron. LXXXIII.

*Qui pelago credit, magno ſe foenore tollit.*

Tibul. II. VII. 4.

—— *quae magno foenore reddat ager.*

Ovid. I. Faſt. 694.

*Hordeaque ingenti foenore reddat ager.*

*Perpetuus amor* etiam rectius dicitur, quam *perpetuum foenus*, me judice, licet de eo pugnare nollem. aliud vero notat apud Ciceronem, V. ad. Att. Ep. ult. *SC. factum eſt, ut centeſimae uſurae perpetuo foenore ducerentur.* id eſt, non quotannis renovato foenore per anatociſmum, quo uſurae uſurarum ſaepe ducebantur. BURM.

503. Extremum discessit in orbem,] Virg Ecl. I. 67.

*Et penitus toto diviſos orbe Britannos.*

CASTAL. *Toto diviſos orbe Britannos*, Virgilius. *Quia juncta fuit olim orbi terrarum Britannia:* inquit Servius. inepte. Cum ad gloriam Caeſarum adulatorie ſcribat Virgilius. BART.

503. Pars] Legit *ſors* Heinſius, ut olim ſortiri provincias ſolebant: unde *ſors* pro ipſo munere: & ſolent haec verba paſſim commutari, vid. ad Ovid. VI. Faſt. 30. Val. Flac. VII. 441. ſed circa haec tempora *pars* dicebatur pro munere, militia &c. ita Sidon. Apol. I. Ep. 9. *pars armata* de magiſtris militum. vid. Savaron. malo tamen hic *partem* capere de ipſa regione, ut Britannia intelligatur, quae diviſa ab orbe quaſi, & extrema ejus pars ſit, ut notum. BURM.

504. Tamquam medio rector in orbe fuit.] Conſpicuus videlicet egregiis in Rempublicam meritis, & laudatiſſima provincias adminiſtratione. Hoc fatum eſt magnorum principum, facta eorum ubivis clarere, & velut in medio Sole verſari. Claudianus divinis illis Theodoſii ad filium Honorium monitis IV. Conſulatu 268.

*Hoc te praeterea crebro ſermone monebo,*
*Ut te totius medio telluris in orbe*
*Vivere cognoſcas; cunctis tua gentibus eſſe*
*Facta palam.*
—— *nam lux altiſſima fati*
*Intrat, & abſtruſos explorat fama receſſus.*

Manifeſto hos divini vatis verſus gemmeos in animo habuit Rutilius, ut fons quidam perpetuus laudum eſt Claudianus, ex quo carmina & orationes ſuas ſequens aetas floribus omnigenae venuſtatis & doctrinae illuſtravit. Sic de magnatium vita & moribus Pindarus ſcivit, plurimos iis teſtes eſſe, & ipſos multarum bonarum rerum diſpenſatores, Pythionicon primâ vſ. 165.

—— —— νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατὸν· ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν. ——
εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
ἐσσί. πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.

Quorum verſuum extremo melius aliquando legendum ſuſpicabar ἀμφοτέρωθεν πιστοί. Hoc eſt, tam in bonam, quam in ſiniſtram partem, verum magis eſt, ut ſequamur Scholiaſtae interpretationem, tam mendaciorum, quam veritatis teſtes intelligentem. Eodem pertinet, quod ſcribit ad Liviam Ovidius in Conſolatione 349.

*Impoſuit te alto Fortuna, locumque tueri*
*Juſſit honoratum, Livia, perfer onus.*
*Ad te oculos aureſque trahis, tua facta notamus,*

*Nec*

Plus palmae eſt, illos inter voluiſſe placere,
Inter quos minor eſt diſplicuiſſe pudor.
Illuſtris nuper ſacrae comes additus aulae,

Con-

*Nec vox miſſa poteſt principis ore tegi.*
Sic de Paſtore officium ſuum recte curante Joannes Climacus λόγῳ πρὸς τὸν ποιμένα. cap. v. καθέσθω ὁ ἀγαθὸς τῶν τε τῆς ὑπακοῆς τῶν τε τῆς περὶ ἀνθεῖν πίστιν πρὸς αὐτὸν πολλὴν δείκνυται, καὶ τοσοῦτον λοιπὸν ἑαυτὸν πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ὀφείλει, ἐν πᾶσιν οἷς τι πράττει καὶ φθέγγεται, γινώσκων ὡς πάντες εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα βλέπουσι. Gunterus libro quarto 377.
*Nec princeps latebrat, nec Sol deſiderat umbras,*
*Abſcondat Solem, qui vult abſcondere Regem.*
Hinc *lux dignitatis* apud Arcadium Cariſium JCtum cap. unico de officio praefecti praetorio. *Ut enim in luce* conſtituti conſpicui ſunt omnibus, ſic famae radii omnia clarorum virorum manifeſtant. Symmachus lib. I. Epiſt. 102. *Mediolani te agere ante litteras tuas Fama pertulerat, quae nihil ignorari de conſpicuis viris patitur.* Plura ad Claudianum, iteratata editione, quam ope librorum ſeptemdecim, partim à viris doctis, partim à nobis collatorum, talem emittemus, ut immortalitatem meriti, vel ſolo opere, poſteritatem perſuaſuri videamur. Et jam pulſat repagula liber incomparabilis diligentiae, faveat modo Numen. BART.

505. PLUS PALMAE EST,] Amplius gloriae. *Plus* cadenti Latinitati ita crebro uſurpatur, raro integrae. Vide ad Appulejum. BART. Sed & Livius dixit *plus hoſtium* lib. VII. 27. quamquam ibi de re, quae numero conſtat. Ovid. IV. Triſt. VIII. 50.
*Plus tamen exitii numinis ira dedit.*
III. IV. 10.
*Lataque plus parvis vela timoris habent.*
II. Faſt. 396.
*Plus tamen ex illis iſte vigoris habet.*
BURM.

507. INLUSTRIS NUPER SACRAE COMES ADDITUS AULAE,] Comes Palatinus aut certe Domeſticorum. de comite Domeſticorum Ammianus Marcellinus, Eutropius, & lapides, quorum exempla eo conjecimus, ubi de Stilicone agitur. *Inluſtris*, ſupra Rutilii memoriam honoris nomen eſſe coepit, ut ex veterum monumentis cognoſci poteſt. Caſſiodori formula *inluſtratus* vocantis lib. VI. variarum legenda eſt. Servius etiam illud Virg. explicans VI. Aen. 758.
*Inluſtres animas, noſtrumque in nomen ituras.*
Apertiſſime id docet. *Hoc nomen*, inquit, *notitiae fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus invenitur. Nam & nobiles & inluſtres vocantur. Inluſtris* autem ſcribendum, non *illuſtris*, libri veteres, & lapides oſtendunt. Romae in aedibus Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. Proſperi Cardinalis Sanctacrucii, viri undecumque doctiſſimi ac plane ſanctiſſimi, haec leguntur in vetuſtiſſimo ſaxo. (Gruter. MLXXX. II).

GABINVS VETTIVS
PROBIANVS. V. C. PRAEF. VRB.
STATVAM. CONLOCARI PRAE
CEPIT. QVAE ORNAMENTO
BASILICAE ESSE POSSET
INLVSTRI.

Ut interim omittam, quae in aedibus Capranicorum de Stilicone adſervantur. CAST. Vides originem comitum hodiernorum, vel tituli potius; dignitate, ut in caeteris, barbarorum victoriis & moribus invectis, alio derivatâ. *Comites* nimirum Principum, qui in aula alicui officio praeerant, ut comitatum Principis honore aliquo adminiſtrando augerent. Eſtque ea appellatio antiquior, quam credat facile, qui vulgo aſſentiri velit. Eodem enim pertinet, quod de Zopyro aetate Divi Nervae ſcribit Julius Frontinus Strategematum lib. III. cap. III. *Cyrus Perſarum Rex ſuum comitem Zopyrum, explorata ejus fide, truncata de induſtria facie, ad hoſtes demiſit: ille commiſſam ſibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro.* Sic interpres Hiſtoriae Apollonii Tyrii vetus ſane, quamvis ab recente aliquo Monacho interpolatus. *Et dixit ei, ego ſum Apollonius Tyrius, cui dimidium tribuiſti tribunarium, & donavit ei CC ſeſtertia argenti,*

T &

Contempſit ſummos ruris amore gradus.
Hunc ego complexus, ventorum adverſa fefelli,
Dum videor patriae jam mihi parte frui.
Lutea protulerat ſudos aurora jugales:

An-

*& ſervos, & ancillas, & fecit eum comitem ſuum, uſque dum vixit.* Sic de Nervae ejuſdem temporibus Monachus Graecus in Vita D. Petri ex Clementis Recognitionum libris contracta. ταῦτα ὁρῶν ὁ πονηρότατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ὀφφικίων Κόμης Πούβλιος Τερεντιανὸς &c. Qui tamen ignoratione rerum Romanarum ſuas fatetur ineptias, ut docuimus Adverſariorum libro XXXII. cap. 14 BART. Male videtur hunc locum exponere Savaro ad Sidon. Apoll. I. 2. de Armigero, de quo inf. 564. ubi vide. de comitum origine multa congerere facile eſſet, ſed ejus generis adnotationes aliis libenter relinquimus. BURM.

508. SUMMOS GRADUS.] Dignitates, honores; Laberius;

*Summum ad gradum cum dignitatis veneris,*
*Conſiſtes aegre, & citius, quam adſcendes, decides.*

Quia nempe non uno velut ſaltu ad culmen dignitatum devenitur, ſed per gradus velut ſcanditur ad ſummos honores per inferiores. Vopiſcus in Caro: *Hic per civiles & militares gradus, ut tituli ſtatuarum ejus indicant, praefectus praetorio à Probo factus.* Symmachus lib. X. Epiſt. 40. *Nunc Joannes, vir P.... non eum gradum, quem ſubrogandis dederunt divalia ſcripta, ſed ſummo proximum conatur adipiſci.* Appulejus lib. X. *ut ejus proſapia atque dignitas poſtulabat, gradatim permenſis honoribus, quinquennali magiſtratui fuerat deſtinatus.* Sic caeterarum rerum, quarum non uno impetu potimur, gradus eſſe dicuntur, ut *gradus laborum* in ſtudiis, apud Petronium Satirico. *Gradus virtutum*, Vellejum Paterculum. *Gradus vocis*, Curium Fortunatianum lib. III. Rhetoricae. *Gradus fati*, Claudianum Conſ. Mallii. *Gradus perceptionis*, Auguſtinum Confeſſionum lib. V. cap. 14. *Gradus exercitationum militarium* apud Vegetium Prologo. *Gradus vitiorum* apud Caſſianum lib. VII. Inſtitut. cap. 7. *Gradus perfectionis* apud Fulgentium Epiſt. 2. ad Gallam. c. 7. *Gradus ſtili* apud Sidonium lib. IV. Epiſt. 3. &c. BART.

508. RURIS AMORE] Imitatione vetuſtiſſimorum Sapientum, qui naturae bonis aeſtimabant felicitatem humanam potius, quam iis, quae externo ſplendore fulgentia, vanitatem omnium oculis ingererent. Qua mente etiam Paulus Apoſtolus Chriſtiano praeter victum & veſtitum nihil optandum aut deſiderandum praecipit, priore ad Timotheum cap. 6. Turpilius Comicus.

*Profecto, ut quiſque minimo contentus fuit,*
*Ita fortunatam vitam duxit maxime.*
*Ut Philoſophi ajunt iſti quidem, quibus quidvis ſatis eſt.*

Eo pertinent, quae ſupra ad verſum CVII. notavimus, & videnda elegans Claudiani diſſertatio, ubi quaeſitas opes naturalibus opponit lib. I. in Rufinum carm. 200. & ſeqq. cum noſtris inibi notis. Etiam ad Auguſtinum primo de Civitate, cap. 10. BART. *Ruris amor* eſt ſtudium agriculturae. vid. ad Nemeſ. I. Ecl. 54. ubi perperam *juris amor* alii. BURM.

511. SUDOS JUGALES.] Aurorae hic tribuit currum, exemplo aliorum Poëtarum. *ita roſeas quadrigas* ipſi dat Virgil. VI. Aen. 535. ubi Donatus dicit, pro ſole poni, quia cum quadrigis ponitur: quod adripuit Daviſius ad Cicer. de Nat. Deor. I. 28. quia Val. Fl. II. 262. *bigas* tantum dat, & ipſe Virgil. VII. 20. & alii paſſim. idem Virg. XII. 77.

*Puniceis invecta rotis Aurora rubebit.*

ubi vide Cerdam. & Paſſer. ad Propert. II. 18. p. 318. ſed haec eſt Poëtarum licentia, nec ideo auroram pro ſole ſumendam temere puto: nam & Tibullus III. IV. 17. dat nocti *quadrigas* ſolus Poëtarum, cum reliqui *bigas* etiam ipſi tribuant, notante Broukhuſio ad Tibul. II. I. 87. & Taubm. ad Ceirin. vſ. 38. *Nox* vero ibi eſt ipſa Luna. vid. ad Val. Fl. V. 567. illa vero bigis invecta in Lucerna apud Bellor. in Lucern part. II. fig. IX. & ita Lucifero, qui Aurorae hortator fingitur, vid. Stat. XII. 50. & ibi Barth. dant

equum

Digitized by Google

Antennas tendi litoris aura jubet.
Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus,
Mollia ſecuro vela rudente tremunt.
Adſurgit ponti medio circumflua Gorgon,

In-

equum ſingularem, ut noſter ſup. 430. vid. Columm. ad Enn. 268. & Parrhaſ. ad Claud. II. de Rapt. 121. ſed & huic currum dant alii, ut Ovid. I Am. VI. 65. qui dat ipſi *pruinoſos axes*, quos etiam Aurorae adſcribit El. XIII. 2. quaſi pro eiſdem haberet, cum praecedi Auroram a Lucifero dicat Ovidius IV. Met. 629. & Tibul. I. X. 62.

*Dum rota Luciferi provocat orta diem.*

ubi tamen Broukh. rotam Luciferi non pro curru, ſed diſco ſive orbe ſideris capit. dubito, an recte: certe Heinſius de curru cepit, qui legebat *praevehit diem*, ut & in ſimili loco apud Ovid. I. ex Pont. IV. ult. corrigebat. ſic Claud. IV. Conſ. Honor. 561. dat Lucifero equum Aethona, (aliis equum ſolis), qui nuntius Aurorae: vid. ibi Barth. Auroram a Lucifero etiam diverſam facit Claud. II. de Laud Stil. 472. ubi Auroram & Luciferum comere ſolem fingit. imo ipſam auroram Lunae aurigam faciunt alii, vid. Barth. ad Stat. VIII. 274. & V. Silv. IV. 10 in his omnibus fingere Poëtis permittitur, quod libet. ſic dant ipſi pro equis alii mulas, juvencas, vel boves vel cervos. ut recte obſervat Taubmann. ad Virgilii Cirin. vſ. 38. qui hanc curioſam ambitionem Poëtarum, & deſultoriam fabularum levitatem vocat. perperam vero *ſudas jugales* editio Almelovenii dedit. BURM.

512. LITORIS AURA] *Unda* in vulgatis. Sed *Litoris aura*, id eſt, ventus, rectius, ut ſupra,

*Natus vicino vortice ventus adeſt,*

Quid enim cum undis velis? ut ſic legatur

*Antennas tendi littoris aura jubet,*

Monent proximi, qui ſequuntur verſus,

*Inconcuſſa vehit tranquillus apluſtria flatus,*
*Mollia ſecuro vela rudente tremunt.*

CASTAL. Melius eſt, quod excogitavit Joſephus Caſtalio, *litoris aura: Aura litus perflans.* Quam lectionem flagitat diſtichon ſubſequens de tranquillo flatu. BART. vid. ad vſ. 314.

513. APLUSTRIA] Gloſſarium vetus. *Apluſtria*, πτιχὸν πλοίε, ὡς Ἔννιος. Feſtus; *Apluſtria, navium ornamenta, quae quoniam erant amplius, quam eſſent neceſſaria uſu, etiam ampluſtria dicebantur:* Quae quidem verae nugae ſunt. Et ſcribendum *armamenta*; ornamenta enim numquam ſunt neceſſaria uſu. Sic tamen & Scholiaſtes Juvenalis ad Satyram X. *Apluſtre tabulatum ad decorandum ſuperficiem navis appoſitum: alii dicunt roſtra, navis ornamentum, puppis*, ἄφλαστα. Sic diſtinguas ea verba. Sidonius Panegyrico Majorani;

*——— ſic torva Pelaſgûm*
*Colchis in apluſtri ſteterat, trepidante marito,*
*Abſyrtum ſparſura patri.*

Lucanus lib. III. 585.

*——— cujus dum pugnat ab alta*
*Puppe Tagus, Grajumque audax apluſtre retentat,*
*Terga ſimul, pariter miſſis, & pectora, telis*
*Transfigitur.*

Silius Italicus lib. X. 324.

*——— jamque per undas*
*Et tranſtra & mali, laceroque apluſtria velo,*
*Ac miſeri fluitant revomentes aequora Nautae.*

Vide eo loco & Commentaria Claudii Dauſqueii; cui obſervatum pro velis uſurpari *apluſtria*, firmatur hoc loco Rutilii noſtri. BART. Adde Grot. ad German. Phaenom. 680.

515. ADSURGIT PONTI MEDIO CIRCUMFLUA GORGON,] Ab Hermolao Barbaro in Plinii caſtigationibus lib. III. cap. 6. pro *Gorgone*, *Urgo* in omnibus, qui de ſitu orbis ſcripſerunt, ſupponitur his verbis. *Scio quidem, Gorgonis inſulam hoc loco ſtatui à Ptolemaeo, ſed omnis tamen vetus lectio habet Urgo, non Gorgona: Martianus quoque Urgo, inquit, & Capraria: Pomponius, Urgo, inquit Ilva & Capraria: proinde in Ptolemaeo quoque legendum erit Orgoneſos*, id eſt, *Orgos inſula, ſive Urgo. Stephanus, Orgon, inquit, inſula*



*eſt*

Inter Piſanum Cyrniacumque latus.
Adverſus ſcopulos, damni monumenta recentis,
Perditus hic vivo funere civis erat.
Noſter enim nuper juvenis, majoribus amplis,
Nec cenſu inferior, conjugiove minor,
Impulſus furiis homines, divosque reliquit,
Et turpem latebram credulus exſul agit.

In-

*eſt Etruſci maris. Unde Orgonii dicuntur, ut Aatronii gentiliter.* Haec ille, quem omnino, & Stephanum ipſum refellit aureus ille Rutilii verſus.

*Adſurgit ponti medio circumflua Gorgon.*
Haec inſula hodie appellatur *Gorgona*, cujus ſaepe S. Gregorius meminit: lib. I. Epiſt. 50. *de Horoſio Abbate in Gorgon inſula*, & infra; *cui praelato Horoſio injunximus, ut in Gorgonem inſulam pergat*, & infra. *Ita igitur experientia tua faciat, ut ex utraque re, id eſt, vel providendo in Corſica Monaſterio, vel corrigendis Monachis in Gorgonia non noſtrae, ſed voluntati omnipotentis Dei parere feſtinet.* & Epiſt. 49. lib. IV. *Accedens ad Gorgoniam inſulam fraternitas veſtra diſcutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero perlatum eſt.* & Epiſt. 60. *Sed enim in inſula Gorgonia, & Capraria ſollicitudinem de Monaſteriis gerere, & in eo, in quo eſt, ſtatu ſine cujuſquam adverſitate manere permittimus.* quibus B. Gregorii verbis illud quoque Rutilii confirmatur, inſulas Capraiam & Gorgoniam Monachorum ſolitudine fuiſſe frequentatas: ſed Stephanum illud excuſat, quod deceptus eſſe facile potuit navigantium pronuntiatione, qui plerumque principes litteras detrahunt, quo fit, ut pro *Gorgona Orgonam* ſcripſerit. CASTAL.

515. ADSURGIT PONTI MEDIO CIRCUMFLUA GORGON. INTER PISANUM CYRNIACUMQUE LATUS ADVERSUS SCOPULOS,] Sic diſtinguendum judicamus, nam utrinque avulſa IDEM. Pithoe. edidit *adverſus ſcopulos* non malo ſenſu. ut ſcopuloſa haec inſula fuerit adverſa naviganti Poetae. ut ita *adverſi montes & loca*, de quibus ad Valer. Flac. I. 493. quod vero *damnum recens* vocet, non explico, nuper avulſam; quis enim hoc prodidit? ſed quod ibi juvenem perdiderant, qui in ſolum ſe locum abdens, perierat quaſi civibus ſuis & humano generi. intelligebat Heinſius Paullinum; ſed in vita ejus, quae in editione Joh. Baptiſtae Le Brun exhibetur, de hoc ſeceſſu nihil legitur. BURM.

516. CYRNAICUMQUE LATUS] Onuph. *Cyrniacumque*, quid, ſi pro *latus*, legamus *littus*. SIMLER. Sed quid tunc verſui fiet? vid. Heinſ. ad Ovid. XII. Epiſt. 27 ſic *latus Euphratae* Stat. VIII. Theb. 291. & paſſim Poetae. BURM.

518. PERDITUS HIC VIVO FUNERE CIVIS ERAT.] Civem ſuum ait monachiſmo ſe induiſſe, homo ſacrilegae in paganiſmo pervicaciae. Vivum funus, homo hominum conſortio ſemotus, ſolitarius, rupi cuidam aut eremo affixus velut. Manilius de Andromeda lib. V. 548.

*Virginis & vivae rapitur ſine funere funus.*
Poteſt tamen, ut in voce *Civis* nomen aliquod virile lateat. BART.

519. NOSTER ENIM NUPER JUVENIS, MAJORIBUS AMPLIS, NEC CENSU INFERIOR, CONJUGIOQUE MINOR.] Sidon. Apollin. Carm. II. v. 91.

*Quare, age, jungantur, nam cenſus, forma, genusque*
*Conveniunt.*
SITZM.

522. AGIT.] Durior locutio *agit latebram*, an *adit* pro *adiit*, ut conveniat τῷ *reliquit*? ut ex Ethnico fuerit Chriſtianus, & deinde monachus factus, & ita homines, id eſt cives ſuos, cognatos &c. & Deos etiam ipſos reliquerit, & in latebram hanc ſe abdiderit, nimis, ex Rutilii ſententia, facilis & credulus Chriſtianorum placitis. BURM.

523.

Infelix putat illuvie coeleſtia paſci,

Se-

523. ILLUVIE] Squalore, qualem affectabant veteres monachi in victu videlicet, cubitu, & veſtitu vilitatem & duritiam affectantes. Exemplum det Beatus Germanus Antiſſiodorenſis, de quo ornatiſſimis coaevo verſibus ſcripſit Hericus Monachus, cujus de cultu ejuſdem verba ſunt, propter raritatem auctoris, adſcripta.

*Ex quo namque die dici conceptis & eſſe*
*Forte ſacer, tantâ carnem impietate ſubegit,*
*Os ut ab omnimodis exin ſecluſerit eſcis,*
*Queis avidum affectant humana inventa ſaporem:*
*Non uſum Cereris, non uſum denique Bacchi,*
*Jam tum vel labiis paſſus contingere ſummis.*
*Non oleum, non ille cibis infudiſſit acetum;*
*Quo ſine nulla placent, exſtent lautiſſima quamquam.*
*Praeſiccis dapibus ſatis adjumenta negavit.*
*Feſta dies requiem ſi quando indixerat orbi,*
*Induto carnem nitidâ de virgine verbo,*
*Vel cum Tartareo victor redivivus ab Orco*
*Extulit humanae ſecum vexilla ſalutis,*
*Singula ſolemnis pro religione diei*
*Indulſiſſe ferunt expenſis pocula parcis,*
*Vina, ſed irriguis undantibus obruta lymfis,*
*Nativum abnuerant nec jam modo vina ſaporem,*
*Corpus inane cibo ſuſtentaturus inerti,*
*Davidis memor ille boni, cui carmina curae,*
*Libavit primo cineres, ſic hordea ſumſit:*
*Is modo panis erat, factum ſumſiſſe reatus*
*Alterius manibus; ſi non hunc impiger ipſe*
*Excuteret moleretque ſuis, referre peritus*
*Externo an proprio victum ſudore pararet,*
*Quodque fores manuum felix probitate ſuarum.*
*Temporius ſumſiſſe cibum fortaſſe voluptas*
*Qualemcunque foret: praeceps cum linqueret arva*
*Phoebus in Heſperias occaſu pronior undas,*
*Perſiccis dapibus certam praeſcripſerat horam.*
*Ad medium hebdomadis quoties duravit inanis?*
*Saepius in ſeptem traxit jejunia noctes.*
*Quâ tulit aeſtivos anni pro parte calores,*
*Hac tulit & rigidas ipſâ cum veſte pruinas.*
*Veſtis erat tenui tunicam ſuppleſſe cucullâ,*
*Ciliciumque intus latitans; hoc horrida membra*
*Dura cutis: nullo molles in tempore ſomni,*
*Sumta ſemel jugi numquam toga ceſſit ab uſu,*
*Tradita pauperibus niſi cum ſucceſſit in uſum,*
*Aut attrita nimis nullos deceſſit in uſus.*
*Ac velut hoſtiles in planum fundere turres*
*Quisque ruens, validâ premit obſidione rebelles,*
*Non prius abſiſtens teneat quam moenia victor.*
*Hisdem animi corpus vexans, acerrimus hoſtis,*
*Exoſusque ſibi, nunc his, nunc utitur illis*
*Mortificare modis; jejuniis afficit intus,*
*Aſperitate foris; domitoque immane Leoni*
*Aſpera proponens dum deteriora minatur;*
*O nova perdomitae nimium conſtantia carnis!*
*Naturae cui jura datum eſt ſuperare potentis!*
*Ingenitumque homini pedibus ſubſternere * pathos.*
*Lectus erat quadri gracilis complexio ligni,*
*Flammarum exſuviis cineriſque aſpergine duri*
*Margine plena tenus, confectus jamque jacentis*
*Durus erat de mole cinis, rigidique ferebat*
*Terga ſoli, durae dederant ſtratoria ſetae,*
*Perteknui ſubjecta ſago; qua plurima cervix*
*Verticis excelſi ſuperam conſurgit ad arcem;*
*Nulla viri ſuppoſta caput res extulit umquam,*
*Damnarat ſic membra ſolo: quid noctibus ille*
*Quos non contraxit feſſo de corpore veſtem?*
*Raro pedum tegmenta tulit.*

Alia infinita exempla congerere liceat, quibus corpore afflicto ſanitatem menti integriorem quaeſiverunt veteres monachi: quod inſtitutum contra omnem rationem niti videbatur paganis, quibus mors ſemper imminens vitae bonis frui imperabat. At Chriſtiana ſapientia contra gnara, corporis fortitudinem ſemper inimicam eſſe menti, de quo egregie Salvianus Epiſt. quinta ad Catturam ſororem: *Quamvis ego nec hanc quidem tibi, quam pertuliſti, terreſtris vaſculi infirmitatem obfuiſſe exiſtimem, cujus fortitudo, ut ſcis, ſemper ini-*



mica

Seque premit laeſis ſaevior ipſe Deis.

Num,

*mica eſt menti. Ut te jure nunc tanto fortiorem ſpiritu putem, quanto imbecillior carne eſſe coepiſti. Caro enim, inquit Apoſtolus, concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus adverſus carnem. Haec enim invicem ſibi adverſantur, ut, non quae vultis, illa faciatis. Ergo ſi repugnante corpore, quae volumus facere non poſſumus, infirmandum carne eſt, ut optata faciamus: & verum eſt: imbecillitas enim carnis mentis vigorem exacuit, & affectu artubus vires corporis in virtutes transferuntur animorum. Ut mihi genus ſanitatis quoddam eſſe videatur, hominem interdum non eſſe ſanum. Nulla enim admodum tum ſpiritui cum corpore, id eſt, divinae indoli cum terreno hoſte, luctatio eſt. Non turpibus flammis medullae aeſtuant, non male ſanam mentem latentia incendia ſuccendunt. Non vagi ſenſus per varia oblectamenta laſciviunt, ſed ſola exſultat anima laeta corpore affecto, quaſi adverſario ſubjugato. Gaude ergo, alumna Chriſti, numquam habitatore Deo dignior fuiſti: quanto imbecillior corpore, tanto purior ſenſu. Vincentibus carnem tuam morbis, tu mente viciſti. Habere quodam modo naturam animae etiam in corpore coepiſti, at mihi non ſolum magna Dei diſpenſatione, ſed etiam magno munere & ante aegrotaſſe, & nunc convaluiſſe videaris.* Plura, qui cupis legas pulcherrimum Nicolai Clemangii librum de fructu rerum Adverſarum. Nec inſcii talium etiam Philoſophi fuerunt, ſiquidem Anonymus Auctor libro de Virtute ait: *Bona carnis affectio animae eſt miſeria & calamitas, & quantum externus homo corrumpitur, tantum internus renovatur.* Vide multis Simplicium commentario ad Enchiridion Epicteti. Aeneas Gazaeus in Theophraſto, Dialogo pluſquam aureo, quem nonnulli tamen Zachariae adſcribunt pag. 25. *οὐ γὰρ ἀμνημονεῖς ἔτι πενίαν, καὶ νόσον, καὶ θάνατον οὐκ αἰσχρόν, ὅτι κακὰ Σωκράτει καὶ φιλοσοφίας δοκεῖ, ὥστε πολλοὺς πολλάκις ἀφίλησεν. αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Σωκράτης ἐπὶ πενίᾳ μέγα φρονεῖ, καὶ πλοῦτον αὐτὴν ὀνομάζει. καὶ φιλοσοφίας φίλτρον. ὥσπερ καὶ τὴν νόσον τῷ Θεαγεῖ μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἔφη συμβαλέσθαι. οὐδ' ὀλίγον ἔτι τοῦ μέμνημαι, ἀλλὰ μὴν καὶ Θεαγεῖ τῷ ὑμετέρῳ πάντα συμβάλλεσθαι πρὸς τὸ ἐκτενὲς φιλοσοφίας, ἡ δὲ νοσοτροφία κατείργουσα ἐπεῖχε. ὁ δὲ δὴ Πλάτων ἔῤῥωτο γὰρ τοσοῦδε χωρίον καταλαβὼν ὑδαλότριβες, τῆς ὑγείας τὸ πλέον ἀφαιρούμενος.* Quae fortaſſis alterius loci, ad contutandam rationibus & auctoritatibus impudentiam Rutilii huc contulimus, qui, ut Chriſtianos maledicat, etiam Philoſophiae ſuae obliviſcitur. BART.

523. PASCI] Delectari, gaudere iis. Claudianus II. Sil. 14. *ſanguine paſci, Turpe ferumque putes.* Optatus Afer lib. II. *neque enim Eccleſia dici poteſt, quae cruentis morſibus paſcitur, & ſanctorum ſanguine & carnibus opimatur.* Hieronymus Epiſtol. ad Innocentium. *Igitur Conſularis paſtis cruore luminibus, ut fera, quae guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit, duplicari tormenta jubet.* Avienus in Periegeſi;

*——— ——— impiger agros*
*Incola decurrit, ſitit atrum dira cruorem*
*Gens hominum, & ſaevo paſcuntur pectora bello.*

Tacitus Hiſtoriarum lib. III. *Audita eſt ſaeviſſima Vitellii vox, ſe paviſſe oculos ſpectatâ inimici morte.* Rogerius de Contemtu Mundi cap. 9. *quia, ſi quis adhuc hujus vitae voluptatibus paſcitur, ab aeternae ſapientiae intellectu ſeparatur.* Pulcre ab hoc verbo *Paſtores* Chriſtianae Eccleſiae, ſive Epiſcopos, ſui temporis gulae & voluptatibus deditos illudit Bernardus Morlanenſis libro tertio ingenioſiſſimorum Rythmorum de Contemtu Mundi:

*Coena ſit affluà, Paſtor ad ardua fercla recumbit,*
*Eſt cibus undique, tunc ibi denique paſtor habetur,*
*Vera vocabula paſta cibit gula re profitetur,*
*Sed ſua paſcua non niſi menſtrua ſunt animarum.* BART.

524 SE PREMIT] Ἑαυτὸν τιμωρούμενος ſe gravius punit, quam ipſi Dei, ab eo relicti & laeſi punirent. BURM.

524. LAESIS DEIS.] Homines ab aliorum moribus abhorrentes, aut vexatos inconſtantia animi, *Deos laeſiſſe* dicebant veteres. Quos ab iis infeſtari per mare & terras undique credebant, nec iis ſociabantur ſine metu inſignis periculi. Dionyſius Periegetes.

τοῖς

525. Num, rogo, deterior Circaeis, ſecta, venenis?
Tunc mutabantur corpora; nunc animi.

Inde

——— τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς
Ἐν ἁλὶ καὶ γαίῃ κακὰ μήδεα θῆκε Δαίμων.

Horat. III. Od. 2.

*—— Vetabo, qui Cereris ſacram*
*Vulgarit arcanae, ſub iiſdem*
*Sit trabibus, fragilemque mecum*
*Solvat phaſelum.*

In verſu Dionyſii Δαίμων quemlibet Deum notat, quod non attendentes interpretes nonnelli, male Poëtam ceperunt. Generalius enim ea vox ſignificat, ut vides multis locis in indigitamentis Orphei. Sic de Diana Euripides Prologo Hippolyti;

Φοίβου δ' ἀδελφὴν Ἄρτεμιν, Διὸς κόρην,
Τιμᾷ μεγίστην Δαιμόνων ἡγούμενος.

De Jove Cleanthes, fragmentis à Fulvio Urſino publicatis.

Οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, Δαίμων.

De Venere Ariſtaenetus lib. II. Epiſt. 15. Quem locum etiam elegantiſſimus interpres non percepit. Alexis notiſſimis verſibus de Amore, qui exſtant in XIII. Dipnoſophiſton. Sic ὁ Δαίμων in ſcriptoribus omnis generis notat ſummum numen, interpretes vero proiubitu, alii alio tranſtulerunt. Ut apud Arrianum lib. VI. Anabaſεως: πάντα μὲν δὴ σὺ ὀτρύνεις ἴσως τυχὸν εἴποντι θυμόεντι μοι καὶ ὁ Δαίμων ἄγει πάντη. Vulcanius *Fortunam*, quam Jovem Opt. Maximum interpretari nulla cauſſa maluit. BART.

525. Num, rogo, deterior] Melius ſcribas. *Non, rogo, deterior?* illa enim ſcelerata quaeſtio eſt, an non deterior ſit venenis Circaeis perſuaſio Chriſtianorum, ſtupidos faciens homines & monachiſmo addictos. IDEM. V. Adv. XXV. 15. *Num* habent omnes editiones, & hoc *rogo* poſtulat. quae formula ſaepe Petronio uſitata. cap. VII. *Te rogo, mater, num quid ſcis?* &c. ubi notas vide, & ad cap. XXXIX. *ſecta* vero eſt vocativi caſus; adloquitur enim ſectam hanc. BURM.

525. Circaeis venenis?] Voluptatem cum Opulentia junctam veteres Circe illa venuſta & carminum potente circumlocuti videntur. Horatius de Ulyſſe I. Epiſt. II. 21.

*— dum ſociis reditum parat, aſpera multa*
*Pertulit, adverſis rerum immerſabilis undis,*
*Sirenum voces, & Circes pocula noſti;*
*Quae ſi cum ſociis ſtultus cupiduſque bibiſſet,*
*Sub domina meretrice fuiſſet turpis, & excors.* BART.

525. Secta] Chriſtianiſmus. Notandum autem, ſacrilegos homines Chriſtianiſmum Magicarum incantationum ſuſpectum facere voluiſſe, ut manifeſte ex his verſibus patet, & ex Suetonio, Nerone cap. XVI. *afflicti ſuppliciis Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis novae ac maleficae.* Hoc eſt, per ſortilegia malefacientis, ut ſceleſti homines ſanctiſſimos traducebant. Et hoc futurum ipſamet veritas praedixit, verba enim Domini ſunt Lucae cap. VI. καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν ἕνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. Id enim propter alia facinora, quam ſortilegia non conſuerat fieri. Hinc ex diro carcere ſcribit Anaſtaſia Martyr Chryſogono Confeſſori apud Niceforum Calliſtum fine libri XIV. & Suidam in Chryſogono; Ἠξιώχθην ἀνδρὶ μακαριωτάτῳ, ὅπως χάριτι τοῦ Θεοῦ τὴν συνάφειαν διέφυγον, διομενῆ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ἐνεθήκαμ ἀπὸ τοῦ μιαροῦ εἰδωλολάτρου ἐκείνου, ὅστις τὴν ἐμὴν περιουσίαν διαφθείρεται μετὰ μιαρῶν καὶ εἰδωλολατρῶν ἐξαντλήσας, ἐμὲ δὲ ὡσανεὶ φάρμακον καὶ ἱερόσυλον βαρυτάτῃ φυλακῇ παραδέδωκεν, ὥστε με τὴν πρόσκαιρον ἀπολέσαι ζωήν. καὶ οὐδὲν μοι πάρεξ τῆς ψυχῆς ἀπολέλειπται. Et quid mirum, ſpeciatim hoc crimine illos inceſſi, cum nullius non rei ſint habiti. Tertull. Apologetico c. 2. *Chriſtianum hominem omnium ſcelerum reum, Deorum, Imperatorum, Legum, morum, Naturae totius inimicum exiſtimas, & cogis negare, ut abſolvas, quem non poteris abſolvere, niſi negaverit.* Ex lege videlicet Chriſtianiſmi, quae exoſum eum mundo ſancit, juncta tamen conſolatione, ut Deo placeat; Ignatius Martyr Epiſtola ad Romanos. ὁ Χριστιανὸς ὅτ' ἂν μισῆται ὑπὸ κόσμου, φιλεῖται παρὰ Θεοῦ. Athenagoras in legatione tria capita criminum Chriſtianis objectorum facit. τρία, inquit, ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα,

Inde Triturritam petimus, ſic villa vocatur,
Quae latet expulſis inſula paene fretis.
Namque manu junctis procedit in aequora ſaxis,
Quique domum poſuit, condidit ante ſolum.
Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat
Piſarum emporio divitiiſque maris.
Mira loci facies, pelago pulſatur aperto,
Inque omnes ventos litora nuda patent.

Non

δεῖπνα, Οἰδιποδείους μίξεις. Ad quorum primum pertinet Magiae inſimulatio apud Rutilium noſtrum. BART.

527. TRITURRITAM] Quae *Turrita* in Tabulis vocatur, & de qua vid. Cluver. Ital. Ant. lib. II. p. 466. peninſula fuit, unde noſtro *inſula pene* dicitur. ſic *triturritam* vocare potuiſſet urbem Hamburgum Welandus, qui *triturrim* praetulit, & ab inſignibus urbis, quae tres turres praeferunt, hoc nomen finxit. vid. Cl. Fabricii memoriar. Hamburgenſ. volum. VI. p. 296. BURM.

528. LATET] Heinſ. conjicit melius *jacet*; nam procedens in aequora, & turribus conſpicuam domum habens, latere non potuit: nam a tribus turribus dicta *triturrita*. forte etiam *patet*, turres enim conſpicuam faciebant. BURM.

528. EXPULSIS FRETIS.] Molibus in altum jactis propulſum ait pelagus; multa talia in Epiſtolis Senecae, ſtomachantis in luxum aedificiorum Romanorum. Horatius aliquid lib. III. Carmin. 15. BART.

529. MANU JUNCTIS] Artificio, opere humano. Avienus Periegeſi Jambicâ;

*Sic aequor omne ceſpiti infudit manus,*
*Lacus & olim conditorum diligens*
*Formam locorum & arva naturalia*
*Eluſit arte.*

Aratus Phaenomenis;

Οὐκ ἂν Ἀθηναίης χειρῶν δεδιδαγμένος ἀνὴρ,
Ἄλλη κολλήσαιτο κυλινδόμενα τροχάλεια.

Hoc eſt opere ipſo Minervae divino. IDEM. *Manu* dicuntur fieri, quaecumque arte fiunt, & opponuntur naturalibus. vide ad Ovid. II. Met. 855. & ad Quinctilian. bis, terve. BURM.

530. CONDIDIT ANTE SOLUM.] Hoc pro miraculo habuit antiquitas in unica domo. At nos ſcimus oppidum in terra Germania, fixis palis, inter ingentia ſaxa & aggere deſuper ingeſto ita munitum atque inſtructum, ut nulli Europae fortalitio quicquam debeat, ad cujus comparationem nihil omnino fert antiquitas. BART.

531. CONTIGUUM] Propinquum, qui manu tangi poſſit. Gratius Cynegetico 8.

*— contiguas didicere ex artibus artes Proferre.*

Idem 37.

*— contiguum ſorbens de flumine rorem.*

IDEM. Vide ad priorem Gratii locum, quae diximus.

531. PORTUM] Quem *portum Etruſcum* vocare Claudian. Bell. Gild. 417. & 483. *Alpheae navalia Piſae* notat Barthius. vid. inf. lib. II. 12. BURM.

533. FACIES,] Species, habitus, forma. Appulejus lib. VI. *Interea Cupido amore nimio pereſus & aegrá facie matris ſuae repentinam ſobrietatem pertimeſcens.* Hoc eſt, aegro corporis habitu. Idem lib. IX. *Philesitaerus repentina facie permotus, dimotis ſervulis invadit cum ſummo clamore Myrmecem*; hoc eſt, ſpectaculo, & ita prorſus Rutilius noſter. BART.

533. PULSATUR] Lege *pulſantur.* Non enim facies loci pulſatur aequore, ſed littora, quae maritimis fluctibus objacent. Deſcribit autem exeuntem in mare molem aedificiorum, non brachiis circumporrectis amplexam ſinum quemdam maris, ut portum ſupra deſcripſit. Et praetexitur alga, quae navibus tutum curſum praeſtat à furiis ventorum. BART. Sed *pulſatur* ad *locum* poteſt referri.

535.

Non ullus tegitur per brachia tuta receſſus,
Aeolias poſſit qui prohibere minas.
Sed procera ſuo praetexitur alga profundo,
Molliter offenſae non nocitura rati:
Et tamen inſanas cedendo interligat undas,
Nec ſinit ex alto grande volumen agi.
Tempora navigii clarus reparaverat Eurus,



535. NON ULLUS TEGITUR PER BRACHIA TUTA RECESSUS, ] Onuph. *non ullus.* SIMLER. Nos ita caſtigavimus, legebatur perperam *nonnullus*, quod erratum hic quoque me imprudente admiſſum eſt. CAST.

535. BRACHIA ] Ut in omnibus munitionibus hujus vocis uſus, ita & in portibus, qui operibus & molibus muniti ſunt. Suet. Claud. XX. *Portum oſtiae exſtruxit, circumdato dextro ſiniſtroque brachio.* talis ille apud Stat. V. Theb. 279. *gemini qua brachia muri Litus eunt.* ubi Schol. Barth. *fingenda talis loci ſtatio, ut litus ſit, & duobus id brachiis includant muri.* & Ovid. XI. Met. 229.

*Eſt ſinus Haemoniae curvos falcatus in arcus,*
*Brachia procurrunt.*

vid. Tennul. ad Frontin. III. XVII. 5. BURM.

537. PRAETEXITUR ] Quaſi arte, non natura. Praetexitur enim rei, quod eam obtegit. Claudianus I. Rufin. 99. *blando fraudem praetexere viſu.* Gaudentius tractatu primo; *Sed ipſi dies noſtri, quibusdam nebulis praetexuntur, & non habent ſerenitatis laetitiam.* Virgilius lib. IV. *Nec jam furtivum Dido meditatur amorem, Conjugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.* Hericus Monachus lib. IV. Germanidos; *Jungitur hoſpitio. praetextus paupere praedo.* Et errant prolixe doctiſſimi homines Ludovicus Carrio, & Martinus Delrius, qui in Claudiani alio loco *pertexere* ſcribendum aſſeveraverunt. BART.

537. SUO ] Elegantiſſime: inibi nato, ingenuo, germano. Gratius Cynegetico 253.

*Hic & ſemiferam Thoum de ſanguine prolem*
*Finxit, non alio major ſua pectore virtus.*

Valerius Flaccus lib. II. Argonaut. 71.

*Mox ſomno ceſſere, regunt ſua ſidera puppim.* IDEM.

538. MOLLITER OFFENSAE ] Quia non ſufficit alga morari navis curſum. Sed cedit vi ventorum & remigum peractae. BART. Vid. ſup. 461. ita *mollem algam* vocat Ovid. Halieut. 91.

539. ET TAMEN INSANAS CEDENDO INTERLIGAT UNDAS, ] *Interligat* ex *interrigat*, quod legitur in vulgatis, fecimus. CASTAL. Verbum *interrigat* utique mendoſum eſt, Joſephus Caſtalio *interligat* mavult; ſenſu commodo. Latere tamen quippiam remotius exiſtimo, ut ſunt corrupti in paulo etiam obſcurioribus ſcriptores, quorum unica ſaltem exemplaria ad nos venerunt, ut hujus ſane ſcriptoris nullum laudari memini praeter id, quo uſus Petrus Summontius primus ejus editor. Par fatum Creſconii Corippi, hoc noſtro inferioris. BART. Heinſius volebat,

*Et tamen inſanae cedendo iter impliceat undae.*

An, *cedendo intercipit undas.* ut vim earum frangat, cedendo mollitie ſua. ſed relinquamus Rutilio ſuum verbum, quo ille undas alga, quaſi vinculis, ligatas fingit, ut inſanire prohibeantur: magnam vim compoſitorum verborum ex *inter* videbis apud Barth. ad Stat. IV. Theb. 514. dubito tamen, quid praeferam, *interrigat*, an *interligat.* BURM.

540. VOLUMEN ] Cumulum undarum. Sic fumi volumina apud Lucanum lib. III. 504.

——— *taeda ſed raptus ab omni*
*Conſequitur nigri ſpatioſa volumina fumi.*

Pariter Silius Italicus, & Rufus Avienus. BART.

541. NAVIGII ] Onufr. *navigiit.* SIML. Navigandi tempora laxaverat. *Clarus*, proſper, commodus, ut λευκόνοτος inde nomen duxit. Horatius I. Od. 7.

*Albus ut obſcuro deterſit nubila coelo*
*Saepe notus, neque parturit imbres Perpetuos.*

Sic *Niger* idem Eurus claro contrarius apud Horatium Epod. X.

*Niger rudenteis Eurus inverſo mari,*
*Fractoſque remos differat.*

Valerius Flaccus lib. II. 365.

Sed mihi Protadium viſere cura fuit.
Quem qui forte velit certis cognoſcere ſignis,
Virtutis ſpecimen corde vidente petat.
Nec magis efficiet ſimilem pictura colorem,
Quam quae de meritis mixta figura venit.

Ad-

*Inſequitur niger, & magnis cum fratribus Eurus*
*Intonat.*

Sic *Albus aether* apud Catullum in Galliambo, *Alba ſtella* apud Horatium lib. 1. Carm. 12. *Sol Albus* apud Ennium.

*interea Sol albus receſſit in infera noctis.*

BART. *Navigium* pro navigatione an dixerint olim, & quando ceperit haec ſignificatio, diligentiſſime diſputat Cl. Duker. in notis ad Vallam de Latinitate Juriſc. Veter. p. 365. *Navigiis* Ed. Reuſner. *clarus* eſt ſerenitatem adferens. ut *clarus Aquilo* Virg. 1. Georg. 460. ita *clarus ſol* Grat. 422. & *clara lux* eidem 78. ubi vide. BURM.

541. REPARAVERAT EURUS,] Heinſius malebat, *repararat Eous*, ut ſup. 430. & inf. II. 29 & Val. Flac. VII. 22. & hoc veroſimile ex verbo *reparare*, quod convenit Lucifero & aurorae: nam ſuccedens veſperi aurora reparat tempora, quae nocte intercepta ſunt. ita luna reparat ſua *cornua*, vid. ad Ovid. I. Met. 11. & Nemeſ. Cyneg. 186. ita eidem v. Ecl 20. *reparabilis ſilva*, quae vere refloreſcit. vid. & ſupr. vſ. 139. IDEM.

544. VIRTUTIS SPECIMEN] *Speciem* legebatur mendoſe. CASTAL. Qui Protadium noſſe cupit, ipſius ſibi virtutis effigiem conſpiciendam proponat; Saxo Grammaticus initio libri XV. *Sleſvicenſium Antiſtes Fridericus perfectiſſimum honeſtatis ſpecimen.* Sic de Zoilo contra Martialis lib XI. Epigramm. 93.

*Mentitur, qui te vitioſum, Zoile, dixit,*
*Non vitioſus homo es, Zoile, ſed vitium.*

Pariter autem congeriem ipſam bonorum Manlium Theodorum ſuum nuncupavit Claudianus noſter ejus Panegyrico 136.

*Manli ſincera bonorum congeries.*

Auſonius: *Quid enim aliud es, quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio.* Boethius de Conſol. Philoſ. lib II. c. 4. *quod vitae pretio non ſegnis emeres, vir totus ex virtutibus factus.* Tertullianus lib. III. in Marcionem vſ. 277.

*Conflati virtute viri.*

Rutilius Lupus libro primo. *Prorſus ut aut ex hoc vitia, aut ipſe ex vitiis ortus videatur.* Rufinus in Joſepho lib. XVIII. Αρχαιλ. cap. 7. *Erat autem eidem Mundo liberta quaedam ex parentibus nomine Ida, omnium malorum & iniquitatum coagulum.* BART. Heinſ. *corde videre putet.* ut lib. II. 18. *cernere mente. ſpecimen* vero recte, id eſt imaginem, ut mox *pictura* ſequitur. vid. ad Valer. Flac. VI. 58. illud *petat* non intelligo. forte, *corde vidente notet:* non enim oculis, ſed mente virtus cerni poteſt, cujus imago erat notanda corde, in Protadio. *cor videns* eſt, ut ſupra *vox monens* 456. ita *verba rogantia*, *lingua loquens*, & ſimilia obvia apud Ovidium & alios. BURM.

546 DE MERITIS MIXTA FIGURA VENIT.] De virtutibus. Seculi eſt uſurpatio *meritorum* pro virtute. Claudianus Praefat. ad Bell. Getic. 17.

*Nam mihi conciliat gratas impenſius aures,*
*Vel meritum libri, vel Stiliconis Amor.*

Graecus Epiſcopus ad Ruricium Epiſtola X. *Gratias domino, quod fidei veſtrae meritum, ſicut proficit devotione, ita creſcit & opere.* Caeſarius ad eumdem Ruricium Epiſt. XVIII. *rogo, ut me ſanctis & illuſtribus precibus ſimul ac meritis Domino commendetis.* Hoc eſt *virtutibus*, & ita quoque majorum gentium ſcriptores. Mixtam autem ex omni genere virtututum dicit, ut *Congeriem* omnium *bonorum* Claudianus ſuum Manlium. BART. *Miſſa figura* malebat Heinſ. ego nihil muto. mixta erat figura, quae prudentiam, juſtitiam & alias virtutes, quae ſingulae ſuam habebant figuram, ſimul in uno viro exprimeret: & ſine dubio imitatur hic Claudianum, qui lib. I. de Laud. Stilic. vſ. 33. cum multas animi & corporis dotes, quae ſingulis obvenerunt, enumeraſſet, addit,

——— *Sparguntur in omnes,*

*In*

Adſpicienda procul certo prudentia vultu,
Formaque juſtitiae ſuſpicienda micat.
Sit fortaſſe minus, ſi laudet Gallia civem,
Teſtis Roma ſui praeſulis eſſe poteſt.
Subſtituit patriis mediocres Umbria ſedes,
Virtus fortunam fecit utramque parem.

Mens

*In te mixta fluunt: & quae diviſa beatos*
*Efficiunt, collecta tenes.*

ſic *Tauri mixtaque forma viri* Ovid. II. Ep. 70. BURM.

547. ADSPICIENDA PROCUL] Virtutes pectoris & animae ait in ipſo vultu Protadii eminere. Utique vero hic eſt ille Protadius, quem tantopere laudat Symmachus lib. IV. Epiſt. 23. & illuſtrat ibidem Franciſcus Juretus. Certum vero atque indubitatum eſt, animorum indicia exſtare in vultibus hominum egregiorum. Papinius in equo Max. Domitianum commendans;

*——— juvat ora tueri*
*Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.*

Ad naturalem enim virtutem utramque tam Clementiam, quam Fortitudinem, aut Magnanimitatem haec referenda ſunt, & fruſtra alia quaerunt interpretes. Ovidius lib. II. de Arte Amandi 378.

*——— in vultu pignora mentis habet.*

Eleganter Achilles Tatius lib. VI Leucippes. *ὁ γὰρ νοῦς ἔ μοὶ δοκεῖ λελήχθαι καλῶς εἶναι ἀόρατος τὸ παράπαν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν κατόπτρῳ, τῷ προσώπῳ.* Nazarius Panegyrico: *in ſerenis frontibus animorum indicia perleguntur.* Juvenalis Satira IX. 18.

*Deprendas animi tormenta latentis in aegro*
*Corpore, deprendas & gaudia, ſumit utrumque*
*Inde habitum facies.*

Luitprandus Hiſtoriarum lib. IV. cap. 15. *His auditis, quia facies ſpeculum eſt mentis, cordis verecundiam vultus rubore nudavit.* Et in viris honoribus gerendis aptis tale quippiam requiritur, uti vultus virtutum omne genus, ut & ſermo, palam prae ſe ferat. Caſſiodorus lib. VIII. Epiſt. 14. *Affuit mandatis regalibus eloquens & decorus Orator, permulcens etiam inſpectus, quos gratiſſimos reddebat auditus. Tales enim decet eſſe aulicos viros, ut naturae bona indicio frontis aperiant, & poſſint agnoſci de moribus, cum videntur. Tacens enim plerumque deſpicabilis eſt, ſi eum tantum lingua nobilitat, ſemper autem in honore, ſi cujus eſt animus tranquillus, eum quoque ſuaviſſimus commendat adſpectus.* Et in Heroibus ſuis talia naturae munera laudant diſertiſſimi Panegyriſtae & Encomiaſtae, Iſocrates, Ariſtides, Julianus Imperator, Pacatus, Statius, Nazarius, Mamertinus, Plinius, Claudianus, Sidonius, Corippus, Venantius, Paulinus, & immenſa vis praeconum ingenio virtutes perennantium. BARTHIUS.

549 SIT FORTASSE MINUS,] Heinſ. *quin fortaſſe minus, ſi laudet*: perperam. de illa formula *minus eſt* vid. ad Calp. Declam. III. Senec. Herc. Oet. 404.

*Facibus ſuis me jungat Euryſtheus licet,*
*Minus eſt.*

Propert. II. XXIII. 71. *ſed de me minus eſt.* Liv. XXXIX. 16. *Minus tamen eſſet, ſi flagitiis tantum effeminati forent.* ergo nihil mutandum. nam & ſup. 91. *Quod regnas, minus eſt.* ſenſus eſt; fortaſſe minus laudis accedet, quod Gallus ſit natione, ſed cui origo illa non ſatis clara videri poteſt, interroget Romam, quae teſtimonium egregium praebebit. BURM.

550. ROMA SUI PRAESULIS] Summos honores Romae geſſiſſe Protadium teſtatur; vide Juretum dicta ad Symmachum notà. *Praeſul* ſummum magiſtratum, vel alioquin eximium notat, de quo alibi. BART.

552. VIRTUS FORTUNAM FECIT UTRAQUE PAREM.] Onuphrius *utramque.* SIML. Sic emendavimus. Itaque habet editio Panv. *Utraque* in reliquis legas librariorum culpa. CASTAL. Scilicet ſecutus eſt iſte Protadius ſcitum nobile, in quo omnis humana

Mens invicta viri pro magnis parva tuetur,
Pro parvis animo magna fuere ſuo.
Exiguus rerum rectores ceſpes habebat,

Et

ſapientia verſatur & abſolvitur, velle quae accidunt, non quae acciſura, voto ſuo adſtringere velle. Auſonius pulcre de Patre ſuo Idyl. II. 23.

*Felicem ſcivi, non qui, quod vellet, haberet,*
*Sed qui per fatum non data non cuperet.*
*Non opulens, nec egens, parcus ſine ſordibus egi,*
*Victum, habitum, mores, ſemper eadem habui.*

Quo eodem pertinet ſequens Rutilii diſtichon. SITZM. Divine ita emendavit, & nimis bonam ſententiam reſtituit Pithoeus. Veteres habent *utraque*. BART. Adverſ. XXV. 15.

554. MAGNA FUERE] Heinſ. *magna foretque ſuo*, ut mox vſ. 592. *duplici ſedulitate fovent.* ſed ego vulgatum ſervo. agit de praeterita fortuna, in qua magna, quae tunc poſſidebat, animo ſuo pro parvis habebat, & contemnebat quaſi, & nunc parva habebat eodem loco, quo olim magna. BURM.

555. REGUM RECTORES] Romanos principes, quibus jus erat in regna tumidiſſimorum Regum. Sic de Manlio in ſummo poſt Imperatores magiſtratu Claudianus, ejus Panegyrico vſ. 49.

*——— ſed in omni corpore ſumpſit*
*Imperium, cunctaque dedit tellure regendos*
*Rectores, Hiſpana tibi Germanaque Thetys*
*Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo.*

Caſſiodorus lib. VIII. Epiſt. 10. *in tantam ſe ſimilitudinem ejus cogitationis adjunxerat, ut cauſſis recognitis quod ille velle poterat, iſte ſuâ ſponte peragebat. Defenſorem omnium ſuis tractatibus adjuvabat, & miniſtrando conſilium regebat ipſe rectorem.* Quae loca notarunt & Savaronius ad Sidonium, lib. VIII. Ep. 6. & Caeſar Bulengerus lib. III. de Imperatore. Illud notandum, etſi vetuſtis moribus vetitum erat Romanum ducem Regis nomine cenſere, ut poſt alios ſcribit Appianus, Ἐμφυλ. β. ipſos tamen primos principes cum poſtremis hoc eodem titulo eſſe gaviſos. Sic Valerius Flaccus ſub Veſpaſiano ſcribens lib. VI. Argonaut. 402.

*Romanas veluti ſaeviſſima cum legiones*
*Tiſiphone, Regesque movet, quorum agmina pilis,*
*Quorum Aquilis utrimque micant.*

*Reges Romanorum* jam inde ab Auguſto agnoſcit Idatius, doctus & celebris Chronographus, in excerptis libri II. à Cauſio editis. Domitianum diſerte Regem appellat Statius IV. Silvarum I. 45.

*Tunc omnes patuere fores, laetoque dederunt*
*Signa polo, longamque tibi, Rex magne, ſenectam*
*Annuit, atque ſuos promiſit Juppiter annos.*

Arcadium Claudianus libro ſecundo in Rufinum verſu 314. Valentinianum Auguſtinus lib. IX. Confeſſionum cap. 7. *annus erat, aut non multo amplius, cum Juſtina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur.* Conſtantium Hilarius in Fragmentis Hiſtoricis; *hocque renovatum, quo etiam in Romani imperii provinciis quies capitur, Rex angitur, palatium fervet, epiſcopi circumcurſant, officiales volitant.* Idem libro contra Arrianos & Auxentium; *Etiam importuna interpellatione ſuggeſſi, Auxentium blaſphemum eſſe, & omnino hoſtem Chriſti habendum, atque adjeci, eum aliter credere, quam Rex ipſe aut alii omnes haberent.* Sic Graecis de ultimis & primis Imperatoribus loquentibus nulla cautio nominis Regii. Gregorius Nyſſenus in vita Thaumaturgi de Caeſare, ἡ τῦ μεγάλυ Γρηγορίυ πόλις ἐςὶν, ἣν βασιλεύς τις ἐπίσημος τῶν τὴν ἀρχὴν τοῖς Ῥωμαίοις κρατυνομένων, Καίσαρα τὸ ὄνομα, ἐξ αὐτῆς πόθῳ τῆς χώρας ἁλοὺς, ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Νεοκαισάρειαν καλεῖσθαι ἠξίωσεν. De Theodoſio Magno Nilus libro II. de Primatu Papae. ἡ δὲ τρίτη σύνοδος πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράψασα, ἑβδομηκοςῷ τετάρτῳ ἀποςολικῷ κάνονες κείμενται. De aliis alii. Illud notandum etiam, ultimo aevo & jam barbaro *Rectores* nominatos Imperatores Romanos. Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis Libro de Utroque Regimine: *mulier tamquam legitima Domina revocata eſt in Palatium, & praelata*

Et Cincinnatos jugera pauca dabant.
Haec etiam nobis non inferiora feruntur,
Vomere Serrani, Fabriciique foco.
Puppibus ergo meis fida in ſtatione locatis,
Ipſe vehor Piſas, qua ſolet ire pedes.
Praebet equos, offert etiam carpenta Tribunus,



*lata conſiliis & conſiliariis, cujus inſtigationibus mutata eſt mens Rectoris, & coepit duris cornibus ventilare filios.* Hoc eſt Imperatoris Ludewici. Et eodem titulo maximi alii quoque magiſtratus cenſebantur, ut Major Domus ſub Dagoberto Rege Francorum Grimoaldus, apud Deſiderium Epiſcopum Cadurcenum in Epiſtolis: *Domino illuſtri totius aulae, immoque regni Rectori Grimoaldo, Majori Domus, Deſiderius Exiguus ſervus Dei.* Et primi quoque principes Romani abſolute eo nomine nominabantur. Plinius lib. II. cap. 7. *hac nunc coeleſti paſſu cum liberis ſuis vadit maximus omnis aevi rector Veſpaſianus, feſſis rebus ſubveniens.* *Rector* autem moderator, ut hoc Rutilii loco, & apud Tacitum Hiſtoria ſecunda de Veſpaſiano principe: *Nec erat intactus ſuperſtitione, ut qui mox rerum Dominus Seleucum quemdam Mathematicum Rectorem & praeſcium palam habuerit.* BART. *Rerum rectores* ſine dubio ſcribendum, ut & Rutgerſius III. Var. Lect. 7. & Heinſius volebant. & ſollemnis illa permutatio vocum in MSS. vid. ad Ovid. VIII. Met. 50. & Val. Flac. III. 350. An, & quando, Imperatores *Regis* appellatione paſſi ſe ſint inſigniri, ex eiſdem fere locis diſquirit Barth. ad Claud. II. in Rufin. 314. vide & doctiſſimum Markl. ad Stat. IV. Silv. I. 46. qui an recte emendet *dux magne* pro *rex*, nunc non vacat dijudicare. BURM.

556. JUGERA PAUCA] Ita veteres frequenter dixiſſe, numquam *jugera parva* docet Broukh. ad Tibul. I. 2. Horat. III. Od. XVI. 29. *Silvaque jugerum paucorum.* Ovid. III. Faſt. 192.

*Jugeraque inculti pauca tenere ſoli:*

ubi male *parva* quidam codices. III. Amor. XV. 12.

*Qua campi jugera pauca jacent.*

& ratio hoc jubet: certa enim erat jugerum menſura; ſed latifundia poſſidere, & agros agris continuare luxuria & avaritia poſteriorum temporum juſſit. vid. ad Petron. XLVIII. BURM.

556. ET CINCINNATOS JUGERA PAUCA DABANT.] Columella in praefat. *Verum, cum plurimum monumentis ſcriptorum admonear, apud antiquos noſtros fuiſſe gloriae curam ruſticationis, ex qua Q. Cincinnatus obſeſſi Conſulis & exercitus liberator ab aratro vocatus ad dictaturam venerit: ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius victor reddiderat, quam ſumpſerat imperator, ad eoſdem juvencos & quatuor jugerum avitum haerediolum redierit.* SITZM.

557. FERUNTUR,] Malim, *ferantur*, id eſt, laudentur hoc meo carmine. ita Virg. VIII. Aen. 287.

*Hic juvenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes*
*Herculeas, & facta ferant.*

ita *ferre* & *laudare* conjungit Cicero I. de Orat. 37. & *laudibus ferre* Liv. IV. 41. BURM.

558. VOMERE SERRANI, FABRICIIQUE FOCO.] Claudianus de IV. Conſulatu Honorii 413. & ſeqq:

*Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis,*
*Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum,*
*Sordida Serranus flexit dictator aratra:*
*Luſtratae lictore caſae, faſceſque ſalignis*
*Poſtibus affixi: collectae conſule meſſes,*
*Et ſulcata diu trabeato rura colono.*

SITZM. Vid. Sidon. lib. VIII. Ep. 8. & ibi Savar. & Grat. Cyneg. 322.

559. FIDA STATIONE] Ex Virgilio, qui II. Aeneid. 23. contrarium dicit de Tenedo,

*Nunc tantum ſinus, & ſtatio male fida carinis.*

Ex commilitio carus & ipſe mihi,
Officiis regerem cum regia tecta magiſter:
Armigeraſque Pii principis excubias.
Alpheae veterem contemplor originis urbem,
Quam

562. Ex commilitio] Ammianus Marcellinus lib. xxv. *Virum talem ex commilitio ſuo quaeritabat.* Sed multis ſeculis ante hoc nomine uſus eſt Ovidius de Pont. lib. v. 72.

*Et commilitii ſacra tuenda putas.*

CASTAL. *Commilitium* nihil hîc aliud, quam ſodalitium. Apulejus iii. Floridor. *Nudius tertius libello miſſo, per quem poſtulabat locum celebrem ſtatuae meae, cum primis commemoravit inter nos jura amicitiae à commilitio ſtudiorum.* Sidon. Apollin. lib. iii. Epiſt. 6. *Si veteris commilitii, ſi deinceps invocatae per dies gratiae bene impraeſentiarum fides veſtra reminiſcitur, profeсto intelligitis, ut vos ad dignitatum, ſic nos ad deſideriorum culmina adſcendere.* SITZM. Vide Savaronium ad Sidonii libro iii. Epiſtolam Sextam. & libro ſeptimo ad Concionem ejuſdem. Papinianus lib. xxvii. Quaeſtionum cap. 19. de Caſtrenſi Peculio. BART.

563. Officiis regerem cum regia tecta magister: Armigerasque Pii principis excubias,] Officiorum magiſter, de quo ſaepe Ammianus, Eutropius, & lapides, quorum unum, qui viſitur in aedibus Capranicorum produci alienum non arbitror. (Grut. ccvi. 1.)

FL. EVGENIO. V. C. EX. PRAEFECTO. PRAETORIO
CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO.
OFFICIORVM. OMNIVM. COMITI. DOMESTICO.
ORDINIS. PRIMI. OMNIBVSQVE. PALATINIS.
DIGNITATIBVS. FVNCTO. OB. EGREGIA. EJVS.
IN.REMPVBLICAM.MERITA.HVIC.
D. D. N. N. CONSTANTIVS. VICTOR. AC.
TRIVMFATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET.
IVLIANVS. NOBILISSIMVS. CAESAR.
STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI
TRAJANI.QVAM. ANTE SVB.DIVO.
CONSTANTE. VITAE. ET. FIDELISSIMAE
DEVOTIONIS. GRATIA. MERVIT.
APPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATV.
SVMTV. PVBLICO. LOCO. SVO.
RESTITVENDAM CENSVERVNT.

De Magiſtro Officior. Legenda eſt formula Caſſiodori libro Variarum. CASTAL. Officiorum Magiſtrum fuiſſe dicit, ad quem pertinebat Palatii diſciplina, & Scholarum militarium diſpoſitio. Vide Caſſiodorum libro vi. Form. 6. Et quae notant Julius Caeſar Bulengerius libro ii. de Imperatore Romano, cap. 23. Et Jacobus Sirmundus ad Sidonii librum 1. Epiſtola 3. BART. Latius de Magiſtro officiorum nuper egit vir doctiſſimus Joh. Frid. Chriſtius, in noctibus Academicis Specim. 1. Obſerv. 1. cui tamen hic Rutilii locus non adducitur. BURM.

564. Armigerasque pii principis excubias,] Gloſſ. vet. *ὑπασπιστὴς, protector, armiger*, nomen dignitatis. Gloſſ. vet. *ὁπλοπάροχος, inſignarius, armiger.* Corippus lib. iii.

*Armiger in terra, domini veſtigia luſtrans,*
*Eminet excelſus ſuper omnia vertice Narſes*
*Agmina, & Auguſtam cultu praefulgurat aulam,*
*Comptus caeſarie, formaque inſignis & ore.*

Sidonius Apollin. lib. 1. Epiſt. 2. *Circumſiſtit ſellam comes armiger.* SITZM. Haec ex Savarone ad dictum Sidonii locum, ut ſaepe, deſcripta.

564. Pii principis] Honore hujus tituli volentes utebantur etiam impiiſſimi principes, adeoque vix ullum laudatorem invenias, qui non

Quam cingunt geminis Arnus & Auſer aquis.
Conum pyramidis coëuntia flumina ducunt:
Intratur modico frons patefacta ſolo.
Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
Et pontum ſolus ſcilicet Arnus adit.
Ante diu quam Trojugenas Fortuna penates
Laurentinorum regibus insereret,
Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,
Nominis indicio teſtificata genus.

Hic

non cuicunque hoc ante omnia praeconio blandiatur. BART.

565. ALPHEAE VETEREM CONTEMPLOR ORIGINIS URBEM,] Claudianus de bello Gildonico 482.

*—— Quatitur Tyrrhena tumultu*
*Ora, nec Alphaeae capiunt navalia viſae.*

Virg. lib. x. Aeneid. 179.

*Hos parere jubent Alphaeae ab origine Piſae,*
*Urbs Etruſca ſolo.*

Ubi haec Servius: *Alphaeus Fluvius eſt inter Piſas, & Eliden civitates Arcadiae, ubi eſt templum Jovis Olympici, ex quibus locis venerunt, qui Piſas in Italia condiderunt, dictas à civitate priſtina.* Quare Rutilius ſubjungit.

*Ante diu quam Trojugenas fortuna penates*
*Laurentinorum Regibus inſereret,*
*Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,*
*Nominis indicio teſtificata genus.*

CASTAL.

566. QUAM CINGUNT GEMINIS ARNUS ET AESAR AQUIS ] Onuph. *Anſur.* SIML. *Aeſar* non *Anſur*, ut in noſtris eſſet, auctor mihi fuit vir eruditiſſimus Petrus Angelius Bargeus, qui ex eo, quod *Aeſar* vetere Etruſcorum lingua, ut Suetonius ſcriptum reliquit, Deum ſignificaret, fluminumque Dii haberentur, flumen patrium ita vocatum credidit. Suetonii verba in Octav. Aug. XCVII. haec ſunt. *Sub idem tempus ictu fulminis, ex inſcriptione ſtatuae ejus prima nominis littera effluxit. Reſponſumque eſt, centum ſolos dies poſt hac victurum, quem numerum C littera notaret, futurumque, ut inter Deos referretur, quod Aeſar, id eſt, reliqua pars è Caeſaris nomine, Etruſca lingua Deus vocaretur.* A Strabone quoque *Aeſar* appellatur libro quinto, δυοῖν ποταμοῖν κεῖται μεταξὺ κατ' αὐτὴν τὴν συμβολὴν, Ἄρνου τε καὶ Αἴσαρος. In Plinii vulgatis libris *Anſerem* eſt legere. *Piſae*, inquit, *inter Anſerem & Arnum, ortae à Pelope, Piſiſque:* ſed, opinor, mendoſè. CASTAL. Vide optimi & doctiſſimi viri Petri Victorii Variarum librum XVII. cap. 3. Quem cum paribus nonnullis nos inſtauratorem non ultimum humanitatis veneramur, etſi juvenculi hodie ἀκαιρόσοφοι, & magna vis magiſtrorum de Scholâ ſtrenue contemnat, ejuſque memoriam amo, avi etiam noſtri, Ampliſſimi viri cauſſa, cum quo & coram & per litteras arcta ipſi amicitia fuit. BART. *Anſur* Bonon. & aliae Edit. Cluver. lib. II. Ital. Ant. p. 461. *Anſar* legit, vel *Anſer:* licet pronior in priorem ſcripturam. Dempſterus ſequitur Caſtalionem lib. IV. Etrur. Reg. cap. 5. BURM.

567. CONUM PYRAMIDIS COEUNTIA FLUMINA DUCUNT:] De veteri ſitu Piſarum, formaque totius regionis valde nunc immutata lege P. Victorium Variarum Lectionum lib. XVII. c. 3. CASTAL. *Ducere conum* dictum eſt eleganter, ut *ducere formam, notam*, & ſimilia. vid. Ovid. VI. Faſt. 649. & IV. ex Pont. X. 39. ita *ducere figuras* III. Art. Amat. 493. *apicem* X. Met. 279. BURM.

570. SOLUS ARNUS ] Amiſſo nomine altero, quod in alterum gurgitem cum aquis conceſſit. BART.

572. INSERERET,] Ab inſitione arborum. Sic enim alienigenae familiis inſeruntur. Statius II. Silv. I. 101. *Vidi ego tranſlatos alieno in robore Ramos altius ire ſuis.* itidem de tali inſitione. IDEM.

575.

Hic oblata mihi ſancti genitoris imago,
  Piſani proprio quam poſuere foro.
Laudibus amiſſi cogor lacrimare parentis,
  Fluxerunt madidis gaudia moeſta genis.
Namque pater quondam Tyrrhenis praefuit arvis,
  Faſcibus & ſenis credita jura dedit.

Nar-

575. GENITORIS IMAGO,] Statua. *Effigiem* vocat Claudianus praefatione Belli Getici. BART.

575. HIC OBLATA MIHI SANCTI GENITORIS IMAGO,] Quatuor hi verſus, qui hic ordine ſequuntur, in editione Pii non habentur, ſed ab Onuphrio additi ſunt. SIML. Quatuor hi verſus additi ſunt à Panvino, ex Gabrielis Faerni libro, cum in aliis deſiderarentur. CASTAL.

577. LAUDIBUS] Inſcriptis ſtatuae baſi. Qualia Encomia publice poſita ſummorum eo temporum virorum ad nos pervenerunt Stiliconis, Symmachi, Claudiani, aliorum. BART.

378. FLUXERUNT MADIDIS GAUDIA MOESTA GENIS.] Guntherus, poëta Germanus, lib. VIII. Ligur.

*Quis referat fletus lacrimoſaque gaudia tantae*
*Plebis, & internà tractos pietate dolores.*

Ad quem locum vid. quae notavit Doctor & compater noſter p. m. Conradus Rittershuſius. SITZM. Accidit enim maximis laetitiae motibus erumpere lacrimas. Petronius LXXXIX.

*Mentiſque pavidae gaudium lacrimas habet.*

Guntherus lib. VIII. Ligurini.

*Quis referat fletus lacrimoſaque gaudia tantae*
*Plebis, & interna tactos pietate dolores.*

Petrus Chryſologus Sermone XLVI. *Hic Propheta ſecum fletus ſuorum nos deſiderat fundere gaudiorum, quia ſemper lacrimae ſicut dolore magno, ita producuntur & gaudio, & teſtantur affectum.* Claudianus Victoriâ Geticâ 406.

*——— viſoque animi Stilicone recepti*
*Singultus varios, lacrimoſaque gaudia miſcent.*

Idem bello Gildonico 528.

*Permixto tremuerunt gaudia fletu.*

Paulinus Natali Sexto Felicis;

*——— multo merſi mea lumina fletu,*
*Non ſolum damno, ſed & inter gaudia plorant.*

Exempla alia apud Diodorum Siculum in rebus Alexandri Magni, & Paulum Oroſium libro II. c. 17. Honorum nomina abhinc ſequentia ſatis ſunt à viris doctiſſimis explicata. BART. Vid. ad Petronii locum adnotata, & Barth. ad Claud. Bel. Get. 407. eadem & plura conſtipantem.

580. FASCIBUS ET SENIS CREDITA JURA DEDIT.] *Faſcium* nomine dignitas magiſtratus & honos ſignificatur. *Proconſules non amplius, quam ſex faſcibus utuntur*, ait Ulpian. l. proconſules 14. ff. de offic. proconſ. Quamvis enim pleniſſimam juriſdictionem proconſul habeat, ac omnium partes, qui Romae, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem jus dicunt, ad ipſum pertineat, adeoque vicem conſulum & omnium magiſtratuum urbanorum gerat, l. ſi aliam 7. §. fin. ff. d. t. non tamen plures, quam ſex faſces habere debet, ut meminerit, juſtum conſulem ſe non eſſe. SITZM. Sex faſces Praetoribus praelati. Egeſippus libro II. cap. 9. *Creta centum urbibus nobilis uberrima praeferens regna, circumfuſa undique mari, ex fluctibus tamquam moenibus ſolita hoſtem repellere, unum Conſularem veretur, & plurimi populi ſex faſcium virgulis metu inclinantur.* Talia jam a doctiſſimis viris viris magno ſunt ſtudio conquiſitoque illuſtrata, ut ſupervacua cura ſit ſcripta repetere. BART. Hinc colligit, patrem Rutilii fuiſſe Conſularem Tuſciae, Dominicus Georgius in erudita exercitatione hiſtorica de antiquis Italiae Metrapolibus, nuper Romae edita, cap. VI. & cap. VIII. ubi ex Gothofr. Proſopogr. Cod. Theod. etiam dictum *Claudium* fuiſſe, & eſſe *Claudium* illum Conſularem Tuſciae A. 389. in leg. 5. Cod. Th. de nuntiationibus memoratum, credit. Franciſ-

cus

Narrabat, memini, multos emenſus honores,
Tuſcorum regimen plus placuiſſe ſibi.
Nam neque opum curam, quamvis ſit magna, ſacrarum.
Nec jus quaeſturae grata fuiſſe magis.
Ipſam, ſi fas eſt, poſtponere praefecturam,

Pro-

cus vero Marianus de Etruria Metropoli cap. xxx. credit, regiminis Etruriae duplicis hic mentionem fieri, prioris, quo Pater functus, cujus ſedes Piſae erant magiſtratui; alterius Laecanii, qui turrigenis Tuſcis, ſive Coriti populis praeerat, qui honor minor erat Piſanâ praefecturâ: huic enim, ut Praetori vel Proconſuli, ſex faſces fuiſſe ſignum majoris imperii, illi, ut rectori vel correctori, minus imperium datum putat. BURM.

582. Plus] Scilicet ceteris honoribus, quos geſſerat, & gerere potuerat, & praefecturis provinciarum, & ipſa praefectura, ut interpretor, urbis. ita initio hujus Poëmatis *potius* poni vidimus. IDEM.

583. Nam neque opum curam, quamvis sit magna, sacrarum.] Comes ſacrarum largitionum. CASTAL. *Comes ſacrarum largitionum* erat is, cui gubernandi committebantur theſauri majeſtatis imperatoriae, l. III. C. ubi ſenat. vel clariſſ. civil. vel crimin. quos largitiones dicimus & remunerationes plauſibili vocabulo. *Munerariam dignitatem* vocat Aurel. Caſſiodor. variar. lib. VII. in formula Comitivae ſacrarum largitionum, quod muneribus potiſſimum & liberalitatibus exercendis theſauri imperiales deſtinati ſint, quamvis & in alias pleraſque res inſumantur. Hunc Comitem (quem Symmachus lib. x. Ep. 33. nominat *Clariſſimum & Illuſtrem*) antiquitus dictum fuiſſe praefectum aerario, vel etiam diſpenſatorem tradit Jac. Cujac. ad parat. C. de off. com. ſacrar. largit. praefecti autem nomen mutatum eſſe in nomen Comitis, quod & omnibus magiſtratibus datum, quia ſacrum comitatum obſervarent, vel qui ex eo prodirent. Non tantum autem donis praeſidebat Imperatoriis, ſed & alia erant ſub ipſius diſpoſitione: Veſtem enim ſacram ei olim fuiſſe commiſſam Caſſiod. ſcribit in d. form. Curas quoque litorum adventitiâ lucri proviſione committebat. Negotiatores, humanae vitae neceſſarii, ejus poteſtati ſubjiciebantur. Plane quicquid in veſtibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana habebat pretioſum, ejus ordinationibus obſecundabat, ejuſque ad judicium confluebant de extremis mundi partibus advenientes. Salis item commercium inter veſtes ſericas & pretioſiſſimam margaritam ipſi deputavit vetuſtas. Deſideras alicujus carminis ſuper hac re dulcedinem? Audi Statium Silvar. lib. III. Carm. 3.

*——— jam creditur uni*
*Sanctarum digeſtus opum, partaeque per omnes*
*Divitiae populos, magnique impendia mundi.*
*Quicquid ab auriferis ejectat Iberia foſſis,*
*Dalmatico quod monte nitet; quod meſſibus Afris*
*Verritur; aeſtiferi quicquid terit area Nili;*
*Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi,*
*Et Lacedaemonii pecuaria culta Galeſi,*
*Perſpicuaeque nives, Maſſylaque robora, & Indi*
*Dentis honos, uni parent commiſſa miniſtro.*
*Quae Boreas, quaeque Eurus atrox, quae nubibus Auſter*
*Invehit, hibernos citius numeraveris imbres,*
*Silvarumque comas. vigilis te, animique ſagacis*
*Exitus evolvit, quantum Romana ſub omni*
*Pila die, quantumque tribus, quid templa, quid alti*
*Undarum curſus, quid propugnacula poſcant*
*Aequoris; aut longe ſeries porrecta viarum.*
*Quod dominum celſis niteat laquearibus aurum,*
*Quae divûm in vultus igni formanda liqueſcat*
*Maſſa, quid Auſoniae ſcriptum crepet igne monetae.* SITZM.

563. Sacrarum.] Imperatoriarum. Nihil non ſacrum Imperatoribus, etiam cum de

Pronior in Tuſcos non dubitabat amor:
Nec fallebatur tam carus & ipſe probatis,
Aeternas grates mutua cura canit.
Conſtantemque ſibi pariter, mitemque fuiſſe
Inſinuant natis, qui meminere, ſenes.
Ipſum me gradibus non degeneraſſe parentis
Gaudent, & duplici ſedulitate fovent.
Haec eadem quum Flaminiae regionibus irem,

Splen-

rebus ſuis ipſimet loquuntur, ut taedioſe legas his in rebus Conſtitutiones utrique Codici inſertas. BART.

587. PROBATIS] Quos amabat, longoque uſu probaverat. Epitaphium priſcum; (Grut. DCCCCXLVIII. 10.)

*O utinam vivo potuiſſem praemia morum*
*Reddere, nunc lacrimas accipe pro meritis.*
*Nam ſemper, fateor, tacita te mente probavi,*
*Detexit ſenſus ultima flamma meos.*

IDEM.

588. AETERNAS GRATES MUTUA CURA CANIT.] Loquitur de ſtatua & encomio publico, qualia civitates bene meritis rectoribus, ut & provinciae, perennandae eorum memoriae, conſecrabant, non tamen ſine indultu Imperatoris, ut ex Plinii epiſtolis clarum. Sic Claudianus de ſua ſtatua, & ſubſcripto elogio;

*Annuit hoc princeps, titulum poſcente Senatu.*

Vide, quae notat doctiſſimus Demſterus ad librum IX. Antiquitatum Joannis Roſini, quo nemo fere minore ambitione utilius & planius res priſcas juventutem doceat. IDEM. Si ad ſtatuam reſpicit, illuſtrari poſſunt haec ex iis, quae diximus ad Phaedrum lib. II. Epilog. de *aeterna baſi* ſtatuae Aeſopi. ſed quia *canit* legitur, rectius forte capitur de ſermonibus, quibus adhuc mortuum celebrant Thuſci patrem Rutilii, ut ſequenti etiam diſticho innuit. Heinſius volebat, *alternas laudes m. c. canit.* ego vix planum video ſenſum in illis, *tam carus & ipſe probatis*; niſi legatur. *Nec fallebatur: Nam carus & ipſe probatis*, ipſe non modo probabat, & amabat Thuſcos, ſed & illis erat carus, & probatus, quia ſaepe praefectos oderunt ſubjecti ejus curae. mutua vero illa cura adhuc celebratur, & Tuſci agunt illi adhuc mortuo grates. editiones Chytraei & Reuſner. diſtinguebant.

*Nec fallebatur tam carus & ipſe: probatis*
*Aeternas grates mutua cura canit.*

BURM.

589. CONSTANTEMQUE SIBI] Non levem, tumidum, venalem. talia in Stilicone ſuo commendat Claudianus noſter. BART.

589. CONSTANTEMQUE] Explico in exigenda poena nec facile remiſiſſe eam, quae ex legibus erat delictis debita. ita Juſtin. XII. II. *tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi ſupplicii conſtantiam diſciplina militaris dabat.* conſtabat ergo ſibi ſemper, nec facile flecti ſe aut a propoſito deduci patiebatur, ſed tamen a crudelitate longe aberat perpetua ejus ſeveritas: ita in Diſtichis vulgo Catonis dictis I. 7.

*Conſtans & lenis, ceu res expoſtulat, eſto,*
*Temporibus mores ſapiens ſine crimine mutat.*

Ubi videndae notae Opitii, qui recte pertinacem & rigidum explicat. Vellej. Paterc. II. 92. de Sentio Saturnino, *eum alia priſca ſeveritate ſummaque conſtantia vetere conſulum more ac ſeveritate geſſiſſet.* In malam partem, de pertinaci in vitiis, ſumi docuit Paſſerat. ad Propert. I. I. 3. BURM.

591. PARENTIS] *Paternis* malebat Heinſius: *degenerare ipſum* illuſtravit idem ad Ovid. III. ex Pont. I. 45. ſorte, *ipſum me gradibus non degeneraſſe parentem*, ut *gradus* ſint ipſi honores, quos non minores parente conſecutus eſt, & bene geſſit. ut ſupr. 508. IDEM.

592. DUPLICI SEDULITATE] Parentis & mei ipſius gratiâ. Illius memoriam, meam prae-

Splendoris patrii ſaepe reperta fides.
Famam Lachanii veneratur numinis inſtar
Inter terrigenas Lydia tota ſuos.
Grata bonis priſcos retinet provincia mores,
Dignaque rectores ſemper habere bonos.
Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,
Per

praeſentiam in oculis ferentes. BART.

593 FLAMINIAE REGIONIBUS] Martialis III. Epig. 4.

*Aemiliae dices de regione viae.*
CASTAL.

595. FAMAM LACHANII VENERANTUR NOMINIS INSTAR ] Lege *numinis*. SIMLER. *Nominis* in vulgatis, male: nos *numinis* repoſuimus, quod editio Panvinii habet; ex hoc verſu cognoſcitur, Rutilii Poëtae patri LACHANIO nomen fuiſſe, quod adnotavit nemo. CASTAL. Quis ille? Vir aliquis celebris Lydiae quondam cultus, tunc etiam Etruriae, quae colonia Lydorum. Poteſt & Rutilianorum aut paulo ſuperiorum tempore quis eſſe. Joſephus Caſtalio quid obſervarit, non eſt ad manum, non enim habui ejus notas, cum tumultuaria opera haec ſcriberem. Theodorus Sitzmannus tacuit; varietatem lectionis contentus annotare in τὸ *numinis*, quod tamen minime mutandum. cum in caetera nulla ſit idonea ſententia. BART. *Nominis* Bonon. & Chytr. *numinis* Reuſner. puto, aliquem fuiſſe ex praefectis: nam ſequitur Rutilii patrem, & mox addit, provinciam adhuc retinere mores, quos induxerunt rectores boni. quod abſurdum intelligere de Lydiae quodam numine antiquo. in quem errorem quoque lapſum Tillemontium notat Dominic. Georgius de Antiq. Italiae Metropolibus cap. VIII. *Lachanis* nomen mihi incognitum, ſed forte *Laecanii* legi poſſet, quae gens in lapidibus nota. ita *Laecania priſca* apud Grut. CCCCLXX. 5. *Laecanii* duo ſunt apud eumdem p. CCCCXXVII. II. & DCXXXIX. 2. & ſub Pertinaci duo *Laecanii* memorantur apud Reineſ. Cl. X. inſ. 1. n. 124. & 217. & *Laecania* Cl. XIX. 22. videtur autem hic rector fuiſſe origine Tyrrhenus, ex antiqua familia, quae ex Lydia olim venit. & quod *Lydiam* memorat hic Poëta, capiendum de Etruria, ut ſolent Poëtae, & docuit Dempſter. de Etrur. Regal. I. 4. neque hic de nomine aliquo cogitandum, ſed de homine defuncto, & cujus fama Etruſcis erat inſtar numinis, id eſt ſacra. ut ita Ovid. XIV. Met. 124.

*Numinis inſtar eris ſemper mihi.*

& ita paſſim manes defunctorum ſibi carorum, ut numina venerabantur. vid. ad Ovid. Epiſt. III. 105. & II. Faſt. 842. colit ergo Laecanii memoriam, & manes, fere ut deos ſuos patrios & indigenas, tota Etruria. BURM.

596. INTER TERRIGENAS LYDIA TOTA SUOS.] *Terrigenas*, id eſt, indigenas, non *turrigenas*, quod ante Panvinii editionem legebatur in vulgatis omnibus CASTAL. *Turrigenas* Etruſcos ita appellat, coloniam Lydorum. Vide Servium extrema ſecunda Aeneide. Quare ineptum eſt, quod *terrigenas* alii ſubſtituunt. Flexit autem Graecum nomen in Latinam deductionem, quaſi Tyrrus, non Tyrrhenus fuiſſet nomen Lydi fratris, unde ſuum Tyrrheni traxerunt. BART. Fuere multi, qui a turribus, quibus urbes eminebant Etruriae, Tyrrhenos dictos voluere, ut vidimus in praefatione ad Theſ. Ital. Tom. VII. p. 3. Heinſius malebat *turrigenas*. BURM.

597. PRISCOS MORES,] Quos laudavit omnium temporum ſucceſſio, nulla praeſentibus ſui aevi contenta. BART.

599. DECIUS] Hunc conferri poſſe in Ann. U. C. 417. cenſet Tillemontius. vide Dominic. Georg. de Antiq. Ital. Metropol. cap. VIII. Decius quidam ſub Honorio memoratur, Praefectus Urbis, ad quem Epiſtolae quaedam Symmachi lib. VII. 35. & ſeq. & quem Macrobius interlocutorem facit in Saturnalibus. ut cenſet Jac. Goth. in Proſopog. Cod. Theodoſ. BURM.



Digitized by Google

Per Corythi populos arva beata regit.
Nec mirum, magni ſi redditus indole nati,
Felix tam ſimili poſteritate pater.
Hujus vulnificis, ſatyra ludente, Camenis
Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.
Reſtituit veterem cenſoria lima pudorem:

Dum-

600. CORYTHI POPULOS] Etruſcos. vide Servium. BART. Hujus urbis & montis, a rege Coritho dicti, mentionem ſolam factam a Virgilio VII. Aen. 209. & alibi, quem Silius, & noſter Poëta ſecuti ſunt, docet Cluver. Ital. Ant. III. cap. 3. in fine, p. 590. & de rege inquirit ex eiſdem fere locis Dempſter. de Etrur. Regal. II. 10. quae fere repetit lib. IV. 15. Franc. Marianus de Etruria Metropoli, cap. VII. quoſdam *Cortonam* eamdem urbem facere tradit, alios, nullam hoc nomine exſtitiſſe, & a Poëtis eſſe fictam credere: ſed exſtitiſſe quandam nomine *Coritum*, vel *Coritam*, vel *Coritimenſam*, prope montem S. Angeli, & veſtigia & nomen adhuc exſtare docet cap. XII. *Coritum* vero, unde nomen accepit, a Poëtis dari maritum Electrae, quem ille Jovem fuiſſe credit cap. XXV. quae latius apud eum deſcripta legi poſſunt. BURM.

601. REDDITUS] *Redditur* malebat Heinſius.

602. FELIX TAM SIMILI POSTERITATE PATER.] Alludit Lucilium Satiricum priſcis maximo pretio habitum, etiam propter genus, ut qui Magno Pompejo magnus avunculus fuerit. Neapoli mortuum eum publico funere elatum ſcribit Hieronymus Chronico Euſebiano. Alia notarunt jam dum viri docti. BART.

603. SATYRA LUDENTE,] Urbano enim ſale quodam pungit, & tamen vulnerat Satira; Urbanitatem Lucilii laudat Cicero. IDEM.

604. NEC TURNUS POTIOR,] De quo Martialis VII. 96.

*Nam me diligit ille, proximumque*
*Turni nobilibus leget libellis.*

CASTAL. *Turnus* hic libertini generis ad honores ambitione provectus fuit, potens in aula Veſpaſianorum Titi & Domitiani, teſte Interp. veteri Juvenalis ad Sat. I. 20. Martialis lib. XI. Epig. II.

*Contulit ad Satyras ingentia pectora Turnus.*

SITZM. Celebris inter priſcos Satirographos. Floruit tempore Juvenalis & Martialis, quorum iſte cum honore ejus meminit. Vide Scholiaſtem Juvenalis ad Satiram primam. BART. Vid. Savar. ad Apollin. Carm. IX. vſ. 263.

604. JUVENALIS] Sane erudititiſſimus ſcriptor, elegantiſſimus Poëta, & cenſor morum liberrimus & acutiſſimus. Summo pretio antiquitati habuitus. a qua naſututi noſtri temporis adeo futiliter diſſentiunt, ut etiam latinitatem hominis tam praeclare docti & ingenioſi vituperare audeant. De quo latius nos alibi diſſerere non vetabit illorum de ſe ipſis opinio, quae ut praecipites in aliorum contemtum eos agit, ita domeſticos naevos prorſus perpendere non patitur. Nuditatem ſermonis, & vitiorum velut exinde diſciplinam carpunt viri doctiſſimi. At talia deſcribenda ſunt, ut evitari eo melius poſſint, ſententia Dionis Chryſoſtomi, cujus lege Orationem XXXI. quae Rhodiaca inſcribitur. Aeſtimatio autem Juvenalis etiam ad extrema tempora duravit. Media enim barbaria per excellentiam *Ethici* titulo citatur, ſummis Philoſophis comparatus, ut à Joanne Sarisberienſi, Alano, & ejus generis non paucis Philologis eorum temporum. In Dionis modo laudatam ſententiam clare venit, quod apud Rutilium ſequitur, *Dumque malos carpit, praecipit eſſe bonos.* Non inepte tamen Seneca contra, talia minime ſcribenda, ut fieri poſſe oſtendantur. *Ingentia ſcelera melius praetereuntur, quam, dum vindicantur, quod fieri poſſint, oſtenduntur*; libro I. de Clementia cap. 23. BART.

605. RESTITUIT VETEREM] *Inſtituit* legebatur, nos *reſtituit* malumus. CASTAL. & ita Heinſius cenſebat.

606.

Dumque malos carpit, praecipit eſſe bonos.
Non olim ſacri juſtiſſimus arbiter auri
Circumſiſtentes repulit Harpyïas?
Harpyïas, quarum decerpitur unguibus orbis,

Quae

606. Dumque malos carpit, praecipit esse bonos.] Ita legiſlatoribus, quod fieri non volunt, tantum prohibuiſſe ſufficit: caetera quaſi expreſſa ex legis voluntate colliguntur, l. non dubium 5. C. de LL. & conſt. SITZM. Paulinus, vel quicunque eſt author Epiſtolae apud D. Hieron. ad Celantiam matronam: *Duo ſunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota juſtitia: prohibendi unum, jubendi alterum. Ut enim mala prohibentur: ita praecipiuntur bona.* BART.

607. Non olim sacri justissimus arbiter auri Circumsistentes reppulit Harpyïas?] Forte, *nam olim.* SIMLER. Cum interrogationis nota legit Fulvius Urſinus. Achilles Stat. pro *Non olim*, *namque olim* reponebat ſine interrogatione. CASTAL. Manifeſto falſa lectio. Emacula. *Nunc: olim ſacri*, &c. Nunc ait Etruriae populis praefectus collapſam morum diſciplinam reſtituit; olim vero Sacris theſauris praepoſitus, tutatus eſt patrimonium principis. Quas Harpyïas dicat lectio Hiſtoriarum poſt obitum Theodoſii Magni, quo Imperatoribus minorennibus rapinae omnia patuerunt, neminem non docebit. Nec nos Commentaria ſcribimus, aut Annales temporum examinare adſumus. BART. Et Simlerum *namque olim* voluiſſe credo: non enim tam imperitum *metri* fuiſſe puto, ut tam turpiter offenderet, & ita Reuſnerus, qui Simlerum ſequi ſolet, edidit. Heinſius legebat *nunc, olim.* ut apud Virgil. IV. 627.

*Nunc, olim, quocumque dabunt ſe tempore vires.*

ubi Servius, *dijungenda* nunc, olim, *cenſent, & eſſe vel nunc, vel poſtea quocumque tempore:* ſed dubito, an huic loco conveniat, niſi ſimul auguretur Lucillo longam muneris adminiſtrationem, ut & nunc, & deinde juſtiſſimus ſit futurus: quibus hoc non placet, legant *nonne*, vel *non* pro *nonne*, & *olim* de tempore nuper elapſo capiant. per Harpyias, foeneratores intelligit Savaron ad Sidon. lib. II. Ep. 8. vid. & ad V. Epiſt. 7. ſed ſine dubio intelligendi, qui munus quoddam publicum gerebant, & ſub comite ſacrarum largitionum erant. nam hoc indicant ſequentia, *inter cuſtodes publica furta volant.* per quos intelligi poſſent Comites largitionum vel theſaurorum per provincias, & eorum officiales, rationales & alii, qui *Theſaurenſes* dicuntur, & cuſtodiam theſaurorum habebant, de quibus Jac. Gothofr. ad l. XIV. Cod. Theod. de diverſis Officiis: & quos fuiſſe ſub diſpoſitione comitis Sacr. Largitionum docet ad L. unic. Cod. Theod. de Conſularibus & Praeſidibus. *cuſtodes* hos vocat, ut officium eorum indicet, qui cuſtodire debebant pecuniam publicam, & obſervare fures, & qui fiſcum fraudabant. ſimiliter in alia re Juvenalis Sat. VI. 340. *ſed quis cuſtodiet ipſos Cuſtodes?* BURM.

607. Arbiter sacri auri] Comes ſacrarum largitionum, de quo ſupra 583.

*Nam neque opum curam, quamvis ſit magna, ſacrarum.*

Vide Codicem Theod. de Comite ſacrarum largitionum. CASTAL.

609. Harpyïas,] Quadriſyllabum eſt. Solvitur enim diphtongus *yi*, ex quo intelligimus, peccare eos, qui per hanc diphtongum non ſcribunt *Harpyias.* IDEM. Petrus Angelius Bargaeus lib. II. carm. hanc fabulam de Harpyis ad improbos & iniquos judices retulit: quod jam olim etiam his verſibus fecit noſter Rutilius. Novam hujus fabulae mythologiam habes apud M. Ant. Delr. in adverſ. ad Hercul. Fur. Senecae. SITZM.

609. Quarum decerpitur unguibus orbis,] Cum hunc Rutilii verſum legerem, memoriâ recenſebam, quod ſcribit Iſidorus Peluſiota, Epiſt 233. lib. II. Pecuniarum videlicet amorem ſimilem eſſe foeminae cuidam, belluinâ formâ praeditae, ignemque ſpiranti, ac ſexcentas viperas crinium loco in capite habenti, perpetuo ſibilantes, ac mortiferum venenum evomentes; ſexcentas item

Quae pede glutineo, quod tetigere, trahunt.
Quae luſcum faciunt Argum, quae Lyncea caecum:
Inter cuſtodes publica furta volant.
Sed non Lucillum Briareïa praeda fefellit,
Totque ſimul manibus reſtitit una manus.
Jamque Triturritam Piſaca ex urbe reverſus
Aptabam nitido pendula vela Noto.
Cum ſubitis tectus nimbis inſorduit aether,
Sparſerunt radios nubila rupta vagos.
Subſtitimus: quis enim ſub tempeſtate maligna

In-

manus unguibus abundantes. quarum operâ & adjumento alios laceret, alios ſagittis impetat, ab aliis pecunias extorqueat, ac denique ſexcenta ora. Cujus deſcriptionis rationes addit eximias, quas, ſi libet, ex uberrimo illo Grajae facundiae fonte haurire licebit. SITZM.

610. PEDE GLUTINEO, ] Glutine velut perunctо. Similia apud Plautum & Martialem. Martialis verſus vulgo editur libro VIII. 59.

*Adſpicis hunc, uno contentum lumine, cujus*
*Lippa ſub attrita fronte lacuna patet.*
*Nec contemne caput, nihil eſt furacius illo,*
*Non fuit Autolyci tam piceata manus.*

At libri ſcripti aliam lectionem praeferre dicuntur, *piperatam* videl. manum Autolyco adſcribentes, cum & *piceata* pro picata, doctorum obſervationibus, non ſit prorſus Latinum. Vide Animadverſiones noſtras recenſitas ad ſecundum in Rufinum vſ. 438. BART.

611. LUSCUM FACIUNT ARGUM] Pariſſime Plautus. Cuſtodes autem publicos dicit, qui praefecti ſacris theſauris primi eos rapiebant. IDEM.

612. VOLANT] Elegantiſſime. veluti ludibria vento, obvio cuique praeda diripiuntur, & ſurſum deorſumque aguntur. IDEM.

613. PRAEDA] Debet capi pro praedonibus, qui inſtar Briarei centum manibus rapiebant. niſi quis malit *Briareia turba.* illae enim voces commutari ſolent. vid. Ovid. I. Att. 125. & apud Sidon. Apol. III. Ep. 4. *lacrimabilis praedâ*, ubi in MS. Voſſian. eſt *turba.* BURM.

613 FEFELLIT, ] Fefellit, latuit, quo ſenſu frequentiſſime utitur Horat. quale illud in Odis lib. III. 14.

*Spartacum ſi qua potuit vagantem*
*Fallere teſta.*

Quintus etiam Curtius lib. IV. *Nec ulla adeo avia & ſicca lacuna erat, quae veſtigantium ſitim falleret.* CASTAL.

616. APTABAM] Vid. de hoc verbo, in hac re proprio, ad Ovid. XI. Met. 656. BURM.

616. NITIDO NOTO.] Leuconoto, albo, ſereno, placido. uti ſupra 541. BART.

617. INSORDUIT] Non facile repudio in hujus aevi ſcriptoribus verba raro, vel numquam aliis uſurpata. licet ego malim, Rutilium ſcripſiſſe,

*Cum ſubitis nimbis intectus inhorruit aether.*

ut fere alii Poetae amant loqui. Sed Rutilio relinquo ſuas elegantias. BURM.

619. SUB TEMPESTATE MALIGNA] Incerta, aſpera, horrenda, noxia. Valerius Flaccus libro VII. 229. *Diis nata malignis Meſſis.* Manilius libro IV. 572. *Linguaeque venenum Verba maligna novat muſſantis ſemper ad aures.* Virgilius libro V. 654.

*At matres primo ancipites, oculiſque malignis*
*Ambiguae, ſpectare rateis.*

Gratius Cynegetico 405.

*Ac ſic affectus oculique venena maligni*
*Vicit tutela pax impetrata Deorum.*

Adde, quae notavit Martinus de Roa Singula-

Inſanituris audeat ire fretis?
Otia vicinis terimus navalia ſilvis,
Sectandiſque juvat membra movere feris.
Inſtrumenta parat venandi villicus hoſpes,
Atque olidum doctas noſſe cubile canes.
Funditur inſidiis, & rara fraudę plagarum,
Terribiliſque cadit fulmine dentis aper.
Quem Meleagraei vereantur adire lacerti,
Qui laxet nodos Amphitryoniadae.
Tum reſponſuros perſultat buccina colles,
Fitque reportanti carmine praeda levis.

In-

larium lib. II. cap. 2. BART. Qui ad Gratium eadem & plura dedit.

621. OTIA TERIMUS] Illuſtravit hanc locutionem ad locum corruptiſſimum Cl. Marklandus Statii III. Silv. v. 60.

*Heu nunc illa terit viduae quod ſola cubili*
*Otia. tam pulchrae terit infecunda juventae.*

ubi intoleranda repetitio ejuſdem verbi videtur viris doctis, quorum conatus memoravit ibi vir acutiſſimus. Heinſius legebat, vel *tenens viduum quod ſola cubile, Otia tam* &c. vel *jacens viduo quod ſola cubili*; quod & docto commentatori in mentem venit, ſed nimis abit a ſcriptis: nam eodem jure poſſes *cubans* legere, & totidem aliorum Poëtarum locis adſtruere. ego refingerem,

*Heu nunc illa premit viduum quod ſola cubile,*
*Otia tam pulchrae terit infecunda juventae.*

Nec opus eſt auctoritatibus munire τὸ *premere cubile, torum* &c. quae paſſim apud Petronium, Naſonem, & alios occurrunt. vid. ad Petron. XVIII. & Ovid. III. Art. 721. *Premere* vero & *terere* confundunt codices apud eumdem lib. IV. Theb. 132. & apud Ovid. I. Art. 40. & centies haec verba *terere, petere, tegere, tenere* & *premere* confuſa reperiuntur. Ovid. Epiſt. XVIII. 135.

*Non aliter multa quam via preſſa rota.*

ubi *trita* Junianus codex BURM.

623. HOSPES] An tribunus ille, qui equos & carpenta obtulerat vſ. 561. vel alius, in cujus villa manebat Poëta? vel ejus villae praefectus, qui proprie Villicus dicitur? BURM.

624. ATQUE OLIDUM DOCTAS NOSSE CUBILE CANES.] L. Livius Andronicus apud Terentianum:

*Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.*

Feſtus: *Sagaces canes, qui ferarum cubilia praeſentiunt.* Claudian. lib. VI. de Laud. Stil. v. 297.

*—— variae formis, & gente ſequuntur*
*Ingenioque canes, illae gravioribus aptae*
*Morſibus: hae pedibus celeres, hae nare ſagaces.*
*Hirſutaeque fremunt Creſſae, tenueſque Lacaenae.* SITZM.

628. LAXAT NODOS] Scribe, *Laxet nodos*. BART. Heinſius prius *laſſet* conjecerat, ſed correxerat in *laxet*, ut Edit. Bonon. & aliae. id eſt ſolvat Herculis nodos, ſi ab illo eſſet comprehenſus. de nodo Herculeo omnia nota. vid. ad Ovid. Ep. IX. vſ. 86. BURM.

629. TUM RESPONSUROS PERSULTAT BUCCINA COLLES,] Echo, quae quid ſit, ex Placidi gloſſis intelligimus. *Echo*, inquit, *Graecum eſt nomen*. Eſt autem imago vocis, quae in concavis locis reſultat offenſa, ac reſonat. Perſ. Sat. I.

*Reparabilis adſonat Echo:*

Quam & Sympoſius noſter feſtivo aenigmate complexus eſt.

*Virgo modeſta nimis legem bene ſervo pudoris.*
*Ore procax non ſum, nec ſum temeraria lingua.*
*Ultro nolo loqui, ſed do reſponſa loquenti.*

CASTAL.

630.

Interea madidis non deſinit Africus alis
Continuos piceâ nube negare dies.
Jam matutinis Hyades occaſibus udae,
Jam latet hiberno conditus imbre lepus:
Exiguum radiis, ſed magnis fluctibus aſtrum,
Quo madidam nullus navita linquit humum.
Namque procelloſo ſubjungitur Oarioni

Aeſti-

630. FITQUE REPORTANTI CARMINE PRAEDA LEVIS. ] Onuph. *reportando.* SIMLER. *Reportanti* correximus. Erat antea *reportanda.* CASTAL.

630. CARMINE PRAEDA LEVIS.] Carmina inter opus cantata levant ejus laborem. Columella libro x. talia ſe ſcribere ruſticis ait.

*Me mea Calliope cura leviore vagantem*
*Jam revocat, parvoque jubet decurrere gyro,*
*Et ſecum gracili connectere carmina filo*
*Quae canat inter opus Muſa modulante putator,*
*Pendulus arbuſtis, olitor viridantibus hortis.*

Sed melius *reportandum Carmen* capies, Echo per collium anfractus reddentem emiſſas voces. BART. Heinſ. malebat *reportantum.* & certe vix unus ſufficiebat apro reportando, cum plauſtro gementi ſimilis feratur praeda apud Senec. Hippol. vſ. 76. Buccina autem illa in victoriae ſignum canebat, & credo, buccinatores praeiiſſe portantibus praedam, quibus illo cantu delectatis, levior videbatur praeda. & hoc indicat Senec. Hip. 79.

*Repetitque caſas ruſtica longo*
*Turba triumpho.*

Si *reportanti* legas, dubium eſt, an *hominem reportantem*, an *carmen reportans*, id eſt, quod quaſi praedam reportari certis modis indicat, capiendum ſit. ſed de hominibus eſſe intelligendum, docet Virgil. III. Georg. 374.

*Cominus obtruncant ferro, graviterque rudentes*
*Caedunt, & magno laeti clamore reportant.*

BURM.

631. INTEREA MADIDIS NON DESINIT AFRICUS ALIS ] Ovid. lib. I. Met. 264.

*— Madidis Notus evolat alis.*

CASTAL.

632. CONTINUOS PICEA NUBE NEGARE DIES. ] *Dies*, pro ſole. Senec. in Herc. Fur. v. 373.

*—— —— —— prius*
*Extinguet ortus, referet occaſus diem.*

& in Herc. Oet. 335. *ab occaſu dies naſcetur.* Lucret. de Solis radiis II. 59. *lucida tela diei.* Corippus lib. II. in laudem Juſtin. Aug. Minoris:

*Haud ſecus ac nubes, cum ſe reſcindere denſam*
*Coeperit, & coelum monſtraverit aethra ſerenum,*
*Ardentes radios mittit jubar, omnia viſo*
*Congaudent elementa die.*

SITZM. Vid. ſupr. ad vſ. 400.

633. JAM MATUTINIS HYADES OCCASIBUS UDAE, ] Cicero II. de Nat. Deor. 43. *Tauri caput ſtellis conſperſum eſt frequentibus. Has Graeci ſtellas Hyadas vocitari ſuerunt, a pluendo: ὕειν enim eſt pluere.* SITZM.

635. MAGNUM FLUCTIBUS ] Legitur in excuſis, *magnis fluctibus.* Elegantius forte ſic, *Exiguum radiis, ſed magnum fluctibus aſtrum*, ut ad *exiguum* referatur *magnum*, hoc *fluctibus*, illud *radiis*, quod animadvertit Antonius Quaerengus, homo propter ſingularem doctrinam, eximiamque probitatem mihi boniſque omnibus longe cariſſimus. CASTAL. *Magnis fluctibus aſtrum.* Graeciſmus. Et omiſſio vocis, qualium genera large notamus Indice Commentario ad Appulejum. BART. *Magnum* probabat Heinſius: dictum vero vel *magnum aſtrum*, vel *magni fluctus*, ut *mare magnum*, pro commoto, procelloſo, de quo ad Valer. Flacc. I. 50 & II. 366. BURM.

637. OARIONI ] Onuph. *Orioni.* SIML.

Edi-

Aeſtiferumque canem roſcida praeda fugit.
Vidimus excitis pontum flaveſcere arenis,
Atque eructato vortice rura regi.
Qualiter Oceanus mediis infunditur agris,
Deſtituenda vago cum premit arva ſalo.
Sive alio refluus noſtro colliditur orbe,

Sive

Editio Panvinii habet ORIONI. Nos retinemus OARIONI, ut in Catullo legitur.

*Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.*

Quod multis Graecis auctoribus confirmat Politianus Miſcellaneorum cap. 69. CAST.

638. AESTIFERUMQUE CANEM ROSCIDA PRAEDA FUGIT.] Seneca lib. II. de beneſic. c. 34. *Ingens copia eſt rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde commodatis. Pedem & noſtrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticum, & marinum, & ſidus. Quia non ſufficimus, ut ſingulis ſingula aſſignemus: quoties opus eſt, mutuamur.* SITZM.

638. ROSCIDA PRAEDA] Credo, leporem intelligi, qui cum Orione & Hyadibus menſe Novembri ex Ptolemaeo dicuntur matutino occidere, ut videre eſt in ſtellarum ſignificationibus, quae in Mycilli Ovidiana editione poſt Faſtos leguntur. ubi & Canis & Orion occidere leguntur, & pluvias crebras eſſe indicatur. habuit fortaſſe in animo illa Virgilii ex I. Georg. 218.

— *Averſo cedens Canis occidit aſtro.*

quem de lepore, qui averſus fugit canem, ibi explicat Emmeneſſius: ſed ibi videtur canis cedere lepori, niſi legas cumquibusdam, *incedens.* ſed haec relinquo ſiderum peritis. BURM.

639. PONTUM] *Pontem* editiones Chytraei & Reusneri: perperam.

641. QUALITER] Pap. Statius lib. I.

*Qualiter, aut Maleam, aut alta Ceraunia.* CASTAL.

643. SIVE ALIO REFLUUS] Variae opiniones veterum Philologorum & Phyſicorum de aeſtu Oceani fuerunt, neque ſane ullus adhuc etiam noſtro tempore idoneas cauſſas reddidit prodigioſis & tamen certis acceſſibus & receſſibus. Varro lib. VIII. de Ling. Lat. *Sed quid plura de aſtris, ubi difficilius reperitur, quid ſit, aut fiat in motibus diſſimiliter? An in mari, credo, motus non habent diſſimilitudines geminas, qui in viginti quatuor horis lunaribus cotidie quater ſe mutant. At cum ſex horis aeſtus creverunt, totidem decreverunt, rurſus iidem, item ab his.* Quae poſtrema verba mendoſa ita videntur legenda: *rurſum iidem timent ab his*; id eſt fugiunt ſeſe ipſos inſtar aliorum. Talis ſtilus Varronis, & loci ingenium nihil aliud poſcit. Lucanus lib. I. 409.

*Quaque jacet littus dubium, quod terra fretumque*
*Vindicat alternis vicibus, cum funditur ingens*
*Oceanus, vel cum refugis ſe fluctibus aufert,*
*Ventus ab extremo pelagus ſic axe volutet,*
*Deſtituatque ferens, an ſidere mota ſecundo*
*Thetyos unda vagae lunaribus aeſtuet horis:*
*Flammiger an Titan, ut alentes hauriat undas,*
*Erigat Oceanum, fluctuſque ad ſidera tollat.*
*Quaerite, quos agitat mundi labor.*

Pomponius Mela libro III. cap. I. *Ingens & infinitum pelagus, & magnis aeſtibus concitum, modo inundat campos, modo late nudat, ac refugit, nec ad alios alioſque invicem, neque alternis acceſſibus nunc in hos, nunc in illos impetu verſum; ſed ubi in omnia littora, quamvis diverſa, terrarum inſularumque ex medio pariter effuſum eſt, rurſus ab illis colligitur in medium, & in ſemet ipſum redit, tanta vi ſemper immiſſum, ut vaſta etiam flumina retroagat, & aut terreſtri[illegible]eprehendat animalia, aut marina deſtituat: neque adhuc ſatis cognitum eſt, anhelituſne ſuo id mundus efficiat, retractumque cum ſpiritu regerat undam undique. ſi, ut doctioribus placet, vivum animal eſt, an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quo reciproca maria reſidant, atque inde ſe rurſus exuberantia attollant; an luna cauſſas tantis mea-*

Sive coruſca ſuis ſidera paſcit aquis.

*tibus praebeat. Ad ortus certe occaſuſque ejus variantur, neque eodem aſſidue tempore, ſed ut illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atque adventare comperimus.* Plura legas apud Plutarchum περὶ ἀρεσκ. libro II. cap. 3. Plinium, Senecam, Solinum. Inprimis doctiſſimum enarratorem Melae, Joachimum Vadianum. BART.

644. SIVE CORUSCA SUIS SIDERA PASCIT AQUIS.] Veteres ea erant opinione imbuti, humore ſiderum ſplendorem accendi, ex qua etiam Senec. in Hippol. v. 748.

*Qualis eſt primas referens tenebras*
*Nuntius noctis, modo lotus undis*
*Heſperus, pulſis iterum tenebris*
*Lucifer idem.*

Vid. Cic. lib. II. de nat. Deor. SITZM.

# L I B E R II.

Nondum longus erat, nec multa volumina paſſus,
Jure ſuo poterat longior eſſe liber.
Taedia continuo timuit ceſſura labori,

Su-

1. NONDUM LONGUS ERAT,] Onuphrius hunc librum ita inſcribit, *Rutilii Claudii Numatiani Galli V. C. de reditu ſuo, Itinerarii liber ſecundus, ad Venerium Rufum.* SIML. Alterius initium libri. Hoc autem itinerarium diſtributum ab Auctore in duos libros fuiſſe, ipſemet paulo infra teſtatur eo verſu,

*Partimur trepidum per opuſcula bina ruborem.* CASTAL.

1. NEC MULTA VOLUMINA PASSUS,] Nec in breve ſaepe coactus, ut Horat. I. Epiſt. xx. 8. *& ſcis, in breve te cogi.* IDEM. Velut invitus. Sic etiam *patiendi* verbo eleganter utitur Latinitas. Prudentius Hippolyto;

*—— cogunt animalia fraeni*
*Ignara inſueto ſubdere colla jugo.*
*Non ſtabulis blandive manu palpata magiſtri,*
*Imperiumque equitis ante ſubacta pati.*

Papinius Thebaide prima 478.

*Tunc quoque mutentem dictis corda aſpera regem*
*Jam faciles paſſi.*

Silius lib. XIV. 96.

*Caligare alto in ſolio, nec pondera Regni*
*Poſſe pati.*

Seneca Epiſtola v. *Divitias pati non poſſe, infirmi animi eſt.* Valerius Flaccus lib. VIII. Argonaut. 443.

*— haud hoc nunc genitor putat, haud dare Poenas*
*Jam ſceleri, dominumque pati.*

Claudianus I. in Eutrop. 458. *parvo procede ſepulcro Eutropium paſſure, Cato.* Auſonius Panegyrico. *Conſul ego, Imperator Auguſte, munere tuo non paſſus ſepta neque campum.* BART. Vid. ad Val. Flac. v. 571. *multa volumina* dicit, quia ſcripſit verſus ſuos in papiro; vel charta, quae non compacta erat in codicem, ſed quae plana, & cum impleta eſſet ſcriptura, volvebatur, unde diſcrimen inter *libros*, quae *volumina*, & *codices*, qui quadrati ex multis paginis compactis. ut egregie docuit vir & natalium ſplendore, & eruditione exquiſita illuſtris, Scipio Maffeus in Hiſtoria Diplomatica lib. II. pag. 59. BURM.

3. TAEDIA] Longa volumina faſtidioſa legenti. Prudentius;

*Sed jam tempus iter longi cohibere libelli,*
*Ne tractum ſine fine ferat faſtidia carmen.*

Notum vetus dictum. μέγα βιβλίον, μέγα κακόν. Vide, quae ad Callimachum notarunt doctiſſimi viri. BART.

7.

Digitized by Google

Sumere ne lector juge paveret opus.
Saepe cibis adfert ſerus faſtidia finis.
Gratior eſt modicis hauſtibus unda ſiti.
Intervalla viae feſſis praeſtare videtur,
Qui notat inſcriptus millia crebra lapis.

Par-

7. INTERVALLA VIAE FESSIS PRAESTARE VIDETUR, QUI NOTAT INSCRIPTUS MILLIA CREBRA LAPIS ] Fab lib. IV. Inſtit. 5 *Non aliter, quam facientibus iter multum detrahunt fatigationis, notata inſcriptis lapidibus ſpatia.* PITH. Refert Plutarchus, C. Grachum Tit. F. lege lata de coloniis deducendis, ac viis muniendis, in tribunatu maxime navum & induſtrium in viarum directionibus conſtituendis ſe praeſtitiſſe; & *dimenſis viarum ſpatiis ſingulis milliariis columnas lapideas, ſpatiorum ſigna praeferentes, erexiſſe*; aliosque praeterea lapides paſſim inter ſe diſpoſitos ex utraque viarum margine collocaſſe, ut illis conſcenſis facilius in equos deſilirent. Vid. Hieron. Suritam in praefat. emendat. in Anton. Aug. Itin. item Panciroll. Theſaur. var. lect. lib. I. c. 43. SITZM.

8. LAPIS ] Unde illud dicendi genus, tertio, quarto ab urbe lapide. CASTAL. Notiſſimum, hinc *lapides* veteribus dictos pro miliaribus, quae ſingula ſingulis lapidibus denotabantur. At grandiora ſpatia faciebant Leucae vulgo appellatae, uti exiſtimo, non ſine vitio. Ego vero ex Nithardo, ſcriptore ſatis nitido & accurato, ubi partium ſtudio non peccat, didiciſſe mihi videor, unde originem ſuam trahat appellatio certi ſpatii itineris, apud veteres diſcreti, quod *Leuca* perperam, ut puto, vulgo nuncupatur, cum *Leuva* ſit genuinum nomen, quod curſum & deſtinatum certum ſpatium curſus denotat; ſic vero rectiſſime ſemper in eo auctore ſcribitur, ediditque ex membranaceo Codice doctiſſimus Pithoeus. Nithardus libro II. pag. 450. *Quamobrem obviam Lothario atque Aurelianenſem urbem hinc inde petunt, caſtra ponunt diſtantia ab invicem plus minus Leuvas* VI. *Legatos hinc inde dirigunt*, idem Scriptor. pag. 460 *caſtra autem ab invicem diſtabant Leuvas plus minus tres.* Libro III. pag. 464. *Bernardus Dux Septimaniae, quamquam à loco praedicti proelii plus minus Leuvas tres defuerit, neutri in hoc negotio ſupplementum fuit.* Eodem 469. *Diſtabat enim urbs eadem plus minus Leuvas* XXX. lib. IV. pag 470. *Diſtat enim Wormatia Mettis Leuvas plus minus* LXX. *Theotonis autem villa plus minus octo.* Quam ſcripturam & originationem veram eſſe nemo negaverit, qui Germanice ſciat. Porro *Leuvarum* etiam veterum ſpatium, ex his Nithardi verbis facile ſupputatu erit, nec enim recte faciunt, qui milliaria Germanica *Leucas* vocant, five *Leuvas* deinceps vocaverint; utpote grandiora, quam quibus conveniat vel poſtremus iſte locus Nithardi noſtri, vel origo ipſa vocabuli. Milliare enim unum hodiernum Germanicum multas Leuvas continet, ſuperiorum quidem certe, ut vocamur, Germanorum. Nam Belgarum milliare iter fere unius horae eſt, noſtratium vero unum aliquod vix duabus horis ut plurimum conficitur. *Leuca* autem, ſeu *Leuva* paſſivum erat *tantum mille quingentorum*, ut obſervavit cum aliis ſupra laudatus inſignis Antiquitatis Vindex & Illuſtrator Petrus Pithoeus Adverſariorum libro I. cap. 13. & diſerte ſcribit in Gloſſario ſuo Papias. Sic igitur Wormatia ſeptuaginta Leuvis diſtat ab Mettis, quae nec totis viginti noſtris milliaribus inde ſeparatur. Theodonis autem Villae numerus non dubito, quin corruptus ſit apud Nithardum, cum inter eam urbem & Metropolim Mediomatricum quinque milliaria Germanica metiri liceat. Quare addito numero denario ſcribendum exiſtimo. *plus minus* XVIII. Si enim ſeptuaginta Leuvae XX. milliaria Germanica conficiunt, quinque fere millia XIIX. Leucas aequali numerorum proportione praeſtabunt. Haec ex libro XLVI. Adverſariorum capite Nono huc tranſcripſimus; illuſtratura utique rem nulli omnino antehac perſpectam. BART. Aliter cenſent viri docti, ut ex ipſis Lexicis conſtat.

Partimur trepidum per opuſcula bina ruborem,
Quem ſatius fuerat ſuſtinuiſſe ſemel.
Tandem nimboſa maris obſidione ſolutis,
Piſano portu contigit alta ſequi.
Adridet placidum radiis criſpantibus aequor,

Et

ſtat. ſed Ferdinand de Cord. in Didaſcal multipl cap. XLIV. a *Leucis* populis, quos Lotharingos credit, derivat. Nec diſſentit Moriſonus Centur. 1. Epiſt. 19. niſi quod *Leucos* Luxemburgenſes faciat. Voſſ. III. de Vitiis Sermonis 19 a *Leach*, Saxonica, voce, quae lapidem notat, deducit, & ita Spelmannus, qui Britannicam vocem *Leach*, lapidem facit. alii a λευκὰ, quia lapides albi erant. v. Menag. Etymol. in *Lieue*. BURM.

9. TREPIDUM RUBOREM,] Scribe *timorem*, ſed neſcio quomodo Rutilii noſtri elegantia nobis etiam nonnulla expreſſit praeter inſtitutum, cujus nos Priſciani Periegeſis admonet, in quam exſtant variae lectiones ex veteribus libris, nec indocta Scholia. Illud etiam de Rutilii hodoeporico admonere placet, ex ordine navigationis quaedam in eo confuſa ac tranſpoſita. PITHOEUS. Sunt, qui minium titulorum ſignificare putent; eſt enim.

*Partimur trepidum per opuſcula bina ruborem.*

Porro libri minio diſtinguebantur. Ovid. de Triſtibus I. Ecl. 1.

*Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.*

Terentianus de Litteris.

*Hos verſibus apte quoniam loqui negatur,*
*Inſtar tituli fulgidula notabo minio.*

Sed id plane abeſſe à Rutilii ſententia videtur. Nos autem *ruborem* hoc loco putamus referri ad pudorem, ſequitur enim,

*Quem fuerat ſatius ſuſtinuiſſe ſemel.*

Ut Auſonius Gallus ad Paulum, *caetera quoque cubiculi & lectuli operta prodentur ab eodem auctore collecta, ut bis erubeſcamus, qui & Virgilium faciamus imprudentem.* Editio Panvinii *rumorem* librarii culpa fortaſſe habet. CASTAL. Petrus Pithoeus ita edidit in collectione Poematiorum, & conjecit, *timorem* ſcribendum. Neutro nobis opus, qui veterum editionum *ruborem* retinendum omnino arbitramur, qua lectione nihil aptius aut melius pro ſententia excogitari poterit. Pudorem enim ſuum in honorando lectore civiliter praeponit. Poterat & de rubrica, qui diſtincti libri, intelligi. Sed illud magis eſt. BART. Vitioſe in Onuph. editione Pariſina *rumorem*, quod & occupavit Pithoeanam.

10. SUSTINUISSE RUBOREM] Ut *culpam ſuſtinere*. CASTAL. Vid. ad Calpurn. Declam. XV. in notis vero Barthii credo vitioſe in *honorando* lectore, legi pro *onerando*.

11. MARIS OBSIDIONE] Ab urbium circumvallatione & obſeſſione quaevis affixa & aſſidua manſio obſeſſionem denotat. Ita *obſidere aliena matrimonia*, Valerius Maximus dixit, ut dudum notarunt viri doctiſſimi. Lucretius lib. IV. 350. *Aër*

*Craſſior inſequitur, qui cuncta foramina complet,*
*Obſeditque vias oculorum, ne ſimulacra*
*Poſſint ullarum rerum conjecta moveri.*

BART. *Obſidio maris* eſt, mare tempeſtatibus clauſum, & quod ingredi prohibebantur propter nimbos & procellas. Ita *obſidio* vocatur omne impedimentum, periculum, quo claudimur & prohibemur exire libere & vagari. vid. Vorſt. ad Juſtin. II. 12. Graev. ad Cicer. V. ad famil. 6. *obſidere matrimonia* non reperio in Val. Maximo. BURM.

12. PISANO PORTU CONTIGIT ALTA SEQUI.] Cl. Graevius cenſet, eſſe ſcribendum, ut ratio loquendi flagitat: *Piſano è portu contigit alta ſequi.* Leve hoc eſt, ſed vitioſe tamen ſic ſcribitur in omnibus editionibus; nec monuerunt interpretes. Et ita Heinſius notaverat. ſaepe tamen praepoſitiones abhorum temporum ſcriptoribus negliguntur, & praecipue a noſtro. IDEM.

13. ADRIDET PLACIDUM RADIIS CRISPANTIBUS AEQUOR, ET SULCATA LEVI MURMURAT UNDA SONO.] Similis fere Catulli locus, quod ad levem maris ſoni-

tum

Digitized by Google

Et ſulcata levi murmurat unda ſono.
Incipiunt Apennini devexa videri;
Qua fremit aërio monte repulſa Thetis.
Italiam, rerum dominam, qui cingere viſu,
Et totam pariter cernere mente velit;

In-

tum pertinet, de Nuptiis Pelei, & Thetidis.

*Hic qualis flatu placidum mare matutino*
*Horrificans Zephirus proclives incitat undas,*
*Aurora exoriente vagi ſub lumina ſolis.*
*Quae tarde primum clementi flamine pulſae*
*Procedunt, leviterque ſonant plangore cachinni.* CAST.

15. RADIIS CRISPANTIBUS AEQUOR] Tremulum quemdam fulgorem, & potius intelligendum, quam eloquendum, indicat hoc verbum. Virgilius I. 313. *Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.* Dracontius in Hexaemero: *Murmure quod venti flantes vaga marmora criſpant.* Alcimus Avitus libro V.

*Non impar numero quum coelum pingitur aſtris,*
*Aut queis fervefcit pelagus criſpantibus undis.*

Hinc *criſpare cachinnum* tranſlate dixit Perſius, & Sedulius lib. II. Paſchalium; *Alter amat fletus, alter criſpare cachinnum.* Silius libro VIII. 373.

*Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo.*

BART.

15. APENNINI DEVEXA] Ut *coeli convexa.* CASTAL.

16. AERIO MONTE] Praecelſo. Virgil. Georg. III. 473.

——— *aërias alpes, & Norica ſi quis*
*Caſtella in tumulis videat.*

BART.

17. ITALIAM, RERUM DOMINAM,] Virg. I. 282.

*Romanos rerum Dominos.*

Priſcianus Dionyſii interpres.

*Hos prope ſunt omni ſuperantes laude Latini,*
*Quorum per terras diſcurrit in aequora Tibris;*
*Ante alios Tibris fluvius praeſtantior omnis,*
*Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam,*
*Romam, quae genetrix regum dominatur in orbe.*

Et aliquanto poſt.

*Hi ſunt Auſoniae populi gentesque potentes.*

CASTAL.

17. CINGERE] Heinſ. malebat *jungere*, vel *ſtringere.* vid. eum ad Claud. Bell. Gildon. 356. ſed *cingere* pro totam luſtrare, & quaſi circumire oculis poſuiſſe videtur BURM.

18. CERNERE MENTE] Dixerat *cingere viſu.* Sic idem Dionyſii interpres; *Ut cernas animo, non viſas lumine terras.* CASTAL. Sunt nimirum & menti humanae ſui oculi, ſua ſunt interna lumina, quibus acutiſſime pervidet, & rerum pretia non paulo acutius conſiderat oculis ſenſualibus. Drepranius Florus in Hymnis;

*Hunc oculis mentis inter myrteta beatus*
*Zacharias roſeo ſidere vidit equo.*

Eligius in Homiliis: *nec jam metuo mortem, quia viderunt oculi cordis & corporis mei ſalutare tuum, id eſt JESUM.* Pariter Plato ſcommate in Diogenem Cynicum apud Laërtium. Manilius libro IV. Aſtronomici;

*Quoſque dedit natura oculos deponere mentis.*

Damianus Epiſtolâ ad Leonem Nonum: *ad ipſum ſpei meae oculos levo, cujus haec erga me fieri juſta occulti examinis perpenſione perpendo.* Fauſtus Rejenſis Epiſt. 7. *Habet ſiquidem & interior noſter homo oculos ſuos, quibus ſe conſcientiae teſtis introſpicit.* Ruricius libro I. Epiſt. I. *olim deſiderio pii amoris infuſo, illis te, quibus ſcribere dignaris, oculis cordis intueor.* Stephanus Tornacenſis Epiſtolâ 108. *Aperiatur ſuper eum, obſecro, paternus Apoſtolicae pietatis oculus, maternus eccleſiae Romanae ſinus expandatur.* Adrevaldus de Tranſlatione Benedicti cap 3. *Quod ille ſpiritualibus oculis, iſte oculis patratum carneis conſpiciebat.* Julianus Pomerius lib. II. contra Judaeos: *Et haec juſtitia fidei, qua juſtificamur, atque mundamur, cum ea, quae oculis non vidimus, cordis oculo contuemur & credimus.* Gildas ad

Inveniet quernae ſimilem procedere frondi,
Artatam laterum convenıente ſinu.
Millia per longum decies centena teruntur,

A

Clerum Britanniae. *Quid ad hoc dormitantibus animae oculis adſpicitis.* Marius Victor Maſſilienſis lib. I.

*— mentis, nube remota,*
*Immittant in coelum oculos.*

Sedulius ad Macedonium. *Moxque ut cordis oculos interior caligo deſeruit.* Quintus Hilarion. *Dux oculorum cordis eſt ei virtus Dei Patris & ſapientia Chriſtus.* Paulinus Panegyr. Celſi

*Ergo oculos mentis Chriſto referemus & aures.*

ὀφθαλμοὺς ψυχῆς apud Cydonium de contemnenda morte. Auctor Martialis Lemoviceni Epiſtolâ ad Burdegalenſes cap. 7. *Oculos cordis veſtri aſſidue ad miſericordiam divinitatis ejus erigite.* Concilii Nicaeni Diatypoſis IV. *τὸ βάπτισμα ἡμῶν οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τοῖς νοητοῖς κατανοητέον.* Pacianus Paraenetico ad Poenitentiam. *Excaecatos hirundo pullos novit oculare de ſua Chelidonia, nos lumina mentis amiſſa nulla malae tractationis radice curabimus?* Fulgentius Reſponſo III. ad Ferrandum; *Unde non poteras capere Deum? Quia oculum cordis, unde caperet, non habebat.* Ibidem; *Corporis oculos habebat ſanos & cordis ſaucios.* Idem de Remiſſ. Peccator libro I. cap. 15. *Oculus per luminis infuſionem poteſt percipere luminis viſionem. Sic & remiſſio peccatorum cum hominibus datur, procul dubio caecitas cordis expellitur, ut lumen juſtitiae oculo interiore cernatur.* Wipertus in Leone Nono, libro I. cap. 6. *Quaſi illud beati Papae Gregorii dictum jugiter prae oculis mentis videtur habere, primus eſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit.* Gregorius Magnus Homilia X. *Unde neceſſe eſt, fratres cariſſimi, ut ſemper pavidi, ſemperque ſuſpecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas operis, illinc judicium extremae diſtrictionis.* Walafredus, pervetus ſcriptor Homilia de excidio Hieroſolymit. *Excaecat quippe oculos cordis privatus amor, & ſicut pulvis oculos corporeos excaecat, & praeſentes divitiae oculum mentis excaecant, ne futurum judicium videre poſſit.* Pariter Porphyrius in Vita Plotini; *Aures* etiam mens ſuas habet, quibus percipit intelligenda. Radulfus Ardentius Homilia III Quadrageſimae *Debemus fratres mei, hominibus malignis diabolica fraude irretitis & charitate multum compati, & eos, in quantum poſſimus, exhortationibus, minis, promiſſis, & orationibus à Diabolica ſervitute liberare, & Domino lucrifacere, ut aures cordis prius ſurda ad intelligendum Dei verbum, & os prius mutum ad benedicendum Deum aperiantur.* Haec elegantia & jucunda adnotare placuit. BART. Sic ſupra 544. *corde vidente.*

19. INVENIET QUERNAE SIMILEM PROCEDERE FRONDI,] Hoc ſimili primus non uſus eſt Rutilius, ante illum praeſtantiſſimos ſcriptores idem litteris mandaſſe comperio. Plinius lib. III. cap. 5. *Eſt ergo folio maxime querno adſimilata, multa proceritate amplior, quam latitudine:* loquitur de Italia. Solinus c. VIII. *Inde procedens paulatim, & Apennini montis dorſo attollitur, extenſa inter ſuperum mare & inferum, ſimilis querno folio, ſcilicet proceritate amplior, quam latitudine.* CAST. Et hunc & ſeqq. Rutilii verſ. mire illuſtrat multijugae lectionis vir P. Merula in Coſmograph. SITZM. Ad Laur. Pignorii Symbol. Epiſt. XI. remittit Almelov. lectorem.

20 ARTATAM] Sil. Ital. lib. V. 42.

*Namque ſub anguſtas artato limite fauces.*

*Artare* autem, *artatum*, & *arta* ſine ſecunda muta ſcribimus ex Probi ſententia, & veterum librorum omnium conſenſu, unde *artus* in corpore dicuntur. CAST. Vid. ad lib. I. vſ. 242.

21. MILLIA PER LONGUM DECIES CENTENA TERUNTUR, A LIGURUM TERRIS AD FRETA SICANIAE.] Plin. lib. III. 5. *Patet longitudine ab Alpino fine praetoriae Auguſtae per urbem Capuamque curſu meante Regium oppidum in humero ejus ſitum, à quo veluti cervicis incipit flexus, decies centena, & viginti millia paſſuum.* Solinus Italiae longitudo, quae ab Auguſta Praetoria per urbem

A Ligurum terris ad freta Sicaniae.
In latum variis damnoſa amfractibus intrat
Tyrrheni rabies, Adriacique ſalis.
Qua tamen eſt juncti maris anguſtiſſima tellus,
Triginta & centum millia ſola patet.
Diverſas medius mons obliquatur in undas,
Qua fert atque refert Phoebus uterque diem.
Urguet Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
Caerulaque occiduis frangit Etruſca jugis.

Si

bem Capuamque porrigitur uſque ad oppidum Regium decies centena, & viginti millia paſſuum colligit. Ex Solini loco Plinii locus ſuperior emendatur, ut ſcripſimus. Quamvis Hermolaus Barbarus ex *neque* facto *aeque*, legerit, *per urbem Capuam aeque curſu meante*, ut ſignificaretur non per diverticula, ſed in directa linea. Haec ille, cui Martianus Capella adſentire videtur. *Unde cum longa ab Alpibus Praetoriae Auguſtae per urbem Capuam & Rhegium oppidum abſque recurvo flexu decies centena & viginti millia paſſuum, nuſquam vero trecenta latitudo ejus excedit.* CASTAL.

21. TERUNTUR] A viatoribus. Horatius Epod. IV. 13.

*Arat Falerni mille fundi jugera,*
*Et Appiam mannis terit.*

Dimenſio Italiae hodiernis inſtrumentis facilius invenitur. Neque quicquam ad horum promptitudinem veterum induſtria. BART.

23. DAMNOSA] *Clamoſa* malebat Heinſius. ſed ego nihil muto. Ovid. de torrente inundante agros III. Amor. VI. 99.

*Damnoſus pecori curris, damnoſior agris.*

& hoc poſcit *rabies*. BURM.

24. SALIS.] Onuph. *ſali*. SIML. *Salis* edit. Bonon. Simleri, & Pithoei, & Chytraei. & ita Virgilius, & alii ſolent mare vocare. *ſali* Reuſner. BURM.

25. QUA TAMEN EST JUNCTI MARIS ANGUSTISSIMA TELLUS, TRIGINTA ET CENTUM MILLIA SOLA PATET.] Solinus latitudo, ubi plurimum cccex. ubi minimum cxxxvi. millia. artiſſima eſt ad portum, quem Hannibalis caſtra dicunt: neque enim excedit quadraginta millia, quod differt a Martiani ſententia, qui dixit, nuſquam trecenta latitudo excedit. Vide Plinium. CASTAL. *Junctum mare* explicò vicinum, vid. ad Ovid. I. ex Ponto IV. 31.

27. DIVERSAS MEDIUS MONS OBLIQUATUR IN UNDAS,] Apenninus. *Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus.* Lucanus lib. II. 399.

*Mons inter geminas medius ſe porrigit undas*
*Inferni ſuperique maris, colleſque coërcet.*
*Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Piſae,*
*Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.*

Vibius Sequeſter Apenninum uſque ad Anconam porrectum ſcribit. CASTAL.

28. QUA FERT ATQUE REFERT PHOEBUS UTERQUE DIEM.] Ovid. Faſt. II. 136. ubi Auguſtum cum Romulo comparat.

*Hoc duce Romanum eſt Solis utrumque latus.*
*Tu breve neſcio quid victor telluris habebas,*
*Quodcunque eſt alto ſub Jove Caeſar habet.*

Petron. Arbiter CXIX.

*Orbem jam totum victor Romanus habebat,*
*Qua mare, qua tellus, qua ſidus currit utrumque.*

Ubi nomine *ſideris* Sol intelligitur. Claudian. de bello Gildon. v. 47.

*— domui terras, hominesque revinxi*
*Legibus: ad ſolem victrix utrumque cucurri.*

SITZM. Et Oriens & Occidens. Solem nonnulli Philoſophi exſtingui, cum occidit, accendi cum reoritur, ſtatuebant, quos multis confutat doctiſſimus ſcriptor Cleomedes, Epicuri juratus hoſtis. Hujus perſuaſionis mentio in Poëtis ſaepius occurrit, cum diverſos duos Soles Orientem & Occidentem faciunt. Horatius Carmine ſeculari;

Al

Si factum certa mundum ratione fatemur,
Conſiliumque Dei machina tanta fuit,
Excubiis Latii praetexuit Apenninum:

Clau-

*Alme Sol, curru nitido diem qui*
*Promis & celas, aliuſque & idem*
*Naſceris, poſſis nihil urbe Roma*
*Viſere majus.*

Roma apud Claudian Bello Gildonico;
— *Per Solem victrix utrumque cucurri.*
Petronius Satirico cap cxix.
*Orbem jam totum victor Romanus habebat*
*Qua mare, qua tellus, qua ſidus currit utrumque.*

BART. Vid. ad Petron. locum adnotata. & ſupr. lib. I. 55. & ſeq.

31. Si factum certa mundum ratione fatemur,] Ineptiſſima dubitatio. Quod enim Ratione conſtat, Ratione uſurpatur, Ratione movetur, & vertitur, quod ſtatas vices tot millibus annorum ſervat, quod ad eumdem finem, eumque juſtum, omnia devolvit, à quo abhorret error, quod confeſſionem numinis etiam mutis exprimit, cujus conſilio tamen varietas unos perpetuos ordines ſervat, illius conditio atque principium ad caſum refertur. Quod ſi tale quid caſus extudit, unde non & caſus regit? An credibile omnino eſt, cum caſus omnia gigneret, etiam contrarium ſibi ordinem peperiſſe? & proditum illum conſervare poſſe in tempore & ordine, qui ipſe, ubi ordo & tempus inveniuntur, nullus omnino & nihil eſt? Se igitur caſus peremit, cum ordinem peperit. Tanta ſtultitia humanorum pectorum, tanta caecitas animorum, immo tanta ludibriorum daemoniacorum verſutia & potentia fuit, ut non ſenſus humani tantum, non cogitationes, non Rationis uſus ſeſe incertis accidentibus caecisque fortunis ſubjicerent, ſed & quod viderent inviſum, audirent inauditum, ſentirent inſenſum, tangerent incontiguum, ratiocinando aſſequerentur, & investigabile faterentur; ut omnia uno impetu proruentes caſum introducerent, quo nominato non opus eſſet credere, vel colere quicquam divinius homine; cum homo neſcire omnino non poſſet, nihil omnino in ſuo vel corpore, vel ſpiritu eſſe, quod fortunam agnoſcere valeret. Sic non ſolum vulgaria, & victui lutoque addicta ingenia ludificati ſunt mali Spiritus, dum omnem iis numinis adſpectum aut ſenſum aerumnoſis corporum laboribus extorſerunt, ſed ea quoque, quae contemtu, cenſu, & curis voluptatum inſuper habitis, calcata pauperie, diſpretis corporis aerumnis, coeleſtia adſpicere niſa ſunt: Ut cum certum numen exprimere cogitando, & Rationis numeris concludere non poſſent, id, quod patebat undique incertitudini ſubjicerent; qua recepta, neque ſenſibus veritas, neque numeris ratiocinatio conſtaret, immo ordo omnium rerum viſibilis, & oculis animoque uſurpabilis, penitus evelleretur, & ex pulcherrima, nobiliſſima, unitiſſima, certiſſima, immutabilique, niſi divino conſenſu; rerum omnium catena & ſocietate indiſſolubili, turpe Chaos, triſtis confuſio, illaudabilis varietas, futilisque inimicitia membrorum tam egregii corporis produceretur; ut excaecatis oculis animorum neceſſitate tandem ad omnia abſurda in vita patranda mortalitas raperetur, ſecura de vindicta malitiae, deſperans de praemiis virtutum, quas natura tamen principes & directrices actuum humanorum ſtatuens, tanto honore mactaverat, ut nolens volens quiſque in altero admiraretur, quas in ſemet non agnoſceret. Neque hoc ſtetit diaboli ludibrium. Sapientia etiam iſta cenſebatur, & viri rebus & magiſtratibus geſtis inclyti in hac ſecta perſiſtebant, etiam clara jam luce veritatis: Exemplum praebeat Rutilius hic noſter, in cujus tam paucis etiam paginis ſumma eruditio elucet, ſed nullibi non talis, ut ſtolidiſſimam Atheiſmi perſuaſionem nullibi non praeferat. Adeo ut dubitatio haec de conſilio mundi conditi & ſervati pars ſit ſapientiſſima horum libellorum, licet per ſe ſtolidiſſima; caetera enim omnia eam ſuperſtitionem laudant & admirantur, cujus futilitatem nemo non etiam de plebe perſpectam habebat, & vulgo in triviis irridebat. BART.

33. Excubiis Latii] Rectius, quam *excu-*

Clauſtraque montanis vix adeunda viis.
Invidiam timuit natura, parumque putavit
Arctois Alpes oppoſuiſſe minis,
Sicut vallavit multis vitalia membris,
Nec ſemel incluſit, quae pretioſa tulit.
Jam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitoſque habuit Roma futura deos.
Quo magis eſt facinus diri Stilichonis acerbum,

Pro-

*cubiis Latiis.* CASTAL. Melior ſcriptura Joſephi Caſtalionis, *Latii.* Excubitorem Latio velut aſſignavit eum montem natura. De *Apennino* Cato in fragmentis Originum, & Sempronius, ut id genus auctores indigitavit, vel pater, vel interpolator ipſorum Joannes Annius; qui cum in veteribus bibliothecis nonnulla monumenta non vulgata offendiſſet, auſus eſt perpetuam quamdam antiquitatem, conſutis varii generis ſcriptionibus, confingere, & origines omnium hiſtoriarum fabuloſis commentationibus, ſuis naeniis vindicare. Quae res non minus audacter ab eo tentata eſt, quam fidem & auctoritatem apud vulgi aures, novis & inſperatis attentas, nacta; ut tanta luce literarum, & in propatulo jam omnibus bonis ſcriptoribus bona ſua proponentibus, ſint tamen tam abſurdo tamque immemorabili judicio homines, qui Beroſos & Manethonas obſcuri, & illiterati hujus monachi, pro principibus ſcriptorum tantum non adorent, ſecuri, quid conſenſus temporum, auctoritas ſeculorum, & laudatiſſimorum auctorum ſtudioſiſſima veritatis diligentia contra ferant. Non nego tamen, in farragine illa Antiquitatum ineſſe multa aevi melioris, in abditis bibliothecarum ſpecubus, ut dixi, a cucullione iſto inventa; ſed illa qualiacunque tanta colluvie figmentorum ille oneravit, ut velut ex grandi acervo ſpurcitiarum tenues auri laminae intermicent. BART. Ita & Dempſter. de Etrur. Regal. IV. 4. ſed *Latiis* omnes editiones.

34. VIIS] Cogitabat aliquando *jugis* legendum Heinſ. ſed induxerat. ita lib I. 108. *Tarpejas vias* dixit. Vix tamen concoquo *clauſtra vix adeunda montanis viis:* forte legendum, *montanis feris.* ita *montani lupi* Ovid. XI. Ep. 90. & III. Triſt. XI. 12. Idem II. Faſt. 216.

*Silvaque montanas occulere apta feras.*

Similiter de ſpecu aſperiori, IV. Faſt. 496.

*Non homini regio, non adeunda ferae.*

& v. 374.

*Arvaque pugnaci non adeunda ferae.*

BURM.

36. ALPES OPPOSUISSE] Locus ex Juv. Sat. X. 152. expreſſus de Hannibale viam per Alpes aperiente.

*Oppoſuit natura Alpemque, nivemque.*

CASTAL.

37. MULTIS VITALIA MEMBRIS,] Lege libros Theophili Protoſpatarii περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. Romam vero Romanumque imperium pectori cordique mundi aequat Rutilius. BART.

38. NEC SEMEL INCLUSIT,] Penitiſſime abdidit. CASTAL. Heinſ. malebat, *nec temere incluſit.* ſed videtur omnia tegumenta, membranas & munimenta multiplicia viſcerum, quibus natura ea incluſit, intelligere. BURM.

40. SOLLICITOSQUE HABUIT ROMA FUTURA DEOS] Pariter Claudianus de unico Phoenice 62.

——— *cunis natura laborat,*
*Aeternam ne perdat avem.*

BART.

41. STILICHONIS] Cum adſpiratione ſcribitur. Stilicho autem, quem tantopere noſter inſectatur, multis magniſque laudibus in coelum tollitur à Claudiano, hodieque Romae in aedibus Capranicorum lapides, quibus honores Stilichonis inſculpti ſunt, adverſantur. (Gruter. CCCCXII. 3.)



Digitized by Google

Proditor arcani qui fuit imperii.
Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,

Cru-

FL. STILICHONI. V. C.
FLAVIO STILICHONI ILLVSTRISSIMO VIRO
MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQVE
COMITI DOMESTICORVM TRIBVNO PRAETORIANO ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARISSIMAE MILITIAE AD COLVMEN GLORIAE.
SEMPITERNAE ET REGIAE ADFINITATIS EVECTO PROGENERO DIVI THEODOSI COMITI DIVI THEODOSI AVGVSTI IN OMNIBVS BELLIS.
ATQVE VICTORIIS ET AB EO IN ADFINITATEM COOPTATO ET SOCERO D. N.
HONORI AVGVSTI ADLEC. A CONSILIIS EJVS ET PROVISIONE LIBERAT. EX. S. C.

Ibidem in alio lapide abraſo Stilichonis nomine haec leguntur. (Grut. ccccxII. 4.)

VIRO BIS CONSVLI ORDINARIO
MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE
COMITI DOMESTICORVM.
ET STABVLI SACRI ADQVE
AB INEVNTE AETATE
PER GRADVS CLARISSIMAE
MILITIAE AD COLVMEN REGIAE
ADFINITATIS EVECTO SOCIO
BELLORVM OMNIVM
ET VICTORIARVM ADFINI
ETIAM DIVI THEODOSI
AVGVSTI ITEMQVE SOCERO
DOMINI NOSTRI HONORI AVGVSTI POPVLVS ROMANVS.
PRO SINGVLARI EJVS.
CIRCA SE AMORE
ADQVE PROVIDENTIA
STATVAM EX AERE ARGENTOQVE
IN ROSTRIS AD MEMORIAM
GLORIAE SEMPITERNÆ
CONLOCANDAM DECREVIT.

CASTAL. Non fuit iis temporibus vir vel armis clarior, vel pacis artibus principum ſuorum ſtudioſior hoc Stilichone, qui in libris Paganorum, Claudiano excepto, qui ultimum ejus aevum non attigit, male audit ob Chriſtianiſmum promotum & arcana ſuperſtitionum excisa. In Chriſtianorum autem commentariis ſoli fere ultimi ejus actus, vecordia Honorii & colluvie Tyrannorum filium ſuum Eucherium imperio admovere conantis, vituperantur. Scriptores omnibus ſunt in manibus, quos recenſere minime noſtri eſt inſtituti. BART.

42. Proditor imperii.] Sic Claudianus in Rufinum I. 318. *tunc impius ille proditor imperii.* CASTAL.

42. Proditor arcani quod fuit imperii.] Onuph. *qui fuit.* SIML. Legebatur *quod fuit*, *qui fuit* emendavimus. CAST.

42. Arcani imperii.] Tecti, cuſtoditi, & undique munitiſſimi, ut deorum ſacra ſolent diligentiſſime & multis objectis obicibus ſervari. IDEM. *Arcanum imperii* eſt veterum ſuperſtitiorum quoddam velut adytum. Ceremoniae & ritus, & Numinum ſtatuae antiquiſſimae, quibus conſervari & conſervatis conſtare imperia fatua gentilitas credebat. Pleraque enim hujus regni talia figmenta confiſioſorum hominum in intimis penetralibus fanorum colebant, quibus appenſam veluti ſalutem publicam perſuaſerant vulgo; ne quis inquireret fundamenta religionum, aut inquiſita, praejudicatâ ſanctitate deterritus, prodere auderet. Quâ de re plura commentario ad Civitatem Divinam Auguſtini noſtri. Tale arcanum Romani imperii prodidiſſe Stilichonem immiſſis per fraudem Barbaris ſcribit Rutilius; & de eorumdem Rege Claudianus, idem arcanum concelebrat Bel. Get. 100.

*——— Procul arceat altus*
*Juppiter, ut delubra Numae, ſedemque Quirini*
*Barbaries oculis ſaltem temerare profanis*
*Poſſit, & arcanum tanti deprendere regni.*

Sic arcanum Judaici imperii apud Florum lib.

Digitized by Google

Crudelis ſummis miſcuit ima furor:
Dumque timet, quidquid ſe fecerat ipſe timeri,
Immiſit Latiae barbara tela neci.
Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem,
Illatae cladis liberiore dolo.
Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,

Et

lib. III. c. 5. de Pompejo Magno: *Hieroſolyma defendere tentavere Judaei, verum haec quoque intravit, & vidit illud grande impiae gentis arcanum, ſub aureo vitem coelo.* Tale arcanum Tantalici imperii erat aries. Seneca Thyeſte 225.

*Eſt Pelopis alti nobile in ſtabulis pecus,*
*Arcanus aries, ductor opulenti gregis,*
*Poſſeſſor hujus regnat, hunc tantae domus*
*Fortuna ſequitur.*

Plura notata vide in commentariis recenſitis ad Claudiani locum adſcriptum, qui eſt libro de Bello Getico. Rutilius autem *Arcanum imperii* vocat libros Sibyllinos, ut pignora fatalia aeterni regni eadem infra verſu 55. BART.

45. DUMQUE TIMET, QUIDQUID SE FECERAT IPSE TIMERI,] Involutior oratio & intricatior. Scribendum adhibitâ parentheſi, videatur;

*Dumque timet quicquid (ſe fecerat ipſe timeri)*
*Immiſit Latiae barbara tela neci.*

Dum omnia timet, qui crudelibus ſuis & impiis factis nihil non de ſe timeri fecerat, immiſit Romae vaſtandae Barbaros. Tamen & vulgata ſcriptura explicari poteſt. *Quidquid* ſonat quantum. Dum tantum timet, quantum ſe ipſe timeri fecerat, omnia evertere voluit. Tyranni, qui omnia concutiunt metu, viciſſim ipſi omnia metuunt, Claudianus IV. Conſ. Hon. 292.

*Ancipites habeant arcus, trepidique minentur.*

*Quidquid*, quantum notat; ut ad eumdem docuimus. BART. Heinſ. legebat, *quidquid ſubjecerat*, vel *ſuffecerat*, *ipſe timori.* forte, *quidquid ſibi fecerat ipſe timoris.* *Quidquid* vero ponitur pro *quodcumque:* vid. Serv. ad Virg. 2. Aeneid. 493. ita *quiſque* ſupr. 276. pro quiſquis, quicumque. BURM.

48. LIBERIORE DOLO.] Propterea quia Pop. Romano à rebus omnibus imparato hoſtem immiſit. CASTAL.

49. SATELLITIBUS PELLITIS] Gothos pellitis veſtibus uſos Claudianus, multis locis teſtatur, in Rufinum, eumque inſectatur, qui eo veſtitu utebatur lib. I. 78.

*Ipſe inter medios, ne qua de parte relinquat*
*Barbariem, revocat fulvas in pectore pelles*
*Frenaque; & immanes pharetras arcusque ſonoros*
*Adſimulat, mentemque pàlam teſtatur amictus.*
*Nec pudet Auſonios currus, & jura regentem*
*Sumere deformes ritus, veſtemque Getarum,*
*Inſignemque habitum Latii mutare togaeque,*
*Moerent captivae, pellito judice leges.*

Idem de bello Gothico 481.

*Crinigeri ſedere patres, pellita Getarum*
*Curia.*

Et in IV. Conſulatu Honorii 466.

*Moritur pellita juventus.*

Ovid. de Ponto lib. IV. Eleg. 10.

*Pellitos inter agenda Getas.*

IDEM *Satellites pelliti* Poetae noſtro ſunt *Gothi ſtipatores*, & protectores corporis regii. Ita dicti, quod pellibus induerentur. *Gothi* enim, priſcorum more Scytharum, à quibus ducebant originem, pellibus amiciebantur. Prudent. lib. II. contra Symmach.

*Tentavit Geticus nuper delere tyrannus*
*Italiam, patrio veniens juratus ab Iſtro,*
*Has arces aequare ſolo, tecta aurea flammis*
*Solvere, maſtrucis proceres veſtire togatos.*

SITZM. Et hoc debet Savaroni ad Apollin. II. Ep. 2. ubi plura.

49. ROMA PATEBAT,] Non loquitur, puto, de captâ ab Alarico Roma Rutilius; ſed Stilichonem armigeris & militibus barbaris exercitus & praeſidia Romana oppleviſſe.

Et captiva prius, quam caperetur, erat.
Nec tantum Geticis graſſatus proditor armis,
Ante Sibyllinae fata cremavit opis.

Odi-

Cum enim urbs à Gothis caperetur, jam non erat Stilicho, ſiquidem conſtat fides Chronologis. Occidit enim Tutor ille rei Romanae, & vindex egregius anno Chriſtiano. ccccviii. Romam Alaricus intravit biennio poſt. ccccx. ut Herm. Contractus & alii notant. In qua hiſtoria foede à ſe ipſo diſſentit Jornandes. Paginâ enim cxxii. ut & cxxiii. Editionis Vulcanii, extincto Stilichone urbem captam ait, at pag. lxxxv. vixiſſe etiam tum eum Heroem teſtatur. Coecum calumniandi ſtudium more clericorum Chronologorum non ſivit conſtare ſibi hominem alioquin non indoctum. Sic Stilichonem plerique cum Rutilio noſtro colluſiſſe autumant Alarico, at Zonaras ipſum Honorium, quia Romanis eſſet inviſus, Regem ad Urbem occupandam evocaſſe ſcribit. Tanta varietas tradendi, & tam immane partium ſtudium à diverſitate religionis in hujus aevi ſcriptoribus eſt, ut, quid de quoque viro ſummate ſtatuendum ſit, parum omnino conſtet. Ambitioſiſſimum Stilichonem faciunt plurimi, at nullam in illo virtutem nobiliorem modeſtiâ fuiſſe, non verbis, ſed rebus ipſis demonſtrat Zoſimus, alioquin ipſi infenſiſſimus, lib. v. ubi mors & dies mortis deſcribitur, annus videlicet is, quem ſupra laudavimus, dies 10. Kal. Septembr. Ut hoc tamen conſtet, non vixiſſe tempore captae Urbis Stilichonem. De pellito veſtitu Barbarorum ſatis alibi notatum. BART.

52. Ante Sibyllinae fata cremavit opis ] Hinc intelligi poteſt, recte apud Ciceronem in Catilinaria tertia legi, *fatis Sybillinis*, ut peccarint, qui ſcripturam illam mutare voluerunt Virg. lib. iii. Aeneid. 443.

*Quae rupe ſub ima fata canit.*

Et vi. 71.

*Te quoque magna manent regnis penetralia noſtris,*
*Hic ego namque tuas ſortes, arcanaque fata*
*Dicta meae genti ponam, lectoſque ſacrabo*
*Alma viros.* Ubi Servius haec. *Conſtat, regnante Tarquinio, quandam mulierem nomine Amaltheam obtuliſſe ei novem libros, in quibus erant fata, & remedia Romana.* Idem, *horum librorum cuſtodes patricios fuiſſe, & primo duos, deinde decem, poſt quindecim, poſtremo ſexaginta, ſed retento* XV *virorum vocabulo.* Et ſupra ad illud vſ. 36. *Deiphobe Glauci. multae fuerunt Sibyllae, quas omnes Varro commemorat, & requirit, à qua ſint fata Romana conſcripta.* Iſidorus quoque Amaltheam vocatam Cumaeam Sibyllam teſtatur: Suetonius in D. Caeſ. 79. *Quoniam libris fatalibus contineretur*, & Horat. lib. 1. Od. 15.

*Paſtor cum traheret per freta navibus*
*Idaeis Helenen perfidus hoſpitam,*
*Ingrato celeres obruit otio*
*Ventos, ut caneret fera Nereus fata.*

Tibullus lib. ii. Eleg. v. 12.

*Scit bene, quid fati provida cantet avis,*

Et vſ. 15.

*Te duce, Romanos nunquam fruſtrata Sibylla eſt,*
*Abdita quae ſenis fata canit pedibus.*

Et apud Ciceronem ii. de Divin. 47. *L. Taruntius urbis noſtrae fata canere non dubitabat.* & 1. de Divin. 31. *neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet.* Lactantius quoque Firmianus de ira Dei cap. 23. *P. R. fata in libris Sibyllinis contineri ſcriptum reliquit, cujus haec ſunt verba. Cum ea quidem volumina, quibus Romanorum fata conſcripta ſunt, in arcanis habentur, caeterarum tamen fere omnium libelli, quo minus in uſu ſint omnibus, non vetantur*; ſed de Sibyllinis eodem lib. cap. 22. & lib. 1. de falſa religione cap. 6. & Cornelius Tacitus Annalium lib. vi. *Multa ſcitu digna litterarum monumentis prodiderunt.* CASTAL. Hoc facinus illud eſt hujus Herois, quod ipſum paganis omnibus exoſiſſimum fecit; tot enim ſecula ſervatos Sibyllinos libros, ut Chriſtianiſmum, idolorum vaticiniis everſis, ſtabiliret, ex ipſis adytis Romanorum penetralium productos cremavit, & ita omnem ſuperſtitionem conſulendorum Daemoniorum eradicavit. Conſu-

lan-

Odimus Althaeam conſumti funere torris,
Niſaeum crimen flere putantur aves:
At Stilicho aeterni fatalia pignora regni;

Et

lantur hac de re Hiſtoricorum commentaria. Illud notandum etiam, poſt exuſtionem hanc Graecis Sibyllinos quoſdam libros ſuperfuiſſe, quibus natio levis & ſuperſtitioſa, vel fictis veros referre niſa eſt, vel conſolata naufragium ſuperſtitionis, nova introducta ſupellectile, ſatisfacere curioſitati ſuae voluit. Scribit enim Luitprandus Ticinenſis in legatione ſua Conſtantinopolim ſub Othone Imperatore Germano, Niceforo Imp. fatalibus illis libris praedictam victoriam de Aſſyriis. *Habent*, inquit, *Graeci*, *&* *Saraceni libros, quos* ὁράσεις *ſive viſiones Danielis vocant, ego autem Sibyllinos; in quibus ſcriptum reperitur, quot annis Imperator quiſque vivat, quae ſint futura, eo imperitante, tempora, Pax, an ſimultas, ſecundae Saracenorum res, an adverſae. Legitur itaque, hujus Nicefori temporibus Aſſyrios Graecis non poſſe reſiſtere, huncque ſeptennio tantum vivere, poſt cujus obitum Imperatorem iſto deteriorem, & magis imbellem debere ſurgere. &c.* Quo loco vides, & poſtremos Graecos ſuperſtitibus Sibyllinis uſos. Quae vero hodie exſtant carmina, congeries ſunt non unius aevi poëmatum, pleraque tamen futilia, pauciſſima, ſi quae modo, verorum ſpeciem idoneam praeferentia, de quibus etiam alibi. Mirum vero, Rutilio non incidiſſe aliud Stilichonis facinus, quod Pagani pro ſacrilego & ipſi exitiali adnotarunt. Zoſimus lib. v. 38. Novae Hiſtoriae, poſtquam de ſtrangulatione Serenae verba fecit, λέγεται καὶ τὸν Στελίχωνα, δι' ἑτέραν οὐ πόῤῥω ταύτης ἀσέβειαν τῆς δίκης τὰ ἀπόῤῥητα μὴ διαφυγεῖν. καὶ οὗτος γὰρ θύρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης Καπιτωλίῳ, χρυσίῳ πολὺν ἕλκοντι σταθμὸν ἠμφιεσμένας, ἀπολεπίσαι προστάξαι. τοὺς δὲ τοῦτο πληρώσαντας τυχθέντας εὑρεῖν ἔν τινι μέρει τῶν θυρῶν γεγραμμένον, MISERO REGI SERVANTUR. ὅπερ ἐστὶν, ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται. ἀθλίως γὰρ καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέλιπεν. BART.

55. STILICO] Hic natione Vandalus, utriuſque militiae magiſter ſub Honorio. Culpatur à Rutilio, laudatur à Claudiano, atque aliis, in primis Guil. Paradino de antiquo ſtatu Burgundiae c. 2. SITZM.

55. AETERNI REGNI;] Romam *urbem aeternam* Ammian. Marcel. vocat ſaepenumero, lib. XXII. *Urbis regio quaedam exiſtimatur aeternae, & Maximum urbi praefecit aeternae* lib. XXVIII. *Funera deploravit urbis aeternae. Qua decolorabant ſpeciem urbis aeternae.* lib. XXVI. *Apronianus regens urbem aeternam; aeternae urbis Epiſcopi.* lib. XIV. *Victura, dum erunt homines, Roma.* lib. XXVI. *Victura cum ſaeculis Roma.* lib. XXII. *Poſt capitolium, quo ſe venerabilis Roma in aeternum attollit.* & ipſe Rutilius ſupra lib. I.

*Porrige victuras Romana in ſaecula leges,*
*Solaque fatales non vereare colus.*

Et paulo infra.

*Quae reſtant nullis obnoxia tempora metis,*
*Dum ſtabunt terrae, dum polus aſtra feret.*

Auſonius Gallus.

*Ignota aeternae ne ſint tibi tempora Romae.*

Idem.

*Urbis ab aeternae deducam Rege Quirino.*

Huc etiam pertinet, quod Romae legitur ſupra portam portuenſem. (Gruter. CLXV. I.)

S. P. Q. R.

IMPP. CAESS. D. D. N. N. INVICTISSIMIS. PRINCIPIBVS. ARCADIO. ET HONORIO. VICTORIBVS. AC TRIVMFATORIBVS. SEMPER. AVGG.
OB INSTAVRATAS. VRBI. AETERNÆ MVROS. PORTAS. AC TVRRES. EGESTIS. INMENSIS RVDERIBVS. EX SVGGESTIONE V. C. ET INLVSTRIS.
MILITIS ET MAGISTRI. VTRIVSQVE. MILITIAE STILICHONIS. AD PERPETVA. NOMINIS. EORVM. SIMVLACRA. CONSTITVIT.
CVRANTE. MACROBIO. LONGINIANO. V C. PRAEF. VRBIS. D. N. M. Q. EORVM.

Et plenas voluit praecipitare colus.
Omnia Tartarei ceſſent tormenta Neronis,
Conſumat Stygias triſtior umbra faces.
Hic immortalem; mortalem perculit ille:
Hic mundi matrem perculit, ille ſuam.
Sed deverticulo fuimus fortaſſe loquaces,
Carmine propoſito jam repetamus iter.

Ad-

Et Albae Juliae. (Gruter. LXXVIII. 1.)

FORTVNAE
REDVCILLARI
VIALI. ROMAE
AETERNAE.

Sed multis ante ſaeculis Tibullus lib. II. Eleg. 5. hoc dixerat.

*Romulus aeternae nondum formaverat urbis Moenia.*

CASTAL.

55. FATALIA PIGNORA REGNI] *Secreta pignora*, apud Florum lib. I. c. 2. *Ille ancilia, atque Palladium, ſecreta quaedam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac belli: imprimis focum Veſtae virginibus colendum dedit; ut ad ſimilitudinem coeleſtium ſiderum cuſtos imperii flamma vigilaret.* Senec. I. controv. 3. de inceſta de ſaxo: *Veniet ad colendum Romani imperii pignus, etiamſi non ſtupro: at certa carnificis manu inceſta?* Ovid. VI. Faſt. 445.

*Pignora virgineis fatalia tollite palmis.*

SITZM.

57. TARTAREI NERONIS,] Sic Ammianus Marcellinus locutus eſt XV. 6. *exſurgebat enim effervens laetitia Paulus Tartareus ille delator, ad veneratas artes licentius exercendas*, & lib. XXIX. 2. *Heliodorus, Tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator*, & XXVIII. 1. *Tartareus cognitor.* Longe vero gravius admiſiſſe facinus Stilichonem, ob Gothis Romam proditam, quam Nero, qui matrem ſuam necavit. Sed & Neronem parenti, patriaeque commune exitium fuiſſe Plinius auctor eſt lib. XXII. cap. 22. cujus haec ſunt verba. *Inter ea, quae temere manduntur, boletos merito poſuerim, opimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem à conjuge Agrippina dato, quo facto illa terris venenum alterum, ſibi ante omnes, Neronem ſuum dedit.* CASTAL. Neronem pro exſecrandiſſimo homine antiquitas accepit, cui omnia poenarum genera apud Inferos imprecatur, ut Rufino Claudianus. Unde Eccleſiaſtici ſcriptores diritatem temporum Antichriſti praepingere ſtudentes, Neronem rediturum ſcripſerunt, eaque perſuaſio diu in Eccleſia fuit. BART.

61. SED DEVERTICULO FUIMUS FORTASSE LOQUACES,] Sic locutus eſt Juvenal. Sat. XV. 72.

*A diverticulo repetatur fabula.*

CASTAL. Velut de regia via deverteſtes. Gloſſarium: *Deverticulum*, ἐκτροπὴ, ἐκδρομὴ, καταγώγιον. Significat ipſum locum etiam, ubi quis devertit. Aliud Gloſſarium. καταγώγιον *Deverſorium, deverſiculum.* In Onomaſtico aliter; *diverſorium*, καταγώγιον. *Diverticulum*, ἀτραπὸς. Arnobius lib. II. *vellem cum his omnibus, quibus nomen inviſum eſt Chriſti, ab inſtituta principaliter defenſione diverticulo paulisper facto talia verba miſcere.* Diverticula, ambages. Idem eodem libro; *Nec mihi cum his ſermo eſt, qui per varia ſectarum diverticula diſſipati has atque illas partes opinionum diverſitate fecerunt.* BART.

62. PROPOSITO] Forte *propoſitum.* Propertius II. XXIII. 82.

*Nos modo propoſitum, vita, teramus iter.*

SITZM. *Propoſitum* rectius videbatur etiam Heinſio. & ita Ovid. Ep. XVI. 118.

*Propoſitumque pia voce morantur iter.*

qui & ſimiliter, poſt fabulam longiorem, quae a propoſito deducere videbatur, a digreſſione rediens, dicit III. Art. 747. *ſed repetamus iter.* BURM.

63.

Advehimur celeri candentia moenia lapſu.
  Nominis eſt auctor Sole coruſca ſoror.
Indigenis ſuperat ridentia lilia ſaxis.
  Et levi radiat picta nitore ſilex.
Dives marmoribus tellus, quae luce coloris

Pro-

63 ADVEHIMUR CELERI CANDENTIA MOENIA LAPSU. NOMINIS EST AUCTOR SOLE CORUSCA SOROR.] Urbem Lunam ſignificat, hanc Veteres portu & marmore candidiſſimo, quod ibi effoditur, celebrant. Perſius Sat. ſexta 9.

*Lunai portum eſt operae cognoſcere cives.*

Pap. Stat. IV. Silv. II. 29.

*Lunaque portandis tantum ſuffecta columnis.*

Plinius IV. 5. *Primum Etruriae oppidum Luna portu nobile*, idem lib. XXXVII. cap. 5. Candorem Lunenſium marmorum tetigit. Strabo lib. 5. Et portum & marmor Lunae pluribus proſequitur laudibus Sil. Ital. lib. VIII. 481.

*Tunc quos à niveis exegit Luna metallis,*
*Inſignis portu, quo non ſpatioſior alter,*
*Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.*

CASTAL.

63. LAPSU] Appulſu. Virg. VI. 2. *Et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris*; & VIII. 91. *labitur uncta vadis abies.* IDEM.

64. SOLE CORUSCA] Ex traditis Philoſophorum Lunam non proprio, ſed à Sole adſcititio lumine fulgere. Quod docte alludit potius, quam exprimit Rutilius noſter. Hinc Lunam ψευδοφαῆ indigetavit Anaximander Mileſius, primus, ſi ſatis memini, hujus rei obſervator, apud Laërtium libro II. Cleomedes lib. I. τὸ δὲ λαμπρυνόμενον αὐτῆς ἀπὸ ἡλίου ἔχει τὴν λαμπηδόνα. Eleganter Higinus Aſtronomico Poëtico: *Luna ſi ſuo lumine uteretur, illud quoque ſequebatur, eam ſemper aequalem eſſe oportere.* Praeterea ſi ſuo lumine uteretur, hujus numquam fieri Eclipſim oportebat. Geminus. ἡ Σελήνη ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεται. ἀεὶ γὰρ τὸ λαμπρὸν πρὸς τὸν ἥλιον ἐπεστραμμένον ἔχει. καὶ ὅταν κατὰ ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου τὸ λαμπρὸν αὐτῆς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, καὶ ὅταν προηγῆται τοῦ ἡλίου, καὶ ὅταν ἐπακολουθῇ τῷ ἡλίῳ, ἐπέστραπται τὸ λαμπρὸν πρὸς τὸν ἥλιον. Veſtius Valens. *At Luna, quae generatur ex Solaris luminis refractionibus, ideoque aliena luce fulget, in genituris hominum vitam corpuſque ſignificat.* Arnobius lib. II. *Alieno ex igne, an propriis luceat fulgoribus Luna.* Joannes Gazaeus in Tabula Univerſi;

Ἀλλὰ φάος φαίνοντος ἀπαυγάζουσα Σελήνη
Ἀργυρέῃ λάμπουσα χαράσσεται.

Elegantiſſime Nonnus in Dionyſiade.

Ἠελίου σελαγεῦντος ἀμείβεται τίκτεται αἴγλη
Πατρὸς ὑποκλέπτουσα πολύτροφον, αὐτογόνον πῦρ.

Et Anacreon Odario XIX.

Πίνει θάλασσα δ' αὔρας.
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν,
Τὸν δ' ἥλιον Σελήνη.

Plura vide apud Martianum Capellam lib. VIII. Iſidorum, Originum lib. III. cap. 52. Diodorum Siculum lib. III. Higinum lib. IV. Poët. Aſtron. Quod de primo Anaximandro dixit Plutarchus ἀρέσκ. lib. II. c. 28. Ἀναξίμανδρος ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δὲ πῶς. Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ ἡλίου φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην. Sed in talibus ſcitum illud Senecae in omnium feſtiviſſimo & doctiſſimo, ſed manco, mendoſo, & lacero libello in Apotheoſin Claudii, citius inter Horologia conventurum, quam Philoſophos. BART.

65. RIDENTIA LILIA] A nitore dentium in ridentibus relucentium. Virgil. IV. Ecl. 20. *Mixtaque ridenti colocaſia fundit acantho.* Sic anni tempeſtatem ridere dicit Lucretius. IDEM.

67. LUCE COLORIS] Ut Horat.

*Et purpurarum lumine.*

CASTAL. *Lux metalli*, Claudian. de laudib. Stilichon. lib. III. 33.

——— *Quae luce metalli*
*Aemula vicinis faſtigia conſerit aſtris.*

SITZM. Credo, Caſtalioni memoriam impoſuiſſe, cum *purpurarum ſidere clarior* dixerit Horat. III. Od. I. 42. quamquam purpurae *lumen* ſaepe adſcribi notum ſit. vid. Marcil. ad Tertul. Pall. pag. 14. BURM.

67.

Provocat intactas luxurioſa nives.

*Multa deſiderantur.*

67. LUCE COLORIS PROVOCAT NIVES.] Sic *Nivem eboris* Appulejus fons omnium urbanitatum dixit, libro de Mundo. Lux autem fulgorem radiis diei parem deſignat. De quo ad Claudianum noſtrum. Et haec ſpatio paucorum dierum, immo horarum ad eruditiſſimum hunc Poëtam commentabar, quem ſane licet ultimum Romae occidentis praeconem nominare. Nos vero & huic & caeteris bonis auctoribus alia omnia debemus, quibus hoc à fato praeſtitutum videtur, uti poſteritatis emolumento laborantes ſtudia noſtra litteris mandemus, ut & memoria noſtri ſit perennis in vitâ mortalium, & exemplo noſtro deſidiam fugere, liberaliter ſe Nepotum laudibus commendare ſtudeat vel in talibus juventus: Quae ſi vitiorum libidinumque fugae, ſequelae vero induſtriae & probitatis ſe nobiſcum tranſcripſerit, ſentiet, aliquando non minus vere quam ſuaviter cecinisse Silium Italicum;

*Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,*
*Dulce tamen venit ad manes, cum gloria vitae*
*Durat apud ſuperos, nec edunt oblivia laudem.*

BART.

Q. SE-

# Q. SERENUS SAMONICUS

DE

# MEDICINA,

Cum Notis integris

JOANNIS CAESARII, GEORGII PICTORII VILLINGANI, CASPARIS WOLFII, ROBERTI CONSTANTINI, ROBERTI KEUCHENII,

Et ſelectis aliorum.

*VINDICIANUS, ſive MARCELLUS, de Medicina.*

Q. RHEMNIUS FANNIUS PALAEMON,

*Sive PRISCIANUS,*

De ponderibus & menſuris.

ET

SULPITIAE *SATYRA.*

Omnes ad Codicum manu ſcriptorum & editionum priſcarumfidem caſtigati & emendati, & notis diverſorum illuſtrati,

PER

## PETRUM BURMANNUM,

Qui & ſuas adnotationes adjecit.

Digitized by Google

# Q. SERENI SAMONICI
## DE
# MEDICINA.
## PRAECEPTA SALUBERRIMA.

## PROOEMIUM.

Phoebe ſalutiferum, quod pangimus, adſere carmen;

In-

1. PHOEBE] De morbis ſcripturus author Poëtico ritu Apollinem medicinae inventorem in primis invocat, & ejus filium Aeſculapium ſecundo, quem ex Epidauro Romam in ſerpentis ſpecie, ad cladem contagii diluendam, eſſe delatum aſſerit. Id fortaſſis ex Valerii Maximi factis memorabilibus colligens, qui lib. 1. cap. 8. de miraculis rem totam deſcribit. Pollicetur hoc prooemio a capite, ſumma corporis arce, veluta re diviniſſima ſe facturum operis ſui initium, modo dexter ſibi inventum communicet uterque invocatus. Quod medicina Apollinis inventum ſit, Naſo transformationum primo libro indicat, ubi tali modo de ſe loquitur.

*Inventum medicina meum eſt, opifexque per orbem*
*Dicor, & herbarum ſubjecta potentia nobis.*

PICTORIUS.

1. QUOD PANGIMUS, ADSERE CARMEN;] Nihil mutandum. Veteri libro ſcriptum: *quod pandimus, aſſere carmen.* Sed illud τεχνικὸν Poëtarum verbum. Ennius:

*Aſpicite ò cives, ſenis Ennii imagine, formam,*
*Qui veſtrûm panxit maxima facta patrum.*

Agellius libro XIII. cap. 19. ex Probo Valerio: *Si aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis; atque ea verba tibi dicenda ſunt, non finitiones illas praerancidas neque faecutinas grammaticas ſpectaveris; ſed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere.* Cicero Tironi libro ultimo Epiſt. *An pangis aliquod Sophocleum? fac, opus appareat.* Orditur autem Serenus initium carminis ab invocatione numinum inventorum. Nihil notius apud Poëtas. Nos Oppiano uno Catone contenti erimus II. Ἁλιευτ. vſ. 15.

Κεῖνοι γὰρ τέχνας πολυμηχανίας ἀνθρώποισι
Δῶκαν ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἐπιφροσύνην ἐδίδαξαν.

KEUCHEN. *Pangere carmen* ſatis obvium



&

Inventumque tuum prompto comitare favore.
Tuque potens artis, reduces qui tradere vitae
Noſti, atque in coelum manes revocare ſepultos,

Qui

& vulgare. ideoque etiam proficiſci facile potuit a Gloſſatore, qui verba rariora explicare tralatitiis fere ſolebat. *pandimus* poteſt hic explicari, quaſi ſe primum medici carminis & ſalutaris auctorem jactaret Serenus. ita Nemeſianus, qui ſe primum de venatu carmen dediſſe jactat, initio operis ſui.

——— ——— *Hilareſque labores,*
*Diſcurſuſque citos ſecuri proelia ruris*
*Pandimus.*

Ceterum vulgatum mutare religio eſt. nam & *pangimus* poteſt tueri locum ſuum. vid. ad Ovid. III. Amor. XII. 17. & ad Val. Flac. I. 12. BURM.

2. INVENTUMQUE TUUM] Ovid. I. Met. 521. *Inventum medicina meum eſt.* HUMEL.

3. TUQUE POTENS ARTIS, REDUCES QUI TRADERE VITAS NOSTI,] MS. ſic legit, *tuque potens artus reduces qui tradere vitae.* WOLF. Liber avitus: *Tuque potens artes.* ἀρχαικῶς. Barthio lib. LVII. Adv. 3. inſpectus: *Tuque potens artus reduces qui tradere vitae.* Omnino legendum, ut edidimus. In eodem Barthiano: *Et noſti in coelum.* Quod ipſe erroris arguit, nec ego abſolvo. Sed in veteri libro: *Noſti atque in coelum.* quod indubie rectum eſt. Loquitur autem de Aeſculapio, quem Poëtae dictum fabulantur ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι. (ſic omnino apud Phornutum etiam legendum, pro ἰᾶσθαι, quod in expreſſis legitur) καὶ ἀναβάλλεσθαι τὴν κατὰ τὸν θάνατον γινομένην ἀπόλυσιν. Incurabilia caeteris ſanando, Deorum numerum ingreſſus eſt. Cornelius Celſus prooemio de Re medicâ: *Vetuſtiſſimus autor Aeſculapius celebratur, qui quoniam adhuc rudem ac vulgarem hanc ſcientiam paullo ſubtilius excoluit, in Deorum numerum receptus eſt.* Cauſa evidentior apud Galenum, qui ſcribit: Τελείαν ἰατρικὴν καὶ τοῖς ἑαυτῆς μέρεσι συμπεπληρωμένην, τὴν μὲν ὡς ἀληθῶς θεῖον Ἀσκληπιὸν μόνον εὑρηκέναι. Idem Phornutus de Aſclepio ſive Aeſculapio: τὸν Ἀσκληπιὸν υἱὸν αὐτοῦ ἔφασαν γενέσθαι, τὸν δοκοῦντα τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεδειχέναι τὴν ἰατρικήν. ἐχρῆν γὰρ καὶ τούτῳ τῷ τόπῳ Θεόν τι ἐπιστῆναι. Invenit autem medicinam *clinicem*, ut Chiron *chirurgicam*, & *ocularium* Apollo. Unde Pindarus eum, ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων, Od. III. Pyth. vſ. 13. cognominavit. Auſonius:

——— *genitor ſtuduit medicinae,*
*Diſciplinarum quae dedit una Deum.*

Idem in praefat. Griphi: *quem tu, ut Aeſculapius, redintegrabis ad vitam.* Hyginus, *ideo* (ait) *anguem in Aeſculapii tutela eſſe, quod ejus beneficio monſtrata herba vitam filio regis reſtituerit.* KEUCHEN. *Tuque potens artus red. q. t. vitas* Putean. Reg. Lipſ. Venet. vix placet illud *reduces vitas tradere*; ſaltem *reddere* dixiſſet, ut Ovid. XV. Met. 533. *niſi Apollineae valido medicamine prolis Reddita vita foret* &c. ego malim, cum Aldis.

*Tuque potens artis, reduces quae tradere* (vel *reddere*) *vitae*
*Novis, & in coelum manes revocare ſepultos.*

ut *reduces* ad *manes* referatur; nam illi dicuntur rectius vitae tradi vel reddi, quam *ipſae vitae reduces tradi.* ſic de Aeſculapio, qui Androgeum reſtituit vitae, Propert. II. I. 63.

*Et deus exſtinctum Creſſis Epidaurius herbis*
*Reſtituit patriis Androgeona focis.*

Tertull. Apol. XXI. *mortuos reddere vitae* per *coelum* hic intelligit *ſuperas auras*, ut alii Poëtae dicunt. vid. Virg. V. 728. & ita Vellej. Paterc. II. 48. *ſuperos* opponit *inferis*, id eſt viventes mortuis. ubi vide adnotata, & quae plura adnotavit Oudendorp. noſter ad Lucan. III. 702. ita *luce & coelo frui* de vivente Senec. Oedip. 854. & ita paſſim Poëtae. BURM.

4. NOSTI, ET] In MS. & Colinael, *noſti atque in.* WOLF. Et ita Ed. Venet. & Aldorum. *noſcis & in* Leid. Cod. Edit. vetus, Humelb. quod barbarum vocat Barthius, quamvis enim liceat dicere, *noviſti tradere*, non ideo *noſcis tradere* in uſu eſt: certe *noſſe facere* Latinum eſſe, & exquiſitum docuit Gronov. ad Martial. VIII. 18. & IV.

Obſ.

Digitized by Google

Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Qui quondam, placida tectus ſub pelle draconis,
Tarpejas arces, atque inclyta templa petiſti,

De-

Obſ. 22. & hoc obvium eſt apud Poëtas, *vincere noſſe*, *fallere noſſe* Ovidium, Propertium & alios: an ergo in ſolo praeſenti non licet dicere *noſco facere*, ſed dicendum eſt *novi facere*, quia Grammatici *novi* temporis praeſentis eſſe ſtatuunt, & quidam etiam defectivum verbum eſſe volunt? forte ita olim caſta adhuc Latinitate, ſed forſan temerarunt haec poſterioris aevi ſcriptores. certe mihi placeret *noſcis* prae illo, quod Tornaeſ. & Keuchen. editio, *noſti & in*, quod legi Pediae vim facit. ſed maneat *noſti atque*, quod plerique omnes editi habent, licet ego, ut dixi, aliter locum conſtituere velim. BURM.

5. QUI COLIS AEGEAS, QUI PERGAMA, QUIQUE EPIDAURUM,] Sic Caeſareana, Moliniana, Stephaniana, editiones habent, diſſentientibus meis membranis, quibus exaratum,

*Qui colis Aegiam, qui Pergama, quique Epidamnum.*

*Aegiam*, τὴν Αἴγειαν. Exinde fortaſſe Turnebus *Aeginam* conjiciebat ex Ariſtophane in Veſpis: Διέπλευσεν εἰς Αἴγιναν. Vide eum libro XVII. cap. 9. Adverſariorum. *Epidamnum* tamen plane mendoſum eſt in meo libro, pro *Epidaurum*. Diverſo errore ſcriptum invenio, apud Petronium in civilibus cap. CXXIV.

——— *neſcis tu, Magne, tueri*
*Romanas acies? Epidauria moenia quaere.*

ubi omnino ſcribendum, *Epidamnia moenia quaere.* talia ſaepe occurrunt in ſchedis incerta manu exaratis. Pompejus enim, cum Româ fugeret, Epidamnum ſive Dyrrachium ſe contulit. Verſu ſequenti liber Pithoeanus habuit: *Qui quondam placidâ tectus ſub pelle draconis.* noſter avitus: *Qui quondam implicida tectus ſub pelle draconis.* Scribendum puto: *Qui quondam impavidâ tectus ſub pelle draconis.* Quod non eget interpretis. KEUCHEN. *Aegeas* puto eſſe veram lectionem, quam exhibent omnes praeter Aldinam, quae *Aegeum.* rectius tamen *Aegeas*, vel *Aegeam.* bene vero Humelbergius de urbe Ciliciae capit. ubi fuit nobile templum Aeſculapii, in quo Deus per inſomnia medicinas dabat. vid. Philoſtr. vita Apoll. Tyan. I. 7. & vitis Soph. II. IV. I. dici vero urbem hanc & *Aegas* & *Aegeas*, ut & cognominem aliam in Macedonia, docuit ex ejus gentili *Aegeates* Salmaſ. Exercit. Plin. pag. 110. & Strabo lib. XIV. pag. 676. hanc Ciliciae urbem ita vocat. Μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαίαν πολίχνην. Ubi Caſaubonus, Tacitum quoque XIII. Ann. 8. *Aegaeas* vocare notavit. ubi Gronovius etiam Apollonii loca produxit, qui tamen *Aegas* dici mavult. in Cod. Paterb. erat, *qui colis Ogygias*, quod ad Thebas ſpectare deberet. ſed ibi cultum ignoro, nec *Ogygias* abſolute dici, non addito nomine alio, puto. forte ex *Aegeas*, natum *Ogeas* & *Ogenias*, quod alius *Ogygias* interpretatus eſt. vid. ad Ovid. III. Met. 713. BURM.

6. PLACIDI ] *Placida* Putean. Regius, Leid. Edit. Vet. Venet. Lipſ. Aldor. Humel. Parum refert, ſed hoc magis Poëticum, ſic *placidum vultum* ipſi dat Ovid. XV. Met. 692. de Cadmo tamen & uxore in ſerpentes mutatis IV. Met. 603. *placidi meminere dracones.* BURM.

7. TARPEJAS ARCES, ATQUE INCLYTA TECTA PETISTI,] Legunt *templa* M. C. G. WOLF. Certe *indita templa* legendum ex antiquis, quod & Pithoeus monuit. Sic *indita rupibus caſtella*, Tacitus & alii dixerunt. Marcellus Empiricus ex magiſtro officiorum Theodoſ. Senioris in carmine, quod Vindiciano comiti Archiatrorum ſub Valentiniano male tribuitur, de eodem Aeſculapio:

*Quod didicere olim Podalirius atque Machaon*
*A genitore ſuo, qui quondam verſus in anguem,*
*Templa Palatinae ſubiit ſublimia Romae.*

Marinus Lupercaliorum Poëta vetus, cujus hi verſus apud Servium leguntur, ad Eclogam primam:

*Roma ante Romulum fuit,*



*Et*

Depellens tetros praeſenti numine morbos,
Huc ades, & quidquid cupido mihi ſaepe rogatus

Fir-

*Et ab ea nomen Romulus*
*Adquiſivit * * **
*Sed diva flava & candida*
*Roma Aeſculapi filia*
*Novum nomen Latio facit.*
*Hanc conditricis nomine*
*Ab ipſo omnes Romam vocant.*

Nec placet, quod in meo caeteriſque fuit: *Atque indita tecta petiſti*. *Templa*, etiam Marcellus habet, & alibi Catullus LXIV. 75. *Attigit injuſti regis Gortynia templa*. Sic ibidem Scaliger è libro ſuo reſtituit, cum antea *tecta* legeretur. Omnia loca *templa* vocabant veteres, ut habes apud Varronem. KEUCHEN. *Templa* & *tecta* centies commutantur, & *tecta* etiam de magnificis & ſplendidis aedibus dici oſtendit egregie Broukhuſ. ad Tibull. III. III. 3. ita ut ſaepe dubii haereant interpretes, quid praeferant. ſed *templa* MS. Gallicus & Ed. Venet. *Tecta* habent Vet. Edit. Humelb. margo Gryph. & Pith. eligat lector; ne tamen *indita*, quod in Lipſ. & Pithoeana & marg. Conſtant. Gryph. Pith. vidi, placeat: vitium illud ex permutatione *cl* & *l* frequentiſſima. ut in *demens* & *clemens* vid. ad Ovid. IV. Triſt. IX. 3. & alibi. *Indita* vero *templa* dici ſimpliciter non puto. nec Aeſculapii templum in rupe vel colle fuit, ſed in inſula Tiberina, ut notum. BURM.

8. PRAESENTI NUMINE MORBOS,] Non *praeſtanti numine*, quod ſine numine praeſtant membranae. Corippus quartâ periochâ libri primi: *ut feſſum ſenio & calamitatibus implicatum praeſenti regat pietatis intuitu*. ubi etiam male *praeſtanti* ſcio lectum, eodem mendo, quod hîc caſtigamus. Scribonius Largus: *medicamento efficaci dato, protinus velut praeſenti numine, omni dolore periculoque liberaſſe aegros*. *Praeſenti numine*, velut proverbio dictum, cum derepente aut praeter ſpem aliquid curatur. Infra Serenus, *hoc praeſens medicamen habetur*. KEUCHEN. Saepe *praeſens* & *praeſtans* commutari vidimus ad Ovid XIII. Met. 757. & alibi. *praeſentia numina* idem Naſo ſaepe dixit, & itidem alii. *depellere morbos* illuſtravimus ad Phaedr. III. Fab. 10. *depelles* Lipſ. Ed. BURM.

9. HUC ADES, ET QUIDQUID CUPIDO MIHI SAEPE ROGANTI FIRMASTI] Pro *loquutus* legunt M. C. G. *roganti*. WOLF. Alii libri notantibus aliis: *cupido mihi ſaepe locutus*. Avitus: *cupide mihi ſaepe roganti Firmaſti, nunc tu teneris expone papyris*. Quomodo legendum diu ſuſtinuerunt emendatores. *Teneris expone papyris* ὀλιγοστίχοις, quibus opponuntur πολύστιχοι. unde πολύστιχον βιβλίον pro magno paſſim apud Photium: μέγα καὶ πολύστιχον βιβλίον. Veteres enim medici verſuum multitudine libros aeſtimabant. Galenus libro primo Anatomicarum aggreſſionum. Αὐτὸ τὸ σύγγραμμα τῶν ἡμῶν ἐκομίσθη, μικροῦ δεῖν εἰς πεντακισχιλίους στίχους ἐκτεταμένον. Quintilianus libro VII. cap. 1. *multis millibus verſuum ſcio apud quoſdam eſſe quaeſitum, quomodo inveniremus, utra pars deberet prior dicere*. Vel *teneris*, compendioſis. Sic *teneris* opponunt laborioſas, μεγάλης καὶ ἀκριβοῦς σπουδῆς τε καὶ ἐπιμελείας δεομένας. Vel *teneris*, bonis & egregiis: Sic alluſum ad Callimachi dictum, qui τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Vel *teneris*, quia caeteri Poëtae chartis majoribus ſua carmina ſcribebant. Martialis in apophoretis:

*Non eſt munera quod putes puſilla,*
*Cum donat vacuas Poëta chartas.*

Iſidorus: *Genera librorum apud gentiles certis modulis conficiebantur: breviore forma carmina atque epiſtolae; at vero hiſtoriae majore modulo ſcribebantur*. *Papyrus* autem, recte pro libro & poëmatio. Catullus:

*Velim Caecilio papyre dicas.*

KEUCHEN. *Quicquid cupio m. ſ. roganti* Ed. Venet. Lipſ. *perquid cupido* Regius Codex. qui & pro *roganti*, quod MS. Gal. habebat, *locutus*, ut & Leid. Paterb. & Ed. Vet. & Hum. *cupido rogatus* Ald. *cupide* in Marg. Tornaeſ. & Conſtant. legitur, quod probabat Heinſius. mihi Aldina lectio magis adridet, quam & probabat Scaliger. nam ſaepe in hoc poëmate *Deum* & *numen* ſibi. medicamina

mon-

Digitized by Google

Firmaſti, cunctum teneris expone papyris.
Membrorum ſeries certo deducta tenore
Ut ſtet, & adſimilis medicinae defluat ordo,
Principio celſa de corporis arce loquamur.

CAP.

monſtraſſe & *divinam curam*, *divinum munus* jactat. pro *firmaſti* malit aliquis *dictaſti*, vel ſimile quid. ſed qnia *ſaepe* praecedit, videtnr reſpicere ad ſollemnem locutionem *firmare omen*; cum Jupiter rogatus non ſemel, ſed ſaepe idem augurium dabat. de quo vid. Jov. Fulgerat. cap. IX. deinde longum uſum & experientiam poteſt hoc verbum indicare, qua firmantur remedia dari ſolita laborantibus. BURM.

10. CUNCTUM] Pro *cunctum* Scalig. in ora *tutum*, vel *nunc tu*, nt & Cod. Voſſ. & Conſtant. margo. Heinſ. *junctum*: ipſe adſcripſerat *actutum*.

11. MEMBRORUM] Hi tres verſus ſeſe mutuo conſequentes, in MSS. exemplari, quod in Gallia ſervatur, nnde fere ſequentes emendationes & variae lectiones depromptae, ſunt initium capitis primi, quod in impreſſis exemplaribus incipit, *Balſama ſi gemmis* &c. in reliquis vero, ut Colinei anno 33. & Gryphii 42. ponuntur a principio prooemii, & continent totius operis propoſitionem univerſalem. WOLF. In Cod. Leid. & editione antiqua ſine nota anni, & Aldi, & Humelbergii alius ordo erat verſuum in initio. incipiunt enim a *Phoebe ſalutiferum*. & tres priores in vulgatis editionibus verſus erant rejecti in finem poſt *Firmaſti cunctum*: quod ſecuti ſumus. credo mutaſſe illos, qui ſequentibus editionibus praefuere, quod crederent exemplo Epicorum Poëtarum debere praecedere propoſitionem materiae, & tum ſequi invocationem numinis, ut Homerus, Virgilius, & alii fecerunt. quod noſtrum credo eodem verſu praeſtitiſſe, cum *carmen ſalutiferum*, quod pangit, commendat tutelae Apollinis. ſimul proponens & invocans. neque etiam videtur concinnum ſatis & cohaerens ſequentibus, ſi quum verſu tertio dixiſſet, loquamur de corporis arce, tunc demum invocet Apollinem. denique in brevioribus operibus etiam circa haec tempora multos incepiſſe ab invocatione conſtat. ita Sulpitia Satyram inchoat ab invocatione. *Muſa* &c. in Codice Regio erat. *Incipit liber Hexametricus de Medicina Quinti Sereni, lege feliciter.* & deinde addebatur diſtichon Exemplatoris,

*Multimodum metricus medicis monſtrat medicinam,*
*Iſte liber, Chriſti ſi vult ſuccurrere virtus.*

In Codice Puteaneo praeſcribebatur *Oratio Auctoris libelli.* quod a Chriſtiana manu fluxit, pro *invocatio*. BURM.

11. MEMBRORUM SERIES, CERTO DEDUCTA TENORE] *Tenorem membrorum* vocat rectam conſtitutionem corporis hnmani. Infra cap. XVIII. de ſtomacho rege corporis humani: *Hujus enim validus firmat tenor omnia membra.* & cap. LIII. *Quod ſi luxa ſuo decedant membra tenore.* Quo ſenſu recte *juncturam & compaginem artuum* exponunt Arabes. Antiqui medici paſſim, quos Serenus ſecutus eſt, artis exordium à capite ſumebant, ut ipſa medicina quaſi per omnia membra deſcenderet, & ad ſeriem caeterarum corporis partium accommodaretur. *Deducta* autem ſummâ dictum eſt elegantiâ, cum talis ſit ordo & ſeries membrorum, ut uno velut fonte & perenni quadam ſimilique ſerie deducatur. Pari fere ſenſu dixit Horatius II. Epiſt. I. 225. *tenui deducta poëmata filo.* KEUCHEN. De voce *deducere* vid. ad Ovid. I. Amor. IV. 7. de *Tenore* ad Epiſt. XV. 59.

12. UT STET, ET] MS. exemplar & Colinaei legit, *ut ſtet conſimilis.* WOLF. Et ita Ed. Venet. Lipſ. & Caeſar. *Ut ſtet, aſſimilis m. deſluit ordo* Putean. manus docta Lipſienſi Editioni adſcripſerat: puto *&* omiſſum, ut legatur, *conſimilis medicina, & defluat ordo* BURM.

13: PRINCIPIO CELSA DE CORPORIS ARCE LOQUAMUR.] MSS. *loquamur*, ut & impreſſa. WOLF. Veteres membranae Venetae, quas literis Longobardicis, ex haereditate viri quondam Ampliſſimi, Roberti Keuchenii, Medicinae doctoris, inclytae Veſalienſis Urbis Conſulis, piae memoriae avi mei,

Digitized by Google

# CAPUT I.

*Căpiti Medendo.*

Balſama ſi geminis inſtillans auribus addas,

Tum

mei, deſcriptas habeo: hoc verſu legebant, *de corporis arte loquamur*, ut referatur ad ἰατρικὴν τεχνῶν πασῶν ἐπιφανεστάτην. Quod non puto à Samonico, ſed inepta ſequioris aevi manu ſcriptum; praeſertim cum in illo charactere Longobardico variae & affines litterae confundantur. Claudianus IV. Conſ. Hon. 234. *alta capitis fundavit in arce.* Alcimus Avitus libro I.

*Dehinc arcem capitis ſublimi in vertice ſignat.*

Serenus infra cap. XIII. de oculis humanis:

*Quos quaſi cuſtodes, defenſoreſque pericli,*
*Proſpiciens ſummâ natura locavit in arce.*

Theod. Priſcianus libro I. cap. I. *Erit nobis de capite, tanquam ex arce, ad reliquam curam corporis deſcendendum.* Victor Uticenſis libro I. *Parvulos rapiens ab uberibus maternis barbarus furor, inſontem infantiam allidebat ad terram. Alii à regione pedes tenentes, à meatu prorſus naturali uſque ad arcem capitis diſſipabant.* Iſidorus libro XIX. cap. 23. *Ipſam capitis ſui arcem ambitu crinium contegat.* Iſidorus Peluſiota lib. I. ἀμφοτέρων τοιγαροῦν ἀπεχόμεθα, οὔτε ποτῷ, οὔτε θυμῷ πολιορκοῦντες τὸν τῆς νοὸς ἀκρόπολιν. Philo de Somniis, ubi de ſede animae: οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν ἐν ἡμῖν ἀνιέρωσαν αὐτῷ τὴν κεφαλήν, ἐπεὶ ἐν ταύτῃ καὶ αἱ αἰσθήσεις λοχῶσιν, εἰκὸς εἶναι νομίσαντες ἐγγὺς οἷα μεγάλου βασιλέως ἐφιδρῦσθαι δορυφόρους. Inde ineptiſſimi Grammatici *arces* ab *Arcadibus* voluêre nominatas, quoniam in excelſa parte mentis habitarint Arcades. Quod ridiculum. KEUCH. An non corrahere maximam notae partem potuiſſet Keuchenius, ſi nos ad Barthii notas in Stat. III. Theb. 246. & commentatores Minuc. Fel. c. XVII. remiſiſſet, illis enim pleraque debet. *loquemur* eſt in Leid. Cod. Ed. Vet. & Humel.

14. BALSAMA] Opobalſamum, quod eſt balſami arboris ſuccus, intelligit: de quo Galenus ad Paternianum cap. 281. ſcribit, & Princeps ſecundo canone cap. 85. PICTOR.

14. BALSAMA SI GEMINIS INSTILLANS AURIBUS ADDAS,] Stephanus ad oram editionis ſuae *indas* notavit, quomodo recte liber avitus, ſed immutatis antecedentibus:

*Balſama ſi geminis inſtillans noribus indas.*

Quod corruptum fortaſſe ex *naribus*, inepto tamen ſenſu & errore. Sic apud Tibullum II. V. 92.

*Oſcula comprenſis naribus eripiet.*

Scribendum & ibidem: *auribus eripiet.* Sed illud *noribus* depravatum eſſe poteſt ex *oribus*, quod ἀρχαικῶς pro *auribus* dicebant: ut *oricilla* pro *auricilla*: *Oſculinus* pro *Auſculinus*, & apud Celſum *oricularius clyſter*, ὠτεγχύτης. Sic *auſculari* pro *oſculari* è diverſo dicebant, & alia. *Balſama* autem, id eſt, balſaminum oleum, ſuccus, qui auribus inditur, cum ſtillatim inſunditur. Lampridius Heliogabalo: *Idem in lucernis balſamum exbibuit.* Sed & Poëtae balſamum cum opobalſamo confundunt, quod tamen hic non intelligitur, ut male exiſtimavit Georg. Pictorius. βάλσαμον proprie de arbore, ὀποβάλσαμον (quaſi ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, ſicut ὀποπάναξ eſt ὀπὸς τοῦ πάνακος) de lacrima ſive ſucco, ξυλοβάλσαμον de ligno dicitur. Apud Serenum paſſim, cum balſama praeſcribuntur, de oleo balſamino eſt intelligendum. Sic cap. III. hemicranio medendo balſama praeſcribit:

*Allia diverſam lana contecta per aurem*
*Inducta proſunt, & eodem balſama pacto.*

Ubi male ſunt interpretes, qui *diverſam aurem* de *gemina* exponunt. *Diverſa auris* eſt ex altera parte capitis, ut habet gloſſularius ad Samonicum: *gemina* autem, eſt utraque, cui eadem curâ balſama inſtillantur. Aliter Poëtae *geminas aures* vocant, ut & Graeci ἀμφιδύμους ἀκοάς. Catullus:

*Roſeis ut hic labellis palans ſonitus abit,*
*Geminaſque vox Deae aures nova nuncia referit.*

KEU-

Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem.
Vel quae ſeptenis cenſentur gramina nodis,
Utiliter nectes, vel corno ex arbore ſertum.
Puleiumve potens una ſuper aure locabis,

Aut

KEUCHEN. *Indas* etiam Scaliger & Voſſ. Cod. & marg. Conſt. ut cap. XIV. *nitro tepidum inde dolenti.* & ſaepe alibi. ſed & eo capite, *patulis & biantibus adde*, & cap. XIV. *quos vix paſſuris urentes addito membris*, & ita centies *apponere*. BURM.

15. TUNC POTERIS ALACREM CAPITIS REPARARE VIGOREM.] *Alacrem vigorem* venuſte junxit, ut *vigores*, & *alacritates* Agellius libro XIX. cap. 12. Appulejus *ſaltationis agilem vigorem*, & *alacrem vigorem libidinis* X. & XI. Mileſior. KEUCHEN. *Alacrem* eraſum erat in Cod. Regio. pro *vigorem* in Leid. erat *laborem.*

16. VEL QUAE SEPTENIS CENSENTUR GRAMINA NODIS,] Herbam intelligit, a geniculorum frequentia Polygonon dictam; cujus Apulejus meminit in libro de viribus herbarum cap. XVIII. & Plinius lib. XXVII. cap. 12. PICTOR. Plinius lib. XXIV. cap. ult. *Quod e graminum genere ſeptem internodia habet, efficaciſſime capiti contra dolores adalligabis.* CONSTANT. Quartum polygoni genus intelligit, de quo Plinius lib. XXVII. cap. 12. *Herbarii & ad anginas utuntur illa; & in capitis dolore coronam ex ea imponunt.* Vide Appulejum de herbis cap. XIX. KEUCHEN. Heinſius malebat *denſentur.* ſed *cenſeri* nodis ſeptenis eſt inde celebria eſſe, nomen habere. vide ad Rutil. I. 476.

*Namque hoc cenſetur nomine ſalſa palus.*

Sed hoc obvium eſt, & Humelbergio jam notatum. vid. comm. ad Tacit. Agric. cap. XLV. Plinii locum ex lib. XXIV. 19. huc adduxerat jam & Humelbergius, qui huc rectius quadrat, quam quem de Polygono adfert Pictorio ſubiectum Keuchenius: Polygonum vero non ſeptem, ſed frequentibus nodis cenſetur: quod ſi intelligi debeat, ſeptenarius numerus Poëtico more pro infinito ſumitur. vid. Broukh. ad Propert. III. v. 6. noſtratibus inde *duyzendknoop* *Polygonum* ad capitis dolores commendat & Scribon. compoſ. 3. ſed haec medicis relinquenda. BURM.

17. UTILITER NECTIS, VEL CORNO EX ARBORE SERTUM.] Ferri vix poteſt haec lectio: Sequentia veterem poſcunt: *Utiliter nectes.* Sic etiam habet avitus, & poſtea, *vel corno ex arbore fructum.* Sed *ſertum* non immutandum. *Coronam* paſſim vocat Marcellus. *ſertulae campanae coronam*, *pulegii coronam*, & alia capiti medendo adhibenda. KEUCHEN. *Nectis* Ed. Tornaeſ. *nectes* praeferendum quod & Voſſ. & Paderb. Cod. & marg. Conſtant. habent. eadem variatio inf. cap. XXIV.

*Haec decocta ſimul nondumque tepentia nectes.*

ubi editio Ald. & aliae *nectis.* & ita haec tempora ſaepe variant codices apud noſtrum. hoc verbum vero idem notat, quod membris adfectis adligabis. vid. cap. XXXIV. XXXVIII. LII. & alibi ſaepe. ita *connectere* inf. cap. XIII. *annecte* mox. *ſerta* vero in hac re ſunt omnia, quibus ligant membra, ut hic folia & rami arboris cornus: *fructus* vero quod & marg. Conſtant. habet, cum ſit durus, nectendo capiti ineptus: quare *ſertum* merito praetulerunt editores, ita medicam coronam dixit cap. VII. dubium vero eſſe poſſet, an non *ſertam* legendum foret. ut ita *ſertam campanicam* vocat Cato de R. R. 107. quam alii *ſertulam.* nam *ſertum* & *ſerta* dicitur. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Triſt. II. 56. & Broukh. ad Prop. IV. VI. 3. & ita in duobus codicibus, apud Mart. VIII. Ep. 78. reperi, *& cingat florea ſerta caput.* in Voſſ. Cod. erat *fortum.* BURM.

18. PULEGIUMVE POTENS UNA SUPER AURE LOCABIS,] Sic paſſim Serenus epitheton *potens* pulegio ſubjungit, ut etiam Marcellus; quem alii Vindicianum, alii Serenum vocant, verſu trigeſimo nono:

*Rutamque, abſturcum, & amara abſinthia miſce,*
*Pulegiumque potens, nec non & lene cyminum,*
*Palmula nec deſint Idumes, nec pruna Damaſci.*

Aut illud mixto recoquens clementer aceto,
Cauta nare trahes, ſeu viſco lintea nexo

In-

Sic emendandum cenſeo ex veteri ſcriptura, quae fuit:

*Palmula nec deſint Dymes, nec poma Damaſci.*

KEUCHEN. Et ita *potentes* herbae, *validae* & *pollentes* paſſim dicuntur, vid. Virg. VII. Aen 19. Ovid. IV. Met. 49. V. Epiſt. 147. & ita paſſim tam in medicina, quam in magicis. vid. ad Grat. Cyneg. 365. ceterum hic codicem Barbarini habere *Pollejumque*, teſtatur Joh. Rhod. in Lexico Scribon. & inde conjicit legendum *Puleium*, & ita Cod. Putean. Ald. & multae editiones hic & alibi in hoc Poëmate exhibent. & Martialis tribus ſyllabis extulit lib. XII. 30. *Quadrima nigri nec corona Pulei*. in Paderb. erat *pulepſiumve*. ſed *Puleium* veteres ſcribere ſolitos erudite docet Rhodius. ſic Schol. Stat. I. Theb. 699. *Thymbra locus eſt Trojae ab herba cognominatus, quam Latine* Puleium *dicimus*. ubi & *pollium* legitur, quamquam Thymbram faciant alii diverſam herbam. vide Cerdam ad Virg. IV. Georg. 31. & neſcio, an non Lutatius ex Servio debeat corrigi, qui iiſdem fere verbis explicans Apollinis cognomen Thymbraeum; ad III. Aen. 85. thymbram Satyream eſſe dicit. Sed de his remitto lectorem ad Herbariae rei peritos. vid. Bod. a Stapel. ad Theophr. VII. I. de Pulejo & aliis herbis, auribus imponendis vid. Joh. Rhod. ad Scribon. cap. CLXIII. BURM.

19. AUT ILLUD MIXTO RECOQUENS CLEMENTER ACETO, CAUTA NARE TRAHES,] Legunt M. C. G. *recoquens*, Gryphius in Marg. *coctum*. WOLF. Vulgo tam bene: *coctum clementer aceto*. Sed in Samonico *recoquere* ſaepe pro *coquere*, aut *decoquere* lego poſitum: *Coctum clementer*, id eſt, elixum: nam *decoquere* & *coquere* medicis eſt, ἀφεψεῖν. Inde *decocta*, τὸ ἀφεψῆσθαι. Theophraſtus: ποιῶν τρόπον ἀγαθὸν, ἑφθὸν, ὀπτόν. Male ſcriptum in exarato: *recoquens ferventer aceto*. Nam medicorum concoctiones clementer fiebant, ſive, ut eleganter Poëtae Latini loquuntur, *certis ignibus*. Tales languentes ſunt carbonum foſſilium, ceteris ovantibus ſubtiliores: Quibus Graeci opponunt ὀρθὴν φλόγα, & ὀρθίαν πυρὸς φέβον. Latini eam coctionem *lenibus ignibus* fieri dicunt, Varro, Plinius, Columella, caeteri. Cato capite CXIII. *Eo prunam lenem indito*. & alibi: *igni leni coquito*. Columella libro XII. *Lenique primum igne, & tenuibus admodum lignis, quae cremia ruſtici appellant, fornacem incendemus*. Sic *leni pruna percoctus* dixit Laberius. *Cautâ nare trahes*. De pulegii concoctione cum aceto nihil habet Dioſcorides. Tantum illud, λειποθυμοῦντάς τε ἀνακτᾶται σὺν ὄξει ταῖς ῥισὶ προσφερομένη. Alia remedia naribus attrahuntur, alia inſufflantur: haec fiunt operâ medicorum, cum flatu quaedam inaguntur; illa vero uſu aegrorum, quibus caute providendum eſt, ne ejuſmodi medicamenta caput purgantia imprudenter & impetuoſius ad cerebrum per nares attrahantur. KEUCHEN. *Coctum* etiam Aldin. editio. *recoquas* Cod. Potean. Reg. Leid. & Edit. Vetus. in Paderborn. erat, *mixto coqueas*, quod non diſplicebat Cl. Cortio, ſi ſimul legeres *trahens*. ſed *coqueo* & *coquo* duplici forma, ut de aliis verbis conſtat, dixiſſe veteres ignoro. *Clementer* recte explicant Humelb. & Keuchenius. vid. ad Ovid. II. Met. 811. ut hic vero *cautam narem*, ita infra cap. XII. *incautas aures* dixit. in Leid. Heinſiano & Vet. Edir. erat, *aut a nare trahes, ſeu viſco*, omiſſa nimirum, ut ſaepe, prima litera. BURM.

20. CAUTA NARE TRAHES,] Diligenter enim curandum eſt, ne Caputpurgia, quae potiſſimum ex liquoribus fiunt, imprudenter & impetuoſe ad cerebrum per nares trahantur. PICTOR.

20. SEU VISCO LINTEA TECTO INDUCES FRONTI,] Pro *tecto* legunt omnia exemplaria, *nexo*. WOLF. Libri variant, neque alibi magis, quam in hoc Poëta Medico. Avitus cum Stephano collatis: *Seu viſco ſplenia nexo*. Barthius veram ſcripturam eſſe vix dubitat, quae ab aliis adfertur: *viſco ſplendentia nexo*. Quod ex *ſplenia* corruptum eſt, quomodo veteres membranas ſecuti, cenſemus legendum. Illud autem *lintea* à gloſſa eſt,

Induces fronti, ſeu tritae gramina menthae.
Spongia cum tepidis adnexa liquoribus imbris
Profuit, aut hedera ex oleo decocta vetuſto.

Pro-

eſt, quae τὰ *ſplenia*, lintea expoſuit. *coronam* Plinius vocat libro xx. capite 14. de pulegio: *Qua de cauſa dignior è pulegio corona vertigini, quam è roſis, cubiculis noſtris pronunciata eſt: nam & capitis dolores impoſita dicitur levare. quin & olfactu capita tueri contra frigorum aeſtuſque injuriam, & ab ſiti traditur.* Quae verba Sereni mentem exponunt. Etiam ad capitis dolorem emplaſtra, quae adhibentur, & vinciendo circumducuntur, *ſplenia* vocantur. Unde Martialis Rufum illum ſerviles notas occultantem, ὅτι καθαρῶς ἐλεύθερος, uti ſpleniis ait, libro ſecundo, Epigramm. 29.

*Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem:*

*Ignoras, quis ſit? ſplenia tolle, leges.*

Plinius de oculis cruore ſuffuſis lib. xxix. cap. ult. *Superimponi oportet ſplenium, è melle decoctum.* Dioſcorides de viſco, libro III. cap. 103 ἐπικρισθὲν τὰ ἐν σπληνίῳ ἰᾶται. Ex omnibus cephaleae remediis paratiſſimum erat ſplenium ſeu linteum capiti obductum; quod & experientia probat, & alii produnt. Athenaeus libro xv. Ἰδίως δὲ βαλανάτων τοῖς ἐν τῷ πόνῳ τὴν κεφαλὴν ἐνθλιβεῖσιν, ὧν δὲ δεσμὸς ἐξ αὐτῶν προχειρόμενος. *Inducere fronti*, eſt circumducere vinciendo frontem, quod *faſciare* vocabant recentiores medicorum filii. Plinius Valerianus libro I. cap. 56. *chartam puram deſuper pones, & ſtricte faſciabis.* Gariopontus lib. II. cap. 13. *thorax molli lanâ opertus faſcietur, ut non ſolvatur.* Idem libro VIII. cap. 3. *dehinc, cum ceperit impetus febrium diminui, fovemus oleo dulci & calido aures, & ex eo oleo aliquid ibi infundimus, nec faſciamus lanâ foramina aurium.* KEUCHEN. *Splenia* marg. Conſt. pro *nexo*, quod MS. & editi fere omnes habent, eſt *tecto* in Leid Edit. Vet. & recepit & explicuit Humelberg. involuto & operto linteis. & ita mox vſ. 30. *Allia diverſam lana contecta per aurem inducta proſunt.* & ſaepe alibi; ſed tunc hic praeſtaret legere, *viſco lintea tecta.* ſed lintea, vel ſplenia nexo viſco, poſſunt eſſe, applicato capiti, ut modo vſ. 17. & cap. XXIV. & alibi. ita & Grat. Cyneg. 405. *& circum Melitenſia nectunt Curalia.* ſic cap. XLII.

*Lana madens acri noctu connectitur apte.*

Unde & hoc loco ex Regio codice, & Voſſian. qui *nocte* habet, poſſet legi, *ſeu viſci ſplenia noctu induces fronti.* quamquam & *ſplenia viſco nexo* poſſet exponi, inducta, illita viſco, ut ſaepe ablativis ita utuntur. *ut lato venabula ferro*; vel per dilogiam poſſet bis *induces* intelligere, induces ſplenia viſco, & illa induces fronti: ita Scribon. comp. CCXXIX. *Viſcum quamplurimum colligere oportebit, eumque cum cinere lixivi diutius terere, & aluta inductum imponere:* Et *inducere* pro illinere ſaepe apud noſtrum & alios medicos in uſu eſſe docet J. Rhodius in lexico. ubi *inducere panno*, *linteolo* & ſimilia videbis. & ſimul *inducere articulis*, *pedibus.* ſic & Ovidius III. Faſt. 759.

——— *limumque inducere monſtrat:*

*Hic paret monitis & linit ora luto.*

Stat. VI. Theb. 580.

*Jam tenuem pingues florem induxere Paleſtrae.*

quod de oleo intelligendum. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 408. & IV. ex Pont. XII. 32. BURM.

21. INDUCES] Ex MSto & Colinaei *inducis.* WOLF. Ita & Cod. Putean. Gallic. Edit. Lipſ. & Caeſarii.

21. SEU TRITAE GRAMINA MENTHAE.] Dioſcorides libro tertio, cap. 41. περὶ ἡδυόσμου ἡμέρου. Κεφαλαλγίας παρηγορεῖ ἐπιτεθὲν τῷ μετώπῳ. *Tritae gramina menthae*, quod diſtinguantur à menthaſtro. Viri doctiſſimi perperam de contritâ menthâ exponunt. KEUCHEN. Plinius Medicus lib. I. cap. I. *Mentham viridem & Laudanum cum aceto tritum fronti inducito, curat mirifice.*

22. ADNEXA] Cod. Paderb. *innixa.*

22. IMBRIS] *Hymbris* Edit. Caeſ. intelligit aquam pluviatilem, cujus multus uſus in medicina v. Rhod. Lex Scribon. in *aqua pluviatilis.* vide & cap. XIX. infr.



23.

Profuit & cochleis frontem tractare minutis.
Si nocuit cerebro violentia ſolis aperto,
Saepe chelidonia ex acido perducta liquore

Sa-

23. Aut hedera ex oleo colata vetusto ] Sic legunt impreſſa: MSS. exemplar vero *decocta*, quam dictionem in margine poſuit Gryphius. WOLF. Plin. lib. XXIV. 10 CONST. Editio Moliniana, curante Gryphio, legit, *colata vetuſto.* Dioſcorides περὶ κισσοῦ, ſimpliciter habet, σὺν ἐλαίῳ ἕψεται. Nec fruſtaneum eſt illud *vetuſto.* nam τὸ παλαιὸν θερμαντικώτερον καὶ διαφορητικώτερον, ut de oleo communiter Graeci medici tradunt. Quod etiam in vino praeſcribendo obſervarunt. Unde apud Galenum: παῖδα τ' ἄλλα γυῖα τοῦ χρόνου, πλὴν οἴνου. *Ex oleo decocta*, id eſt, cum oleo. Hoc infra notabimus. Marcellus: *quod ſi dolore medium caput findi videbitur, hederam contunde, ac ſuccum ejus oleo roſaceo miſce, & cum linteolo mundo fronti inducito; tempora quoque ex eo & nares perunge: quod ſi gravior dolor fuerit, etiam cerebro ſuperfunde.* KEUCHEN. *Colata* etiam Putean. ac Paderb. Ed. Vet. Humelb. Caeſar. & Torn. quae ſcriptura ſi vera ſit, ſucus Hederae debet intelligi. Plin. Medicus lib. I. cap. I. *Hederae nigrae ſuccus cum oleo roſaceo & vino mixto tempera.* poſtea *Hederae folia molliſſima terra ex aceto, oleo roſaceo fronti illine.* ubi illud *terra* videtur mendoſum. forte *molliſſima tere*, ( vel *trita* ) *ex aceto* &c. Plinius alter lib. XXIV. 10. indicante Conſtantino, *folia mollia etiam trita & decocta, cum aceto & roſaceo oleo* vult *imponi cerebro:* quare hic *decocta* retinendum. Voſſ. notabat in ora codicis alios legere *collecta.* in Edit. Lipſienſi erant duo hi verſus in unum contracti,

*Profuit, aut hedera frontem tractare minutis.*

BURM.

24. Profuit et cochleis frontem tractare minutis. ] *Tractare*, perducere. Infra:

*Contritis prodeſt cochleis perducere frontem.*

Plinius XXIX. cap. 6. *Capitis doloribus remedio ſunt cochlearum, quae nudae inveniuntur nondum peractae, ablata capita; ex his lapidea duritia exempta (eſt autem calculi latitudine) quae alligantur, & minutae fronti illinuntur tritae.* quae verba τὸ *tractare* ſatis exponunt. Inde *tractatrix*, foemina, quae ad fricanda membra conducebatur. Gloſſae veteres Latinae: *Tractatrix*, fricatrix. Martialis lib. III. Epigramm. 82.

*Percurrit agili corpus arte tractatrix.*

Lampridius Heliogab. *In conviviis exoletos maxime juxta ſe ponebat, eorumque attrectatione & tactu praecipue gaudebat.* Auctor quidam ex Clearcho: *Cum laſcivientis divitis luxus libidini vota ſua praecingit, recumbentis pedes calamiſtratus comatulus excipit: & in aliorum conſpectu pedes, & ne plus dicam, teneris manibus tibias tractat.* Veteres enim illi mollicelli & delicatuli ad fricanda membra in conviviis mares & foeminas adhibebant, qui artificio quodam membra vel perducerent, vel contrectarent. *Tractare* igitur eſt *perducere*, vel, ut alibi loquitur, *tangere corpus. Phthiriaſi arcendae* cap. V.

*Vel nitro ac ſale permiſtis, aciduque liquore*
*Laxatis ( ut ſint ſimul allia ) tangere corpus.*

*fovere* vocat cap. VI.

*Si pavidum corpus dextrâ parente foveto.*

KEUCH. Plinius medicus l. I I. Cochleae, matutino ſe paſcentis, caput arundine praecidi, & in linteo licio alligatum collo ſuſpendi jubet. *tractare* eſt leniter & tractim tangere & fricare. ut cap. XIV. *hinc tractato locum.* vid. Barth. ad Stat. III. Theb. 153. in Aldin. Ed. eſt *Profuit aut cochleis.* BURM.

25. Si nocuit cerebro violentia solis aperto, ] *Cerebrum* pro capite, notante Barthio: Paſſim habes apud Marcellum. KEUCHEN. Vid. & Barth. ad Stat. I. Theb. 635. Adv. LIII. 3. & LVI. 3. *aperte* Cod. Reg.

26. Acido liquore ] Id eſt aceto. PICTON.

26. Perducta ] Peruncta, illita ab interpretibus exponitur. ſed an ipſa chelidonia perungitur, an vero ejus vel foliis vel ſucco jubet, ut ante aliis, frontem illini? ſcio quidem

Digitized by Google

Sanavit, proſunt & amica papavera ſomno,
Si prius in lento madefacta coquantur olivo.

# CAPUT II.

*Hemicranio Medendo.*

Portio ſi capitis morbo tentetur acuto,

Al-

dem *perducere* ſaepe idem eſſe, quod *inducere*, de quo mox egimus, & oſtendit Heinſ. ad Ovid. d. l. & Rhod. in Lexico Scribon. & noſter ſaepe inf. cap. VI. XXV. & XXXIV. ſed hic praeceſſit *cerebrum:* quod ſi pro capite, vel ea parte capitis, quae tegit cerebrum, ſumatur, illa non poteſt ſubintelligi ſub τῷ *perducta.* ſed *chelidonia perducta* jungenda ſunt, quare forte hic melius *perducta* foret pro pota, ſumpta in potione, ut ibidem docuit Rhodius, quem vide & inf. XXVII. & hoc veroſimilius, quia & papavera cum lacte vel alio liquore ſolebant bibi. ut apud Ovid. IV. Faſt. 151. & 548. ſcio etiam, ſemina papaveris fuiſſe ſumpta, ſed & illa ſaepe in liquore: ſed nec priorem ſententiam plane damno, ut ſit Chelidonia ex aceto perducta per caput, id eſt illita, alligata, adnexa, vel alio modo applicata. praeſertim cum ei faveat interpretationi Appulejus ille de herbis cap. 73. qui & de papavere cap. LIII *Herbae papaveris ſylvatici ſucco ſi quem perunges, ſomnum ei cum ſopore objiciet.* praeterea *Chelidonia* vocatur a noſtro, quae ab aliis *Chelidonium* dicitur. ſi vero plurali numero cepit, *ſanarunt* etiam legendum. BURM.

27. SANAVIT, PROSUNT ET AMICA PAPAVERA SOMNO,] Dormire facit papaver Avicenna teſte Canone ſecundo cap. 565. PICTOR. Papavera ſoporifera ſunt, & ſomnum conciliantia. Vide Avicennam II. Can. cap. 63. Unde noctem papavere caput cinctam, Poëtae finxêrunt. KEUCHEN.

28. LENTO OLIVO.] Rhodoleo, Dioſcorides habet lib. IV. cap. 63. PICTOR.

28. SI PRIUS IN LENTO MADEFACTA COQUANTUR OLIVO.] M. C. G. legunt *terantur*, & Gryphius in margine, *coquantur.* WOLF. Nihil hic mutandum, neque *terantur*, cum Anton. Molinio reponendum, neque *labefacta* cum caeteris. Sed in avito libro: *Quam prius in lento madefacta coquantur olivo.* Quod explicari poſſet, *quia prius*, aut, *ſi prius.* ἢ πρίν, pro πρὶν ἢ Atticum eſt, & Auſonium: Ariſtophanes:

ἢ πρίν γε τὸν μυττωτὸν ὑμῖν ἔγχεαι.

Plautus Trinummo II. II. 13.

*Quia ergo adhoc genus hominum duravi, quam prius*
*Me ad plures toleravi.*

id eſt, *quia prius* me ad plures toleravi. *Lentum olivum* eſt, rhodoleum, ut ante me notavit ex Dioſcoride Pictorius. KEUCHEN. In Regio & Voſſ. codice erat *ſed prius.* dein *terentur* Putean. Gall. & Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humel. Colin. & Gryph. Paderborn. & reliquae fere omnes *terantur*, quaedam vero in margine *coquantur*, quod Conſtantinus recepit in textum. ſi legatur *quam prius*, id non poteſt aliter capi, quam pro *priusquam*, ut recte Scaliger expoſuit locum Plauti; & Propertii II. XIV. 12.

*Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.*

Vid. Voſſ. de Conſtruct. cap. LXIII. ita & *quam ante* pro antequam idem Propert. III. XIX. 7.

*Quam multae ante meis cedant ſermonibus horae.*

& Tibull. I. III. 8.

*Delia non uſquam, quae me quam mitteret urbe*
*Dicitur ante omnes conſuluiſſe Deos.*

Martial. IX. 36.

*Victricem laurum, quam venit, ante vides.*

Senſus ergo eſſet, papavera prodeſſe, antequam madefacta olivo lento coquerentur, quod abſurdum, niſi legatur, *quae prius.* BURM.

29. PORTIO SI CAPITIS MORBO TENTETUR


TUR

Allia diverſam, lana contecta, per aurem
Inducta proſunt, & eodem balſama pacto:
Allia vel ternis piperis terna addita granis.

Tri-

TUR ACUTO,] Is morbus *Hemicraneus* dicitur, quod ex una tantum capitis parte adfligat, altera illaeſa, nihilque detrimenti ſentiente. PICTOR. Viri doctiſſimi male cum Mundella πόλον exponunt, illam capitis portionem. Pollux de capite & ejus partibus lib. II. §. 38. καλεῖται δὲ τὸ σύμπαν, πόλος, κράνιον, καὶ κόγχος παρὰ Λυκόφρονι vſ. 1105.

Τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον ἀμφὶ τὸν μέσον.

Ubi πόλος eſt tota capitis rotunditas. Heſychius: πόλος, κύκλος καὶ τύπος κορυφῆς κυκλοειδής. *Teſtam* hodie vocamus ab eadem ratione & teſtae formâ. *Granam* pro capite dixerunt antiqui, & *migranam* morbum capitis, qui modo dextram, modo ſiniſtram capitis partem occupat, & ad futuram uſque protenditur. Ea enim doloris interſtitium eſt. Gloſſae: *migrana*, *morbus hemicraneus*. Per circuitus plerunque revertitur vel quotidianos, vel tertianos; ac quibuſdam extra calvariam, quibuſdam in profundo capitis, plurimis circa temporum muſculos, vel altius etiam conſiſtit. Graecis eſt ἡμικρανία, & ἡμικρανία Inde lemma: HEMICRANIO MEDENDO. KEUCHEN. Vid. Salmaſ Exerc. Plin. p. 536. & Menag. Etymol. Franc. in *Migraine. teſtatur* in Putean. & Regio. Ed. Vet. verbum vero *tentari* in morbis proprium eſſe docere poterit Rhodii Lexicon Scribon. ita & Sueton. Aug. LXXXI. *initio veris praecordiorum inflatione tentabatur*, *auſtrinis autem tempeſtatibus gravedine*. Cicer. XI. ad Att. 23. *ſcripſerat, te quodam valetudinis genere tentari*. ubi v. Corrad. Caeſar. III. de Bell. Civ. 2. *gravis autumnus omnem exercitum valetudine tentaverat*. vid. inf. cap. XXII. BURM.

30. ALLIA DIVERSAM, LANA CONTECTA, PER AUREM] Quae *diverſa* ſit auris, exponit. Marcellus capite 2. *ſuccum de allio in eam aurem, ex cujus parte dolor hemicranii fuerit, infundes*. KEUCHEN. *Alia* pro *Allia* Reg. hic & mox iterum. *diverſus* ſaepe pro oppoſito, contra poſito ſumitur. Ita *diverſa ripa* Frontin. II. V. 20. *diverſa aſtra* Martial. IX. 93. *diverſum mare* Tacit. Vit. Agricol. XXIII. vid. Gronov. ad eamdem vitam cap. XI. pro *contecta* alios *conjecta* legere notaverat Voſſius. in *inducta* ultimam producit, uſus licentia Poëtarum multorum, qui ante vocem a duabus conſonis, praeſertim, ſi liquida una eſſet, ut hic *pr*, incipientem brevem producere ſolent. vide, praeter alios multos, notas ad Calpur. Eclog. III. 69. BURM.

32. ALLIA VEL TERNIS PIPERIS TERNA ADDITA GRANIS] Hoc ex medicinâ ſuperſtitioſâ veterum, quibus impar numerus, ad curandum auſpicatus cenſebatur, praeſcribitur. Marcellus eodem remedio: *novem grana piperis in vino optimo teres, & ex eo frontem & tempora inlines in ea parte capitis, quae de hemicrania dolebit*. Serenus cap. XII.

*Allia tum ſeptem numero, ſeptemque lupinos*
*Cretaceam dabis in teſtam.*

Et ſic paſſim ille, caeterique medici. Aetius libro II. cap. 13. ubi de cancris calculo purgando adhibendis, ita ſcriptum reliquit: ἀπὸ ταρίχους γ', ἢ ε' ἢ ζ' μόνον ἄζυγας. τοῖς ὑπ' ὀσφύαν ζῶντας. Ubi perperam eſt Cornarius, qui ἄζυγας, minus, ἄζυγας ſive μονάζοντας convertit. Palladius eandem ſuperſtitionem praeſcribit in ſuppoſitione ovorum, libro I. cap. 27. *Supponenda ſunt his ſemper ova numero impari, lunâ creſcente à decima uſque in quintam decimam*. Marcellus capite primo: *Baccae lauri impari numero contritae, fronti impoſitae proſunt*. Plinius Valerianus lib. I. cap. 2. *Baccae quoque lauri impari numero in oleo contritae capiti inſtillantur*. libro III. cap. 2. *muſcae impari numero infricantur*. Ad furunculos *novem cum ſeptem raphanis* utendum praecipit libro II. cap. 40. Alia alii. Caeterum *allia* vetus Gloſſularius in Samonicum exponit, *tria capita alliorum*. Sic Arnobius lib. IV. *capita ceparum*, ſive *cepitia* dixit. Non autem per *allia*, ſolum capita intelligenda; ſed partes illae capitum, in quas pelliculis detractis allia diſtringuntur. Hoc et praecepto medicorum eſt obſervandum. Graecis & Grae-

Trita lines, certam dabit haec tibi cura ſalutem.

## CAPUT III.

*Porrigini Depellendae.*

Eſt inſenſibilis morbus, ſed noxia formae,

Quum

Graecenſibus, quibus omnia in exprimendo ſunt laxiora, hae capitum portiones diverſimode vocantur. Galenus ſaepiſſime *κορυφὰς* appellat; alii *σκελίδας*, ſive *nucleos alliorum*. Omne enim medium antiqui *nucleum* vocarunt. Dioſcorides alibi *ῥᾶγας*, Aëtius *ὄνυχας*, ſive ungues expoſuit. Hippocrates *ἄγλιθας* & *δαιτίδας*. Inde in Gloſſis Medicorum: *ἄγλιθες, τὰ μέρια τοῦ σκορόδου τῆς κεφαλῆς.* Eandem expoſitionem habes apud Galenum in Gloſſis Hippocratis. KEUCHEN. *Terdena addita grana* Putean. *grana* etiam Regius a m. pr. in Leidenſi erat

*Aut oleo tetri piperis tria ſubdita grana.*

*Tria addita* Vet. Ed forte pro *trina*, quod ſaepe pro *terna* a librariis datum. vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 38. & III. Art. 394. & alibi: Heinſius malebat,

*Allia, vel ternis piperis terna addita granis,*
*Trita. Line, & certam &c.*

praeterea *linis* erat in Regio a m. pr. & Ed. Lipſ. & Caeſarii: de numeri ternarii ſuperſtitione omnia obvia & nota. noſter ſaepe. ut cap. XLIX. *tres cimices* praeſcribit, & ibid *tribus digitis apprehendendum ſemen anethi.* ubi vide notata. BURM.

33. TRITA LINES, CERTAM DABIT HAEC TIBI CURA SALUTEM.] In avito meo libro ſcriptum fuit:

*Prima lines: certam dabit haec tibi cura ſalutem.*

*Prima* ἀντὶ primo, *πρῶτα*, Poëticum & Graecanicum. Calaber:

Πρῶτα μὲν ἐν νεμέῃ βριαρὸν κατέπεφνε λέοντα.

Orpheus:

Πρῶτα μὲν οὖν βίην Ἡρακλῆος θείοιο.

Aeſchylus:

Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες, ἔβλεπον μάτην.

Nihil tamen immutandum. *Cura* verbum eſt ἰατρικὸν Gloſſae Latinae: *Cura*, medicina: Mart. Victorinus in Cic. *medici officium curare eſt, ſed quia nonnulli & incantatione & ligamentis curant; curare, inquit, ſed appoſite ad ſanitatem. Curator*, medicus. Gratius 366. *Illa gravis lakes eſt, cura eſt altior illis.* Adrevaldus, vetus Scriptor, de tranſlatione Benedicti, cap. VI. *Itaque miro modo coeperunt ſe nervi diu contracti extendere, & aridi diu meatus venarum, ſanguinis inundatione humectari. Atque ita, Deo volente, accepto robore laetus ſuper conſtitit, & curatori ſuo magnis vocibus benedixit.* Vide legem XI. §. penult. D. ad exhibendum. KEUCHEN. *Curam* eſſe ipſam medicamenti applicationem, docet Barth. ad Grat. Cyn. 368. & ita paſſim in hoc opere, & apud quosvis ſcriptores, licet Donatus ad Terent. Eun. II. 3. diſtinguat. ut *cura ſit mentis, curatio medicinae.* ſed ſcriptores hoc non obſervare ſolent. BURM.

PORRIGINI] In Codice Leid. hoc loco erat cap. VI. *de Prurigine, papulis &c.*

34. INSENSIBILIS MORBUS,] Quidam *porriginem lepidam* nominant, quam Galenus non morbum arbitratur, quod ſolitas operationes non impediat. PICTOR. Puto, dicendum *lepida*, ut lepis, ſive ſquama intelligatur: nam quaſi ſquamae decidunt in porrigine. vid. Foeſii Oeconom. Hippocr. in λεπίς. ita in Celſi loco mox a Keuchenio laudato. & de alia re lib. VIII. cap. 3. *ſquama eſt, id λεπὶς a Graecis nominatur.* Donatus ad Terent Eun. III. 1. 37. *lepidus, qui politus eſt, ut λεπὶς, id eſt lamina.* BURM.

34. SED NOXIA FORMA,] *Et* Regius. & Ed. Venet. Lipſ. *noxius formae* Ald. ut Enniano & Pacuviano more *s* elidatur. alio ſenſu dixit Tacit. de Mor. Germ. cap. XXXVII.

ea

Quum caput immenſa pexum porrigine ninguit,
Copia farris uti frendentibus edita ſaxis.

Hanc

*ea cura formae, ſed innoxiae*, id eſt non terribilis hoſti. *ſed noxia formae*, hic placet, ut *noxia* ſit ſubſtantivum pro damno, labe, & idem notet quod *noxa*. vid. ad Vellej. Paterc. I. 12. & ad Grat. 439. cap. v. *noxia quaedam corporibus* dixit neutro genere, a *noxius*. & ita alibi. BURM.

35. Cum caput immensa pexum porrigine ningit,] *Ninguit*, avitus; ἀρχαϊκῶς. Ennius:

*Annuit ſeſe mecum decernere ferro,*
*Interea toto non ſecius aequore ninguit.*

Talis porrigo Graecis eſt πιτύρισμα. Arcadius Grammaticus: ἀχὼρ τὸ τῆς κεφαλῆς πιτύρισμα. Celſus vi. 2. *Porrigo autem eſt, ubi inter pilos, quaedam quaſi ſquamulae ſurgunt, eaeque à cute reſolvuntur, & interdum madent, interdum ſiccae ſunt.* Vulgo male lectum: *eaeque acutae reſolvuntur.* Gloſſae: *ſquama*, τὸ ῥύπους ἀπόπλυμα, πίτυρισμα κεφαλῆς Per πίτυρισμα κεφαλῆς intelligit porriginem: nam porriginoſi etiam ſquamoſi. Cum enim caput pectitur ac diſtringitur, ſquamulae illae à cute reſolvuntur & decidunt. Etiam πιτυρίασιν appellant. Gloſſae: *porrigo*, πιτύρισμα, πιτυρίασις. Nam πίτυρον furfur eſt: Unde & πιτυρώδεις ὑποστάσεις, & πιτυρώδης ἔλαιον apud Athenaeum. Unde & Lucilius incouditum deſcribere voluit,

*Triſtem & corruptum ſcabie & porrigine plenum.*

KEUCHEN. *Prurigine* Cod. Putean. ita & apud Juvenal. Sat. II. 79.

——— *ſicut grex totus in agris*
*Unius ſcabie cadit & porrigine porci.*

Ubi & Codices alii *prurigine*, ut ex commentariis virorum doctorum diſcere licet, & ego in Voſſiano codice vidi. ſed male. Horat. II. Sat. III. 125.

*Unguere ſi caulis oleo meliore, caputque*
*Coeperis impexa foedum porrigine.*

*Immenſa porrigo* hic eſt. quae totum caput occupat, infinita, per longum ſparſa. vide Barth. ad Grat. Cyneg. 117. & ita pro magno dixit ſaepe *immenſum exemplum* Plinius: vid. Gronov. ad lib. XXXIV. 8. & ita *immenſum Caeſarem* dixit Albinov. Epiced. Druſ. vſ. 404. pro innumeris Stat. II. Silv. I. 215.

*Immenſis urnam quatit Aeacus umbris.*

pro *ningit* in Ed. Venet. & Lipſ. eſt *jungit.* in Paderbor. erat,

*Quum caput immenſa rarum porrigine ninguit.*

Quod non capio, niſi (*rarum*) in parentheſi ponatur, ut apud Gratium Cyneg. 88. (*rarum*) & 244. (*rarum opus*) vid. Gronov. ad Tacit. XIII. Ann. 2. ſed hanc labem tam raram eſſe non puto: nec *rarum* caput dici poſſe, pro capillis raris, ut apud Suet. Cal. 50. vid. ad Ovid. VIII. Met. 567. denique locus Horatii adductus docet *pexum* debere retineri. *impexum* enim adſpectu foedum eſt; cum vero pectitur caput, nivis in ſpeciem ſquamae illae & furfures decidunt. & ideo Celſ. vi. 2. inquit, *commodius eſſe, ſubinde pectendo repurgare.* BURM.

36. Copia farris uti frendentibus edita saxis.] Sic legunt impreſſa, ſed manuſcriptus codex, *frangentibus.* WOLF. Barthius cum manuſcripto avito: *frangentibus eruta ſaxis.* Utrumque non male legitur, ſed illud plurium librorum ſcripturae convenientius. Duae etiam rationes molendi ſunt: una, cum ſuſpenſa mola fruges *frangimus*, ut in polenta craſſiuſcula: altera, cum molae non ſuſpenduntur, ſed lapis lapidem terit, id eſt, mola molam, quod *frendere* veteres vocarunt, ut illud *frangere.* Lucretius libro I. 880.

——— *fruges quoque ſaepe minutas,*
*Robore cum ſaxi franguntur.*

Virgilius libro I. Aeneidos 179.

*Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.*

Et I. Georg. 267.

*Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.*

Palladius libro I. cap. 42. *Si aquae copia eſt, fuſura balnearum debent priſtina ſuſcipere, ut ibi formatis aquariis molis, ſine animalium vel hominum labore frumenta frangantur.* Malo tamen ἀρχαϊκώτερον, *frendentibus edita ſaxis. Frendere fruges*, eſt τὸ ἐρικᾶν. Pacuvius Antiopa:

*Fru-*

Digitized by Google

Hanc poterit malvae radix decocta levare.
Aut tu foeniculum,. nitrumque & ſulphura viva

Con-

*Fruges frendeo ſolus ac ſicco robore.*
*Frendere fabam*, & *freſſa faba*, ὀροβίς. ejus centies Marcellus & alii medicorum meminêre. Attius Troadibus: *Saxo fruges frendam*, σιτοποιέω. Tranſtulit ex illo Euripidis Troad. 492.

Τούτοις με προσθήσουσιν, ἢ θυρῶν λάτριν
Κλῇδας φυλάσσειν, τὴν τεκοῦσαν Ἕκτορα,
Ἢ σιτοποιεῖν, κἀν πέδῳ κοίτας ἔχειν.

Inde *defrenſa* in vet. Gloſſario exponitur, ἄρυγα διερεθέντα, quaſi fracta leges, & *defrens*, ἄρυγα, διερρηγμένος. Inde *nefrendes*, pueri, qui per aetatem adhuc dentibus frangere non poſſunt, ſive, ut Serenus habet, *quos dentis origo fatigat*. Inde eſt: *nefrende fritinni*, pro ὦ παῖ ψιθύριζε Inde *ſenex nefrendis*, ὁ νωδός, qui dentibus frendere vel frangere non poteſt. Livius Andronicus de puero fritinniente:

*Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.*

Ex Graeco Homeri:

Παῖδα γὰρ ἀνδρὸς ἔῆος ἐνὶ μεγάροις ἀτιτάλλω.

KEUCHEN. *Frangentibus* Cod Gallic. Voſſ. marg. Conſt. male *frondentibus* Leid. Cod. ita infr. cap. XIV. vſ. 255. pro *fracta freſa* malebat Heinſius. quem vide ad Ovid. de Medicam. Fac. vſ. 70. *confracta tura* dixit cap. XIII. & ita alibi ſaepe. BURM.

37. HANC POTERIT MALUAE RADIX DECOCTA LEVARE.] Sic Dioſcorides περὶ μαλάχης. ἰχώρας καὶ πίτυρα ἰᾶται. Ubi notabis, πίτυρα vocari, quae πιτύρισμα & πιτυρίασις. Sic etiam Latini *furfures* & *porriginem*, pro eodem affectu ſaepe ponunt. Plinius de ſcylla herba XX. 19. *diſcutit & foliis ſtrumas, quadrinis diebus ſoluta: Furfures capitis & ulcera manantia, illita ex oleo cocta.* Aliter hoc capite Serenus:

*Furfuribuſque novis durum miſcebis acetum.*

Quae verba hic male interpretantur, ut ingruente vitio porriginis, id eſt, furfuribus novis accreſcentibus, aceto praevalido ſive duro curetur affectus. Marcellus capite IV. *Prodeſt cedria tantum ungere caput, vel allio trito, & aceto, & nitro. Farina foeniculi ex vino capiti inducta porrigines expurgat: Furfures quoque idem praeſtant. ſi caput inde aſſidue in balneo luatur.* mens eſt illius verſus:

*Quin etiam furfur miſto medicatur aceto.*

KEUCHEN. *Lavare* Reg. a m. pr.

38. AUT TU FOENICULUM NITRUMQUE, ET SULPHURA VIVA CONTERE,] Mendoſe ſcriptus avitus:

*Aut tu foeniculum, vitrumque & ſolphora viva.*

Celſus de porrigine & ejus curatione, libro VI. cap. 2. *Caput ſaepe radendum eſt, dein id ſuper adjuvandum aliquibus ex leviter reprimentibus, quale eſt nitrum cum aceto, vel ladanum cum myrteo vino, vel myrobalanum cum vino.* Marcellus cap. IV. *Nitrum alumini admixtum prurigines capitis tollit, ſi inde frequenter fricetur & lavetur.* Ubi veteri libro *porrigines* pro *prurigines* ſcriptum invenio. Eandem nitro vim ceteri medici adſcribunt. In plerifque lotionibus vel affectibus depellendis utebantur. Athanaſius in Sermone de virginitate, Ὅταν νίψῃς τὸ πρόσωπόν σου, νίψῃ ταῖς δύο χερσίν. οὐδὲ μὴ βάλῃς πόαν οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ τὰ ὅμοια τούτοις. Quo loco perperam eſt vir doctus, qui νίτρον pro νίτρον, aut λουτρὸν putat legendum. Scriptum eſt ab Athanaſio λίτρον. λίτρον pro νίτρον dicebant Attici: unde male λουτρὸν fecere correctores. In Sereno tamen *ſolphora viva* eſt ab antiquâ manu. *Solphora* pro ſulphura, ut *ſolgora* pro fulgura, & alia in membranis. Marcellus ubi ſupra: *Ad porrigines detergendas, rutae faſciculum & ſulphur vivum cum vino vetere ſimul decoque, & caput ex eo in balneo lava. ante tamen aqua tepida, ſicut eſt conſuetudinis, elue.* Sulphura viva ſunt ἄπυρα. Dioſcorides: Θεῖον δὲ ἄριστον ἡγητέον, τὸ ἄπυρον καὶ λαμπυρίζον τῇ χρόᾳ. Gloſſae medicae: τιμάπυρον (lego θεῖον ἄπυρον) *ſulphur vivum.* De nitro idem conſentit: ποιεῖ καὶ τοῖς καθ' ὅλον τὸ σῶμα κνησμοῖς σὺν νίτρῳ σμηχόμενον. KEUCHEN. *Finiculum* Leid. Ed. Vet. foeniculum vero eſt idem, quod marathrum, de quo vid. ad cap. XIII. *ſulphura viva* dicuntur, ut *lapides vivi*, *aqua viva* & ſimilia. vid. Broukh. ad Tibul. I. V. II.



Digitized by Google

Contere, deinde caput permixtis ablue cunctis:
Furfuribuſve novis durum miſcebis acetum,
Ut varios crines tali des unguine puros.
Prodeſt & tarda demptus teſtudine ſanguis,

Et

& Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 739. *viventia ſulphura* vocat Calpurn. Ecl. V. 78. BURM.

39. CONTERE: DEINDE CAPUT PERMISTIS ABLUE CUNCTIS:] Sic libri meliores. Stephano collatus: *deinde caput permiſtis obline cunctis.* Marcellus: *& caput ex eo in balneo lava.* KEUCHEN. Neſcio, an non rectius ſit *obline.* quod & Cod. Voſſ. & marg. Conſt. habent, nam Plinius Valer. lib. I. cap. 4. *Allium cum aceto & nitro tritum infricatur, farina, foeniculi cum vino & nitro porriginem purgant & furfures.* & mox ex his unguen, ſive unguentum fieri dicit, quo *oblinitur*, non *abluitur* caput. parum tamen referre fateor, quia & unguenta liquida erant. BURM.

40. FURFURIBUSVE NOVIS DURUM MISCEBIS ACETUM,] Id eſt acerrimum. CONSTANT. *Durum acetum*, quod acidiſſimum & acerrimum eſt, ut explicat libro XVII. cap. 18. Adverſ. Turnebus. Immo *durum*, τὸ ἔντονον καὶ τὸ δριμύ. Alibi *praevalidum* vocat, τὸ ἔντονον ὄξος, τὸ δριμύ.

*Eſt, qui praevalidum nitro ſale miſcet acetum.*

Alibi *ferum: Durum acetum*, ut *durum vinum*, τὸ αὐστηρὸν καὶ ἔντονον.

*Cumque bis Lenaei durum potare fluentum.*

Blando & molli vino opponitur. Nam & *durum* eſt, quod potui non eſt idoneum, nec maturum, σκληρόν. Graeci veuuſte ψαφαρὸν appellant, ſive ψαθυρόν. optimi Scriptores transferunt ad alia liquida. ψαθυρὸν ὕδωρ, & maris aquam ψαθυρὰν dici invenias apud Ariſtotelem & Theophraſtum: Sic ψαθυρὸν ὄξος, τὸ ἔντονον καὶ τὸ δριμύ. ψαθυρὸν *vinum*, ſubleſtum & quodvis εὐτελὲς vinum. Suidas: ὀξύνης, κηκίς. Lege, ὀξίνης, κηκίς. ὀξίνης eſt vappa, κηκίς, galla atramentaria. Inde *gallam* antiqui pro atro & aſpero vino: Lucilius:

*Quae gallam bibere, ac rugas conducere ventri*

*Farre aceroſo, oleo decumano, pane coëgit Cumano.*

KEUCHEN. Joh. Rhod. ad Scribon. comp. CLXXXV. defendit Turnebum, qui *durum acetum*, acerrimum exponit. & in Lexico Scribon. in *muria*, & ita mox cap. ſeq. *acre acetum* dicit, & ſaepe *acidum*, *ferum* cap. XXVI. *vehemens* XLVI. & aliis epithetis ornat. *durum* vinum dixit cap. XLV. & XLIX. ubi vetus exponit Keuchen. pro *furfuribus* erat *ſulphuribus* in Regio & Voſſ. BURM.

41. UT VARIOS CRINES TALI DES UNGUINE PUROS.] Eleganter *varios.* ſic *varius* eſt porriginoſus. Gloſſae: *varius, ſquamoſus.* Eo ſenſu *ſquama*, πίτυρωμα κεφαλῆς. Gloſſae ſupra laudatae: *ſquama*, τὸ ξῦσμα, ἀπόπλυμα, πίτυρωμα κεφαλῆς. *Unguen* pro unguento notum & antiquum. cap. XIII.

*Efficiuntque ſuo praeclaros unguine viſus.*

XLI.

*Unguine quo gliſcens deponit flamma furorem.*

Cato de R. R. capite de Enchyto, 80. *Enchytum ſic facito, uti globulos, niſi calicem pertuſum cavum habeat. ita in unguen caldum fundito.* Vulgo mendoſe lectum: *ita in unguem caldum fundito* KEUCHEN. *Tali de ſanguine cures* Leid. Voſſ & Ed. Vet. & Lipſ. *varii* illi crines non placebant Heinſio, qui conjiciebat, *ut cariē crines*, vel, *a carie ut crines tali des unguine puros.* ſed an caries porrigo dici poſſit, dubito, cum ipſi crines non exedantur, ſed in illis naſcantur ſquamae illae, quae varios & maculoſos reddunt: ideoque puto, *varios* retineri poſſe, ut *variam frontem* ex Elephantiaſi dixit cap. IX. & cap. VIII. *variant maculae*, & in genere omnia *varia* dicuntur coloris non unius, ſed maculoſe picta &c. vid. Munker. ad Hygin. fab. CXXIII. & ut hic *puri* crines opponuntur *variis*, ita *pura* toga & veſtis *varia* opponuntur. BURM.

42. TARDA] *Tarta* Regius, inde Heinſ. *torta.* *turta* Voſſ. ſed tarditas teſtudinis ſatis nota.

43.

Et prodeſt cedro demiſſus ab arbore ſucus.
Deſinet interea glomerari farrea nubes,
Ceſſabitque gravis crebrae porriginis imber.

# CAPUT IV.

*Capillo Tinguendo.*

Quos pudet aetatis longae, quos ſancta ſenectus
Offendit, cupiunt properos abſcondere canos,

Et

43. ET PRODEST CEDRO DIMISSUS AB ARBORE SUCCUS.] Legunt M. C. G. *demiſſus* WOLF. Libri mendoſi:

*Et prodeſt cerebro, demiſſus ab arbore ſulcus.*

Corruptiſſime: praeſcribit enim τ̀ δύναμιν τ̀ κεδρίας. cap. v. PHTHIRIASI ARCENDAE:

*Aut lachrymis hederae, aut ſucco perducere cedri.*

Marcellus: *prodeſt cedria tantum ungere caput.* cedria, κεδρία Graecorum, de quâ Dioſcorides: φθειρσί τε ϗ κόνιδας φθείρει περιχριθεῖσα. cap. x. *cedri de cortice ſuccus. Succum* vocat, quem alii *picem*, alii *ſanguinem*, ἴαρ κέδρου. Sic ἴαρ vel εἶαρ ἐλαίης, *olivae ſanguinem* dixit Nicander Alex. 88.

——— ἢ ὀρχάδος εἶαρ ἐλαίης.

Et Callimachus in fragmentis.

Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξεν ἴαρ.

Nemeſianus Ecl. II. 50.

*Nam dum Pallas amat turgentes ſanguine baccas.*

KEUCHEN. *Dimiſſus* Putean. Leid. & edit. Vet. Humel. & Caeſar. in Cod. Reg. eraſa erat vetus lectio quae de ſanguine profert Keuchenius, debentur fere, ut ſaepe, Salmaſio, quem vide in Exercit. Plin. p. 906. & quem nos ad Nemeſiani locum laudavimus. de cedria an pix, an reſina ſit, vid. Bodaeum ad Theophr. IX. cap. 2 pag. 971. *ſucum cedri* vocat ſaepe noſter. BURM.

44 DESINIT] Neſcio, unde hanc lectionem acceperit Keuchen. cum *deſinet* omnes editiones exhibeant, quas vidi.

44 DESINET INTEREA GLOMERARI FARREA NUBES.] *Farrea* pro farinacea, ut infra *farra lupini*, id eſt farina lupini. CONSTANT. Non *ferrea*, quod praeter mentem forſan à Stephano fuit excuſum:

*Copia farris uti frendentibus edita ſaxis.*

θυλήματα Graeci vocant iſta farra, vel ψαιστὰ, hoc eſt, fruges ἐψωμισμένας Et proprie *glomerari* nubes illa dicitur, quod proprie de nubibus uſurpant auctores. Sic Macrobius *aquam, obſitam globis nubium*, dixit libro VII. Saturnal. KEUCHEN. *Ferrea* Voſſian. *nubes* eadem metaphora dicta, ut *nubes* telorum & ſimilium, vid. ad Val. Flac. II. 521. ita & imbrem & nimbum de iiſdem telis, & aliis miſſilibus dicunt. v. Heinſ. ad Claud. Conſul. Olybr. 45. BURM.

45. CESSABITQUE GRAVIS CREBRAE PORRIGINIS IMBER.] *Imber* manuſcriptus codex: impreſſ. *hymber*. WOLF. *Hymber* avitus, & antiquiores libri. Sic ſupra vſ. 22.

*Spongia cum tepidis annexa liquoribus hymbris.*

*hymber*, ut *holera*, & alia ἀρχαϊκῶς ſcribi ſolita. Infra: *Aut viridis coctorum holerum potabitur unda.* KEUCHEN. Et hic *pruriginis* erat in Leidenſi.

47. PROPEROS] Cum manuſcripto & impreſſis, *properos*. WOLF. *Proprios* Leid. Ed. Vet. & Humel. ſed qui praefert *properos*, id eſt feſtinos, qui ante tempus legitimum, per morbum, aut aliam ob cauſſam veniunt. ſed ſi aetas jam longa & ſancta ſenectus offendit, non poſſunt *properi* dici cani. itaque haereo. niſi *properos* capiamus pro nimis properos, contra votum & voluntatem ſenum nimis cito provenientes; qui diu volunt videri juvenes. BURM.

Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo.
His prodeſt acri contrita cupreſſus aceto,
Vel frons lentiſci, vel triſtia poma ſabuci:
Lumbrici quoque terreſtres miſcentur olivo,
Et juvenem praeſtant redivivo flore capillum.

Prae-

48. ET NIGRUM CRINEM SUCCO SIMULARE DOLOSO.] Pro *ſucco* legunt M. C. G. *fuco*. WOLF. Collatus mihi liber avitus habuit exaratum: *fuſco ſimulare doloſo*. quam ſcripturam ſi plures confirmaverint, auſim hîc aliquid Sereno agnoſcere. *Fuſco ſimulare doloſo*, quaſi fuſci crines doloſi nigris ingenuis ſive inaffectatis opponantur. Ad oram libri: *ſucco ſimulare doloſo*. Sed quorſum invertenda bona lectio, *fuco ſimulare doloſo*? cum & *fucus* ſuccus ſit, quo capilli tinguntur & colorantur. Illud autem *ſuccus* gloſſam olet, quae τὸ *fuco*, ſuccum expoſuit. Pigmentum, quo capilli colorantur, optimis gloſſis eſt *fucus*. *Fucus*, χρῶμα, de omnibus coloribus dicitur, ut Graecis φῦκος. φῦκος φοινίσσον Nicandro:

Ἤ τι δὴ καὶ φοινίσσον καταβάλλοι φῦκος.

Aliae Gloſſae: *Fucus*, χρῶμα, καλλίχρω: καλλίχρων enim color venuſtus. Color ille non in crinibus ſolum dicebatur, ſed in aliis quoque rebus pulchris. Veteres autem pharmaco utebantur ad coelandam capitis nivem. Ariſtophanes Concionantibus 730.

Οὐδ' ἂν εἰ τὸ φάρμακον
Ἐψῦσ' ἔτυχες, ὦ Ἀντικράτες μελαντηρίῳ.

Idem Equitibus 904. de adulatore quodam regi ſuo canos evellente:

Ἐγὼ δὲ τὰς πολιάς γέ σου 'κλέγων, νέον ποιήσω.

Plura paſſim occurrunt in Graecorum epigrammatis. De cupreſſi foliis, quae trita capillum ex aceto tingunt, eadem habes apud Dioſcoridem: σὺν ὄξει λεανθεῖσα, τρίχας βάπτει. cap. CIII. libri I. KEUCHEN. De *fuco* nullum dubium, quam vocem millies cum τῷ *ſuco* commutaſſe librarios docebunt notae Heinſii ad Claud. I. in Rufin. 208. ad Ovid. I. Triſt. 5. & alibi. & faciliima aberratio, quia *fucus* ſemper ſcribebatur olim, & ſcribi debet, ut alibi notavimus. vid. Cl. Drakenb. ad Sil. Ital. VII. 169. BURM.

49. ACRI] *Acro* Reg. Cod. per *cupreſſum* vero folia cupreſſi intelligenda, ex Plinio Medico lib. I. cap. 7.

50. FRONS LENTISCI] Decoctum arboris, quam Guajacum quidam opinantur. Pliniis Lentiſci oleum habet lib. XXIII. cap. 2. PICTOR.

50. POMA SABUCI] Sambuci baccas intelligit, cujus Avicenna recordatur Canon. II. cap. 614. Sereno Plinius ſuffragatur lib. XXIV. cap. 8. PICTOR. Poetica licentia *ſabucum* pro *ſambuco* dixiſſe noſtrum & alios, ſed extra verſum non admittendum, cenſet Rhod. ad Scrib. Larg. comp. CLX. BURM.

50. VEL FRONS LENTISCI, VEL TRISTIA POMA SABUCI,] Hunc verſum ignorat liber avitus. Videtur tamen genuinus: Plinius lib. XXIII. cap. 2. *Fece aceti, addito lentiſcino oleo, illitum una nocte rufari capillum*. Melius ad Sereni mentem Dioſcorides περὶ χαμαιάκτης. *Poma ſabuci* ſunt acini vel baccae ſambuci, de quibus Plinius lib. XXIV. cap. 8. *Acini ejus infirmiores, quam reliqua, tingunt capillum*. KEUCHEN.

51. LUMBRICI QUOQUE TERRESTRES MISCENTUR OLIVO,] Et id Plinius teſtatur lib. XXX. cap. 15. PICTOR. Serenus lumbricos eo nomine diſtinguit à lumbricis & tineis humanis. Sic alibi:

*Lumbricis terrae turgentes unge corymbos.*

Graeco more, qui ἔντερα γῆς appellant. Marcellus eo remedio: *Vermium terrenorum cinis oleo adjectus, quo uti foeminae in pectendo ſolent, capillos prohibet ſenectute mutari*. Adde Plinium lib. XXX. cap. 14. KEUCHEN. Plinius etiam medicus lib. I. cap. 7. vermium terrenorum cinerem commendat. BURM.

52. ET JUVENEM PRAESTANT REDIVIVO FLORE CAPILLUM] Sic infra cap. XXXV.

*Et gaudet rapto mulari flore pilorum.*

*Flos capilli*, id eſt, eximius honor, ut cap. VIII. loquitur.

Sed

Praeterea niveum poterit depellere crinem,
Reſina ex facili cera viſcoque coacta.



*Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis,*
*Eximium capitis tactu dejecit honorem.*

*Flos* de pilis & capillis eleganter, ut venuſtis aliis. ἥβης χρύσεον ἄνθος apud Nonnum. *Flos juvenilis* apud Claudianum barba, non omnis, at lanugine pubeſcens. Pindarus Olymp. πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον. KEUCHEN. Heinſius *recidivo* malebat, cui vocabulo ſaepe ultra modum favit. vid. ad Ovid. IV. Faſt 45. ſed *recidivus flos* capilli dici poſſet, ſi cecidiſſent, & renati forent crines. ſed hic de tinguendis, & colore juvenili reſtituendo, non renovandis ipſis capillis, qui ceciderunt, agitur. *Flos* vero hic eſt nitor, pulchritudo. vid. Serv. ad VII. Aeneid. 804 ubi dicit, *florere omne, quod nitidum eſt. nitida* vero coma paſſim Poëtis dicitur: juvenis vero *capillus* dixit, ut *juvenes annos* Ovid. VII. Met. 295. & II. Amor. IV. 34. & ita ex MSS. reſtituenda vox in Virgil. Ceiri 45.

*——— ——— in quibus aevi*
*Prima rudimenta, & juvenes exegimus annos.*

ita Modius apud Silium V. 18. *Juvenem mentem*, pro *juvenum* volebat. ita *juvenis turba* Tibul. I. V. 55. BURM.

53. DEPELLERE CRINEM] Voſſ. ex ſuo codice *depellere vultum*. & ita in Puteaн. & Regio vidit Heinſius: *vultus* pro externa ſpecie multis rebus tribui ſuo, ſed crinibus dari vix patior. BURM.

54. RESINA] *Rheſina* cum adſpiratione ſcribendum, mihi quidem non improprie videtur: nam Graecis eſt Ῥητίνη, unde apud Latinos nomen ipſum deductum videri poteſt. Ac proinde & auctor hoc loco, & Martial. lib. III. Ep. 74. iam primam, quam penultimam ejus vocis producunt, Graecam ſecuti originem,

*Quid faciem tingis? nam certe non potes illos*
*Rheſina, Veneto nec reſecare luto.*

Quamvis Juvenalis VIII. 114. dixerit *reſinata juventus*. Quod autem apud Gracos penultima quoque producitur, teſtatur verſus ille apud Nicandr. in Alexiph.

Καὶ δ' ἀπὸ ῥητίνην τερμίνθιδα πολλάκι πάσσοις.

CAESAR.

54 RESINA EX FACILI CERA VISCOQUE COACTA.] Haec vera ſunt, certe affinia veteris aviti ſcripturae, quae forſan verior, immo veriſſima:

*Reſina ex facta cera viſcoque coacta.*

Eget autem interpretis: *Facta cera*, Graecis eſt κηρὸς τράκτος. Τράκτος κηρὸς, qui tracta ac tractatione eo devenit, ut albus evaſerit. De eo modo parandi ceram, habes apud Dioſcoridem libro II. περὶ κηροῦ. Gloſſae medicae: τρακταΐζω, τὸ λευκαίνω καὶ πυκνάζω. Aëtius alicubi τράκτον habet, & in eodem medicamento λευκὸν Aegineta. Optimae Gloſſae: κηρὸς τράκτος, λευκόμενος. Quod ipſum in multis aliis auctoribus eſt reſtituendum. Et perperam eſt Scaliger, qui in Priapeiis monuit reſcribendum:

*Laetus Ariſtagoras natis bene villicus uvis*
*De cera facili dat tibi poma Deus.*

Scriptum fuit: *de cera facta*, ἀπὸ κηροῦ τράκτου. nihil ergo mutandum, quamvis *facilis* eſſet ἄθρυπτος & friabilis. Graeci ſimpliciter *ceram* habent, ut in aliis medicamentis. Dioſcorides de viſco: δύναται διαφορεῖν φύματα μιγεὶς ῥητίνῃ καὶ κηρῷ ἴσῳ. Sic ille Dioſcoridis locus eſt legendus. In quibuſdam editis male concepta verba: μιγεὶς ἐῤῥητίνῃ καὶ κηρωτῇ. Caeterum *reſina ex facta cera*, valet μετὰ κηροῦ τράκτου Sic *reſinam ex melle* praeſcribebant, id eſt, cum melle, μετὰ μέλιτος, ut loquitur Dioſcorides. Nota haec locutio Graece & Latine ſcientibus. Idem Dioſcorides de lapide Galactit. δεῖ δὲ τρίψαντας αὐτὸν ὕδατι ἀποτίθεσθαι ἐν πυξίδι μολυβδίνῃ *oportet eum ex aqua tritum in pyxide plumbea reponere.* Cui parile & illud cujuſdam veteris: *ex jure heſterno panem atrum vorant.* ubi notat Donatus, *ex* pro *cum* poſitum eſſe. Sic quod Graeci dicunt, σὺν ὕδατι πινόμενος ὠφελεῖ, Latine eſt, *ex aqua potus prodeſt.* Varro III. de R. R. *Pullis apponitur naſturtium ex aqua in vas.* Homerus Od. XIX. χῆνες πυρὸν ἔδοντες ἐξ ὕδατος. *Anſeres triticum ex aqua comedunt.* Plinius

55 Ad rutilam ſpeciem nigros flaveſcere crines,

Un-

xxxi. 11. *imponantur & ſpongiae ipſae epiphoris ex poſca, & ex aceto calido ad capitis dolores.* Nihil hâc locutione frequentius apud Plinium & Samonicum, omnibus paginis occurrit. KEUCHEN. Sed *facili cera* eſt in omnibus, niſi quod *terra* Leid. Cod. Ed. Vet. & Humelberg. qui etiam commentario illuſtravit remedia ex terra & luto: ſed vide, quae diximus ad Ovid. xv. Met. 169. & Val. Flac. iv. 6. *coacta* vero eſt in unum, vel unitatem, ut loquuntur medici, redacta, v. Rhod. Lex. Scrib. in *coacta*, & *in unum* & *unitas*. & hoc *conciliare* dixit noſter cap. xl. BURM.

55. IN PULCHRAM SPECIEM] Legunt communiter omnes, *ad rutilam ſpeciem.* WOLF. Elegans loquendi genus, *ad rutilam ſpeciem flaveſcere.* Avienus:

*Splendorem ubique quippe ineſſe fluctibus*
*Vitri ad ustorem.*

Solinus: *honore & pretio ad ſmaragdos viret.* Par venuſtas in illis Graecanicis, ἐσὶν πρὸς τὸ Διόνυσον, apud Strabonem libro viii. Heliodorus ii. ἐπειρᾶτο δὲ τοῦτο εἶδεν, φασὶ, πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεσκευασμένης. Ariſtaenetus libro i. Epiſt. octava: ἀδὲν πρὸς ἵππον, ὡδὸν πρὸς τὴν χορδὴν, & ſimilia dixit. Macrobius ii. Saturnal. cap. 9. *Is quondam cum incederet elaboratus ad ſpeciem.* Placuit viris doctiſſimis reſcribendum, *elaboratus ad ſpeculum.* nobis nihil videtur mutandum: *elaboratus ad ſpeciem*, & inſtar ſpecioſi comptus & ornatus. Cyprianus: *neque enim fas eſt virgini ad ſpeciem ſuae formae comi:* ad venuſtatem: Inde *ſpecioſus*, ἰνωδὴς, formoſus. Caeterum *flaveſcere* rectum eſt, *ferveſcere*, quod in avito ſcriptum, haud aeque placet. Flavi enim crines prae caeteris affectabantur. Capitolinus in Vero: *dicitur tantam habuiſſe curam capillorum flavorum, ut & auri ramenta inſpergeret, quo magis coma illuminata flaveſceret.* Quod ipſum de Commodo Lampridius quoque teſtatur, & Herodianus κόμη ἐκ φύσεω, ξανθὴ καὶ οὔλη. Cato: *mulieres noſtrae cinere capillum ungitabant, ut rutilus eſſet crinis.* Qui locus egregie Sereno conducit. Eundem morem Hollandiae Boreali hodie ſolennem, nemo Belgarum eſt, qui ignorat. Fiebat autem id genus cineris ex fecibus vini in cinerem redactis. Antiqui *foeculam* vocabant, condimentum acrimoniam habens adinſtar lixivii ſarmentorum; φῖκλη à Graecis appellatur. Gloſſae medicae: σφίκλη, *foecula*, male: lego φῖκλη. Trallianus libro xvi. φῖκλην exponit τρύγιον συγκεκαυμένην. Ea Suidae, τρὺξ κεκαυμένη. ſicut & Dioſcoridi: λέπρας ὄνυχας ἐκβάλλει σὺν ῥητίνῃ. καὶ τρίχας ξανθίζει μετὰ σχινίνου ἐλαίου ὅλην συγχρισθεῖσα. Caeterum *rutilus* color eſt ad aureum flaveſcens. *Rutilare* eſt ab eodem aureo colore: Aurei enim rutili, unde & mulieres valde rufae, *rutilae* dictae, ut habes apud Varronem. Cratinus Hipponicum quendam vocavit σκυτινόν, quod πυῤῥὸς eſſet, ſive rutilus. Nam *burros* eleganter homines ex potione rubentes antiqui dicebant. Quod eodem fere ſenſu etiamnum retinet Hiſpanica lingua: *Burracos* enim vocant ebrioſos; & vas vinarium, *burraccam.* Gloſſarium: *burrum*, πυῤῥὸν, ξανθόν. Critici πυῤῥὸν *rutilum* vocant, ξανθὸν *ruſſeum.* *Rutilum* igitur idem, quod aureum; & *crines ad rutilam ſpeciem*, ad auream flaveſcentes. Auctor Lyrici perperam Gallo adſcripti:

*Pande puella, pande capillulos*
*Flavos, lucentes ut aurum nitidum.*

Lucanus libro x.

*—— tam flavos gerit altera crineis,*
*Ut nullas Caeſar Rheni ſe dicat in arvis*
*Tam rutilas vidiſſe comas.*

Catullus:

*In flavo ſaepe hoſpite ſuſpirantem.*

Theocritus;

ξανθοκόμος Πτολεμαῖος, ἐπιστάμενος δόρυ πάλλειν,

Et alibi:

ξανθότριχι πὰρ Μενελάῳ.

Callimachus:

Καὶ κεφάλω ξανθὰν ἄλοχον Διωνύσω.

Orpheus 1214.

—— —— ἀπὸ κρατὸς γὰρ ἔθειραι
Πυρσαῖς ἀκτίνεσσ᾽ ἐναλίγκιαι ἠώρητο.

KEUCHEN. De *flavis* crinibus omnia obvia & praecepta a viris doctis. vid. Salmaſ. ad Tertull. de Pall. pag 352. Junium de Coma cap. 9. & Broukh. ad Tibul. i. vi. 8. & nos aliquid ad Ovid. Epiſt. xx 57. & iii. Art. Am. 163. diximus, ubi & de more inficiendi crines, de quo etiam Voſſ. ad Catull.

Unguento cineris praedixit Tullius auctor.
Si praegnans artus captivi ſoricis edit,
Dicuntur foetus nigrantia lumina fingi.

## CAPUT V.

*Phthiriaſi Arcendae.*

Noxia corporibus quaedam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos,
Senſibus & monitis vigiles incendere curas.

Sed

toll. pag. 142 pro *ad rutilam ſpeciem* erat, *in pulchram* in Leid. Cod. Edit. Vet. & Humelb. ſed *rutili* crines proprie ſunt dicti, vid. Heinſ. ad Ovid. v. Met. 440. *ad ſpeciem* illuſtravimus ad Grat. Cyneg. vſ 177. BURM.

56. CICERIS ] Legunt omnes codices *unguento cineris*. WOLF. *Ciceris* Vet. Ed. & Humelb. qui amplexus eſt. ſed de *cinere* & *cinerariis* ſatis conſtabit ex locis veterum modo adductis. BURM.

56. TULLIUS ] Plin. lib. xx. 2. CONSTANT. Nihil ibi invenio, & aberraſſe manum Conſtantini puto. manus viri docti in Editione Aldi filiorum correxerat, *Plinius auctor*. BURM.

57. SI PRAEGNANS ] Haec verba Plinii ſunt. *Si oculi nigri naſcentium placent, ſoricem praegnanti edendum exhibe* lib. xxx. cap. 15. PICTOR. *Edat* Paderborn.

58 DICUNTUR FOETUS NIGRANTIA LUMINA TINGI. ] Legunt omnes *fingi* WOLF. *Fingi*, non ex imaginatione matris, ſed ſuperſtitioſa credulitate vanorum medicorum. Sic recte codices; neque placet, quod in membranis invenimus:

*Dicuntur foetu nigrantia lumina inuri.*

Quod eruditorum judicio relinquo. Non diſſimulabo tamen meam conjecturam; ſi diis placeret, effingi poſſe:

*Dicuntur foetu nigrantia lumina inuri.*

*Inuri foetu*, antique, pro *foetui*, dictum. Sed nigredo luminum non dicitur recte *foetui inuri*, quemadmodum *notam inuri* dicimus, & alia. Quod cum gloſſatorem effugeret, ad avitum codicem, *tingi* alleverat, quod fortaſſis ex illo *fingi* male lecto variam ei lectionem exhibuit. Nec enim, ut capilli fuco vel unguento *tingi* dicuntur; eodem modo lumina foetus dici poſſunt *nigrantia tingi*, niſi vehementer loquendi naturam invertamus. Nihil autem pro illo *fingi* refingendum vel mutandum cenſemus. Plinius lib. xxx. cap. 15. *ovis formicarum ſupercilia denigrari cum muſcis tritis tradunt. Si vero oculi nigri naſcentium placeant, ſoricem praegnanti edendum*. KEUCHEN. *Tingi* in Leid. Vet. Ed. & Humelb.

PHTHIRIASI ] Φθειρίασις morbus pedicularis eſt, qui aliquibus in pilis ſuperciliorum contingit, aliquibus in univerſo corpore emergit. PICTOR.

60. PROGENUIT ] *Praegenuit* Reg. Cod. *volens* deeſt Lipſ.

61. SENSIBUS ET MONITIS VIGILES INCENDERE CURAS. ] *Senſibus admonitis vigileſque*. CONSTANT. Aviti codicis, aliorumque Stephano collatorum γραφὴ fuit:

*Senſibus admonitis vigileſque incendere curas.*

Utroque modo ſanus ſenſus eſt & apertus. Scio tamen, doctis quibuſdam legi: *vigileſque inducere curas*: quod longe vilius eſt iſto vulgato. KEUCHEN. Editio Veneta, Ald. Humelb. & alii legunt, *abrumpere ſomnos ſenſibus: & intendere curas* Geſnerum maluiſſe notat Wolfius, & ita in Vet. Ed. Venet. Ald. & Pith. legitur. non ſatis capio haec: nec quis locus *monitis*, quae de ſomniis recte dicuntur, ut conſtat. vide praeter alios

Broukh.

Digitized by Google

Sed quis non paveat Pherecydis fata tragoedi,
Qui nimio ſudore fluens, animalia tetra

Edu-

Broukh. ad Tibul. III. IV. II. ſed ſi morbus pedicularis rumpit ſomnos, nullus eſt locus monitis. forte, *abrumpere ſomnos ſenſibus*, eſt, per ſenſum acrem ex pediculis & vermibus, qui cutim pungunt: deinde legerem, *& mentis vigiles intendere* (vel *incendere*) *curas*, quia ſomno curae mentis quaſi ſopitae jaceant, quas haec noxia de corpore noſtro nata intendunt & augent. ſed nec haec ſatisfaciunt, & cum in aliis ſit *admonitis*, & in veteri codice Voſſii, & in margine editionis Conſtantini, *admonitis vigileſque*, malim,

—— *volens abrumpere ſomnos*,
*Senſibus admonitis, vigileſque intendere curas.*

ut ſenſus, ſcilicet corporei, ut tactus, &c., qui ſopiti ſunt ſomno, eo interrupto admoneantur, & excitentur a vermium morſu, & ita vigilare coactus miſer curas ſuas a morbo intendi videat. *intendere curas* dixit & Ovid. III. ex Pont. IX. 29. ubi & in MSS. *incendere*. & ita ſaepe Curtium loqui videbis in indice Freinshemii. BURM.

62. SED QUIS NON PAVEAT PHERECYDIS FATA TRAGOEDI,] Tragoedum Pherecydem dicit, non qui eſſet, ſed qui exitum habuerit poene tragicum, utpote pediculorum morbo abſumptus. id praeter auctorem teſtatur & Laërtius & Suidas. Plinius tamen ſcribit, illum exſpiraſſe ſerpentum copia e corpore ejus erumpente. vide Plinium ipſum lib. VII. cap. 51. CAESAR. Tragoedum hunc fuiſſe Pherecydem Badi filium nuſquam invenio. Sed quia in Delo multa inſolentius de ſapientia ad ſuos diſcipulos profeſſus eſt, reticereque nequivit, quod nunquam deorum alicui immolarit, Apolline irato finem tragicum aſſecutus eſt, & pediculorum eſu conſumptus. velut de ſe in quadam epiſtola ad Thaletem ſcribit. de hoc Philoſopho plura habet Laërtius libri primi ultimo capite. PICTOR. *Tragoedum* vocat, quem Plutarchus & alii θεόλογον, qui φθειριάσας obiit. Diogenes Laërtius initio Epigrammatis de Pherecyde:

Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην,
Ὃν τίκτει ποτὲ Σῦρος,
Ἐς φθεῖρας λόγος ἐστὶν
Ἀλλάξαι τὸ πρὶν εἶδος.

Ipſe Pherecydes Epiſtolâ ad Thaletem, apud eundem Laërtium: φθειρσὶν ἔζεον πᾶς, καί με εἶχεν ἠπίαλος. Cui ſententiae accedunt Plutarchus in Sylla, Pauſanias in Atticis, Ariſtoteles lib. V. extremo hiſtor. animal. & Aelianus libro IV. cap. 18. Plinius libro VII. cap. 51. *mortuorum vero tam infinita eſt multitudo, ut Pherecydes Syrius copia ſerpentium ex corpore ejus erumpente exſpiraverit.* Ubi notabis, *ſerpentes* vocari pediculos, quod & aliis ſolenne ſcriptoribus. Sic libro III. cap. 3. Diodorus Siculus de Acridophagorum morbo ſermonem habens, modo φθεῖρας appellat, modo ἑρπετά. Vide Apulejum lib. II. Floridorum. Poëtae inſuper omnia animalcula, quae machinantur hominibus exitium, vocavêre *ſerpentes*. KEUCHEN. Multa de Pherecyde collegerunt viri docti. quibus adde Kuhn & Periz. ad Aelian. IV. 28. & V. 2. & Salmaſ. Exerc. Plin. p. 592. & ſeq. nuſquam vero reperi, tragoedum fuiſſe: immo Apulejus dicit, *repudiato verſuum nexu auſum fuiſſe conſcribere paſſis verbis, ſoluto locutu, libera oratione.* & hoc alii teſtantur. an, *quis non paveat Ph. f. tragoedus*? quis non tragoediarum (quarum materia ſaepe dirae mortes) ſcriptor paveat fata Pherecydis? nec tamen hoc ſatisfacit. nec de tragico obitu, ut explicat Caeſar. & Pictorius, verba poſſe capi puto. niſi legeretur *fata tragoeda*. ſed vix hoc placet. BURM.

63. QUI NIMIO SUDORE FLUENS, ANIMALIA TETRA EDUXIT] Apulejus I. Miles. *Sudore frigido miſer perfluo.* Non igitur ex aliis legendum: *qui nimio ſudore ruens. Fluere & perfluere ſudore*, eſt καθιδροῦν. De Chriſto Lucas cap. XXII. v. 44. ἐγένετο δὲ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος, καταβαίνοντες ἐπὶ τ̄ γῆν. Sed *ſudor* hic valde proprie ſumitur. Virgil. III. Georg. extremo:

*Ardentes papulae, atque immundus olentia ſudor*
*Membra ſequebatur.*

ubi Servius: *immundus ſudor*, morbus pedicu-

Eduxit, turpi miſerum quae morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali languore pereſus
Corruit, & foedo ſe vidit ab agmine vinci.
Saepius ergo decet mordax haurire ſinapi,

Vel

cularis, qui eſt φθειρίασις. KEUCHEN. Neſcio, quis *ruens* legerit. ſed *fluens* eſt *diffluens*, corpore corrupto & tabido ſenſim putreſcens, ut Celſus *fluere corpus* dixit, cum alvo ſoluta ſit homo, in praefatione: & *fluere* paſſim, & *manare* ſudor, dicitur, ut apud Ovid. IX. Met. 173. *Caeruleusque fluit toto de corpore ſudor.* ubi Heinſ. malebat *ruit:* male. ſic in fragm. Petron. p. 681.

*Quum tepidus laxo manavit corpore ſudor.*

& millies alibi. ſic etiam corpus & membra *fluere* dicuntur ſudore. Ovid. IX. Met. 57

*Vix tamen exſerui ſudore fluentia multo*
*Brachia.* BURM.

64. EDUXIT,] Id eſt educavit, creavit ex ſuo corpore. Ita paſſim Terentius *educere* pro educare. Eunuch. I. 2. Adelph. I. I. 23. Curt. III. 3. *libri Regis, & qui eos educebant*, ut Codices MSS. ita *creantem* vocat cap. XXXI. qui lumbricum educit. *tulerunt* vero eſt pro abſtulerunt, ut ſaepe. de quo ad Claudian. III. in Stil. vſ. 164. dicemus. IDEM.

65. SYLLA QUOQUE INFELIX TALI LANGUORE PERESUS CORRUIT,] De Sylla hoc, quemadmodum pediculari morbo (quem Graeci φθειρίασιν appellant) interierit, habes praeter alios non paucos, & ipſum Plinium lib. VIII. cap. 44. CAESAR. Sylla dictator, cujus recordatur Plinius lib. VII. cap. 43. PICTOR. Plin. lib. VIII. 44. & lib. XI. 33. Valerius lib. IX. cap. 4. non ita periiſſe tradit. CONSTANT. Inter eos, qui phthiriaſi memorabiles obierunt, & Sylla dictator fuit plurimis in locis à Plinio laudatus. libro VII. cap. 43. *unus hominum ad hoc aevi, Felicis ſibi cognomen aſſeruit L. Sylla, civili nempe ſanguine ac patriae oppugnatione adoptatum. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proſcribere tot millia civium ac trucidare potuiſſet? ó prava interpretatio, & futuro tempore infelix! Non melioris ſortis tunc fuére pereuntes, quorum miſeremur hodie, cum Syllam nemo non oderit? Age, non exitus vitae ejus omnium praeſcriptorum ab illo, calamitate crudelior fuit, erodente ſe ipſo corpore, & ſupplicia ſibi gignente.* Senſus idem eſt, ad quem Serenus alludit, Syllam nempe feliciſſimum, dum viveret, hominum, ante obitum pediculari morbo correptum, felicitatis ſuae & in proſcriptos crudelitatis acerbas poenas dediſſe, culpamque tam foedâ morte luiſſe. Nam *Felix* erat L. Syllae cognomentum, Ἐπαφρόδιτος, cujus Auctor libelli de Fortunâ Romanorum, hanc habet rationem: πλεῖστον γὰρ Ἀφροδίτης ἢ νυξ, καὶ Μένανδρον, ἀλλὰ τύχη μεθέχειν. Eam veriorem habeo, quod Ἀφροδίτην, quam in talorum jactu veteres invocabant, ut ſecundaret τὰς βόλους, habuerit propitiam ac faventem. Nam feliciſſimus jactus dicebatur Ἀφροδίτη. Inde Sylla dictus ἐπαφρόδιτος, ὁ εὔβολος καὶ εὐτυχής. Idem Plinius de tineis humanis, quas cum pediculis confundit, libro XI. capite 33. *naſcuntur in carne exanimi & viventium quoque hominum capillo, quá foeditate & Sylla dictator, & Alcman ex clariſſimis Graeciae Poëtis obiére.* Confer libri XXV. caput 13. quo remedia contra vermes recenſet. *Phthiriaſi, quá Sylla dictator conſumptus eſt.* ex quibus ſatis apparet, cum tineas cum pediculis confudiſſe. KEUCHEN. Heinſius legebat *Sylla quoque, & felix.* non male ex ſenſu Plinii, id eſt, licet felix diceretur & haberetur, tamen hoc morbo periit. hoc acutius vulgata lectione. BURM.

67. SAEPIUS ERGO DECET MORDAX HAURIRE SINAPI,] Medicamenta ad phthiriaſin tollendam, alia intus ſumuntur, ut ſinapi & calamenthum montanum; alia exterius adhibentur, ut nitrum, uva taminia, caetera. *Sinapi* laudatur à Paulo Aegineta, à quo Serenus deſumſit. KEUCH. *Mordax*, ut ita ſaepe Plinius utitur de urtica, & foliis acrium herbarum. *lacrimoſum* dixit noſter cap. XXXII. nam ea proprie vis mordacis medicaminis. Scribon. Larg. Comp. XXXVII. *deinde hoc*



me-

Vel nitro ac ſale permixtis, acidoque liquore
Laxatis (ut ſint ſimul allia) tangere corpus,
Aut lacrimis hederae, aut ſuco perducere cedri.
Quinetiam furfur mixto medicatur aceto.
Unda maris lendes capiti deducit iniquas,

Et

*medicamento ſuffricatur curioſe ad dilacrimationem, & ubi deſierit mordere medicamentum, rurſus invertere oportet palpebram.* ut recte conſtituit illa verba Rhodius. & ita Scribonius verbo *mordere* ſaepe utitur. contra eſt *excaſtratum ſinapi*, cui mordacitas illa demta. vid. Barth. XXXIX. Adv. 16. BURM.

68. NITRO AC SALE] *Nitido* Cod. Leid. *vel nitro ſale permixtis* Ed. Vet. IDEM.

69. LAXATIS] Geſnerus addidit, *remiſſis*, id eſt diſſolutis, quod Graecis ἀνίεται dicitur. WOLF. Et Voſſius adſcripſerat ἀνεθεῖσι. ut infr. cap. XV. *Urſino & tauri ſevo cervique remiſſis.* ita & cap. XXXII. *labefactaque ſaxa remittit*, id eſt diſſolvit. & XLI. *vicino ſevum bovis igne remittis.* & LIV.

*Vulturis exciſos adipes rutamque remitte.*

ubi vide. BURM.

69. LAXATIS (UT SINT SIMUL ALLIA) TANGERE CORPUS,] Placet illud *tangere*, quamvis *frangere corpus* exhibeat liber avitus. *t* & *f* in illo charactere Longobardo ſaepe confunduntur; ſic *lumina tingi* ad oram libri, pro *fingi*, & alia. Nec enim *frangere corpus* dicimus, ut *frangere capillum* ſive *comam*: Seneca pater 1. controverſ. *Capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare*, &c. *noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt.* Sic *comam in gradus frangere*, dixit Quintilianus libro 1. cap. 6. Eſt autem *tangere corpus*, externis medicamentis, qualia hic praeſcribuntur, perducere corpus, ſive tractare & fovere. Supra:

— *cochleis frontem tractare minutis.*

KEUCHEN. *Tangere* pro illinere, ungere, paſſim poni patebit ex notis ad Ovid. Epiſt. XIX. 41. & ad Calpur. v. Ecl. 54. & inf. XVII. 325. malim vero *laxatis* (*adſint ſimul allia*) *t. c.* BURM.

70. AUT LACRIMIS HEDERAE, AUT SUCO PERDUCERE CEDRI.] *Perfundere cedri*, ad oram libri Moliniani. *Lacbrymas* vocat, quae Graeci τὰ δάκρυα. Dioſcorides περὶ κισσοῦ II. 210. τὸ δὲ δάκρυον αὐτοῦ ψιλοῖ τρίχας. καὶ κτείνει φθεῖρας ἐπιλειφόμενον. Sic alibi *fici lacrymam* dixit.

*Sylveſtris fici lacrymam prodeſſe loquuntur.*

Ariſtoteles IX. de hiſtor. Animal. Φέρουσι δὲ τῶν ἄλλων ἀνθέων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα KEUCHEN. *Perducere*, quod habent omnes veteres editiones, eſt vera lectio, altera a Gloſſatore profecta. Virgilium imitatur, qui IV. Georg 425.

*Et totum gnati corpus perduxit.*

Ita & ſup. cap. 1.

*Sive Chelidonia ex acido perducta liquore.*

cap. XXV.

*Proderit hanc aegris crebro perducere membris.*

& XXXIV.

*Contritis prodeſt cochleis perducere frontem.*

& alibi centies. ita Symmach. lib. 1. Epiſt. 32. aliis 26. *quae me blanditiis inbiantem ſuis, velut ſuco nectaris delibuta perducit.* ubi vide Schioppii notas. *tractare* dixit cap. 1. de quo alibi: Plinius Valerianus libr. 1. cap 4. utitur verbis *illinere* & *infricare*, *Item per ſe & cedro illinuntur, allium cum aceto & nitro tritum infricatur.* BURM.

72. UNDA MARIS LENDES CAPITI DEDUCIT INIQUAS, ET QUIDQUID CREBRI DEFENDIT SILVA CAPILLI.] Sic Graeci medici de aqua marina tradunt, ſic idem Dioſcorides περὶ θαλασσίου ὕδατος. V. 19. αὐτὸ τὰ κνησμώδη ἐπιφέρεται χλιαρόν· καὶ αὐτὸ τρόφιμον θερμόν, ψώρας τε καὶ κνησμῶν καὶ λειχῆνας καὶ κονίδων, καὶ μετὰ σπαργάνου ... *Sylva capilli*, id eſt, capilli denſi & ſylveſcentes: Sic Graeci dicunt ὑλήματα τῶν τριχῶν. Infra:

*Avulſamque vetat rurſus procreſcere ſylvam.*

Arnobius libro II. *capillos imminuant ſylveſcentium crinium velleribus involutos.* Quemadmodum autem *crines ſylveſcere*; ſic *ſylvae* dicuntur τριχοφυεῖς. Inde *comantes* & *crinitae*,

paſ-

Et quidquid crebri defendit ſilva capilli.

# CAPUT VI.

*Prurigini, Papulis ac Scabiei Arcendis.*

Illotus ſudor, vel copia nobilis eſcae,
Saepe gravi ſcabie correptos aſperat artus.

Ergo

paſſim apud Poëtas. Prudentius II. in Symmach.

—— *ſeges crinitis fluctuat agris.*

Anacreon Od. XXII.

Παρὰ τὴν σκιὴν, Βάθυλλε,
Κάθισον. Καλὸν τὸ δένδρον
Ἁπαλὰς σείει δὲ χαίτας
Μαλακωτάτῳ κλαδίσκῳ.

KEUCHEN. Plin. Valer. d. l. *lendes, & alia capitis tetra animalia, lotione aquae marinae necantur.*

72. Deducit] *Deducet* Leid. Puteari. Vet. Ed.

73. Crebris] Vitioſe *cerebri* Tornaeſ. edit.

74. Illotus sudor, vel copia nobilis escae,] *Inopia* ubi una producta inter tot breves more Graeco: alii legunt pro *nobilis*, *inutilis*. CONSTANT. Duas cauſſas habet, quae ſcabiem membris adferre ſoleant, quarum prima ex incuria & negligentia correptorum eſt; cum nec ſordes corporis abluuntur, neque interiora veſtimenta mutantur: quae ſordes retentae in ſuperficie acrimoniam acquirunt, & poſtmodum ſcabiem procreant: altera vilioris eſt ſucci, cum prava nimirum edulia hunc affectum inducunt, ut ſunt omnia ſalſa, carnes & piſces: item amara, & acria, qualia caepe, allia, porra; quibus tenuioris fortunae veſci ſolent homines, & ob id ſaepius hoc affectu corripi. Prior autem Sereni verſus mendoſus eſt, ut ex interpretatione conſtat: Non enim tam abundantia lautioris edulii, quam vilioris quotidianus uſus hanc ſcabiem generare ſolet. Legendum autem meliorum librorum auctoritate:

*Illotus ſudor, vel copia inutilis eſcae.*

Alii legunt, diſſuadente metro:

*Illotus ſudor, & inopia nobilis eſcae.*

Sic recentiores medicorum filii laudant hunc verſiculum; quibus, utrum ars metrica cadat, an recto ſtet talo, parum intereſt. Habuit liber avitus, ut reſtituimus: quam ſcripturam, ut ἀρχαῖον, etiam adnotarat in medicorum principum editione vir optimus Henr. Stephanus. Etiam vulgatam, ut ineptam, cupide ſummutarat Turnebus Advert. lib. XVII. capite 18. Caeterum eam copiam viliorum & inutilium alimentorum, cauſam etiam ſcabiei teſtatur Galenus lib. I. de Differ. Febr. & in Principio libri de cibis boni & mali ſucci. KEUCHEN. Scaliger corrigebat, *noxilis eſcae.* ſed caret auctoritate vox illa. forte, *nec copia nobilis eſcae.* ut deficiente victu mundiore, ex vitioſo alimento ſcabiem oriri dicat. *illotus ſudor* eſt ex ſordibus & illuvie malum odorem dans, quia ſudor ille non balneo, vel fricatione, vel alio modo abſterſus fuit. & ita etiam Columell. VII. 3. *cum tonſis illotus adhaeſit ſudor.* ut notat Rhod. in Lexic. Scribon. in *illotus*: & ita *illota lana*, cap. VIII. ſucida, quae etiam gravem odorem ſpargit. & ita cap. eod. *ſi raro lavitur*, idem fere notat. BURM.

75. Saepe gravi scabie correptos asperat artus.] Venuſte dixit *aſperat*: quod verbum proprie ſcabioſorum. Celſus de ſcabie & ejus curatione: *quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eò difficilius tollitur: Itaque eam, quae talis eſt, ἀγρίαν, id eſt, feram, Graeci adpellant.* Idem de Papulis: *Papularum duo genera ſunt. Altera eſt, in quâ per minimas puſtulas cutis exaſperatur & rubet.*



Digitized by Google

Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatis,
Quod facit ex aſino ſaccatus corporis humor.
Nec pudeat tractare fimum, quem bucula fudit.

Ster-

*bet.* Inde *ſcabrum* etiam pro aſpero dixêre Latini; quoniam quae ſcabioſa, cutem habent aſperam. Celſus alibi: *Aut ubi ſcabri ungues ſunt, circum aperiri debent, qua corpus contingunt.* Ita *pectus illuvie ſcabrum*, Cicero & alii dixêre. KEUCHEN. *Correptis* Putean. Codex. ut ſit conſtructio *aſperat artus correptis* (id eſt iis, qui correpti ſunt) *ſcabie.* ſed nihil muto. *correpti* & *correptio*, de acceſſionibus morbi paſſim apud medicos occurrit. vide Rhod. Lex. Scribon. & ita ſaepe Sueton. Caeſ. XLV. *correptus comitiali morbo.* cap. LXXII. *ſubita valetudine.* Vitell. III. *paralyſi* & alibi. *correptos artus* vero dixit more ſuo, ut mox cap. VII. *jactatos artus.* & cap. IX. *pervadit ac tenet artus*, & alibi. BURM.

77. QUOD FACIT EX ASINO SICCATUS CORPORIS HUMOR.] *Ex aſino corporis* carminis ratione per hypallagen ſcripſit, pro *ex aſini corpore.* PICTOR. Alii. *ſaccatus* Plin. XXVIII. 18 tradit aſininam urinam cum ſuo luto illitam hominis ſcabiem curare. CONSTANT. Probo lectionem à Turnebo reſtitutam: *ſaccatus corporis humor.* Lucretius lib. IV. 1020.

*Puri ſaepe lacum propter, ſe, ac dolia curta*
*Somno devincti credunt extollere veſtem,*
*Totius humorem ſaccatum ut corporis fundant.*

Sic idem praeclare reſtituit, & Giſanio ceteriſque doctis eam lectionem confirmavit. Legebatur antea *ſaccatum, ſacratum* & *ſiccatum*, ut doctiſſimi viri adnotarunt. Sed *ſaccatum humorem corporis* venuſte Poëta dixit, de urina per corpus quaſi ſacco percolata. Veſica autem, ut ſaccus vinarius vinum, lotium tranſmittit. Graeci σακκίζεσθαι vocant, cum ita vina percolantur. Inde *Caecuba ſaccari* dixit Martialis de vinis, quae defaecantur, liquantur, & colo tranſmittuntur. Sic autem legendum in Martiale, qui & alibi ad eundem ſenſum:

*Turbida ſolicito tranſmittere caecuba ſacco.*

Ita enim vinum purius & defaecatius reddebatur. Sed ſacco veteres uſi ſunt, ut vires vini caſtigarentur & frangerentur, quo plus vini, inquit Plinius, caperetur. Id vini genus *ſaccatum* appellabant, ut habes apud Scribonium Largum. Nec tamen per ſaccum vina ea tantum de cauſſa percolabant, ſed etiam ut, peregrinis ſaporibus in ſaccum additis, vina tum odore, tum ſapore ſuaviora fierent. Cujus conditurae meminit Conſtantinus Caeſar cap. ultimo. libri VI. de Agricultura. Ad eam Graeci ſua σακκίσματα, ἀψινθᾶτα, & σακκίας referebant. Caeterum & Arnobius libro II. eandem à Lucretio vocem mutuavit: *inter ſtercoris hos utres, & ſaccati obſcoeniſſimas ſerias.* In Samonico liber avitus & veteres aliis collati manifeſte eandem conſervant: *ſaccatus corporis humor.* Eſt autem lutum aſini lotio factum, ut idem Turnebus exponit. quod in Sereno notum eſt, *humorem* pro urina poni. Infra: *Si cui veſicae tardus cunctabitur humor.* De aſinino lotio, nihil tale, quod ſciam, apud medicos. Sed lepras humano curatas apud Aeginetam lego; canino apud Dioſcoridem. Videant eruditiores; neque noſtrum eſt ubique tantas inquirere lites. KEUCHEN. *Saccatus* etiam Paderb. codicis auctoritate, & omnium doctorum ſuffragiis nititur. vid. Morgagn. Epiſtol. pag. 94. ubi Keuchenii, nihil tale de lotio Aſinino ſe ſcire profitenti, ignorantiam caſtigat. & Pincier. I. Parerg. 18. ita & alium in Seneca Ep. LXXXV. locum, ubi *pacata* & *ſiccata* aqua erat in codicibus, correxit, & *ſaccatam aquam* fecit Colvius ad Apulej. IX. Met. pag. 124. *ſiccatis* erat in Ed. Venet. Lipſ. *ex aſino urina*, ut mox *ſtercus ex porco* dicta eſt, ſine ulla hypallage. BURMANN.

78. FIMUM, QUEM] *Quod* Putean. & Reg. Cod. & neutro genere hac voce uſum Plinium notant Grammatici. vid. & cap. VI. & LIII. *tractare illum, quem* Cod. Leid. Ed. Vet. IDEM.

78. FUDIT] Manuſcriptus codex legit *fundit.* WOLF.

79.

Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,
Sic pavidum corpus dextra parcente fovero.
Proderit ex oleo pulvis, quem congerit alte
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.
Convenit hinc tepido lita tradere corpora ſoli.
Ferventes papulas oleo curato liquenti:

Aut

79. STERCORIS EX PORCO CINEREM CONFUNDITO LYMPHIS,] *Cinerem ſtercoris ex porco*, pro, *cinerem ex ſtercore porci*, uſitatiſſima hypallage. Serenus paulo ante eadem loquendi formâ: *Quod facit ex aſino ſaccatus corporis humor.* pro, *ex aſini corpore.* Nemeſianus:

*Huic parilem ſubmitte marem.*

Pro, *hanc parili ſubmitte mari.* Tibullus: *Taurus arat Cilicas.* pro, *Cilices arant Taurum.* & alia ſupponendi genera. KEUCH.

80. SIC PAVIDUM CORPUS DEXTRA PARCENTE FOVETO.] *Scabidum.* CONSTANT. Haec ſatis clara & concinna ſunt. Turnebus tamen:

*Mox ſcabidum corpus dextra parente foveto.*

Quod nollem tam libentiſſime arripuiſſet. *Pavidum* enim eſt ſcabidum, & *pavor* ipſa ſcabies. Gloſſae medicae: *Pavor*, prurigo: *pavidus*, ſquamoſus. Squamoſi ſunt ipſi ſcabioſi, qui ſquamas habent, quas Graeci λεπίδας & πιτυρώδη σώματα vocarunt, fricatis membris à cute diſcedentes. Nec illud *parcente* mutandum fuiſſet, quod venuſte dictum de leviore manu fricatrice. Scriptum erat in avito:

*Sic pavidum corpus dextrâ pendente foveto.*

quod ferri poſſet, ni de meliore receptâ conſtaret. Sidonius: *pendens rota ſulcat inanem Aethera.* KEUCHEN. Sic *ſcabidum* Cod. Voſſ. ſed *pavidum* poteſt explicari, qui tactum formidat. ita in alia re Ovid. VI. Met. 106.

——— ——— *tactumque vereri*
*Adſilientis aquae, timidaſque reducere plantas.*

Alio vero ſenſu *parcentes dextras* dixit Horat. III. Od. 19. ut *parcam manum* III. Od. 16. & Mart. XII. 63. ſed hic eſt leni, ne fricando noceat. non multum abludit Stat. III. Theb. 130.

——— ——— *pars ſ[illegible]icula dextra*
*Nequicquam parcente trahunt.*

& Achil. I. 573. *Nunc thyrſo parcente ferit.* BURM.

81 CONGERIT ALTUM] Legunt omnes *alte.* WOLF. *Altum* Cod. Leid. Ed. Vet. & Humelb.

83. LITA] Pro *illita.* PICTOR. *luta.* Lipſ.

83 CONVENIT HINC TEPIDO LITA TRADERE CORPORA SOLI.] Inſolationem, quae ex medicorum praeſcripto fiebat, acquirendae corporis ſiccitati, Graeci ἡλίωσιν & ἡλιοκαΐαν appellarunt. Cicero ad Atticum libro XII. Ep. ſextâ: *Pro iſto aſſo Sole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo, à te nitidum ſolem unctumque repetemus.* Adpellat *Solem unctum*, quo calefiebant lita vel illita corpora: quae fuit ξηραλοιφὴ veterum: huic opponit *aſſum*, quem Plato in Phaedro ἥλιον καθαρὸν vocat; etſi eo loci Plato Soli puro non unctum Solem opponit, verum τῆς συμμιγοῦς σκιᾶς balneorum. KEUCHEN.

84. FERVENTES PAPULAS] Alias *prurientes.* CAESAR. Papulae grana ſunt minuta, vel puſtulae albae; quae naſcuntur in facie; has quidam *furunculos* nominant, quod cum inflammatione potiſſimum oriantur. PICTOR.

84. SAPYRO OLEO CURATO LIQUENTI:] Legunt omnes pro *ſapyro*, *oleo*, tam manuſcriptus, quam impreſſi codices. WOLF. Scribe: *ſapyro curato liquenti.* Sic libri meliores & antiquioris notae, quibus adde Dioſcoridem περὶ σαπφείρου λίθου. *Sapyrus*, *ſaphyrus*, pro *ſapphirus*, ex idiotiſmo illorum temporum. KEUCHEN. *Papiro* Cod. Voſſ. *papyro* margo Pith. *ſapyra* Leid. *ſapyro* Ed. Vet. Humelb qui in comm. defendit, & oleum inimicum eſſe papulis & ulceribus docet.

Aut acido Baccho miſcebis farra lupini,
Atque hinc in calido percurres membra lavacro.
Pruritus autem ſalſos levat humor aceti,
Sive maris rapidi ſudor, cochleaeque minutae,

Qua

85. AUT ACIDO BACCHO MISCEBIS FARRA LUPINI,] Farra, id eſt farinam. ut ſupr. cap. III. de porrigine, *farrea nubes*, id eſt farinacea. CONSTANT. *Farra*, farinam vocat, τὸ ἄλευρον. Dioſcorides. Καθαίρει τὸ ἄλευρον χρῶτα καὶ πελιώματα, καὶ φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὕδατι. σὺν ὄξει δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ καὶ φύματα. Sic mendoſe legitur apud Dioſcoridem περὶ θέρμων II.132. Scribe: καὶ φλεγμονὰς πραΰνει σὺν ἀλφίτῳ καὶ ὄξει. σὺν ὕδατι δὲ ἰσχιάδας παρηγορεῖ καὶ φύματα. In vilioribus etiam editis Samonici corrupte *Braccho*, pro *Baccho* exhibetur. KEUCHEN. *Aut calido Baccho* Cod. Reg. ſed aberravit manus librarii ex ſequenti verſu vocem petens. *aut tacido* Lipſ. de *acido* vino vid. ad Petron. XXXI. & XCII. Nemeſianus quoque contra ſcabiem canum dat remedium ſimile, VI 206.

*Quin acidos Bacchi latices Tritonide oliva*
*Admiſcere decet.*

ubi vide Vlitium. Plin. Valer. III. 39. *Lupinorum farina ex aceto ſubacta in balneo papulis illinitur*, qui acetum pro acido vino ponit, poſtea & *auſterum vinum* commendat; cochleas minutas etiam imponendas praeſcribit. BURM.

86. ATQUE HOC IN CALIDO PERCURRES MEMBRA LAVACRO.] Legunt omnes *atque hinc in*. WOLF. *Calido lavacro*, caldario. Tres aedes ſeu cellae fuerunt balneorum; τὸ λακωνικόν, caldarium, Dioni πυριατήριον, Senecae *ſudatorium*, in quo ſicco calore ſudorem eliciebant: altera *tepidarium*, tertia *frigidarium*. Plinius Ep. *Poſt ſolem frigida lavabatur.* Vide Cornel. Celſum. *Percurri membra* dicuntur, quae leviter fovendo & fricando ſiccantur. In balneis σάβανον erat, pannus aut velamentum, quo corpora ad ſiccandos balnei madores circumdabantur. In colloquiis vett Σάβανα εἰς τὸ βαλανεῖον. Heſychius & Phavorinus σάβανον vocant, & exponunt ἐκμαγεῖον καὶ περιβόλαιον Eo enim operiebantur corpora & percurrebantur, priuſquam ſiccarentur. Alio modo cutem ſpiſſabant, quo denſam ac duram redderent. Galenus libro VI. ὑγιεινῶν. Κἄπειτα τρίψει σκληρᾷ μὲν πολλῇ πιλοῦντας τὸ δέρμα, πυκνὸν καὶ σκληρὸν ἐργάζεσθαι. KEUCHEN. *Atque hoc in calido* Cod. Leid. Ed. Vet & Humel. *percurrens* etiam Putean. forte recte, ſi diſtinguatur, *atque hoc:* (ſcilicet facies) *percurrens membra* &c. vid. Gallae. ad Quinctil. de Inſt. Orat. X. 7. pag 956. *percurrere* vero eleganter, ut citharaedi percurrunt nervos manibus, vel quae texunt, pectine percurrunt telas. vid. ad Quinctil. de Inſt. Orat. I. 12. & Ovid. II. Amor. IV. 27. Martial. III. Ep. 82.

*Percurrit agili corpus arte tractatrix.*

BURM.

87 PRURITUS AUTEM SALSOS LEVAT HUMOR ACETI,] *Salſos* intellige eos pruritus, qui ex phlegmate ſalſo proveniunt. CAESAR. *Levat*, id eſt, permulcet. In Graeco Dioſcorides, κνησμοὺς παρηγορεῖ. *humor aceti*, ut *hymber ſanguinis*, & alia Sereno communicantiſſima. KEUCHEN. *Salſus* Cod. Leid.

88. SIVE MARIS RABIDI SUDOR, COCHLEAEQUE MINUTAE,] Id eſt maris ſpuma, quam *Alcionium* vocant. PICTOR. *Alcyonium*, ſive ἁλοσάχνη. CONSTANT. Legunt *rabidi*. Geſnerus *halos achnen* intelligit. WOLF. *Sudor maris rabidi*, alcionium eſt, ſive ſpuma marina. Gloſſae medicae: *ſudor*, ὕδωρ. *Sudor marinus*, θαλάττιον ὕδωρ, Lucretius libro II. 463.

*Sed quod amara vides eadem, quae fluvida conſtant,*
*Sudor uti maris eſt; minime id mirabile cuiquam.*

Idem libro IV. 1120.

*Scilicet & grandes viridi cum luce ſmaragdi*
*Auro includuntur; teriturque thalaſſina veſtis*
*Aſſidue, & Veneris ſudorem exercita potat:*

Male quidam librorum, *Sive maris avidi ſudor*, frigente metro. maria *rabire* dicuntur, cum fervent & aeſtibus attolluntur. πελαγί-

ζειν

Quarum contactu perimetur acerba libido.

# CAPUT VII.

*Phreneſi & Capiti Purgando.*

Ex vitio cerebri phreneſis furioſa movetur,
Amiſſaſque refert frendens amentia vires.

Sive

ξω id Graeci vocant. Herodotus: πελαγιζέσαις δὲ ταῖς ναυσὶ συνέβη τῆς πλάνης ἀμπεδῶναι. male Suidas πελαγίζουσαι interpretatur ἐν πελάγει πλανώσαις. Verſu ſequente *libido* docte pro morbo vel affectu ponitur. Sic traiate νόσον pro *libidine* Graeci uſurpant. Epicharmus apud Plutarchum: ὁ φιλαίθρωπος οὐ γ' ἐστί, ἔχει νόσον, χαίρει διδούς. Sic *libidinem garriendi*, id eſt, morbum dixit Arnobius. Seneca I. de Benef. *morbo ſuo morem geſſit.* KEUCHEN. *Maris avidi* Cod. Put. Leid. Reg. Ed. Vet. marg. Pith. & Gryph. *mari lavidus* corrupte Aldi & ejus filii. *rapidi* Humelb. omnia haec epitheta maris occurrunt apud alios Poëtas, hic autem *rabidum* non alienum videri poſſet, quia de ſpuma agitur. *avidum* vero dicitur, ubi de naufragio mentio fit. vid. Cl. Bentlej. ad Horat. I. Od. XXVII. 18. *rapidum* tamen magis placet, ut Ovidius & alii ſaepe vocant, quia ex incitato fluctu ſpuma oritur. ſic Ovid. II. ex Pont. II. 35. *qui rapitur ſpumante ſalo.* & hinc Tibullus I. II. 40.

*Is Venerem e rapido ſentiet eſſe mari.*

Venus vero e ſpuma maris orta, ut notum. unde male ibi *rabido* alii: per ſudorem maris ἅλος ἄχνη intelligunt interpretes, quam etiam commendat in alio incommodo Nicand. Alexiph. 516. vid. & Callim. Hym. in Del. 14. *ſudorem* maris apud Lucretium pro ipſa aqua, vel, ut alii, ſale capiunt docti. De *libidine* in hoc morbo vid. ad Grat. Cyneg. 408. Scalig. legebat *petigo*, quae vox & dubiae auctoritatis, & *impetigo* dicitur a medicis, de qua Salmaſ. ad Tertul. Pall. pag. m. 530. qui docet, ab *impetendo* dici. vid. inf. cap. XI. & Rhod. Lex. Scrib. in *libido*. BURM.

CAPITI PURGANDO. ] *Medendo* Cod. Leid.

90 EX VITIO CEREBRI PHRENESIS FURIOSA MOVETUR. ] Apud Juvenalem & Martialem *Phreneſis* legitur penultima producta, quaſi apud Graecos ſcripta ea vox habeatur φρένησις, cum tamen Graecis rectius ſit φρενῖτις. unde & Herm. Barbarus vocem illam corrupte cum ſcribi, tum legi apud dictos poëtas ſuſpicatur. CAESAR. Φρενῖτιν inſaniae ſpeciem eſſe perhibent auctores, & acuta febri cum dementia continua, ac capitis dolore vehementi adjuncto quoque apoſtemate. PICTOR. Incurrit hic vitium proſodiacum Serenus, quod obiter contra originem & veterum Poëtarum morem eſt obſervandum: Juvenalis XIV. 136.

——— *cum ſit manifeſta phreneſis.*

Alii verſum hunc legunt: *Ex vitio cerebri phreneſis fumoſa movetur.* Medici phrenetin definiunt, inflammationem membranarum cerebri, quae febrem acutam & mentis perturbationem inducit. Illud cerebri vitium eſt cauſa phrenitidis. Exinde febris acuta inducitur, & perpetua deliria ſuccedunt. Unde quidam definiunt perpetuum cum febre acuta delirium. Serenus: *Sive calens febris jactatos exedit artus.* Quo verſu pathognomonicum phrenitidis ſignum, febrem habet acutam: nunquam enim phreniticis abeſt febris, nec quidem ſine febre phreneſis definiri poteſt. Nam quae ſine febre, non φρενῖτις eſt, ſed μανία. Celſus libro III. cap. 18. *inſania, quae eſt acuta, & in febre eſt, Graeci φρενῖτιν appellant.* Lego: *quae & acuta in febre eſt.* non enim tam phrenitis acuta eſt, & in febre; quam in febre acuta. KEUCHEN. Latinos Poetas ſibi multum indulſiſſe in vocabulis origine Graecis, & variaſſe modum literarum & ſyllabarum docuerunt jam olim Scalig. Auſon. lect. II. cap. 21. Accurſ. ad Epig. XII. Schott. II. Obſ. 39. & praeter plures nuper doctiſſimus Markl. ad Stat. IV.

Digitized by Google

Sive calens febris jactatos excedit artus,
Sive meri guſtus, ſeu frigoris efficit aura,
Conveniet calidis pecudum pulmonibus apte
Tempora languentis medica redimire corona.
Illotis etiam lanis ſuffire memento.
Ceritum ſaepe horrendi medicantur odores,
Atque ideo ſanos etiam curarier eſt par.

Pur-

iv. Silv. iii. 59. attendebant enim magis ad accentus, quam ad literarum modos. BURMANN.

92 Exedit ] MSS. Codex legit pro *exedit*, *ederit*. WOLF. Parum referi, vid. ad Val. Flac. iii. 693. & v. 365. ſed quia ſequitur *efficit*, praeferrem *exedit*. IDEM.

93. Sive meri gustus, seu frigoris efficit aura, ] Quandoque enim capiti hic morbus abunde communicatur, & *παραφροσύνη* dicitur, hoc eſt delirium. *meri* hic pro ſtomacho accipitur. PICTOR. Inter externas phrenitidis cauſas etiam numerantur vini meracioris liberior uſus, ut & aquarum vitalium, quae maxime producunt phrenitides. Unde apud Moſcovitas & affines gentes, complures eo morbo laborant, propter earum aquarum uſum: & aromatum. Omnia ſub *meri guſtu* Serenus eſt complexus: ſed *geſtus* habuit avitus. KEUCHEN. *Afficit aura* Cod. Reg. non male. *ſive meri guſtus.* Ed. Venet. Lipſ. *guſtum* hic pro larga potione fumi manifeſtum eſt; nam guſtatum modo vinum Phreneſim inducere non puto. Pictorii explicationem *τοῦ meri* non intelligo. BURM.

94. Conveniet calidis ] Sic legit & Gryphii codex. At MS. & Collinaei, *convenit hic calidis.* WOLF. Ita & Edit. Venet. Ald. Lipſ. Caeſarii, Pictorii. *convenit e calidis* Cod. Reg. & Paderb. *convenit calidis* Putean. Conſtantinus deeſſe *ex* notavit, ante *pulmonibus*, *aptum* etiam Cod. Reg. non recte haec capio, & ſilent interpretes Medici, duo enim ablativi illi impediunt conſtructionem, *redimire tempora pecudum pulmonibus, medica corona.* niſi capias per appoſitionem, ut ex pulmonibus fiat ſpecies coronae medicae, quo caput adligatur. Plin. Medic. ii. 9. *Pulmo pecudis calidus circa caput adligatur. ſertum* vocat cap. i. noſter. BURM.

96. Illotis etiam lanis suffire memento. ] Impurgatis, quas ſuccidas medici vocant PICTOR. *Illotis*, id eſt, ſuccidis, nondum praeparatis. Gloſſae: *ſuccida*, *ἄπλυτος.* Melius *ἔρια οἰσυπηρὰ* vocavit Dioſcorides. KEUCHEN. *Sufferre* Leid Ed. Vet. Plin. Valer. iii. 9. *ſuffumigatio lanae ſuccidae prodeſt.*

97. Ceritum saepe horrendi medicantur odores, Atque ideo sanos etiam curarier est par. ] Alii propter verſum *cerritum* & *inſanos* CONSTANT. MS. Codex ſolus legit, *atque ideo inſanos etiam curarier par eſt.* WOLF. Divertit liber avitus ad hunc modum:

*Cerritum ſaepe horrendi medicantur olores,*
*Atque ideo inſanos etiam curarier eſt par.*

Antiqui codices paſſim conveniunt, ut ad margines editorum ſuorum viri docti notarunt. Sed illud *olores*, an *λῖπ' παλαιᾶς χαρᾶς*? fallor aut fuit: Veteres enim *olorem* pro gravi *odore* dixerunt. Gloſſae, *olor*, *πνοὴ ὀσμή.* Scriptus Virgilius iv. Georg. 49. *Aut ubi olor coeni gravis.* Vulgo: *odor coeni gravis.* Quod in manuſcripto Sereno paſſim legitur, & hic ſemel adnotamus. *Ceritum* etiam & *cerritum*, gemine veteres dixerunt. Nonius: *Cerriti & larvati male ſani, aut Cereris ira & larvarum incurſione, animo vexati.* Quae verba mire faciunt ad tertiam lectionem Poëtae medico reſtituendam: *Atque ideo inſanos.* Tres praeſides furoris erant apud antiquos: *Ceres, Luna, Bacchus:* inde *Ceriti*, *Lunatici*, *Bacchi.* Inde *ceritos vocarunt πάντας τοὺς πελῶντας τῇ ὀργῇ.* Gloſſae: *Ceritus*, *μαινόμενος.* Aliae: *ceritus*, *παιζιμμανής*, *παισμφάντος.* corrupte. repone *παισμφρενής.* Item *cereriti*, *δημητριόληπτοι.* Horatius ii. Sat. iii. 278.

Cer-

Purgatur cerebrum manſa radice pyrethri,
Unguitur & ſucis, dederit quos parva ſabucus,
Expreſſuſque hederae mandatur naribus humor.
Aut mixtum rutae cerebro inſtillatur acetum.

Non

*Cerritus fuit? an commotae crimine mentis*
*Abſolves hominem, & ſceleris damnabis eundem.*

Poëtae pro omni furioſo ſumunt, ut pro phrenetico Samonicus. KEUCHEN. *Cerratum* al. *cerritum* Cod. a Voſſio collatus, qui & *irſanos.* & hoc quoque Aldina. *cirratum* Ed. Vet. Lipſ. *Cerritum*, quaſi contractum ex *cereritum*, ſcribendum eſſe docet Dauſq. Orthog part. II p. 80. ſed Ed. Pith. aliter diſtinguit; *ſuffire memento ceritum: ſaepe &c.* & eo videtur Humelb. inclinare. nec male, ut puto. inſolentior enim conſtructio verbi *medicari.* quod noſter cap. XLVIII. cum dativo ponit, & cum accuſativo rei, non hominis poſuit Nemeſ. II. 28. *poſſet rabidos medicare furores*, & ita Scribon. Larg. *remediari aegrotos* ſaepe dixit. v. Rhod. Lexic. Morgagn. tranſponit verſum hunc poſt illum, *cura magis:* & in duas caput hoc partes dividit, de inſania curanda, & de capite purgando, quo ſani ab inſania defenduntur. non male. *ſuffire* vero recte ita conſtruitur. v. Broukh. ad Prop. IV. VIII. 84. praeterea, *atque ideo ſanos primum cur.* Cod. Leid. Ed. Vet. Humelb. qui exponit, cum jam initium apparet inſaniae. de *olore* quae obſervat Keuchenius, debet fere Barthio lib. XXXVII. Adv. 6. BURMANN.

99. PURGATUR CEREBRUM MANSA RADICE PYRETHRI,] *Manſa* hoc eſt, ea radice maſticata. PICTOR. *Pyrethri*, id eſt, ἀγριμωνίου. Nam ἀγριμώνιον, πύρεθρον. Gloſſae medicae Graecanicae: ἀντιμώνιον (lego ἀγριμώνιον) πύρεθρον. Dioſcorides ad mentem Sereni libro III. capite 86. περὶ πυρέθρου. ἄγει καὶ φλέγμα διαμασσώμενα. Perperam igitur viliores editi: *denſa radice pyrethri.* quae lectio nullatenus poteſt defendi. Marcellus cap. I. *Sed ſi per os magis detrahere humoris materiam viſum fueris, quia non ſine tormento quodam per nares ea diducitur; ſuadebimus pyrethri radiculam commanducare*, &c. & infra eodem capite: *radix pyrethri in ſole diu commanducata, etiam pituitam expellit.* cap. V. *Radix pyrethri in ſole commanducata, pituitam & humorem capitis patefacto ore depromit.* igitur *manſa radice* legendum, hoc eſt, maſticatâ. KEUCHEN. *Miſſa radice* Putean. Leid. & Voſſ. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *perethri* Putean. Heinſius in ora codicis corrigebat, *immiſſa* vel *tuſa.* ſed nihil mutandum; *mandere* pro *manducare* ſaepe occurrit. v. Rhod. Lex. Scrib. in *manducare.* BURM.

100. UNGITUR ET SUCIS, DEDERIT QUOS PARVA SABUCUS,] Dicitur & *ſambucus.* CAESAR. Ἡ χαμαιάκτη. Ejus folia olerum more coquuntur, ad pituitam bilemque phreneticis detrahendam. Medici diſtinguunt inter ἀκτῆς & χαμαιάκτης: inde merito dixit, *parva ſabucus.* KEUCHEN. Vid. ſupr. ad vſ. 50. *unguitur* ſcribendum, non *ungitur*, & ita *unguen*, *unguentum* & *unguentarius* dicitur. quas minutas eſſe obſervatiunculas fatemur: ſed eas medico non indignas credidit doctiſſimus Rhodius ad Scrib. comp. LXVI. quia hinc ineptiae Grammaticorum convincuntur, qui *ungentarium* diverſum faciunt ab *unguentario.* BURM.

101. EXPRESSUSQUE HEDERA MANDATUR NARIBUS HUMOR.] Legunt omnes reliqui *hederae.* WOLF. Marcellus cap. I. *Per nares ergo purgatur caput, iis rebus infuſis per cornu, quod Graece εἰσαγχύτης vocatur, hederae ſucco per ſe, vel betae ſucco cum exiguo flore aeris, vel cyclaminis ſucco mixto lacte, aut aquâ pari menſura.* Idem de ruta: *prodeſt & ruta cum oleo irino & exiguo aceto cocta, & tepide infuſa capiti*, id eſt, attractionis viâ infuſa. KEUCHEN. *Hedera* Ed. Vet. Humelb.

101. MANDATUR] Attractionis via. PICTOR. Plin. Valer. III. 9. aliter praeſcribit. *Hederae ramum cum ſuis foliis teres, adjiciens oleum, eumque cerebro ſuperfundet, & tempora unges.*



by Google

Non ſemper praeſens dolor eſt ſanabilis: ergo
Cura magis prodeſt venturis obvia morbis.

## CAPUT VIII.

*De Fluore Capillorum & Maculis Capitis Tollendis.*

Defluit expulſus morbo latitante capillus,

Si

102. RUTAE CEREBRO INSTILLATUR] *Crebro* Ald. & filior. *cerebrum* Ed. Caeſar. *ſtillatur* Pulean. Leid. Ed. Vet. Venet. Plin. Valer. III. 9. *ſuccus rutae ex aceto tritus & temporibus inſtillatus mire prodeſt.*

103 SANABILIS] *Saciabilis* Ed. Venet.

103 ERGO] MS. Codex ut & Gryphii pro *eſto* legunt *ergo*, Collinàei vero *aegro.* WOLF. *Eſto* Leidenſ. Ed. Vet. Venet. Humelb. Lipſ. *aegro* Caeſar. quod probat Heinſius. in Cod. Regio vetus lectio erat eraſæ deinde Heinſ. volebat, *cura mali prodeſt.* ſi *eſto* recipiatur, legerem ſequenti verſu, *cura tamen prodeſt.* vel *magis* explicandum, ut *potius* apud Rutil. principio: hoc ſenſu, quia ſanabilis vix eſt morbus, magis prodeſt cura obvia morbo, quam ſera, cum invaluerit morbus. BURM.

103. NON SEMPER PRAESENS DOLOR EST SANABILIS: ERGO CURA MAGIS PRODEST VENTURIS OBVIA MORBIS.] Sic Perſius III. 64. *venienti occurrite morbo:* in quam etiam ſententiam ita apud Ovidium Remed. 91. legitur.

*Principiis obſta: ſero medicina paratur,*
*Dum mala per longas invaluere moras.*

CAESAR. Non ſemper pars affecta ſanari poteſt, in omnibus fere morbis: juvat igitur προγνωστικὸν eſſe medicum, & curam adhibere morbis nondum ſupervenientibus: Sic infra cap. XLVI. VIPERINIS EXCLUDENDIS:

*Dicendum, & quae ſit praecox medicina timenti,*
*Cautio namque poteſt diros praevertere morſus.*

notum eſt illud Perſianum *venienti occurrite morbo*, quod indubie Serenus alluſit. Notandum autem *dolorem* hic pro parte corporis affectâ poni, quae dolet. Plinius Valerianus lib. I. cap. 2. *alligas anethum, ut de horto ſublatum eſt, decoquitur, ex oleo & ſucco ejus dolor ungitur.* Idem libro III. cap. 14. *Utiliter quoque dolor perungitur, in quâ ſunt decocta ranarum inteſtina.* KEUCHEN.

DE] Scriptum fuit in avito lemmate: FLUORI CAPILLORUM, ET MACULIS CAPITIS TOLLENDIS. IDEM. Ita Aldin. & Geſner. Codex, niſi quod *tollendis* deſit.

105. DEPLUIT EXPULSUS MORBO LATITANTE CAPILLUS,] Male *depluit*, pro *defluit*, in iis ſchedis exaratum. *Fluere* quippe capilli dicuntur, qui poſt morbum vel ante decidunt. Celſus lib. VI. cap. I. *de capillis loquor, qui poſt morbum fere fluunt.* Ammianus Marc. XXX. 5. *ad imbecillitatem firmandam fluentium capillorum.* Sic *fluor*, ῥεῦσις τῶν τριχῶν Alexand. Trallian. lib. I. cap. 2. Non autem tam latitante, quam praecedente morbo, capilli defluunt. hoc indicium eſt medicum προγνωστικὸν ἐμπειρικὸν habes apud Aſtrampſychum:

Τρίχας πεσοῦσαι, κίνδυνον φῆμι μέγαν.

KEUCHEN. *Defluit* eſt in omnibus, quos vidi, codicibus. Ovid. VI. Met. 140.

*— extemplo triſti medicamine tactae*
*Defluxere comae*

nam *defluere* & *fluere* ſaepe eſt in terram labi, decidere. vide notas ad Ovid. III. Amor. II. 14. Celſ. II. 8. *ſi quis etiam in eo morbo diutius traxit, noi capilli fluunt.* Plin. XXVII. 4. *capillum fluentem continet.* & XXVIII. 9. *medetur & capillo fluenti.* & ita paſſim. BURMANN.

106.

Si raro lavitur, ſeu vis epota veneni,
Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis,
Eximium capitis tactu dejecit honorem.



106. SI RARO ABLUERIS, SEU VIS EPOTA VENENI, ] Legunt ceteri, *ſi raro lavitur*. WOLF. Stephanus *eluitur*, pro *lavitur*, ad oram editionis ſuae notavit. Barthius: *ſeu raro lavitur*, putat legendum. Sed recte inter has cauſas venenum epotum, & Salamandrae contactum habet Serenus. *Vim* autem *veneni* pro veneno dixit Dioſcorid. τ̃ φθοροποιοῦ δυνάμεως κατεξηραμμένης τ̃ σωμάτων. Sic *vis frigoris*, capite ſequenti: *Saepe ita pervadit vis frigoris, ac tenet artus*. Sic *vis animi*, *vis morbi*, & alia apud Lucretium: quod antiquum eſt & Poëticum. Putabant etiam ſalamandrae contactu defluere capillos. τὸ δ' ὕγρον αὐτῆς ψιλοῖ τὰς τρίχας, Schol. Nicandri. *Dejecit* eſt optima lectio, ſed *decuſſit* in libro chirographo: ut apud Petronium Lycas cap. LVII. *quae Salamandra ſupercilia tua excuſſit*, ubi perperam *exuſſit* quidam ſubſtituêre. Plinius lib. x. cap. 67. *Salamandrae ſanie, quae lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili: idque, quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat.* Credebant autem, ſalamandram non poſſe uri: inde dixit ex erronum opinione, *nulliſque obnoxia flammis*. Nicander Theriacis 820.

Ἥ τε καὶ ἀσβέστοιο δι' ἐκ πυρὸς οἶμον ἔχουσα
Ἔσσυται ἄκμητος καὶ ἀνώδυνος.

Sed aliter Galenus libro περὶ κρασ. γ. ὡς γὰρ καὶ ἡ σαλαμάνδρα μέχρι μέν τινος ὑπὸ πυρὸς οὐδὲν πάσχει. Κατακαίεται δ' εἰ ἐπὶ πλείονι χρόνῳ τῷ πυρὶ πλησιάσειεν. Idem περὶ συνθέσεως φαρμακ. τ̃ κατὰ τόπους δ'. Σαλαμάνδρας κεκαυμένης τὴν σποδόν. Vide Dioſcoridem libro II. cap. 67. περὶ σαλαμάνδρας. KEUCHEN. *Lavitur* eſt in omnibus fere. *eluitur* in ora Conſtant. Edit. & Cod. Voſſ. *ſeu raro ablueris* Humelb. & deinde, *ſaevis epota venenis* Leid. Ed. Ver. *ſeu vis epota veneni eſt* Ald. Humelb. Caeſar. Barthius etiam lib. XXVI. Adv. 27. volebat *ſeu raro lavitur, ſeu vis*, quo minime opus eſt. vide, quae diximus ad Val. Flac. I. 100. & Ovid. IV. ex Pont. I. 3. lavationem Humelb. intelligit capitis & capillorum; neſcio, an non de balneo capiendum, ut ſupra VI. *Illotus ſudor.* viderint medici. de Salamandra vid Rhod. ad Scrib. Larg. comp. CLXXXVII. BURM.

107. SEU SALAMANDRA POTENS, ] Si virus ſalamandrae, quod ore vomitur, hominem aliqua parte tetigerit, ſtatim ejus pili defluunt, Plinio teſte. Martialis vetulae ſic imprecatus eſt.

*Hoc ſalamandra caput, vel ſaeva novacula nudet.*

Huic animali tantum ineſſe rigorem idem auctor ſcribit, ut ignem non alio modo, quam glacies exſtinguat, lib. x. cap. 67. PICT.

108. EXIMIUM CAPITIS TACTU DEJECIT HONOREM. ] *Honorem* venuſte vocat, quem Graeci κόσμον. Clemens Alexandrinus: τρίχες κόσμος τ̃ σώματος. Inde calvi vocabantur ἄκοσμοι, teſte Polluce lib. II. Leucippus lib. VIII. συνάλγησαι τ̃ κεφαλῆς τὸ κάλλος τ̃ κουρᾶς ὁρῶν. Simile quid legitur apud Achillem Tatium lib. VIII. Syneſius in Hymn.

Ἐρίζω δ' ἄγαλμα χαίτη
Καθειργμένον τινάσσεται.

Ambroſius hexaëm. VI. *Tolle arboribus comam, arbor ingrata eſt: tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flacceſcit.* Eumolpus apud Petronium de calvo: *ſcito, jam capitis periiſſe partem.* Hinc radi & tonderi, apud pleraſque gentes erat ignominioſum. Philoſtratus de vita Apollonii libro VII. ἄρξασθαι τὸ ἐνθένδε τ̃ ἐς τ̃ ἄνδρα ὕβρεως, γένειόν τε ἀποκείρας αὐτοῦ, &c. Inde κουρὰ & ἀποκάρσεις poenae nomine adhibebantur ad ignominiam. Harmenopulus lib. VI. §. 18. τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος ἐξοριζέσθω. Vide eundem tit. V. §. 18. tit. VII. § 10. & alibi paſſim. KEUCHEN. Ita Valer. Flac. IV. 551.

— *Tam largus honos, tam mira ſenectae*
*Majeſtas infuſa.*

Idem VI. 61.

——— *cui candidus olim*
*Crinis ineſt, natale decus.*

plura vide ad Petronii illa cap. CIX.

*Quod ſolum formae decus eſt, cecidere capilli.*

BURM.

*Seu calamiſtra, rudes inflectere docta capillos,*
*Radices ſterili faciunt torpere calore.*
Nonnumquam variant maculae, parviſque parumper
Orbibus adſperſum ducit nova vulnera tempus:
Vipereae pellis cineres his addito rebus,
Roboreasve pilas urſino jungito ſevo:

Vel

109. NONNUMQUAM VARIANT MACULAE,] Is morbus eſt ὀφίασις. CONSTANT. Non interdicto de vi erant ejiciendi gemini verſus, qui in membranis comparuerunt, avitis & Barthianis.

*Seu calamiſtra rudeis inflectere docta capillos*

*Radices ſterili faciunt torpere calore.*

Quos cur τοῦ ποιητοῦ eſſe negemus, nec ego video. Capilli enim, qui continuo uſu in cincinnos criſpantur, facile, adurente calamiſtro, corrumpuntur; aut radicitus, deficiente juſto nutrimento, ſoluti defluunt & expelluntur. Male fecerunt curatores editionum, qui pro ſpuriis eoſdem amoverunt. KEUCHEN. Hos verſus Barthius exhibet lib. XXVI. Adv. 27. nec indigni videntur Poëtae noſtro. *rudes* eleganter vocat, qui natura ſua recti, nec in cincinnos flexi, quomodo *dociles* contra vocat Ovid. I. Amor. XIV. 13. & poſtea.

*Erudit admotas ipſe capillus acus.*

Ceterum de calamiſtro omnia ſunt obvia. formam capillorum inflexorum calamiſtro videre poteris in gemma apud Leonard. Aug. tom. I. 9. *veru* vel *verutum* vocat calamiſtrum vetus commentator Horat. I. Sat. II. 98. ex tota vero illa Ovidii elegia patet, capillos ferro & igni & medicaminibus periiſſe puellae. BURM.

111. PARVISQUE PARUMPER ORBIBUS ADSPERSUM DUCIT NOVA VULNERA TEMPUS:] Eleganter *ophiaſin* deſcribit hiſce verſibus, inquit Mercurialis, in quibus fruſtra Barthius eſt, qui *ducit*, *haurit* exponit. Non enim *hauriri* vulnera dicuntur, quae tractu temporis *ducuntur*. *ducere vulnus*, ut *ducere colorem* apud Virgilium:

*Duceret apricis in collibus uva colorem.*

Scribonius Largus cap. LV. *Salamandra quibus data eſt, lingua exaſperatur, corpus invalidum fit. praeter hoc torpet rigoribus quibuſdam, & livoribus quaſi maculis variatur.* KEUCHEN.

113. VIPEREAE PELLIS CINEREM HIS ADDITO REBUS,] Haud ſcio, unde adoram editionum, *cinerem bis apponito rebus:* niſi forte à conjectura Pithoei, qui verſum ſic fere pedibus ſuis reſtituit & reconcinnavit. Scribunt membranarum auctoritate:

*Vipereae cinerem pellis bis addito rebus.*

Sic nos in avitis, Barthius in Baſilienſibus invenit, nec quicquam mutandum cenſet, quamvis adhuc aures radat tenebrionum neglecta vulgatae proſodiae ratio. Etiam illi falluntur, qui reponunt; *bis addito morbis*; quod gloſſam olet veterem ſcripturam exponentem. Forte reſtituendum: *bis aſpergito rebus*. Marcellus: *ex pelle viperarum cinerem facies, atque aſſidue illic aſperges. emendabis ſine morâ vitium.* IDEM. *Apponito* erat in Paderborn. quod ſatis ſe tueri multis noſtri auctoris locis poteſt, ſed *vipereae pellis cineres bis addito rebus* Leid. Ed. Vet Humel. Ald. *cinerem bis addito morbis* Conſt. margo. *cinerem bis aſponito rebus* Ed. Venet. Lipſ. Plin. Valer. lib. I. 6. *cinere pellium viperarum* (in margine *vulpinarum*) *ſparſo celerrime emendantur.* unde Keuchenii emendatio poſſet firmari. ego ſecutus ſum Aldum. *addere* enim ſaepe noſter utitur, pro *immittere*, *adſpergere*, *apponere*, (quibus verbis etiam ſaepe utitur) loco adfecto. ut cap. XV.

*Ure fimum muris, patulis & hiatibus adde.*

cap. XXVI.

*Quae vix paſſuris urentes addito membris.*

Ex quo loco pro *rebus*, hic etiam *membris*, quod in *morbis* tranſiit; forte poſſet ſcribi. BURM.

114. ROBOREASVE PILAS URSINO JUNGITO SEVO:] Sic etiam impreſſa exemplaria. manuſcriptum vero, *urſinove ungito ſevo.* WOLF.

115 Vel teſtudineo mala permulceto cruore.

# CAPUT IX.

## *Humoribus & Perfrictionibus Medendis.*

Saepe ita pervadit vis frigoris, ac tenet artus,

Ut

WOLF. Gallas intelligit, quercuum poma. PICTOR. Summo jure doctiſſimi viri conqueruntur ſupra tot ac tam variis in hoc opuſculo lectionibus; quarum ne tertia pars quidem in Celſo, ceteriſque medicis anterioribus occurrit. Plenae vitiorum membranae, plenae differentiarum ſchedae, pro deſcribentium diverſorum, aut imperitorum judiciis intruſae, prout arripiebantur. Quod hoc tandem loco liber avitus facit, ut magis ſciam. Scriptum in illo:

*Roboreoſve pilos cervino jungito cornu.*

Ex quo refingi poſſet, ſi ludibriis danda venia, ſenſus in diverſum inclinans, quam medici praeſcripto conducit. Ab antiquis etiam cornu cervinum roborandis capillis adhibebatur: Saepius ejus Marcellus & alii meminerunt, qui ſcobem de cornu cervino praeſcribunt. *Roboreos* autem, pro *roborandos* eſt poſitum; ut intelligantur pili cervino cornu confirmandi, ne ſubinde defluant. Hoc ridiculum foret, ſed arbitrario jure ex Orpheo defendam, cujus hi verſus exſtant, ΠΕΡΙ ΚΕΡΑΤΟΣ ΕΛΑΦΟΥ.

> *Αἰεί τοι θήσει λασίην ἐπὶ κράατι λάχνην,*
> *Εἰ καὶ ψεδνοκάρηνος ἔοις. εἰ γάρ μιν ἐλαίῳ*
> *Τριβόμενον τρίβοις κροτάφους πάντ' ἤματα σοῖο,*
> *Αἱ δὲ νέαι περὶ βρέγμα τεὸν τρίχες ἀνθήσουσι.*

Hanc expoſitionem meam cum prius approbaſſem; didici tandem eâ deſiſtere, & meliorum medicorum conſilio ſapere. Dioſcorides libro II. cap. 94. ubi vim adipum exponit, urſinum raptos vitio alopeciae capillos reſtituere tradit: *τὸ ἄρκτειον δοκεῖ τριχοφυὲς εἶναι ἀλωπεκιῶν, καὶ χιμετλιῶσιν ἁρμόζει.* Haec mens eſt verborum Sereni, cum eo verſu pilas roboreas urſino ſevo jungendas praeſcribit, & eo medicamento cutem capitis permulcendam & ungendam ſaluberrime praecipit. Marcellus cap. 6. *roboris pilulae, quae gallas ſimulant, cum adipe urſina tritae emendant alopecias. Pilas*, non *pilos*, *τὰ σφαιρία* vocat Graecorum, *pilulas* cap. XXI.

*Aut platani pilulas acri infundemus aceto.*

Gloſſae: *pila, pilula, τολυπώτιον*. Gloſſae medicae: *σφαιρίον, orbiculus, globulus, pilula.* Sic *σφαιρία τῶν κορύμβων*, acini corymborum vocantur, *σφαιρία τῆς κυπαρίσσου*, globuli cupreſſi, & ſimpliciter *σφαιρία* eadem notione apud Dioſcoridem. KEUCHEN. *Urſino ungito ſaevo* Putean. Ed. Lipſ. Venet. *urſinove ungito* Ald. & Geſneri Codex. *urſino innungito ſevo* manus docta in ora Edit. Aldi filiorum. Plin. Valer. I. 6. *roboris pillulae cum adipe urſino tritae emendant.* vid. Inf. cap. XV. *roboreas* hic in Cod. Reg. de Pila & Pilula v. Rhod. Lex. Scribon. in *Pilula*. vid. & cap. XIX. BURM.

115. VEL TESTUDINEO MALA PERMULCETO CRUORE.] MS. Codex.

*Seu teſtudineo mage permulceto cruore.*

WOLF. Supra PORRIGINI DEPELLENDAE:

*Prodeſt & tarda demptus teſtudine ſanguis.*

*Mala* autem venuſte dicuntur partes affectae & infectae. Unde & pro morbo contagioſo ſumunt Poëtae:

*— clauſaeve malum fecêre paludes.*

KEUCHEN. Verba haec ex Gratii Cyneg. 53. huc parum faciunt, ut apparebit ex notis ad illum locum: ſed *mala* de parte affecta jam explicuit Barth. ad Grat. 412. unde & priorem locum incautus nimis Keuchenius ſumpſit. *promulceto* Lipſ. Caeſ. & Pict. *mage* Ald. & Pictor. BURM.

HUMORIBUS &c.] MSS. tantum praeponit *frigori ſedando*. WOLF. De *humoribus & perfrictionibus medendis*, id eſt de humoribus

Ut vix quaeſito medicamine pulſa recedat.
Si ranam ex oleo decoxeris, abjice carnem,
Unguine membra fove. parili ratione valebit
Urticae ſemen, perceptaque frigora vincet.
Et cervina poteſt mulcere medulla rigorem.
Decoctum raphani ſemen cum melle vorabis,
Sive fel urſinum tepefacta dilue lympha.

Pro-

bus perfrictis, hoc eſt congelatis frigoris vi. CAESAR. *De congelatione aut frigori ſedando.* Pictor. Alii libri variant in lemmate, leguntque: DE CONGELATIONE, AUT FRIGORI SEDANDO. KEUCHEN. *Perſtrictionibus medendis* Ed Vet. Venet. *& frictionibus* Cod. Reg. *frigori ſedando* Ald.

116. SAEPE ITA PERVADIT VIS FRIGORIS, AC TENET ARTUS,]. *Vis frigoris*, ut *vis veneni*; quod ſupra notamus. Infra UVAE MEDENDAE.

*Aegreſcunt teneræ fauces, cum frigoris atri Vis ſubiit.*

& alibi: *muris violentia caeci.* Agellius lib. XIX. cap. I. ubi de timore algifico (quem Ariſtoteles vocat ψυχροποιητικὸν) *qui vi frigoris ſanguinem caloremque omnem de ſummâ corporis cute cogat penitus & depellat.* Latini *frigus & rigorem* appellant, vitio corporis contractum catarrhum, aut humorem vitioſum. Sic Samonicus, ſic Plinius Valerianus, libro I. cap. I. *Caput ſi flegmate aut frigoribus plenum fuerit, aut catarrhus obtinuerit; mittas in ollam rudem ſapae ſextarios duos.* Eſt ergo nomen medicum peculiaris capitis affectus. KEUCHEN. In Pithoeana vitio operarum erat, *ſaepe vita pervadit.* in Leid. *ſaepe pervadit ita vis.*

117. QUAESITO] Id eſt praeſtantiſſimo, efficaciſſimo, arte & cura invento. Petron. CXIX. *Quaeſitus tellure nitor.* ſic *quaeſitus candor.* Propert. III. 24. ubi vid. Paſſerat. Juſt. II. I. *priuſquam locorum vitia quaeſitis arte remediis mollirentur.* BURM.

118. SI RANAM EX OLEO DECOXERIS, ABJICE CARNEM, MEMBRA FOVE.] *Ex oleo*, ἐν ἐλαίῳ, pro *in*, vel *cum oleo.* Plinius Valerianus libro III. cap. 6. *Ranae nihilominus in trivio decoquentur cum oleo, carnibuſque earum projectis, oleo utantur ad unctionem.* KEUCHEN.

119. FOVE, PARILI PELLET] Caetera exemplaria legunt, pro *pelles*, *ſanat.* WOLF *pelles ratione rigorem* Leid. Ed. Vet. *ſanat ratione vigore* Venet & Lipſ. *Unguine membra fove. parili ratione valebit Urticae ſemen* Cod. Voſſii & Ald. *pellet* Humelb. reliquae *ſanat*, quae vox tamen deerat Regio Cod. Quia mox *rigorem* repetitur, Aldina lectio mihi praeferenda videtur, & *valere* & *valida* dici medicamenta vidimus ad Grat. Cyn. 365. inf. cap. XII. *divinaque cura valebit.* & ſaepe. *Urticae ſemen* etiam Regius. BURM.

120. URTICAE SEMEN, PERCEPTAQUE FRIGORA VINCIT.] Nihil mutamus. Libri quidam, *praeceptaque.* non etiam male. KEUCHEN. *Vincis* Putean. Voſſ. Ed. Vet. *vincet* Ald. *percepta* hic non mutem; ſunt enim, quae pervaſere & penetraverunt artus. vid. ad Grat. 388. *praecepta* codex Regius. BURM.

121. ET CERVINA POTEST MULCERE MEDULLA RIGOREM.] *Medullam* vocat, quam Graeci στέαρ ἐλάφειον, adipem cervinum. Infra cap. XXV.

*Prodeſt cervinae vehemens natura medullae.*

Dioſcorides gemine dixit libro II. cap. 91. στέαρ ἐλάφειον, ἢ μυελόν. Sic *medullam* pro cerebro dixerunt, de quo nos infra latius. KEUCH.

122. VORABIS,] *Rigabis* m. pr. Cod. Reg.

123. SIVE FEL] *Seu fel* Cod. Reg. praeterea Conſtant. in marg. habet *lympha*, quod cum nihil differat a contextu, aberravit forte manus typographi, & *nympha* voluit Conſtantinus. ut cap. XIX. pro *lymphis* in Leid. erat *nymphis.* BURM.

124.

Proderit hoc potu: ſeu caſſis oſtrea teſtis
Uſta dabit cinerem, qui pro ſale ſumptus in eſcis
Decutiet gelidum calefacto verticę virus.
Nonnullus liquidum ſumit, mulſumque ſinapi,
Atque palato agitat, pariter retinenſque, vomenſque
Allia

124. CASSIS ] Id eſt *vacuis*, PICTOR.

124. OSTREA ] Feminino genere dixit. quo etiam genere nomen ipſum uſurpatum eſt, cum ab Aul. Gellio, tum a Macrobio. CAESAR. Dicimus *oſtrea* & *oſtreum*. Servio teſte ſuper primum Georgicorum vſ. 207. PICTOR. *Uſta dabunt cinerem* Conſtant. margo.

124. PRODERIT HOC POTU: SEU CASSIS OSTREA TESTIS USTA DABIT CINEREM, ] Scribe libris adſtipulantibus:

*Proderit hoc fotu: ſeu caſſis oſtrea teſtis*
*Uſta dabunt cinerem.*

Non enim hic fella ad potum, ſed ad externum unguentum adhibentur. *Seu caſſis oſtrea teſtis: tectis* legit optime liber avitus. Alibi Serenus:

*Aut tres ex vino cochleas ferveſcere coges,*
*Cumque ſuis domibus franges.*

*caſſa tecta* ſunt, τὰ χηραμίδων τμήματα. Solinus appellat *retentas conchyliorum*. KEUCH. Ita *fotu* pro *potu* inf. cap. LIV. *fotu* etiam margo Conſtantini: neſcio vero, an hic non *potu* ſit praeferendum, quia praeceſſit *dilue lympha*. de *medulla* vid. ad Ovid. III. Art. 215. *uſta dabunt* marg. Conſt. male. Chariſ. lib. I Inſt. Gr. pag. 42. *Haec oſtrea feminino genere ſingulari numero, an hoc oſtreum neutrale dicendum ſit, quaeritur, & dicenda haec oſtrea feminine, ſingulari numero. Quod ita ab eruditis non vane adnotatum eſt, nullius animalis ſpeciale nomen inveniri, quod neutrale ſit.* & Cledonio teſte in arte pag 1897. *oſtrea* primae declinationis ad animans refertur, *oſtreum* ad teſtam. BURM.

125. IN ESCIS ] *In eſcas* Leid.

126. DECUTIET GELIDUM CALEFACTO VERTICE VIRUS. ] Scriptus avitus & ora Stephani, *diſcutiet*: quodque & aliae membranae cognoſcunt, quae typis excuſos praeceſſerant. *virus* autem proprie eſt humor fluens. Gloſſ. Cyrilli. γυιὰ ἀνθρώπου, *virus*. KEUCH. *Diſcutiet* marg. Conſt. *decutit gelidum* Venet. *decutit & gel.* Putean. *deducit gel.* Ed. Lipſ. Caeſar. Pictor. *tepefacto vertice* Ed. Venet. Lipſ. Ald. Caeſar. Pictor. *virus* pro ſemine ſumi docuit Barth. ad Stat. I. Silv. IV. 104. & de quolibet naturali humore ille & alii. vid. & ad Grat. 355. BURM.

127. NONNULLUS LIQUIDUM SUMIT, MULSUMQUE SINAPI, ] Sic etiam impreſſus. manuſcr. legit *fugit*. WOLF. Perperam: lege & diſtingue,

*Nonnullus liquidum ſumit mulſum, atque ſinapi.*

Marcellus Emp. cap. I. *Bene facit & ſinapi, ex aceto tritum, ſed non exeaſtratum, gargarizare, trium cyathorum menſura, admixta mellis libra una: detrahit enim & haec compoſitio largiter pituitam.* cap. V. *mellis & ſinapis triti aequaliter mixtae partes tepefiunt, & humor multus è capite poſt longam gargarizationem deducitur.* KEUCH. *Subit* Cod. Reg. unde Heinſ. *glubit, nonnullos l. ſubiit* Ed. Venet. Lipſ. *ſorbet* Cod. Voſſ. *ſummit, mulſumque, ſinapique* Ald. *mulſum atque ſinapi* marg. Conſt. *ſumit* non moveo. id enim ſaepe de medicamentis, quae potamus, dicitur. vid ad Ovid. III. Art. 211. & Rhodii Lex. Scrib. BURM.

128. ATQUE PALATO AGITAT RETINENSQUE VOMENSQUE ] Gryphii Codex hoc in loco mancus, legi. enim, *Atque palato agitat, retinenſque vomenſque.* At in MS. aliter ſic. *Atque palato agitat pariter retinenſque movenſque.* WOLF. Id eſt γαργαρίζει gargarizat. περιθερμαίνει dixit *palato agitat*, vel ſi mavis ἐρευγμοῖς. CAES. Quis mutilum verſum pedibus ſuis reſtituet? Liber avitus:

*Atque palato agitat retinenſque id, idque vomenſque.*

Pictorianus: *pariter retinenſque vomenſque.* Alii Stephano inſpecti, *retinenſque idque vomenſque*: & ſane alterutrum *id* redundat. Ejuſ-

Allia nonnulli mandunt, oleive liquore
Perfundunt calido cerebrum, naſique latebras:
Quidam lactucae credunt prodeſſe ſapores.
Curandi modus hic & ſuavis, & utilis idem eſt.

## CAPUT X.

*Elephantiaſi Propellendae.*

Eſt elephas morbus, triſti quoque nomine, dirus,

Non

juſmodi verſus, in quibus extra poëſin peccari ſolet, quandoque ſolennes ſunt apud hunc Samonicum. KEUCH. *Palatoque agitet pariter ret. movenſque* Putean. Paderb. & Reg. niſi quod ille *agitat. idque palato* marg. Conſt. *atque palata agitat* Ed. Pictor. *pollutum ore agitat* Leid. Ed. Vet. *movenſque* etiam Ald. & Conſt. marg. Scaliger legebat,

*Verſatumque palato agitat, retinenſque vomenſque.*

ſenſus eſt, non imbibens, ſed verſatum ore, deinde evomens. vid. ad cap. XI. BURM.

129. MANDUNT ] *Mandent* Putean. Reg.

129. OLEIVE LIQUORE PERFUNDUNT CALIDO CEREBRUM, NASIQUE LATEBRAS.] Κοινῶς πᾶν ἔλαιον δυσπεριψυκτον φυλάσσει τὸ σῶμα, ἑτοιμότερον πρὸς τὰς ἐνεργείας ποιεῖ. Dioſcorides. KEUCH.

131. SAPORES ] *Sopores* Leid.

132. CURANDI MODUS HIC ET SUAVIS, ET UTILIS IDEM EST. ] Ex praecepto medicorum dixit, quorum eſt curare cito, tuto, & jucunde. KEUCH.

133. EST ELEPHAS MORBUS TRISTI QUOQUE NOMINE DIRUS, ] Hoc genus morbi ita appellatum eſt a ſimilitudine cutis Elephantorum, videlicet quod, qui eo vitio laborant, cutem habent ſimilem elephantorum cuti: vulgus medicorum Lepram vocat, cum tamen lepra aliud ſit corporis vitium ab *Elephantiaſi*, ſive *elephante*, ſive *elephantia*, quo modo Celſo dicitur. CAESAR. ἐλεφαντίασις morbus eſt ex humore melancholico, quo corpus multis maculis ſquamiſque induratum deformatur, ad modum cutis elephantis, & eſt ſpecies leprae. PICTOR. Sic habet conſenſus omnium fere librorum: Scriptum tamen fuit in noſtro avito:

*Eſt elephas morbus triſtis, quoque nomine dirus,*

quae lectio cum multo venuſtior ſit, neſcio, cur non poſtliminio reſtituenda. Non ſolum elephas triſtis & horrendus morbus eſt, ſed ipſo quoque nomine ἐλέφαντος dirus & longe graviſſimus. Auctor definitionum medicarum, quae Galeno tribuuntur, ita eum morbum deſcribit: ἐλέφας ἐστὶ πάθος, παχὺ τὸ δέρμα καὶ ἀνώμαλον παρασκευάζον, καὶ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν. ἀναξηραίνονται δὲ χειρῶν καὶ ποδῶν τὰ ἄκρα. καὶ ἰχῶρα ἀφίησι πελιδνὸν, καὶ δυσώδη. Sic non modo triſtis, ſed & moleſtiſſima eſt & turpiſſima elephantiaſis, *turpans infandis ora papillis*. Eum ſecutus eſt Avicenna, cum primo canone dixit eſſe affectiones, quae cum morbi non ſint, ſed potius dedecora, morbis tamen annumerantur. Alii *elephantum*, ἐλέφαντα, alii ἐλεφαντίασιν appellarunt. Gloſſae medicae, ἐλέφας ἢ ἐλεφαντίασις. Aliae: *elephantiaſis*, ἐλεφαντία: A ſimilitudine nimirum illius animalis, ut Galenus in Hiatro teſtatur: τὸ γὰρ δέρμα τῶν ἐν τῷ πάθει τούτῳ κατεχομένων παχύτερόν τε καὶ σκληρότερόν ἐστι, ἐμφερείαν ἔχον πρὸς τὸ τῶν ἐλεφάντων δέρμα, &c. Eodem modo verſus hic exhibetur apud Manardum lib. 11. epiſtola prima medicin. quo, ex avito libro eum reſtituimus. KEUCHEN. *Morbus triſtis* Cod. Reg. Ed. Venet. Lipſ *numine dirus* Putean. Leid. *elephans* Cod. Reg.

134.

Non ſolum turpans infandis ora papillis,
Sed cita praecipitans funeſto fata veneno.
Huic erit adverſus cedri de cortice ſucus,
Muſtellaeque cinis, vel fuſus ſanguis ab illa.
Nonnulli dixere ſerum prodeſſe bibendo,
Mentaſtri folium potu adpoſituque ſalubre eſt.
Nec fruſtra bulbos & ſulphura jungis aceto,
*Qui cupis horribiles ad priſtina reddere vultus.*
Praeterea nitrum debes cum melle jugatum

Spar-

134. Non ſolum turpans infandis ora papillis,] *Papillas* vocat eas papulas, quae ſumma parte corporis elephantiaticis accidunt. Celſus libro III. de ejus curatione: *ſumma pars corporis crebras maculas, crebroſque tumores habet.* Gloſſae: *papillae: papulae, puſtulae.* medicae: *papulae*, ἐξανθήμασι, ἐπαναστήμασι, ἀνθύμασι. Quae tamen raro Graecis confunduntur. *Tumores iſti*, qui in fronte apparent, ſimiles ſunt cuti flexili ſuperciliorum leonis. Exinde Archigenes λεοντίασιν, appellari ſcribit ἐλέφαντα, quemadmodum habet Aëtius. KEUCH.

135. Sed cita praecipitans funesto fata veneno.] Legunt *cita* MS. & Gryphii codex. WOLF. Non, *cito praecipitans:* quod ineptum eſt. KEUCH. *Cito* Ed. Vet. Caeſar. Pictor. *funeſta fata* Ed Vet. Venet.

136. Huic erit adversus cedri de cortice sucus,] Dioſcorides de cedria: I. 105. ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας ἐναλειφομένη. IDEM. *Viſci de cortice* Leid. Ed. Vet. Lipſ, vid. ad cap IV.

137. Mustellaeve] Legunt *Muſtelaeque cinis.* WOLF. *Muſtelaeve* Ed. Vet. *muſtellae* edunt fere omnes. *cinis & ſanguis* debent intelligi mixti inter ſe, quibus illinuntur, ut Plin. Valer. II. 79. quare Humelber. hic *vel* ſumit pro etiam, ut apud Virgil. VIII. Ecl. 69.

*Carmina vel coelo poſſunt deducere lunam.*

ubi v. Serv. & inf. cap. XII. 178. ubi meliori jure ita explicatur. BURM.

138. Nonnulli dixere serum prodesse bibendo.]. Quod multo potentiſſimum ad purgationes redditur. Dioſcorides I. 76. περὶ ὀῤῥοῦ γάλακτος· δίδοται δ' ἐφ' ὧν δίχα θερμότητος ὑπάγειν βουλόμεθα τινὰς, ὡς ἐπὶ μελαγχολικῶν, ἐπιληπτικῶν, λέπραις, ἐλεφαντιάσεως, καὶ ἐξανθημάτων τῶν περὶ ὅλον τὸ σῶμα. KEUCH.

139. Mentastri folium potu adposituque salubre est.] Nam ἐστιν εἰς τ' ἐν ὑγιεία χρῆσιν εὔθετον Dioſcor. III. 42. Mentham ſilveſtrem ἄγριον ἡδύοσμον Graeci vocant. Latini *mentaſtrum.* Plin. libro XIX. cap. 8. *mentae nomen ſuavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui mintha vocaretur, unde veteres noſtri nomen declinaverunt.* Serenus autem τ. βαλσαμίνην intelligit: ἥ τις ἐστὶν ὁ μακρόφυλλος ἄγριος ἡδύοσμος. Marcellus: *mentaſtri folia commanducata, vel contrita appoſita elephantioſis medentur, cedro quoque tabes illa aſſidue peruncta ſanatur.* Obiter emendandae ſunt gloſſae medicae: βαλσαμῖτις (male: lego βαλσαμίτα) ὁ μακρόφυλλος ἄγριος ἡδύοσμος. IDEM. *Potu appoſitaque* Putean. male inf. XXIII.

*Aut hederae ſucus potu appoſituque juvabit.*

vid. ſupr. vſ. 113. & ſaepe alibi. & ita *appoſitu guſtuque* cap XXVII. BURM.

140. Nec frustra] In impreſſis codidicibus praetermittitur verſus ſequens, qui in MSS. codice hinc mox ſubjungitur, in hunc modum,

*Qui cupis horribiles ad priſtina reddere vultus.*

WOLF Legitur in Voſſ. Cod. & Paderb. & in Aldina Ed pro *bulbos* alios *ſquillas* habere notavit Voſſ.

140. Aceto] *Aceti* Putean.

142. Nitrum] *Merum* Putean. Plin. Valer. II. 57. *Nitrum ex melle & lacte bubulo tritum faciem purgat & erugat.*

143. Spargere lacte bovis, varias sic ungere frontes.] *Varias* venuſte adjunxit ob variantes maculas & tumores. Immo *varii*



pro-

Spargere lacte bovis, varias ſic unguere frontes.
Ceruſſam, & chartam, quam gens Aegyptia mittit,
Tunde ſimul, miſceque oleum, quod flore roſarum
Conditum eſt: line ſic faciem, ſic redde ſalutem.

# CAPUT XI.

*Cutis & Faciei Vitiis Propellendis.*

Invida ſi maculet faciem lentigo decoram,

Nec

proprie dicebantur, qui in fronte diſparebant. Cicero apud Quinctilianum, in quendam Iſauricum: *miror, quid ſit, quod pater tuus, homo conſtantiſſimus, te nobis varium reliquit.* id eſt, maculis & papillis in facie diſtinctum. Inde παρδάλιες ex genere pantherarum, à maculis *variae* vocabantur. Gloſſae: *varia*, ποικίλη, παρδαλίς. KEUCH. vid. ad cap. III.

143 VARIAS SIC UNGUERE FRONTES.] *Sic jungere frondes* Leid. Cod. Voſſ. & Ed. Vet. *ſic jungere frontes* Venet. Lipſ.

144. CHARTAM] Charta herba eſt aquatica, de qua Galenus octavo libro Simplicium, cap. 33. Avicenna lib. II. cap. 441. PICTOR.

144. CERUSSAM, ET CHARTAM, QUAM GENS AEGYPTIA MITTIT, TUNDE SIMUL, MISCEQUE OLEUM,] Male viliores librorum, *Thure ſimul miſceque oleum*; nullus hic uſus eſt thuris, nulla medicina. *Ceruſſam* autem intellige ex praeſcripto medicorum, non caeterorum poëtarum. Antipater: ψιμμύθιον τὰς παρείας ἀντεχρίσατο. *Chartam Aegyptiam* vocat, quam alibi *Phariam*: Pictorius *herbam aquaticam* exponit ex Galeno libro octavo Simpl. cap. XXXIII. & Avicenna lib. II. cap. 451. *Praeterea Phariis caput emetire papyris* cap. XXXIV. Alibi *Niloticam*. KEUCH. *Ceruſam* Ed. Venet. Lipſ. Ald. Caeſ. Pictor. *quae gens* Puteau.

145. TUNDE SIMUL, MISCEQUE OLEUM, QUOD FLORE ROSARUM CONDITUM EST:] Collinaeus pro *tunde* legit *thura* Gryph. *thure*. MS. vero codex legit, *funde ſimul*, *miſceque oleo*. WOLF. Falſi ſunt, qui τῶν ἀνθηρῶν, *florem roſarum* interpretantur. τὰ ἀνθηρὰ Graeci medici ſubrubra vocant & cruenta. Inde ἀνθηρὰ πτύσματα dixit Hippocrates libro VI. τῶν ἐπιδ. In omnibus antheris admiſcebatur ſandaracha, & alia metallica. Inde τὸ ἀνθηρὸν Heſychius τὸ σανδαράχινον interpretatur. Hoc obiter adnotandum adverſus illos, qui cum Manardo ἀνθηρὸν ab eo, quod eſt ἄνθος ῥόδου, deducunt. KEUCH. *Ture ſimul miſceque oleo* Putean. *ture* etiam Reg. Leid Ed. Vet. *tura ſimul m. oleo* Paderb. Venet. Lipſ. *ture ſimul miſce atque oleo* Ald. *tura ſimul miſceque oleum* Caeſ. Gryph. *ture ſ. m. oleum*. Pictor. Tornaeſ. Scaliger *florem Roſarum*, ῥοδάνθινον reddebat. BURM.

146. LINE SIC FACIEM, SIC REDDE SALUTEM.] Stephanus ad oram editionis ſuae: *& ſic redde ſalutem.* Juvenalis VI. 481.

*Verberat, atque obiter faciem linit.*

KEUCH. *Et ſic* etiam Cod. Voſſ. & marg. Conſtant.

CUTIS] *Cutis & faciei vitiis & impetigini propellendis* Caeſ. & Pictor. quae & *de cutis* &c.

147. LIVIDA SI MACULAT] Ex MSS. *invida ſi maculet*; ut etiam in impreſſis habetur. WOLF. *Livida* in ſola Humelb. Ed. reperi. Heinſ. legebat *invida* vel *uvida*. pro *maculet* erat in Leid. Ed. Vet *mulcet*. *maculat* in Pith. *invida* non movendum, quaſi invideret formae, & ideo eam corrumperet.

147. LENTIGO] *Lentigo* maculas faciei, a ſimilitude lentis, ſignificat. Celſus lib. VI. 5. *lenticulas* vocat. Ejus generis ſunt, quae Graecis ἐφηλίδες appellantur, eo quod ἐκ τοῦ ἡλίου,

Nec prodeſſe valent naturae dona benignae,
Erucam atque acidum laticem ſimul illine malis.
Proderit & bulbus mellis dulcedine victus,
Crudave dulcacido miſcebis rapa liquori.
Sanguine vel leporis morbus delabitur oris.
Frons ſalicis cum flore ſuo contrita medetur.
Sepiolae cineres ex oſſibus omnia levant.

Cy-

ἡλίου, id eſt a ſole exurente, naſcantur. PICTOR.

148. NEC PRODESSE] Deſiderabatur hic verſus in Regio.

149. ERUCAM] *Erugam* Ed. Venet. Lipſ.

149. ACIDUM LIQUOREM] Id eſt, *acetum*. PICTOR. Recte, ut cap. XLVI. erucas attritas ac aceto ſparſas commendat. vid. ad cap. I. & alibi ſaepe. BURM.

150. PRODERIT ET BULBUS MELLIS DULCEDINE VICTUS,] *Bolbus*, avitus, Graeco more, pro *bulbus*. *Bulbi ex mulſo*, ut alibi loquitur. Καθαίρουσι φακοὺς σὺν μέλιτι ἢ ὄξει. Dioſcorides II. 200. περὶ βολβοῦ ἐδωδίμου. Eſt autem *lentigo*, φακός. Gloſſae: *lentigo*, lenticula. Cyrillus, φάκοψις, *lentiginoſus*, *ſparſo ore*. *Sparſo ore*, cui facies eſt ſparſa maculis velut lentium. KEUCH. Ex Terentii Heaut. v. v. 18. *lentiginoſi oris* Val. Max. I. VII. ext. 6. dixit: & hinc tunica oculi quaedam φακοειδὴς dicitur Polluci II. 71. BURM.

151. CRUDAVE DULCACIDO MISCEBIS RAPA LIQUORI.] *Dulcacidum* compoſitum nomen ab authore videtur ex dulci & acido. CAESAR. Fictum nomen ex dulci & acido. PICTOR. Aceto mulſo. CONSTANT. Infra Serenus cap. XXXIX.

*Dulcacidum, laticemque cumini ſemine junges.*

*dulcacidum*, ut *ſalinacidum*; pro quo male *ſalmacidum* defendunt imperiti talium literiones. Error ex conjugio literarum. Gloſſae: *ſalmacidus*, ἁλμυρός, *ſalmacidum*, ἁλμυρόν. Lege, *ſalinacidus*, & *ſalinacidum*, ὀξάλμυρον. Sic *dulcacidum*, ὀξύγλυκον, In iiſdem gloſſis exponitur. Eadem Graeci medici de rapo ſilveſtri tradunt. KEUCH. *Dulcatido* Lipſ. *dulci acido* Paderb. *miſcetur cepa* Ald.

152. DELABITUR] *Delebitur* Paderb. Cod. Ed. Vet. Ald. Humel. Pith. neſcio, quid praeſtet: metaphora hinc deducta videtur dixiſſe Petronius cap. XCIX. *omnem ſcabitudinem animo, tamquam bonarum artium magiſter, deleret ſine cicatrice.* BURM.

154. SEPIOLAE] Sepia piſcis genus eſt, quod concha tegitur: hoc crematum in cinerem, non ſolum lentigini, ſed vitiligini quoque, furfuribus, exaſperatae & a ſole tinctae cuti mederi, Dioſcorides ſcribit lib. II. cap. 20. PICTOR.

154. SEPIOLAE CINERES EX OSSIBUS OMNIA TOLLUNT.] Dioſcorides περὶ σηπίας. II 23. καὶ τὸ τῆς ἰδίας ὄστρακον, ἄχρας σὺν τὸ πλανᾶσθαι αὐτῷ δύναται, σμήχει λείους ἀλφοὺς, πίτυρα, ὀδόντας, ἐφήλεις. Haec ſunt, quae *omnia* vocat noſter Serenus. Viri doctiſſimi, neſcio, ad quam interpretationem referunt. *tollunt*, etiam in calamo exarato ſcriptum: quod vulgo ad oram *ſanant* legitur, gloſſam olet. Marcellus de maculis corporis abolendis: *oculos vel ova ſepiae in aqua ſolve, & cum melle permiſce, atque inde maculas perfrica; cito abolebuntur.* KEUCH. *Sanant* Ed. Vet. & aliae Edit. in margine. ſed in Voſſ. *lavant.* in Puteaneo & Paderb. erat *levant:* eleganter: id eſt levia & plana reddunt, ita Virgil. v. Aen. 306.

*Cnoſſia bina dabo levato lucida ferro.*

Stat. I. Theb. 509.

*Pars teretes levare manu, ac diſponere menſas.*

vid. utrobique interpretes. & J. Rhod. de Acia cap. VI. pag. 84. Barthii gloſſae, *planas facere*, *polire* exponunt. ipſe ex Horat. II Epiſt. II. 122. *nimis aſpera ſano levabit cultu*, producit. ubi Ant. Schol. *nitida & plana efficiet.* Auctor Moreti, *jamque ſubactum Levat opus, palmiſque ſuum dilatat in orbem.* qui *levare*

 pri-

Digitized by Google

Cygneos adipes hilari miſceto Lyaeo,
Omne malum propere maculoſo ex ore fugabis.
Horrebit ſi livor atrox, aut nigra cicatrix,
Attrito ſapone genas purgare memento,
Rugarum ſulcos lentiſci maſtiche tendens.
Si vero vitium eſt, quod ducit ab impete nomen,

Hoc

prima brevi crediderunt, *tollunt* ſuppoſuere. *omnia* hic ſunt omnia vitia faciei. Plin. Val. I. 29 *ſepiae oſſa in cinerem redacta, &c. ori inſperſa, vitia emendant* BURM

155. CYCNAEOS] *Cygneos* WOLF. *Coeneos* Put. *hilaro* Cod Reg. & Paderb. quod etſi alibi admitti poteſt, hic, quia duae praeterea voces in *o* deſinentes ſequuntur, ingratum eſt. BURM

157. TORREBIT LIVOR SI ATROX, AUT NIGRA CICATRIX,] Legunt caetera exemplaria, *Horrebit ſi livor atrox.* WOLF. Fuit in avito codice:

*Horrebit laevor ater, aut nigra cicatrix.*

Forte ſcribendum: *horrebit ſi laevor atrox.* nam *laevor* idem, qui *livor.* Gloſſae: *laevor, tumor faciei.* Scriptum fuit in veteri Marcello: *ad tumorem ſive laevorem de facie tollendum, herbam rhodiam ex aceto tritam inline.* Juvenalis Sat. VI. 631.

*Livida materno fervent adipata veneno.*

Ubi Scholia legunt, *laevida*; & explicant *lubrica:* melius eruditiſſimi viri: *livida, perniciosa, mortifera ſive pallida; id eſt, pallorem facientia.* *Atrox* autem in Sereno retinendum. Iſidorus; *atrox, quod ſit tetrus morbus.* Sic omnia livida & maculoſa vocabant. KEUCH. *Si livor torrebit atrox* Leid. Ed. Vet. Humel.

158. ATTRITOS APPONE GENIS] Pro *attrito ſapone genis.* WOLF. Lectio illa vitioſa eſt in Leid. Cod. in Vet. Ed. & Humelb. qui ſequentia, *purgare memento*, parentheſi includit.

158. SAPONE] Id eſt ſmegmate. Saponis inventum habes apud Plinium lib. XXVIII. 12. CAESAR. Sapo Gallorum inventum, ex ſevo & cinere conficitur. Plinio teſte XXVIII. 12. PICTOR.

159. RUGARUM SUCCOS LENTISCI MASTICHE TENDENS.] In manuſc. & impreſſis, *rugarum ſulcos l. m. tendens.* WOLF. Cutis in fronte μετωπίδιον vocatur. αἱ ἐν αὐτῷ γραμμαὶ ῥυτίδες καὶ ἀμαρυγαί. Unde *frontem rugis arari*, paſſim Poëtae dixerunt. *Jam venient rugae, quae tibi corpus arent.* KEUCH. *Rugarum ſuccos l. m. tundens* Leid. Ed. Vet. Humelb. *maſtice* Reg. Ed. Vet. Venet. Ald. & aliae; male: *maſtiche* enim, non *maſtix* dicitur. vide Allat. ad Euſtath. Hexaemer. pag. 68 & infra Caeſar. ad cap. XXIII. & Borrich de Ling. Pharmacop in hac voce: & Rhod. ad Scrib. comp. LX. *tendes* Putean. & Aldin. *tendere ſulcos* eleganter dictum pro planos facere. ita Phaedr. I 24 *rugoſam inflavit pellem:* & mox, *rurſus intendit cutem.* ubi vide. BURM.

159. LENTISCI MASTICHE TENDENS.] Id eſt reſina lentiſci. PICTOR. Id eſt, lentiſci reſina. Ex livore, cutis in plicas & quaſi ſulcos contrahitur, inde lentiſcinam maſtichen, ad ejus nitorem reconciliandum in illitiones faciei praeſcribit. Dioſcorides περὶ ῥητίνης σχίνου. I. 90. μίγνυται καὶ σμήγμασιν ὀδόντων καὶ ἐπιχρίσμασι προσώπου στιλβωτικῶν. Eſt autem *maſtiche* lentiſci lacryma, σχίνου. Idem Dioſcorides: γίνεται δὲ καὶ ῥητίνη ἐξ αὐτῆς σχίνου καλουμένη, ὑπ' ἐνίων δὲ μαστίχη. Gloſſae medicae, μαστίχη, ῥητίνη σχίνου. Nec ad illitiones faciei ſolum, ſed etiam dentifricia praeſcribebant, ut adnotavimus. Inde Graecorum proverbium in venuſtulos & delicatulos: σχῖνον διατρώγειν. illis enim objici ſolebat dentium cura & munditina. Martialis VI. Ep. 74.

*Foditque tonſis ora laxa lentiſcis.*

Infra Serenus cap. XIV.

*Lentiſcus myrtuſque emendant oris odorem.*

KEUCH

160. SI VERO VITIUM EST, QUOD DUCIT AB IMPETE NOMEN,] Impetiginis a Celſo quatuor recenſentur ſpecies, quarum prima ſcabiei ſimilis eſt: ſecunda rubrica vocatur: tertia nigra:

Hoc matutina poteris cohibere ſaliva,
Seu folio platani, quod manſum mane vorabis.
Foeda fluunt curvi quae purgamenta cameli,
Urentur, cineremque dabunt, jungentur aceto

Ma-

gra: & quarta, ſubalbidas habens ſquamulas, & etiam quasdam lenti ſimiles, quam incurabilem dicit. PICTOR. Nam *impete* celeriter, & late procedit, & impetit cutis partem unam poſt aliam. Sic *impetus pituitae* Plinius vocat, quas alii *impetigines*. Gloſſae medicae *impetus*, λειχὴν: *impetigo*, λειχὴν, λίπεξ. *Impetigo* autem proprie, quod impetus, & quicquid cum impete venit. Nam *impetigo* ab *impeto* (notabis ita ſcriptum in meo avito: *quod ducit ab impeto nomen*) ut *urigo* ab uro; *pendigo* è pendo: *coligo* à colo: nam *coliginem* pro domicilio, vel aedibus, quae coluntur, dixêre veteres. Inde *domicolium*, quod recentiores, *domicilium*. Tertullianus inſcriptione ſubterranea de Spect. v. CONSUL CONSILIO. MARS DVELLO. LARES COLIO POTENTES. Sic omnino legendum. Lâres enim θεοὶ γενεθλίοι. legebatur ante viri magni reſtitutionem corruptiſſime: LARES COMITIO POTENTES. Sed hoc obiter. *Impetigo* autem ab impeto, unde & *impetus*, & *impetix*. Feſtus, *impetix*, *impetigo*. ut *tumix* à tumeo, & alia. Graeci medici vocant ἐμφορὰν. nam ἐμφορὰς appellant omnia ἐξανθήματα & φλυκταίνας, quae ſubito in cute oriuntur, & ebulliunt. Vehementes etiam fluxus, qui cum impetu feruntur; & praecipue quae in oculos cadunt cum inflammatione, hoc nomine appellant. Latini autem *impetiginem* de lichene proprie dixerunt. Gloſſae ſupra laudatae, *impetigo*, λειχὴν, λίπεξ. impetigines ſunt λειχῆνες ἄγριοι. *Lichen* autem minus malum eſt, quam lepra aut ſcabies: quae inter medicorum filii diſtinguunt. Prius matutina ſaliva exteritur, caetera non ita ſanantur. Aegineta ex verſione doctiſſimi viri, libro VII. *Saliva hominum jejunorum maxime diſcuſſoriam & exterſoriam vim habet: impetigines itaque puerorum illita exterit, & furunculos concoquit, ſi cum tritico manſo imponatur.* Ubi notabis *manſum triticum*: ex madido pane, ut jure collyrico, illito genis, non tantum vitia cuti detergebant, ſed etiam ſplendorem conciliabant. Tertullianus de cultu mulierum: *ad menſuram neminem ſibi adjicere poſſe, pronunciatum eſt. Vos plane adjicitis ad pondus collyridas quaſdam, ſputorum umbilicos cervicibus adſtruendo. Collyridas* vocat è ſucco craſſiore, unde *offas* etiam Juvenalis VI. 472.

——— *coctaeque ſiliginis offas*
*Accipit, & madidae facies dicetur an ulcus.*

Ex pane enim ſiligineo id fiebat. Idem II. 107.

*Et preſſum in facie digitis expendere panem.*

Suetonius Othone cap. XII. *Qui faciem quotidie raſitare, ac pane madido linere conſuetum: idque inſtituiſſe à primâ lanugine, ne barbatus unquam eſſet. Sputum* autem Tertullianus vocat tenue corium, aut cruſtam, quae ex illo tectorio inducebatur. Sic tenuis lamina, σιάλωμα, h. e. ſputamentum, dicitur Polyblo: nam σίαλον ſaliva, vel ſputum. REUCH. Quae hic de Tertulliani inſcriptione habet, Salmaſio debet Exerc. Plin. p. 641. ſed refutavit Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 616. quae de impetigine adfert, ſublegit eidem Salmaſio ad Tertull. Pall. pag. 430. eiſdem ut plurimum verbis. adde & Rhod. Lex. Scrib. in *Impetigo*, & ſupra ad cap. VI. BURM.

162. VORABIS] *Domabis* Ed. Venet. Ald. Lipſ. *donabis* Putean. ſed & inf. cap. XV. *decoctumque ſimul mandes, manſumque vorabis.* ſic *mandesque bibesque* cap. 19. *domare* poſſet ſumi de concoctione, ut aquae coctae *domitae* & *victae* dicuntur cap. XVII. & XXIII. ſed praeſtat vulgata. nam ſaepe praeſcribuntur remedia, quae ore contineri debent, non vero demitti in alvum. vid. cap. XIV. & XV. & alibi. ita Celſus VI. 9. *vitandum eſt, ne, quod hauſtum erat, devoretur.* ita & noſter cap. IX. *retinensque vomensque.* BURM.

163. FOEDA FLUUNT CURVI QUAE PURGAMENTA CAMELI,] Gloſſae: *purgamentum*, ἀποπα-



τοι.

Maſcula tura ſimul, divinaque cura valebit.

# CAPUT XII.

*Aurium Vitiis Succurrendis.*

Quum ſaevus teneras dolor alte ſauciat aures,
Fraxinea in flammis fundit quem talea ſucum

In-

*res.* medicae: *purgamenta*, *ſordes animalium.* Columella libro 1. *Sterquilinia duo ſunt, unum, quod nova purgamenta recipiat, & in annum conſervet; alterum vero, ex quo vetera vehantur.* KEUCH. *Quae fundamenta* Ed. Vet.

165. Mascula] Ed. Venet. & Lipſ. *vaſcula.*

167. Talea] Taleam fruſtum ligni dicunt, ex utraque parte aequabiliter ferendi gratia praeciſum. id Graeci generali nomine ξύλον ſcribunt. PICTOR. De *talia* & *taliola* vid. Vlit. ad Grat. Cyneg. 94. & Rhod. in Lex. Scribon. frequens etiam talearum mentio apud Caeſarem in munitionum & oppugnationum deſcriptione. vid. vII. Bel. Gil. 73. & alibi. *tilia* vitioſe legi docet ſyllabae modus, qui in prima *tiliae* brevis eſt. vid. Borrich. de Ling. Pharmacop. in hac voce. BURM.

167. Fraxinea in flammis fundit quem talea sucum] In avitis ſchedis invenio ſcriptum:

*Fraxinea in flammis tundit quem talia ſuccum.*

Alii librorum, monente Voſſio libro II. de arte Gramm. cap. 39.

*Fraxinea in flammis quae fundit tilia ſuccum.*

Eleganter *tundi* ſuccus iſte dicitur, qui vi flammarum exprimitur. nihil tamen mutamus. *Talia* autem, pro *talea*, ut in Philoxeni gloſſario: *talia* κορμὸς, σχίζα, σκυτάλη. Marcellus cap. IX. *Fraxini recentem ſurculum, id eſt, humore proprio adhuc madentem, ex una parte in foco pones, & quum per aliam partem ſuccus ebulliet, ſuſcipies eum diligenter, & oleo addito tepefactum auribus inſtillabis.* KEUCH.

168. Instilles] Lege cum manuſcr. *inſtilla.* WOLF. *Inſtilians* Putean. *inſtillas* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Caeſar. Forte legi poſſet,

*Fraxineum flammis fundit quem talea ſucum*
*Inſtilles.*

Nam illud *in* centies pro *m*, & contra in MS. ponitur. ut exempla dabimus ad Sueton. Neron. cap. 11. *ſucum* etiam Vet. Edit. ut ſemper in optimis membranis, & jam alibi monuimus BURM.

168. Sive obscoenos ex virgine rores,] Lotium puerile intelligit. PICTOR. Menſes: alii urinam. CONST. Hoc de caprina, taurina & canina urina ſcriptum reliquit Dioſcorides, non item de virginali: καὶ ὕδωρ. idem tamen probat Marcellus hiſce verbis: *Pueri inveſtis urina recens auriculae dolenti & ulceroſae inſtillata, omni humore ſiccato, & dolorem tollit, & ulcera mira celeritate perſanat. Obſcoenos* autem *rores* poëtarum more pro urina dixit, ceteriſque humoribus. Sic *rorem Bacchi*, pro vino: *pluvium*, pro aquâ periphraſtice dixit: HYDROPISI DEPELLENDAE:

*Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum*
*eſt*

MAMMIS SANANDIS:

*Praeterea pluvio decocta papavera rore.*

Hoc eodem capite:

*Doctus eris tepidos illinc immittere rores.*

Sic *rorem lacrymarum* Ovidius, *ſanguinis rorem* Lucanus dixêre. Horatius, *maris rorem*, pro aqua marina. Graece δρόσος idem valet, unde οἰναδίας δρόσου & κρηναίας Euripides. E converſo *roris lacrymas* dicebant, ut *rorem lacrymarum*: Achilles Tatius lib. VI. τὸ τῶν δα-

Inſtilles, ſive obſcaenos ex virgine rores,
Aut ſucum ex folio, dederit quem populus alba:
Saepe chelidoniae rapidum ſociatur acetum,
Adjunctoque nitro procedit cura ſalubris.
Mentaſtri liquor expreſſus conducere fertur.
Infectum violis oleum bene conſulit auri.
Annoſa rubros ſi legeris arbore vermes,
Ex oleo tere ſic tepidos infunde dolenti.
Si vero obtuſa ſenſus remoretur in aure,
Lumbricos terrae, ſevumque ex anſere rauco

Ex-

*δακρύων πιαίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν πορφύρεσθαι; καὶ εἶναι ὅμοιον, τὸ μὲν ἴον, τὸ δὲ ταρμίσιον.* Pervigilio Veneris:

*Lacrymae micant trementes de caduco pondere.*

KEUCH. Ita poſſent & capi illa Ovidii Remed 437. *reddente obſcaena puella*, quamquam & de excrementis recte exponantur. ita inf. XXXI. *obſcaenus humor caprae. obſcaena* denique dici partes pudendas vidimus ad VI. Faſt. 631. *rores* dici de quovis liquore vidimus ad Grat. 37. *virginem* de puero inveſti dici probavit Chriſt. Scoba in Epiſtola edita a Goldaſto inter Philologicas XXVII. BURM.

169. AUT SUCUM EX FOLIO, DEDERIT QUEM POPULUS ALBA:] *Λεύκη.* male legit liber avitus, *dederit quem populus alta.* *Albam* dixit reſpectu τῆς αἰγείρου. Dioſcorides περὶ λεύκης. l. 109. *φύλλου ἀποπλυθέντα ὁ χυλὸς τῶν φύλλων χλιαρὸς ἐνσταζόμενος.* Haec & alia maxime diſtinguenda ſunt in poëta medico. KEUCH. Vid. ad Ovid. Epiſt. IX. 64 & inf cap. XXXVII.

170 RAPIDUM] MS. Codex *rabidum.* WOLF. & ita Ed. Ald. *ſapidum* Ed. Venet. & Lipſ. & ita ſcriptum codicem ſuum habere teſtatur Humelbergius, qui explicat, proprio ſapore, & ſaporis aciditate validum & efficax. ſed cum medici praecipiant, nihil auribus infundendum, niſi tepidum, ego malim *tepidum acetum* hic legere: nam has voces confudere etiam librarii apud Ovid. Epiſt. XI. 76. & II. Amor. VIII. 20 & ſaepe alibi. BURM.

174. ANNOSA RUBROS SI LEGERIS ARBORE VERMES, EX OLEO TERE,] Quales vermes, aut ex quali arbore? Graeci communiter arboris aut ſiccorum lignorum vermiculos, *τερηδόνας* appellant, Latini *teredines.* Iſidorus libro XI. *teredonas Graeci vocant lignorum vermes,* (*tignorum* in veteri libro ſcriptum) *eo quod terendo edant: Hos nos termitas dicimus. Ita enim apud Latinos ligni vermes vocantur, quos tempore importuno caeſae arbores gignunt.* Varia nomina ex arborum generibus aut aliis cauſis ſunt ſortiti in utraque lingua. ejuſmodi nomina ſunt *σκὶψ, θρὶψ, ἴψ, ψὴν, καίλος, κεραιοκέλαντοι*: item *coſſi*, *bitarus*, apud Plinium è M. Tullio, & *galbae*, ut docemur illo loco. Celſus libro VI. *medicamentum eſt & roſae, & radicum arundinum ſuccus, & olerum,* (ſcribo, *oleum*) *in quo lumbrici cocti ſunt, & humor ex amaris nucibus, aut ex nucleo mali perſici expreſſus.* Plinius XXIX. cap. ult. à quo Serenus deſcripſit. *ex arboribus rubri cum oleo triti exulceratis & ruptis auribus praeclare medentur.* Marcellus cap. IX. *beſtiolae multipedes, quae contractae in globulos complicantur, in oleo excoctae infuſaeque auribus ſtatim proſunt.* & infra: *vermes ex qualibet arbore rubri coloris contriti cum oleo, & infuſi, dolores aurium ſedant* KEUCH.

176. OBTUSA] Gryph. ſic legit, *ſi vero obtuſa ſenſus remoretur in aure.* manuſcriptus Codex, *ſi vero obſtruſa ſenſus morietur.* WOLF. *Obſtruſa* Putean. Paderb. Leid. Reg. Ed. Ald. *obſtruſa* Ed. Vet. *obtruſa* Lipſ. *ſenſus morietur* Paderb. & Venet. Lipſ. Ald. & margines aliquot Edit. *moretur* Ed. Vet.

177. LUMBRICOS TERRAE, SEVUMQUE EX ANSERE RAUCO] Marcellus [illegible] *terreni vermes cum anſeris adipe, vel cum oleo excocti, ſine dubio* me-

Excoque: ſic veterem poteris depellere morbum:
Felque bovis ſurdis etiam prodeſſe loquuntur,
Si jungas olidae grave quod minxere capellae.
Si vero incautas animal penetraverit aures,
Proderit admixto pavidi fel muris aceto.
At ſi lympha nocens pervaſerit, anſeris aptus
Immittetur adeps, ceparum non ſine ſuco,
Qui gravis eſt oculis, ſenſum tamen auribus auget.

Vis

*medentur auribus purulentis.* Alibi: *terreni vermes cum adipe anſeris decocti infunduntur auribus, etiam ad jam deplorata vitia.* KEUCHEN. Plin. Valer. I. 9. *Valde laudantur & terreni vermes, cum anſeris adipe cocti & inſtillati.*

178. EXCOQUE] Lege, *exeoque, ſic veterem.* WOLF. *Ex quo vel veterem p. diſſolvere* Leidenſ. Ed. Vet. *excoque, vel veterem* Reg. Putean (qui & *diſſolvere*, ut & Paderb.) Ed. Venet. Lipſ. Humelb. ita mox vſ. 187. *vel annoſis confecta doloribus auris. depellere morbos* dixit initio operis, & ſaepe alibi.

179. FELQUE BOVIS] *Fella bovis* Putean. Paderb. Reg. Leid. Ed. Vet. Humel. ut mox cap. ſeq. *fella vulturis.* Plin. Valer. I 12. *Bovis fel admixtum urinae caprae & tepefactum, auribus inſtillatum, auditum reddit.*

180. SI JUNGAS OLIDAE GRAVE QUOD MINXERE CAPELLAE.] Dioſcorides I ſ. 99. ubi de urinis agit, caprinam etiam aurium doloribus inſtillatam mederi ſcribit. Sed eo remedio, quo fel taurinum conjungitur, non urinam, ſed lac caprinum fractis auribus & purulentis prodeſſe tradit. περὶ ταυρείας: πυοῤῥοοῦντά τε ὦτα, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῶν ῥήξεις σὺν γάλακτι αἰγείῳ ἢ γυναικείῳ ἐνσταζομένη. Sed *grave* de lotio venuſte dictum. Gloſſae medicae: *gravitas*, urina. *graveolentia*, οὖρον αἰγός. Marcellus eodem cum Sereno conſilio: *adverſus gravitatem audiendi, fel bubulum cum urina hirci auriculae, quae moleſtiam ſurdiginis patitur, inſtillabis, ſtatimque ſubvenies.* KEUCH.

181. SI VERO INCAUTAS ANIMAL PENETRAVERIT AURES,] Hoc eſt, ſi verminoſae ſint aures PICTOR. In MSS *ſi vero incautas.* WOLF. Q[illegible]n librorum non tam eleganter, *Si vero in patulas. incautas* improvidas, nec praecaventes ad ea, quae irrepſerunt animalcula, avertenda. Marcellus: *ſi aliquod animal aurem intraverit, praecipuum remedium eſt, murinum fel aceto dilutum inſtillare.* Diverſa remedia praeſcribuntur auribus, in quas vermes & vermiculi irrepſêre; & auribus verminoſis, in quibus orti ſunt & enati. Latini *aures verminoſas* has vocant, Dioſcorides ἰχωῤῥοοῦντα vocat *aures purulentas*, σκωληκιώντα *verminoſas.* Inde lemma capitis apud Celſum: ADVERSUS AURIUM VERMES. Plinius XXIX: cap. ultimo. *Si aliquod animal intraverit, praecipuum remedium eſt murium fel aceto dilutum. Si aqua intraverit, adeps anſerinus cum cepae ſucco.* quae verbotenus, ut omnia, noſter deſcripſit. KEUCH. *In patulas* Leid. Ed. Vet. Humelb. & margin. Edit. multarum. ſed ita & *cantam narem* dixit cap. I. Plinius Valer. I. 9. eadem tradit, quae Plinius verus. BURMANN.

83. LYMPHA POTENS] Pro, *at ſi lympha nocens.* WOLF. *Potens* Leid. Ed. Vet. Humelb. ſimiliter has voces permutatas a librariis videbis apud Ovid. XIII. Met. 562. & Lucan. IX. 629. BURM.

184, SUCCO] *Fuco* Putean.

185. QUI GRAVIS] *Quod* Lipſ.

185. QUI GRAVIS EST OCULIS, SENSUM TAMEN AURIBUS AUGET.] Non medice, ſed poetice dixit, *qui gravis eſt oculis.* Juvenalis appellat *acre malum ſemper ſtillantis ocelli.* Lucilius, *lacbrymoſaeque ordine tallae. Tallae* folliculi cepae. Gloſſae, *talla*, κρομμύου λέπυρον. Feſtus a Scaligero reſtitutus: *tallam, allii folliculum, cepe* vulgo mendoſe: *taliam alii folliculum cepe.* Dioſcorides

περὶ

Vis & Phoebigenae divinam diſcere curam,
Sitque vel annoſis confecta doloribus auris,
Allia tum ſeptem numero, ſeptemque lupinos
Cretaceam dabis in teſtam: tum Delphica frondis
Ad-

περὶ κρεμμύων. II. 181. ὁ δὲ χυλὸς ἐγχριόμενος σὺν μέλιτι βοηθεῖ ἀμβλυωποῦσιν, ἀργέμοις, νεφελίοις, καὶ ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι, καὶ συνάγχικοις διαχριόμενος. ubi ceparum ſuccus oculorum hebetudinibus, caeteriſque affectibus auxiliatur. Idem aurium vitio ceparum ſuccum mederi ſcribit, eodem capite: πρὸς τὰς ἀπολήψεις τοῦ ὕδατος τοῦ ἐν τοῖς ὠσὶν ἁρμόζει. id eſt, *ad eliciendam aurium aquam valet.* Notandum autem *ceparum* nomine & *allia* & *porrum* venire: quare & Sereno paſſim haec tria confunduntur. Graeci etiam ἀσκαλώνιον & γήτειον mixtim uſurpant; at proprie minus. Heſychius, γήτεια, κρόμμυα, ἃ καὶ γήθυα καλοῦνται. Alii γήθυον putarunt eſſe *porrum ſilveſtre*. Idem Heſychius, γήθυα, ἀμπελόπρασον. οἱ δὲ γηθυλλίδας (ſcribe γηθυλλίδας) οἱ δὲ μεγάλα κρόμμυα. ἄλλοι χλωρά. Euſtathio nihil differunt γήτειον, γήθυον & γήθιον. Legi etiam γῆθυ pro cepa. Pſellus in verſibus politicis, quibus obſcuras voces expoſuit: κόκαλος δὲ ὁ στρόβιλος. τὸ δὲ κρόμμυον, γῆθυ. KEUCH.

186. PHOEBIGENAE] Circen Deam audis hic deſcribi, cujus in herbis maxima fuit potentia. Unde & ab Homero lib. xx. Odyſſ. *herbarum perita* decantatur. Ideo autem *Phoebigenam*, hoc eſt ſolis filiam appellatam opinor, quod ſol herbas maturet, eiſque potentiam & vires influat ſuo calore. CAES. Hoc eſt *Circes*, ſolis ex Perſa filiae, quam in herbarum cognitione eruditiſſimam fuiſſe Homerus Odyſſeae 20. libro ſcribit. PICTOR. Scholiaſtes in hunc locum intelligit Circem Deam, cum forte rectius de Aeſculapio intelligi poſſit, ut & hic commentator (Humelbergius) recte conjecit: nam & *Deum* ſimpliciter & *Epidaurium* Deum etiam cap. XLII. nominat. WOLF. *Vis Phoebi gentis* Lipſ. vid. & cap. 20.

187. SITQUE VEL ANNOSIS CONFECTA DOLORIBUS AURIS,] Scribo:

*Si qua vel annoſis confecta doloribus auris.*

KEUCH. *Vel* deerat Cod. Regio. *ſi qua* vero jam legitur in margine Ed. Conſtant. ſed *vel* hic eſt *etiam*. licet etiam malum inveteraverit. vid. ſupr. ad cap. x. BURM.

189. CRETACEAM DABIS IN TESTAM:] Id eſt putamine mali punici. PICTOR. Collinaei codex legit, *punicea dabis in teſta, tum Delphica frons bis.* Gryphii vero, *cretaceam dabis in teſtam, tam Delphica frondis.* & eodem modo MSS. quamvis pro *teſta*, male, ut opinor, *in textam.* WOLF. Indes τῇ κιμωλίᾳ, cujus frequens & appoſitus in medicina uſus. Falluntur, qui τὴν Σαμίαν intelligunt, ut infra cap. XXXV. ineptâ expoſitione:

*Nec non quae ſtagnis ceſſantibus haeſit hirudo*
*Sumitur, & vivens Samia torretur in olla.*

KEUCH. *Ceruciam* Putean. & Reg. *Ceruciam* Paderb. *caeruceam dabis intextam* Ed. Venet. & Lipſ. quae etiam, *vel Delphica*; *muritiam* Leid. *muriceam* Ed. Vet. & Humelb. qui explicat *teſtam muricis*, niſi quod pro *teſtam* legat *textam*, id eſt lanam murice infectam, deinde & in Codice ſcripto dicit legi *Puniceam*, & intelligit Punici mali corticem. *Punicea dabis in teſta* edidit Caeſar. certe *cretaceam* neſcio, quomodo ſalvo metro poſſit legi: nam contrahere hic ultimas ſyllabas in unam, ut in *Creteas* Heinſius ad Ovid. VII. Met. 223. contendit, durius mihi videtur. *Punicea* vero teſta eſt rubra, qualis *Cimolia*, teſte Dioſcoride v. 176. ita *Puniceiliquores* infr. XXXIV. qui vero pro cortice Punici mali capiunt, poſſent adducere ex cap. L. *Puniceam pellem*, ubi teſtam explicat Caeſarius, & firmant loca Plinii ab Humelb. adducta, quibus adde Plin. Valer lib. I. 10. *foliorum ſalicis ſuccus, cum roſa liquida in putamine mali Punici calefactus & inditus auriculae mire ſuccurrit.* & capite XI. alia medicamina in *teſtam mali granati*, & in *excavatum granatum malum*, & in *calicem mali granati* jubet mitti, & ita alibi. v. Rhod. in Lexic. Scrib. in *granata mala.* & de cortice vid. ad Ovid. X. Metam. 736. BURM.

Addatur, mixto totum ferveſcat aceto:
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

## CAPUT XIII.

### *Oculorum Dolori Mitigando.*

Summa boni eſt, alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes defenſoreſque pericli

Pro-

189. TUM DELPHICA FRONDIS ADDATUR, MIXTO TOTUM FERVESCAT ACETO:] Stephanus ad oram editionis ſuae, *totum ut ferveſcat aceto*, excudit. lego, *efferveſcat*. Eleganter autem *Delphica frondis*, pro frons, dixit, ut infra, *Perſica frondis*. Antiqui enim *frondis* nominandi caſu dicebant. Gloſſarium, φυλλὰς *frondis*. Item: *frondis*, θαλλός. Aliud Graeco-Latinum: θαλλὸς, *frundis*, Umbrorum more pro *frondis*. Vel *Delphica frondis*, ut infra XL. *alii tumorum*, pro tumores.

*Sunt alii, quos dura movet natura, tumorum:*

ubi *tumores* repoſuerunt, qui hujus ἀρχαϊσμοῦ erant ignorantes. Ulpianus tit. de naufragiis & incendiariis: *Lex quidem Cornelia aqua & igni interdici juſſit: ſed variae ſunt punitionum.* ubi male *ſpecies*, vir eruditiſſimus ſubintelligendum cenſet. Ariſtophanes: τῆς ἀθάρης πολλὸν ἔφλα. Plura ἑλληνικῶς ad eundem modum dicta, alibi notabimus. KEUCH. *Frons bis* Ed. Caeſarii, & ita Pictorius cepiſſe videtur; qui lauri folium intelligit. ſed recte *frondis* pro *frons*, ut cap. XXX. *Perſica frondis*. de ſimilibus nominativis vid. ad Quinctil. Decl. VI. 17. BURM.

190. MIXTO TOTUM] *Totum ut ferveſcat* Marg. Conſt.

191. TEPIDOS] *Trepidos illic* Cod. Voſſ.

192. SUMMA BONI EST ALACRES HOMINI CONTINGERE VISUS,] *Summa* eſt ipſa boni perfectio & conſummatio, ἡ κεφαλαίωσις. Gloſſae: *ſumma*, ἡ ὁλὰς, ἡ συναρίθμησις. *ſummarium*, κεφάλαιον Gloſſae Philoxeni, *ſumma*, κεφάλαιον, σύμπαν. *Summa boni*, ut *ſumma votorum* apud Poëtam:

—— *votorum haec ſumma meorum.*

KEUCHEN. Idem, quod ſummum bonum. vid. ad Ovid. Epiſt. XVI 307. ita *ſumma mali* Ovid. Met. XIII. 678. I. ex Pont. VIII. 4. pro eo, quod ſummum eſt, & ſingula mala in ſe complectitur. Etſi vero *alacres viſus*, ut cap. I. *alacrem capitis vigorem*, pro integris, ſanis capi poſſent; malim tamen *acres viſus*. vide quae dixi ad Val Flac. III. 571. ita *acre lumen* Ovid. XV. Metam 579 & *acres oculi* & *viſus* paſſim Ciceroni, Plinio & aliis. & inf. vſ. 212. *exacuet viſus*, & hinc *acies* oculorum. *alacer vultus*, in quo laetitiae ſigna apparent, dici poteſt, ſed *alacres viſus aut oculos*, nondum legi, & ſi occurrunt, de laetitiae ſignis debere capi puto. ut apud Minuc. Felic. cap. IV. *cur non agnoſco, Caecili, alacritatem tuam illam, & illam oculorum etiam in ſeriis hilaritatem requiro?* deinde ſaepiſſime. *acer* & *alacer* confunduntur in ſcriptis. ut apud Virgil. XII. Aen. 337.

*Talis equos alacer media inter proelia Turnus*
*Fumantes ſudore quatit.*

ubi *acer* alii codices. *homini* deerat in Regio. BURM.

193. QUOS QUASI CUSTODES DEFENSORESQUE PERICLI PROSPICIENS SUMMA NATURA LOCAVIT IN ARCE:] Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Cicero lib II. de Nat. Deorum 36. *Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinent: ex quo plurima conſpicientes fungantur ſuo munere.* Minucius Octavio cap. XVII. *Oculi in ſummo, velut in ſpeculâ conſtituti, & omnes ceteri ſenſus velut in arce compoſiti.* Theophilus Protoſpatarius medicus de fabricâ corporis humani libro

Proſpiciens ſumma natura locavit in arce:
Sic tamen, ut nullos paterentur deſuper ictus,
Atque ſupercilio pavidi tegerentur opaco.
Sed dolor immeritum lumen ſi forte laceſſit,
Lana madens oleo noctu connectitur apte,
Viventiſve nepae lumen geſtatur amicum.

Ex

bro IV. cap. XVI. ἐπεὶ δὲ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμὸς, καθὼς φησὶν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. ὁ δὲ λύχνος οὐκ ἐπ' ἐδάφους ἔχει τὴν θέσιν, οὔτ' ἐν μέσῳ τόπῳ, ἀλλ' ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου κεῖται, εἰ μέλλοι φωτίζειν τοῦτον οἶκον ἅπαντα καὶ τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ δημιουργικὴ τούτου σοφία εἰδυῖα ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου λαμβάνειν τὴν ὅρασιν, τοὺς ὀφθαλμοὺς πλησίον τοῦ ἐγκεφάλου τὴν θέσιν αὐτῶν ἐτεχνήσατο. καὶ ἐπειδὴ ἡ περιπάτησις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν βαίνει, τὸν ἔμπροσθεν τόπον ἐξελέξατο, καὶ δύο τὸν ἀριθμὸν αὐτοὺς ἐποίησε, διὰ τὸ πλῆθος τῆς χρείας αὐτῶν· ὅπως ποτὲ τοῦ ἑνὸς ἀμαυρωθέντος, διοικεῖται ὁ ἄνθρωπος μετὰ τοῦ ἑνός. πολλοὶ γὰρ διὰ δριμὺ ῥεῦμα ἢ ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπώλεσαν ἢ τὸν ἕνα. καὶ ἄλλως δὲ χρήσιμον τὸ δύο εἶναι τοὺς ὀφθαλμούς· οὐ μόνον γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ὁρᾶν χρὴ ἀλλὰ καὶ τὰ πλάγια, καὶ τὰ ὀπίσω σκοπεῖν. *Defenſores pericli*, pro a periculo: ſic *defendere* eſt vindicare & depellere, apud Nonium. Graeci eodem modo ἀρήγειν & ἀρκεῖν, ambigua ſignificatione. Apud Euripidem Troadin, παῖδά τ' οὐ δυναίμεσθα θάνατον ἀρῆξαι. Plautus Moſtellar. act. IV. ſc. II. *Heu ecquis hic eſt, qui his injuriam foribus defendat?* pro, à foribus. Virgilius: *Solſtitium pecori defendito.* à pecore. Ennius Achille: *Serva cives, defende hoſtes, cum potes defendere.* & alia ſexcenta. KEUCH. *Quod quaſi* Putean. Multa hic & in prooemio de *arce*, quae caput eſt, ſublegit Keuchenius commentatoribus ad Minucii locum, quemadduxit.

196. Atque supercilio pavidi tegerentur opaco.] Sic & manuſcriptus codex habet. impreſſus vero Collinaei *retegantur* legit. WOLF. Non eſt, cur ex avito diviſim reſcribamus:

*Atque ſuper cilio pavidi tegerentur opaco.*

nam & *ſupercilium* de cilio dixere veteres. Sic tegmina, quibus oculi cooperiuntur, *cilia* & *ſupercilia* vocabant. Lactantius de opificio Dei. cap. X. *Ut oculi munitiores eſſent ab injuria, eos ciliorum tegminibus occuluit, unde oculos dictos eſſe, Varroni placet. Nam & ipſe palpebrae, quibus mobilitas ineſt, palpitatio vocabulum tribuit; pilis in ordine ſtantibus vallatae, ſeptum oculis decentiſſimum praebent.* Sic recte *pavidi* dicuntur oculi, quod tremuli ſint & palpitantes. Vide, quae infra notamus ad INTERNECANDA, QUAE OCULOS IMPEDIUNT. quod caput tranſpoſitum de ſuo loco legitur, & poſt hoc videtur reponendum. Sic in antiquo meo manuſcripto comparuit; an in caeteris, non recte pronunciaverim. KEUCH. *Teguntur* Ed. Vet. *reteguntur* Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. ſi hoc verbum placere poſſit, *retegantur* legendum. ſed & variatio illa temporum hic non valde placet, nec *retegi*, pro tegi diligenter probo, ut ad Suet. Aug. LXXVIII. docebo. ideoque vulgatum ſervo. BURM.

197. Immeritum] Eleganter res inaminatae ita dicuntur, cum indigna patiuntur quaſi, & nulla eſt earum culpa, aut peccaſſe dici poſſunt. ita ſaepe Propertius: ut II. III. 3.

*Et ſaepe immeritos corrumpas dentibus ungues,*

& *immeritam aurem* II. XIX. 58. *arborem* IV. III. 19. *lunam* IV. IV. 21. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 195. IDEM.

198 Connectitur] Eſt idem, quod *adalligatur*, quo verbo ſaepe utuntur medici: membro ſc. dolenti. vid. cap. I. vſ. 17.

199. Viventisque nepae] Scorpionis. PICTOR. *Viventiſve nepis* avitus: minus, ſi quid judico, recte. *Nepa* pro cancro: inde *imitari nepam*, καρκῖνον λοξοβάτην in Epigr. Graeco. Plinius de cancri oculis, lib. XXXII. cap. 7. *Cancri oculos adalligatos collo, mederi lippitudini dicunt.* Marcellus: *Cancri oculus ſubtiliter ſublatus & in phoenicio colligatus, colloque ſuſpenſus, lippitudini incipienti medetur,*

Ex folio caulis cineres, confractaque tura,
Et laticem Bacchi foetae cum lacte capellae,
Deſuper inducès, atque una nocte probabis.
Hyblaei mellis ſuci cum felle caprino
Subveniunt oculis dira caligine preſſis.

Vet-

*tur, ſi tamen remedium à caſto homine fiat.* KEUCH Ita reperi in omnibus fere editis: *vivunt/que* Putean.

199 AMICTUM] Lege *amicum* WOLF. In Humelbergii editione legitur, *ſumen geſtatur amictum*, in Leid & Ed. Veter. *lumen amictum*. Humelb. explicat, abdomen & pingue ſcorpii circumdatum, circumligatum & ſuperimpoſitum. nepam non eſſe cancrum, ſed ſcorpium Bochart Hieroz. part. II. lib. IV. cap 29. docuit. ſed paſſim *amica* vocat noſter medicamina juvantia, ut cap. I. XXXVI. XLVI. & contra *inimica* cap. XXXV. BURM.

200 CONFRACTA] Id eſt trita, ut ſolent fruges teri in mortario, vel frangi ſaxo. vid. ad cap. III.

201. ET LATICEM BACCHI FOETAE CUM LACTE CAPELLAE,] Non reſpuenda lectio, quam me docuit liber avitus: *foetae cum lacte mamellae*, *mamellae* pro *mamillae* fortaſſe ſcriptum eſt, niſi ſit illud verius. In Longobardo charactere literae affines maxime comparent. Nec diffident medicorum filii, qui tale quid oculis ex cruore ſuffuſis praeſcribunt. Dioſcorides περὶ λιβανωτοῦ χάλκαντος. μίσγε δὲ λιβανωτῷ, λείω, ἐγχρίεται τοῖς ἐκ πληγῆς αἱμαχθεῖσιν ὀφθαλμοῖς. *thuris pollinem* Dioſcorides vocat, quod *thus confractum* Samonicus. Sic eleganter & indubie, ut puto, veram lectionem reſtituimus. KEUCHEN. *Foedae* Ed. Lipſ. & Caeſarii, & ita capite praeced. *olida capella* dicitur. vid. & cap. XVIII. & XLVII. ſed & *foeta* dicitur, quae peperit, & inde lacte turget. ita inf. cap. XVIII.

*Semina vel marathi foetae cum lacte capellae.*

*foetam* dici & gravidam, & partu liberatam docet Serv. ad Virgil. I. Aeneid. 51. ſed de animalibus numquam dici de gravida, ſed jam enixa cenſet Cerda ad Virgil. VIII. Aeneid. 630 BURM.

203. HYBLAEI MELLIS SUCCI CUM FELLE CAPRINO] MSS. habet *ſucci*. WOLF. Scribitur in eodem avito: *Hyblaei mellis ſucci cum felle canino:* quod non vilius eſt illo in vulgum vulgato, *cum felle caprino.* Et ſane non affectaremus ejuſmodi diſcrepantias, ni ceterorum ſcriptorum auctoritate, qui eandem rem tractant, nolentes impelleremur. Plinius XXIX. cap 5. *ſuffuſionem oculorum canino felle malebat, quam hyaenae curari. Apollonius Pitanaeus cum melle.* Non tamen damno caeterorum ſcripturam, *cum felle caprino:* immo vehementer eandem probo, cum fel caprae ſylveſtris privatim contra ſuffuſiones incipientes & oculorum caligines commendet Dioſcorides, περὶ χολῆς κεφ. II. 96. αἰγὸς ἀγρίας. ἰδίως ἁρμόζει πρὸς ἀρχομένας ὑποχύσεις, καὶ ἀχλῦς. & intra eodem capite: αἰγὸς ἀγρίας ἰδίως κατὰ ... θεραπεύειν ἐγχειρεῖσθαι. Quae crebra ſunt apud illos auctores. Paria autem remedia ad ſuffuſiones & caligines plerumque à medicis praeſcribuntur, quod admonere conſultum putavi, ne quis avitam lectionem aſpernaretur. KEUCH. *Succus* Putean. Reg. Leid. Ed. Vet. *ſuccus cum lacte caprino ſubveniunt* Cod. Voſſ. Mutaverunt hunc ſingularem in pluralem librarii, neſcii eleganter verbum addi plurale *ſubveniunt:* ſic *Deucalion cum conſorte adorant* Ovid I. Met. 320. ubi vide, quae adnotavimus. & quae infinitis exemplis augere in promptu eſt: *fel caprinum* optime illuſtrat Humelberg. Plin. Valer. I. cap. 18. inter alia miſceri jubet *mel Atticum & fel hircinum.* & cap. 20. *caprinum fel cum vino pari menſura mixtum, & in modum mellis peractum.* Plin XXIX. 6. *mel utiliſſimum oculis, in quo apes immortuae ſunt.* Alter Plinius ibidem fella aliorum animalium cum melle Attico commendat: & multorum volucrium fella oculorum caligini & ſuffuſioni mederi, & praecipue vulturum docuit Bochart. Hieroz. part. II. lib. II. cap. 26. BURM.

204-

Digitized by Google

Vettonicae manſus ſiccabit lumina ſucus.
Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſae marathro guttae cum melle liquenti
Detergere malum poterunt, vel vulturis atri
Fella, chelidoniae fuerint quîs gramina mixta.
Haec etiam annoſis poterunt ſuccurrere morbis.
Fel quoque de gallo mollitum ſimplice lympha
Exacuet puros, dempta caligine, viſus.

Sive

204. DIRA CALIGINE] Heinſ. malebat *aegra.* nihil cauſſae video ſi quid mutandum foret, potius ſcriberem *nigra caligine.* ut ita *dirum* & *nigrum* virus confunditur apud Lucan. I. 625. & ita *atra*, *picea*, *nigrans* caligo paſſim apud Maronem & alios. ſed quia hic de morbo vel vitio maxime deteſtando, & quo nihil eſt miſerius, agitur, cur non *dira caligo*, ut *dirus Hydrops* Horatio, *dira peſtis*, *diri cruciatus* & ſimilia paſſim obvia, dici jure poteſt? nec amo ſana ſollicitare. BURM.

205. VETTONICAE MANSUS SICCABIT LUMINA SUCUS.] Hanc herbam Plinius ita vocatam tradit, quod Vetones in Hiſpania eam inveniſſe credantur. a Dioſcoride alia a *betonica*, quae vulgo dicitur, deſcribitur. Βεττονικὴ, ab ipſo dicta in verbo κέστρον CAESAR. *Vetonicae.* WOLF. Ita libri, quod ſciam, omnes Alio tamen loco *betonicam* pro *vettonica* dixit Serenus. Plinius: *Vettones in Hiſpania* invenerunt *eam*, *quae vettonica dicitur in Gallia*, *in Italia autem ſerratula*, *ante cunctas laudatiſſima* Inde proverbium Italorum: *Tu hai più virtu, che non ha la betonica.* KEUCH. *Vittonicae* Putean. & Reg. *vittonitae* Lipſ. *vectonicae* Ed Vet. *vetonicae* Geſn. MS. & Edit. Pictor. pro *manſus* alios *tritus* legere notavit Voſſ. & vid. ad cap. XLVI. ſed ſi a Vettonibus derivatur, ſecunda ſyllaba produci deberet, ut apud Lucan IV. 9. *Vettoneſque leves* ubi alii *Vectones*, quod probat Heinſ ad Sil. Ital III 378 vid. Rhod. ad Lexic. Scribon. in *betonica.* Salmaſ. de Homon. Hyl. Iatr. cap. XLIII. BURM.

207. MARATHRO] Id eſt foeniculo. PICTOR

207. EXPRESSAE MARATHRO GUTTAE CUM MELLE LIQUENTI DETERGERE MALUM POTERUNT,] Succus foeniculi maxime efficax eſt πρὸς τὰ ὀφθαλμικά. Graeci medici περὶ μαράθρου, Dioſcor. III. 81. ὁ χυλὸς ἐκθλιβόμενος τῶν καυλῶν ἢ τῶν φύλλων ἐν ἡλίῳ ξηρανθεὶς, εἰς τὰ ὀφθαλμικὰ ὅσα πρὸς ὀξυδορκίαν σκευάζεται χρησίμως. De felle vulturino paria fere habes apud Plinium lib. XXIX. cap. 6. KEUCH. *Poterint* Putean. de marathro, quod *malathrum* dixit poſterior aetas, multa collegit Bodaeus ad Theoph. VI. I. p. 348.

209. FUERINT QUAE GRAMINA MIXTA.] Manuſc. & reliqui, *Fella*, *chelidoniae fuerint quis gramina mixta* WOLF. *Fuerint quae gramine miſta* Cod. Voſſ. Reg Leid. Paderb. *Chelidonio f. qua gramine miſta* Putean. *chelidonio f. quae gramine m.* Ed. Vet. & Humelb. & Pacianus Paraenetico, quem adfert Barthius ad Rutil. lib. II. 18. *Excaecatos hirundo pullos novit oculare de ſua chelidonia, nos lumina mentis amiſſa nulla malae tractationis radice curabimus.* BURM.

210. SUCCURRERE] *Succedere* Putean.

211. FEL QUOQUE DE GALLO, MOLLITUM SIMPLICE LYMPHA] Ἀλεκτορίδος χολῆς, habet Dioſcorides. Plinius etiam de gallo conſentit, ſed albo, cum Dioſcoride: *eadem vis eſt in gallinacei felle ad ſuffuſiones oculorum*, *maxime candidi gallinacei.* Marcellus: *galli gallinacei maxime albi fel ex aqua dilutum*, *&* *inunctione adhibitum*, *leucomata oculorum &* *hypochyſes ſanat*, *&* *aciem luminum confirmat.* KEUCH. Plin. Val. I. 18. *fel pulli pugnacis* habet, quo exprimit *Gallinaceum pyctem* Columellae dictum VIII. 2. BURM.

212. EXACUIT] Pro *exacuet.* WOLF. *Exacuit* Putean. Leid. Reg. Ed. Venet Humelb. Caeſar



Digitized by Google

Sive columbarum fimus admiſcetur aceto,
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis.
Vina chelidoniae ſimili ratione jungantur,
Efficiuntque ſuo praeclaros unguine viſus:
Aſpera quinetiam mulcent, & rupta reducunt.
Si genus eſt morbi, miſerum quod lumen adurit,
Hic calor infuſo miteſcit lacte canino.
Anguibus ereptos adipes aerugine miſce,
Hi poterunt ruptas oculorum jungere partes.
Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum,

Spi-

213. Sive columbarum fimus miscetur aceto,] Manuſcr. *admiſcetur*. hoc carmen in Collinaei editione praetermiſſum. WOLF. Plinius ubi ſupra: *Laudatur & milvi jecur. Fimum columbarum ex aceto ad aegilopas.* Idem de felle perdicis: *Fel perdicis cum mellis aequo pondere; per ſe vero ad claritatem dorcados.* Marcellus: *Perdicis fel mixtum melli Attico caliginem tollit, ſi oculis aſſidue infundatur, ſed cum modo & aequali menſura.* Omnia fere à Plinio Serenus mutuavit: in quo tamen extra regulam producitur *fimus*. Alibi:

*Sive palumborum capitur fimus acre ferorum.*

Sed haec obvia ſunt in noſtro Poëta medico. KEUCH. Hic verſus deſideratur etiam in Lipſ. editione: in Caeſarii & Pictor. etiam ſequens abeſt. in Veneta & Lipſ. quatuor deſunt. *fimus admiſcetur* Cod. Paderb. & Edit. Ald. recte: prima enim in *fimus* corripitur. ſupr. cap. VI. & apud Virgil. & alios. vid. inf. XXXVIII. & LIII. BURM.

214. Parili] *Pari* Cod. Reg. Putean.

215. Vina chelidoniae ſimili ratione jungantur,] Χελιδονίῳ τῷ μεγάλῳ Dioſcorides II. 211. ταύτης ὁ χυλὸς μιγεὶς μέλιτι καὶ ἑψηθεὶς ἐν χαλκῷ ἐπ' ἀνθράκων ἁρμόζει πρὸς ὀξυδορκίαν. Notarunt, ejus ſuccum eſſe croceum. Idem: χυλὸς δὲ κροκώδης, δριμὺς, δηκτικός. Falluntur autem, qui croceum ſuccum cum colore croceo confundunt. Lexicon Chymicum: χελιδονία ἐστὶ τὸ ἰλύδριον. Neophytus: χελιδόνιον, τὸ ἰλύδριον KEUCH.

217. Reducunt.] *Reducent* Leid. Ed. Vet. *fracta reducunt* Cod. Voſſ. *reducere* hic notat iterum conducere, ut coeant partes ruptae.

218. Si genus est morbi, miserum quod lumen adurit,] Si eſt ſuffuſio, quam cataractam vocant. PICTOR. Ophthalmia, ſive oculorum inflammatio. CONSTANT. Haec ſuffuſionem concernunt, quam *cataractam* nominarunt, ut obſervat Pictorius KEUCH. Πρόπτωσιν Graecis dictam intelligit Humelbergius, ut Celſus lib. VI. cap. 6. vocat, ingentem inflammationem impetu erumpentem, & quum oculi procidunt. BURM.

219. Mitescit] *Miteſcet* Leid. Ed. Vet. Humelb *miteſcit* Venet. Lipſ.

220. Anguibus ereptos adipes aerugine misce, Hi poterunt ruptas oculorum jungere partes.] Non *exceptos adipes*, quod à Mundella lectum. Et perperam avitus, *aerugine miſces.* Habet autem à Plinio capite ſupra citato: *anguium adeps aerugine mixtus, ruptas oculorum partes ſanat. ruptas partes* vocant everſionem palpebrarum. λαγώφθαλμον Graeci appellant, ut teſtatur etiam Celſus libro ſeptimo. Avicenna vocat *aſcera*, quod exponunt *palpebrae inverſationem.* Dioſcorides de aerugine V. 22. δύναται δὲ πῦς ἰὸς τύφειν, θερμαίνειν, ἀποσμᾶν τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς οὐλὰς καὶ λεπτύνειν. Aëtius libro ſeptimo capite 71. ἰὸν πεφρυγμένον ἐπ' ὀστράκου λιπαρὰς ἐκφλογίσας ... αὐτὸν, ἢ μόλυβδον πεπυρωμένον ἴσον συμπλέκει. KEUCH. *Raptas* Putean. Ed. Venet. Lipſ. quae priori verſu & *ereptus.* de genere adipis vid. ad cap. XXV.

222.

Digitized by Google

Spiritus alterius prodeſt, qui grana cumini
Pallentis mandens, viſus exhalat in ipſos.
Si tumor inſolitus typho ſe tollat inani,
Turguentes oculos vili circumline coeno.

Ca-

222. GLAUCOMATA ] Glaucoma vitium oculorum eſt ex humoris cryſtallini vitio: *horrendum peplum*, id eſt nebulam PICTOR.

222. SI VERO HORRENDUM DUCUNT GLAUCOMATA PEPLUM, ] Reliqua exemplaria *peplum* legunt, Gryph. ad marginem *plumbum*. WOLF. *Peplum*, non dubito, quin vera lectio ſit, libri tamen *plumbum* conſtanter affirmarunt. Literae legebantur tranſpoſitae in avito chirographo, in quo *pumblum* ſcriptum erat ineptiſſime pro *plumbum*, quod & in caeteris forſan exaratum: Qui hoc affectu laborant, iis vitium humoris cryſtallini in colorem glaucum, oculum immutat, videnturque, quaſi per *peplum*, id eſt, nebulam videre. KEUCH. *Ducent* Codices veteres & Ed. Vet. Venet Lipſ. Ald. Pith. Pictor. Caeſ. Gryph. *plumbum* Putean. Voſſ. Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. & aliae vero in margine. Heinſ. conjiciebat *limbum*. *peplum* quaſi velum poſſumus capere, quo obnubilantur oculi in glaucomate. Humelbergius *plumbum* ex Plin. xxv. 11. de vitio oculi explicat, *peplum* vero pellem & tuniculam exponit. ita ut dubius haeſerit. cum vero glaucoma proprie ſit cryſtallini humoris in colorem caeſium ſive glaucum mutatio; potuit fortaſſe ad peplum Minervae, quae caeſia & γλαυκῶπις dicitur, reſpicere: de quo peplo multa multi ſcripſere, quos non compilo. vide de Glaucomate Foeſii Oeconom Hippocratis, & Gorraei definit. Medicas. *Horrendum* vero dicit, quia color caeſius horrendus, unde *Caeſius Leo*. vid. Giſan. Indic. Lucret. BURM.

223. SPIRITUS ALTERIUS PRODEST, QUI GRANA CUMINI PALLENTIS MANDENS VISUS EXHALAT IN IPSOS. ] Cuminum ſativum Aethiopicum intellige, & Aegyptium: de quibus Dioſcorides περὶ κυμίνου ἡμέρου. III. 68. Graeci καρωβάδι vocant, & καρωβάδιον, quos inter Myrepſus. Plinius xx. 15. de cumino ſilveſtri: *oculorum epiphoris per ſe impoſitum, tumentibus cum melle prodeſt*. quo loco notabis, in medicamentorum praeſcriptione maxime diſſidere medicorum filios. *Viſus* pro luminibus videntibus eleganter dixit. Gloſſae: *Viſus*, ὄκκος ὀφθαλμός. KEUCH. *Pallentis madens* Ed. Venet Lipſ. Ald. Pictor. *exultat* Leid. Heinſius *exhalet* malebat.

223 CUMINI PALLENTIS ] Cuminum vel cyminum ſemen eſt vulgo notum, quod utentibus pallorem inducit. PICTOR.

225. SI TUMOR INSOLITUS TUFIS ET DUROR INHAERET ] Collinaeus ſic habet,

*Si tumor inſolitus tufis, & gliſcit in annis.*

& ad marginem, *inanis*. Gryph.

*Si tumor inſolitus typho ſe tollit inani.*

& ad marginem, *infeſtat*, *rufos & gliſcit in orbes*. MSS. Codex hoc modo,

*Si tumor inſolitus rufos, & gliſcit in annos.*

WOLF. Non aliter mihi perſuadeo, legendum eſſe hunc verſiculum, quam ut edidimus. Libri partim eodem modo exhibuerunt, partim levi mutatione: *toſo ſe tollat inani*: quod interpretis eget, nec meo quidem judicio ſincerum eſt. Gloſſae *toſum* πῶρον explicant. Sic faeculam vocabant, quae in aeneis vaſis, in quibus aqua coquitur, ſubſidet. Eo ſenſu πῶρον, id eſt, *toſum* praeſcribit Aegineta lib VII. cap. 16. ubi in collyrio ex hydria, πῶρον τὸ ἐν τοῖς θερμαντηρίοις ἀγγείοις ὑφιστάμενον recipit. Sic ille locus Aeginetae ex Galeno reſtituendus libro IV. de compoſitione medicamentorum: καὶ τὸ συνιστάμενον πωρῶδες ἐν τοῖς θερμαντηρίοις ἀγγείοις. antea mendoſe legebatur apud Aeginetam: πῶρον τὸν ἐν τοῖς θερμοφορίοις, &c. De ejus toſi generatione paſſim habes apud eundem Galenum, & praeſertim libro primo de alimentis, item Alexandr. Trallianum, qui pleriſque articulis fluxione tentatis oboriri tradit, libro undecimo. Sed nullus tumor *tophus* in medicina legitur, in vitiis oculorum curandis. Eam lectionem qui dedêre Samonico, non aliud agitarunt, quam ut eodem modo, quo *plumbum*, pro colore plumbeo priore verſu dixiſſet hic *toſum*, cavernoſum & ſpongioſum

la-

Digitized by Google

# CAPUT XIV.

*Dentium Vitio, & Oris Faetori Medendo.*

Haud facile eſt acrem dentis tolerare dolorem,

Quo

lapidem, ſimili inani & leviter ebullienti tumori compararent. Quod an aeque factum ſit, aliis etiam diſcutiendum relinquo. Omnino autem haeret animo meo legendum, *typho ſe tollat inani.* Liber avitus: *tuſo ſe tollat inani*, *tuſo* pro *tyſo* ſcriptum; vel *typho*, ut τύφω pro τῦφο, quod frequens occurrit in veteribus membranis: unde correctores intempeſtive ſeduli male, quamvis pronâ emendatione, *toſo* fecerunt. *typhum* vocabant omnem ſubitaneam inflammationem: unde & τῦφον febriculam ardentem exponit Foeſius in Hippocratem. Gloſſae medicae: *tafus* (ſcribo *tuphus* vel *typhus*) τυφώδης πυρετός. Talem febriculam ſymptomaticam à jecinoris eryſipelate excitatam, τυφώδη veteres appellabant, ſicut à ventriculo λειπυρίαν, à pulmone καυματώδη. Iſidorus IV. 7. *typhi ſunt frigidae febres, quae abuſive typhi appellantur ab herba, quae naſcitur in aqua; quae Latine forma atque ſtatus dicitur.* Bene fecerunt eruditi viri, qui repoſuerunt: *Typus forma atque ſtatus dicitur.* Eam herbam, quae ſe ab aqua inflat, *typum* vocabant, unde ambitioſorum hominum tumor typhus dicitur, ut habet Papias. Immo febrium horrorem etiam *typum* dixerunt, unde ea lemmata apud Serenum: QUARTANAE. TERTIANAE. QUOTIDIANAE TYPO MEDICANDO. Theodor. Priſcianus libro II. cap. 21. de phthiſicis: *conſuerunt ſub quodam velut typico charactere veſpertinis magis febribus admoneri, ut aliquando cotidie, aliquoties etiam diem tertium moveantur.* Habes apud Myrepſum de propomatis medicamentum, ad typos quotidianos & quartanos, cap. XCVII. Eum igitur tumorem, quem Serenus hîc abſque manifeſta cauſa in oculis, id eſt, in palpebris ebullientem deſcripſit; cum ſit inani quodam ſpiritu diſtentus, non inepte *typhum* dixeris. Graeci ἐμφύσημα vocant, & ἐμπνευμάτωσιν communiter, & utramque vocem promiſcue, ut alia confundunt. Illi autem, qui pro librorum auctoritate Sereni verſiculum legunt,

*Si tumor infeſtat, ruſos & gliſcit in orbes,*

ὀφθαλμίαν exponi putant, quibus nullatenus adſentior. Ea enim lectio, quam ex membranis interpretamur, mihi multo venuſtior eſt & vetuſtior; & prae altera ſequiore eam defendere poſſumus & exponere, immo & debemus, KEUCH. *Si tumor inſolitus tuſis & duror inhaeret.* Leid. Ed. Vet. & Humelb. *inſolitus tuſos, & gliſcit in annis*, Venet. & Lipſ. *tuſis & gliſcit in annis* Caeſar. *inſolitus toſo ſe tollat inani* marg. Conſtant. reliqui vel *infeſtat, ruſos & gliſcit in annos*, vel ut editum a Keuchenio. duo vero hi ultimi verſus deerant in Puteaneo & Regio. Heinſ. corrigebat *figuli circumline cœno.* ſed *vili* eſt obvio, nullius pretii, & ideo parabili omnibus, non ut quaeſita remedia, & *ambitioſa*, ut cap ſeq. vocat. vid. ad verſ. 272. his opponuntur *pretioſa* cap. XXVIII. ubi *viles* conchas illis opponit. vid. & cap. XXIX. & ad Rutil. I. Itin. 370. BURM.

FAETORI] *Faetore* Putean.

227. TOLERARE] *Toleraſſe* Edit. Vet. *toleraſſe laborem* Leid.

227. HAUD FACILE EST ACREM DENTIS TOLERARE DOLOREM,] Celſus libro VI. cap. 9 *in dentium dolore, qui ipſe quoque maximis tormentis annumerari poteſt, vinum ex toto circumcidendum eſt.* ea lectio in omnibus libris apparet, docente Cl. Lindano. Ego tamen olim conjiciebam: *genuinum ex toto circumcidendum eſt.* cujus conjecturae autorem gloſſam habui, quae *genuina* ὀδόντας exponeret: item *genuina*, περὶ ὀδόντων ἀφθαρτῶν κρεῶν. Celſus libro VII. cap. 12. *Si dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adjuvant, placuit; circumradi debet, ut gingiva ab eo reſolvatur.* quam conjectu-

Quo magis eſt aequum medicam pernoſcere curam.
Quum Baccho violas decoxeris, ore teneto.
Manſus item prodeſt ſucis oleaſter acerbis:
Hinc oſcedo fugit, linguae quoque vulnera cedunt.
Cum vino piper & nitro tepidum inde dolenti.
Saepe chelidoniae ſuco, vel lacte capellae
Saneſcunt dentes, aut tauri felle juvantur.
Aut acidi latices clauſo volvuntur in ore.
Manditur apta rubus gingivis, & bona labris

Len-

ctu〈r〉am tamen eum incomparabili Gronovio non approbaſſem, ſtatim ab eâ deſtiti. nam τὸ *circumcidere* multo venuſtius illic de vino, quam genuino legitur, ut apud Phaedrum IV. 19. *circumcidere impenſam funeris*, apud Senecam ad Helv. II. 18. *circumciſae peregrinantium ſarcinae*, apud Florum l. II. c. 18. *amputare ſarcinas*, ut ille me docuit per epiſtolium. Nam quis non experitur τῶν ἰδιωτευόντων vini ſibi uſum inutilem eſſe? Eidem Gloſſarum iſte locus vehementer eſt ſuſpectus, & veriſimile putat, ſcriptoris manum aberraſſe, *genuina* poſito, quum *gingiva* vellet. Quod indubie verum eſt, & jam veriſſimum amplector. Eſt autem *circumcidere vinum*, vini uſum interdicere. Idem Celſus libro IV. cap. 20. *deinde, ubi ad ſe redit, circumcidendum vinum eſt in totum annum.* KEUCH. vid. ad Phaedri d. l.

228. CURAM ] *Vitam* Leid.

229. BACCHO ] An *in* vel *ex Baccho*, ut ſolent loqui medici. Plin. Val. I. 37. *Violam ſiccam in vino coques, idque calidum in ore tenebis.* & ita centies Celſus & alii. vid. Keuch. ad cap. LV.

230. SUCCIS ACERBIS: ] De olivis immaturis. PICTOR. *Manſus idem* Leid.

230. MANSUS ITEM PRODEST SUCCIS OLEASTER ACERBIS: ] Oſcedini nimirum & linguae vulneribus, ut ſequenti verſu ſubindicat: Dioſcorides περὶ ἀγριελαίας I. 137. ἰᾶται καὶ ἐν στόματι ἕλκη καὶ ἄφθας διαμασσηθεῖσα. Turnebus *oris ulcuſcula*, interpretatur ex Iſidoro libro XI. cap. ultimo Adverſar. ut & Mercurial, lib. V. cap. 10. Var. Lect. Gloſſae medicae: *oſcedo*, ἄσκαι. Perperam: Legendum, ἄφθαι. ἄφθαι enim oris ulcera ſunt, ut medici norunt, & ex Dioſcoride ſatis conſtat. Etiam de ceteris corporis partibus dixēre, ſicut ἀφθώδεις διδύμους, de teſtibus exulceratis Aegineta libro III. cap. 54. Hippocrates de fiſtulâ pulmonis libro II. de morbis: ἢν ἀφθήσῃ ἡ σύριγξ τοῦ πνεύμονος, πυρετὸς ἴσχει βληχρός. Marcellus *puſtulas* vocat, eodem remedio eum Sereno: *linguae ulcera vel puſtulae bene accipiuntur, ſi oleae vel oleaſtri ſucco foliorum & ſulphure tritis, aſſidue perfricentur.* Quare perperam eſt Pictorius, qui *oſcedinem* hic oris extenſionem interpretatur. KEUCH.

231. OSCEDO ] Oris graveolentiam hoc loco ſignificat. alias pro oris vitio accipitur, quod & *oſcitatio* dicitur. vide A. Gell. IV. 20. CAESAR. *Oſcedo*, quaſi oris extenſio, dicitur a ſuperfluitatibus in muſculis mandibularum & thoracis veniens, quae ſi integro corpori eveniat, *pandiculatio* vocatur. PICTOR. *Obſcaedo* Putean. Edit. Venet. Lipſ. Ald. Humelbergius *Halicen* interpretatur, Latine *anxitudinem*, vel *pandiculationem*.

231. LINGUAE VULNERA ] Aleolam intelligit, de qua Galenus tertio interiorum. PICTOR.

232. ET NITRO TEPIDUM INDE DOLENTI. ] *Et nitrum tepido* Ald. *cum nitro piper & vinum tepidum injice denti* Leid. Ed. Vet. Humelb.

234. SANESCUNT ] MSS. *ſanantur dentes.* WOLF. *Seneſcunt* Ed. Vet. *juvatur* etiam Regius.

235. CLAUSO ] *Clauſae* Ed. Venet. & Lipſ. male. vid. vſ. 268.

236. MANDITUR APTA RUBUS GINGIVIS, ET BONA LABRIS. ] Alii libri non di-



ſtin-

Lentiſcus, myrtuſque emendant oris odorem.
Quod vero adſumpſit nomen de dente fricando,
Cervino ex cornu cinis eſt: aut ungula porcae

Tor-

ſtingunt, & legunt, *& bona labris Lentiſcus.* quod non placet. *Rubus* pro foliis ruborum. Plinius Valerianus *pampinos* ruborum, id eſt, folia, eodem conſilio praeſcribit, libro I. cap. 36. *ruborum, in quibus mora naſcuntur, pampini decoquuntur in auſtero vino, & commanducantur adverſus mobilitatem dentium.* Melius ad Sereni ſenſum Dioſcorides IV. 37. Κηρτύνει δὲ καὶ οὖλα καὶ ἄφθας ὑγιάζει διαμασώμενα τὰ φύλλα. Sic *rubum* Poëtae dicunt de moris in rubo creſcentibus: Calphurnius Ecloga IV. 31.

——— *ne fraga ruboſque*

*Colligerem, viridique famem ſolarer hibiſco.* etiam *rubum bonum labris*, gemine dixit. Ibidem Dioſcorides lib. IV. 37. τὸ δὲ καρπὸ αὐτῦ ὁ χυλὸς πεπείρε ὄντος τελείως, εἰς τὰ στοματικὰ ἁρμόζει. Graeci Poëtae bonam labris interpretantur, ob puniceum & rubicundum colorem, qui verus naturalium labrorum. Aeſchylus apud Athenaeum II. II.

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις,

Καὶ μιλτοπρέπεσι βρίθεται ταὐτῷ χρόνῳ.

Inde γογγύλοι μόροι vocavit Sophocles. Iidem *rubum gingivis aptam* exponunt, ob ſuavem ſaporem & oblectamentum ſaporiferum. Nicander:

Καὶ μορέης, ἣ παισὶ φίλα μείλιγμα τέτυκται,

Πρῶτον ἀπαγγέλλουσα βροτοῖς ἥδιστον ὀπώρην.

Notabis autem μόρα dici, quae rubi ferunt. Ovidius I. Metam. 105.

*Cornaque & in diris haerentia mora rubetis.*

Euſtathius. σημείωσαι ὅτι καὶ τὰ τῆς βάτε μόρα λέγεται. Galenus de compoſitione medicamentorum, κατὰ τόπους, libro VI. μόγονται δὲ καὶ τῶν βάτων τοὺς καρπούς, οὓς ἔνιοι μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ ὀνομάζουσι, βάτινα προσαγορεύοντες. ἔνιοι δὲ συνήθει συνηθείᾳ μόρα καλοῦσι, προστιθέντες τὰ ἀπὸ τῶν βάτων. Hieronymus Paulino: *Amos paſtor & ruſticus, & ruborum mora diſtringens.* KEUCHEN. *Apte* Lipſ. ſublegit hic plurima Keuchenius Caſaubono ad Athen. lib. II. cap. II. ad quem remitti lectorem ſatis fuerat. in Athenaeo enim Aeſchyli, Sophoclis & Nicandri loca leguntur. BURM.

237. LENTISCUS, MYRTUSQUE EMENDANT ORIS ODOREM.] Inter εὐστόμαχα veterum, connumerantur myrtus & lentiſcus. de lentiſco ſupra ad cap. VII. notavimus, de myrto paſſim medici conſentiunt. Obiter obſervabis, & *olorem* hoc loco recte pro *odorem* exaratum legi in noſtro avito, cum oris graveolentiam deſignet. *olor*, περὶ ὀσμῆς in optimis gloſſis exponitur, ut ſupra cap. VII. quoque notavimus. Marcellus: *oportebit autem perungere aſſidue ulcera ſucco rubi lentiſci, oleaſtri, roſae viridis foliorum.* KEUCH. Forte *emendans*, ut myrto addat hoc epitheton; ut *lentiſcus bona labris.* ſed alii aliter diſtinguunt.

238. NOMEN DE DENTE FRICANDO,] Unde Latinis *dentifricium* dicitur, Graecis ὀδοντότριμμα dictum eſt. CAESAR. Hinc apud Plin. Val. I. 36. legendum *dentifricium pulverem de lana ſucida in linteo ligatis.* in Ed. Baſil. *dentifragium* legitur.

238. DE DENTE] De *leute* Putean.

239. CERVINO EX CORNU CINIS EST:] Cujus deſcriptionem habes optimam & accuratiſſimam apud Dioſcoridem libro II. capite 63. περὶ ἐλάφου κέρατος. Plinius ſecundus lib. XXVIII. cap. II. *dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis, doloreſque eorum mitigat, ſive infricentur, ſive colluantur.* ubi *cornus* pro *cornu* ex antiquis legendum. Vide, quae infra cap. XXX. notamus. Inter ὀδοντοτρίμματα veterum medicorum, uſitatiſſimum eſt uſtum cornu cervinum, quod ἐλάφειον κέρας κεκαυμένον, ut Graeci paſſim loquuntur. Deinde *torridam porcae ungulam* vocat, quae toſta erat vel cremata. Gloſſae Graeco-latinae: κατωπτοι τὸ πολυόψετον, torridum, toſtatum. lego: *torridum toſtum*, vel *aſſatum.* Serenus infra cap. ſeq. *vel torrida braſſica flammis.* Multa dentifricia ex toſtis corniculis componebantur. Marcellus: *oſſium ex ungulis porcinis combuſtorum cinis pro dentifricio habitus, plurimum confirmandis dentibus prodeſt.* cap. 13. *Porci ungularum oſſa combuſta tritaque*

Torridæ, vel cinis ex ovis, ſed non ſine vino,
Muricis aut toſti, vel bulbi extincta favilla.
Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.
Exeſos autem dentes ſi forte querêris,
Ure fimum muris, patulis & hiatibus adde:
Vel cinerem dentis cervini extinguere aceto
Convenit, atque cavis immittere partibus apte.
Prodeſt & pulvis lumbrici corpore toſto.
Ora ambuſta cibo ſanabis lacte canino.

Sae-

*que & cribrata, adjecto nardo & folio, frictione frequenti dentes candidiſſimos praeſtant.* Plinius Valerianus libro 1. cap. 36. *comburi debent arenulae, quae in cornibus cochlearum inveniuntur, & cavis dentibus inditae finiunt dolorem: idemque praeſtat fimus corvi in lanâ alligatus.* ultima verba indubie mendoſa ſunt. Barthius aut *corvi* aut *crocodili*, conjicit reponendum. immo *corvi* ex Marcello: *fimus corvi lanula obvolutus, denti cavo inſulcitur minutatim, ac ſine dolore eum diſcutiet.* KEUCHEN. *Cervini cornu farina colluuntur vel fricantur.* Plin. Valer. ibid. qui addit *oſſa ex ungulis ſuis combuſta.* *cervino* Pith. vitioſe.

240. Sine vino] *Sine vitro* Ald. an voluit *nitro*? ſed vulgata recta.

241. Tosti] *Costi* Cod. Voſſ. *torti* Lipſ.

242. Ambitiosa putas, sunt ista salubria cunctis.] *Ambitioſa* pretioſa, ἀϊγονοφόρον. *multis compoſita Philonia rebus.* Infra VENTRI MOLLIENDO cap. XXVIII.

*Multos praeterea medici componere ſuccos*
*Conſuerunt: pretioſa tamen cum veneris emptum,*
*Falleris; fruſtraque immenſa nomiſmata fundes.*

Sic vocabant pretioſas antidotos, & haud mediocrem pecuniae collationem exigentes. Sic aliae erant ἀπαίρετοι, aliae σωτήριοι, & ἰσόθεοι. Ita veteres ſplendidis & magnificis titulis ſuas compoſitiones ornabant. KEUCH. His opponunt *vilia*, ut *vile coenum* modo dixit cap. XIII. ſic Sulpit. Sever. Dialog. 1. 5. *erat autem vilibus texta virgultis, non multo ambitioſior quam noſtri hoſpitis tabernaculum.* & ita omnia ad ſplendorem & pompam parata *ambitioſa* dicuntur, ut *domus*, *menſa ambitioſa.* vid. Lind. ad Amm. Marc. XIV. 7. BURM.

243. Quereris,] *Queraris* Ed. Caeſar. Pictor. & ita malebat Heinſius. *exoſos dentes* vitioſe edit. Pictorii.

243. Exesos autem dentes si forte quereris,] Recte de *cavis* exeſos interpretantur. Marcellus capite XII. *Si excavatus fuerit dens, injicitur in cavernam ejus, quantum ſit ſatis medicamenti ad explendum locum.* eas cavernas, *patulos hiatus* & *cavas partes* Serenus appellat. Alia Graecorum φατνία, cavitates, in quas dentes infixi ſunt, ut Rufus exponit. Galenus autem dentes contineri ſcribit ἐν τοῖς τῶν φατνίων βόθροις. Immo φατνία & βοθρία iiſdem crebro confunduntur. Gloſſae: βοθρίον, *dentium alveoli:* quod ita capiendum; ut cavitates, in quas dentes inſerti ſunt, non dentium cavitates exponantur. Marcellus: *cavos dentes cinis murini fimi impoſitus ſanat & ſupplet.* Male Pictorius hic edidit: *patulis & hiantibus adde.* KEUCHEN.

244. Patulis et hiatibus adde:] Manuſcr. *& dentibus adde.* Collinaeus. *Hiantibus adde.* WOLF. *Patuliſque & hiantibus* Ald. *patulis & hiantibus.* Caeſ. ſubaudito *dentibus*, Pictor. videtur tamen *hiatibus* praeferre: nam explicat, id eſt *foraminibus.* Plin. Valer. 1. 36. *cavis dentibus cinis murini fimi inditur.* BURM.

246. Partibus] In MS codice ſcribitur *dentibus* pro *partibus.* WOLF.

248. Ora ambusta cibo sanabis lacte canino.] Hunc verſiculum codex avitus infra repetit, ſub lemmate COMBUSTURIS IGNE VEL FRIGORE cap. LX.

Saepe etiam gelida gingivas collue lympha,
Dentibus, ut firmum poſſis ſervare vigorem.
Si vero infandum proſerpit ad intima vulnus,
Permiſceto ſalem parili cum pondere turis,
Hinc tractato locum, miram experiere medelam.
Aut tu ſume pilam, quae caudis haeret ovinis,
Haec ſiccata dabit molles & fracta farinas,
Hujus & attritu tetrum mulcebitur ulcus.

# CAPUT XV.

*Uvae, Faucibus, Collo, & quae Mollienda ſunt, Medendis.*

Aegreſcunt tenerae fauces, quum frigoris atri
Vis

LX. poſt eum:

*Junge chelidoniis, ac ſic line vulnera, ſuccis.* KEUCH. *Ora peruſta* Ed. Vet. & Humelb. & ita Leid. forte & hic *lacte caprino*, ut alibi haec confuſa. nam Plin. Valer. d. l. *caprino item lacte utiliter colluuntur.* certe ejus major copia. BURM.

249. SAEPE ETIAM GELIDA GINGIVAS COLLUE LYMPHA,] Niſi malis *calida*: *colida* ſcriptum in avito, prona mutatione literarum. Conſentiunt medicorum filii περὶ ὕδατος. τοὺς ὀδόντας, πόνεε θερμῷ διακλυζόμενος. Mihi tamen religio eſt, eam lectionem ſubſtituere, & alteram veriſſimam immutare. KEUCH. *Gelida* defendit Humelb. *de colluere* vid. ad Ovid. v. Met. 447.

253. HINC TRACTATO LOCUM,] Poſt hunc verſum legitur hic ſequens in MSS. atque etiam in S. exemplari.

*Aut tu ſume pilam, quae caudis haeret ovinis.*

WOLF. Deeſt hic verſus in Putean. Leid. Reg. & Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humelb. & Caeſar. praeterea, *hic artolaganum*, *miram* Cod. Leid. Ed. Vet. *miram experiere ſalutem* Paderb.

255. HAEC] Subaudi *medela*, id eſt commiſtio. CAESAR. Haec pila ſiccata & fracta dabit molles farinas: ita conſtruenda ſunt haec verba.

255. ET FRACTA] MS. habet *molles effracta farinas.* WOLF. Heinſ. legebat *freſa*, vel *fricta.* ut cap. XXXII.

*Vinaque ſumantur fricto condita cumino.*

Cod. Voſſ. *molles effracta.* ſed *fracta* praeſtat. vid. ſup. cap. III. vſ. 37. BURM.

256. HUJUS ET ATTRITU TETRUM MULCEBITUR ULCUS.] Vel *attactu*, quod verum eſt ex membranis, non tamen avitis, in quibus *allitu* manifeſte ſcriptum. Plinius de medicina lanarum: *ſordes quoque caudarum concretae in pilulas, ac ſiccatae per ſe tuſaeque in farinam, & illitae dentibus mire proſunt, etiam labantibus, gingiviſque ſi carcinoma ſerpat.* KEUCH. *Ejus & attritu* Leid. *hujus & attritum* Reg. Ed. Vet. *hujus & attritis* Pith.

257. TENERAE] *Teneras* ideo fauces dicit, quod parum ferre ac pati poſſint. CAESAR.

257. FRIGORIS ATRI] Neſcio, quo modo non placet illud epitheton: nec quis *atrum frigus* dixerit, ſcio: *artum* vocari, ut adſtrictum, poſſe credo. ſed rectius *acris*, quod penetrabile alii Poëtae dicunt, praeferrem. *quum frigoris acris vis ſubiit.* ita Lucret. IV. 261. *acre ferit frigus.* forte tamen ſcripſerit, *quum frigoris artus vis ſubiit*, cum vis frigoris ſubiit membra humana. ita cap. IX. *ſaepe ita pervadit vis frigoris, ac tenet artus.* & cap. VI.

cor-

Vis ſubiit, vel quum ventis agitabilis aer
Vertitur, atque ipſas flatus gravis inficit auras;
Vel rabidus clamor, fracto quum forte ſonore

Pla-

*correptos aſperat artus.* ubi vide. ſed judicet lector. BURM.

258. VEL CUM VENTIS AGITABILIS AER VERTITUR, ATQUE IPSAS FLATUS GRAVIS INFICIT UNDA,] Collinaei legit *undis*: manuſc. *undas*. WOLF. Hos verſiculos ſic emenda ex libris chirographis.

— *vel cum ventis agitabilis aër*
*Verritur, atque ipſas flatus gravis inficit auras.*

Inter ea tempora, quae morbis faucium infeſta ſunt, numerantur imprimis autumnalia, quae maxime variant, exinde longe periculoſa cenſentur. Cum igitur iis ad omne momentum tempeſtatum genera vertant, & exinde coelum inficiant, flantibus imprimis aquilonibus, qui tuſſim movent, & fauces exaſperant; talia praeſertim morborum incommoda generantur. Haec mens eſt eorum verſuum, quae ex aëris habitu, non undarum corruptione videtur intelligenda. *Vertitur* autem ventis aër, cum iiſdem furentibus & regirantibus quaſi *verritur*: quod ultimum a Sereno ſcriptum eſſe libri teſtantur, & nos probabimus. Virgilius de Aeolo I. Aen. 43. *everritque aequora ventis.* Agellius lib. XX. cap. ult. *namque illi omnes deorum maxime Graeci multa & varia lectitantes, in quasres cunque inciderunt, &c. converrebant.* Virgilius de Aquilone III. Georg. 201.

*Ille volat, ſimul arva fuga, ſimul aequora verrens.*

& I. Aen. 59. de ventis: *verrantque per auras.* KEUCH. Ita jam Conſtantinus in ora Codicis edidit: *verritur* etiam Heinſius correxerat. & Scaliger, qui etiam, *flatus gravis inficit auras.* unde forte Conſtantinus accepit: eſt vero mea ſententia rectius: movet enim undas, non inficit gravis ventus. ſic Ovid. III. Met. 75.

——— *quique halitus exit,*
*Ore niger ſtygio, vitiatas inficit auras.*

ubi vide notas. & ita noſter cap. VII. *Frigoris auram* dixit. denique licet jam ventus inficeret mare (ut ita Lucret. V. 564. *niger inficit horror terga maris*) an inde faucibus hominum aegritudo naſceretur, cum ex auris, ſive aëre vitiato illa melius naſcatur. *gravis* vero flatus hic non tam ſignificat tempeſtatem, quam peſtilentem & noxium, qui morbos creat, ut autumno eſſe ſolet. vide ad Ovid. I. Art. 231. Cl. Morgagnius *undas* explicat de impetu graviore, percuſſibus & pulſibus ventorum, quia Lucretius II. 151. *Aërias undas* dixit. quem vid. Epiſt. ad Vulp. pag. 79. qui & mallet *afficit* vel *impetit. inficit unda* Vet. Ed. Humelb. *undis* Ed. Caeſar. & Lipſ. *agitabilis aër* eſt ex Ovid. I. Met. 75. quae de verbo *everrere* habet Keuchenius, ſuffuratus eſt Giſanio, quem vide in Indic. Lucret. in *verrentes aequora venti.* ego tamen hic *vertitur* malim, & inconſtantiam aëris notari puto. BURM.

260. RAPIDUS] Legunt vel *rabidus*. Geſnerus, *an ravidus?* WOLF. *Rabidus* Leid. Ed. Vet. Humelb. Geſneri conjecturae repugnat prima ſyllaba in *ravidus*, quae produci debet: quare nihil debet mutari. in foro & jurgiis *rabidae voces* & clamor rectius, quam *rapidae*. vid. ad Claudian. I. in Rufin. 44.

*Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.*

ubi eadem varietas. Stat. V. 96.

— *Deſertam rabidis clamoribus urbem*
*Exagitat.*

& ibi *rapidis* MSS. idem VIII. 632.

*Meque ſequebatur rabido clamore repoſcens.*

& ibi variant codices, & alibi centies. & hinc *rabula* forenſis dictus. BURM.

260. FRACTO CUM FORTE SONORE PLANUM RADIT ITER.] Non eſt, cur *facto* pro *fracto*, reponamus auctoritate librorum. Quintilianus lib. I. cap. II. *non enim puerum foeminea vocis exilitate frangi volo.* Sic Graeci τρύφειν dicunt. In formanda voce palatum eſt quaſi ἠχεῖον, at plectri loco ὁ γαργαρεών, ut explicat Galenus: Facit ad vocis modulationem, quae eo motu deficiente, frangitur. Accidit illud oratori Q. Hortenſio, cujus vox fato ſuo extincta eſt, ut Cicero in Bruto refert. Caeterum *diſertum* de cauſarum advo-



Digitized by Google

Planum radit iter. ſic eſt Hortenſius olim
Abſumptus: cauſſis etenim confectus agendis
Obticuit, quum vox domino vivente periret,
Et nondum exſtincti moreretur lingua diſerti.
Ergo omni ſtudio quaeres inhibere dolorem.
Simplicibus lymphis confunditur aërium mel,
Additur excuſſus nivea ſimilagine furfur,
Decocta haec clauſo ſimul exercentur in ore.
Praeterea fauces extrinſecus unguere prodeſt
Urſino & tauri ſevo, ceriſque remiſſis,

Omnia

cato dixit, qui facundia pollens & diſertus fuit. Auctor de cauſis corruptae eloquentiae: *apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum diſertos anteceſſit*. Veſtius Valens: *efficit vates ariolos, ſomniorum conjectores, phrygiones, textores, diſertos*. KEUCHEN. *Fractum ſonorem* hic non, de adfectata illa in loquendo muliebri mollitia capio, quo Quintiliani locus ſpectat, & de qua egimus ad Petron. cap. CXXVIII. ſed *fractus ſonor* hic eſt, quum nimia contentione vocis, & rabie illa loquendi; quaſi fatiſcit vox, & planas aliter fauces radit & exaſperat: neſcio vero, an Cicero in Bruto cap. 96. proprie loquatur de voce, quam perdidit, an metaphorice; *Q. Hortenſii vox exſtincta fato ſuo eſt, noſtra publico:* de immaturo enim obitu ejus, quo eloquentiae ejus finis eſt factus, potius agere videtur, ut ex initio ejuſdem libri apparet, ubi eum alieniſſimo reipub. tempore exſtinctum, poſtquam perpetua quadam felicitate uſus eſſet, ſuo magis, quam civium tempore, ceſſiſſe e vita ait. Erravit forte Serenus de verbis Ciceronis: ut jam animadvertiſſe video Baylium in Lexico Critico *in Hortenſio*, & erraſſe Glandorpium, qui in actione cauſſae, clamore diruptum fuiſſe, ex hoc loco probat. ſimulque Baylius oſtendit, paucis ante mortem diebus cauſſam oraſſe, ſumma cum eloquentiae laude. *vox* vero pro eloquentia ipſa centies ponitur. vox ergo exſtincta, ponitur pro obitu eloquentis hominis. *facto* eſt in ora Conſtant. *plenum radit iter* Putean. BURM.

264. Et nondum] Corrupta lectio eſt in Ed. Venet. & Lipſ. *Et naridum exſt.*

266. Simplicibus lymphis confunditur aerium mel,] Sic Virg. IV. Georg. I.

*Protinus aërii mellis coeleſtia dona.*

Vide Plin. XI. cap. 12. CAESAR. Quidam mel per capiliones, hoc eſt apes oblongas, collectum arbitrantur. ſed ego mannam, cujus Meſue recordatur, aëreum mel aſſero, non mannam Dioſcoridis vel Plinii, quam thuris pollinem novimus. PICTOR. *Aërium mel* non ἀερόμελι, ſed μέλι ſimpliciter dixit. Dioſcorides περὶ μέλιτος II. 101. τὸ περὶ βρέγμα τε παρίσθμια καὶ συνάγχας διαχριόμενον καὶ ἀναγαργαριζόμενον θεραπεύει. *aërium*, quod ex aëris rore factum eſt. δροσόμελι & ἀερόμελι vocant medicorum filii, Theophraſtus τὸ ἐκ τοῦ ἀέρος μέλι. Virgilius II. Georg. I. *aërii mellis coeleſtia dona.* Antiphilus Epigrammatophorus: Ἀγελὸν αὐτοπόνητον ἐν αἰθέρι ῥεῦμα μελισσῶν. Idem apes vocat αἰθερίων σίμβλων ἐργατίδας. Priore verſiculo: *ergo omni ſtudio*, etiam recte legitur in avito manuſcripto. Vulgo inepte: *ergo autem*, & *ergo enim*, quod ad oram editionis ſuae notavit Henr. Stephanus. KEUCH. Stephanus, qui ſequitur Conſtantini editionem, habet in textu, *ergo enim*, in ora, *ergo autem*, ut & Conſtantinus. reliqui, *ergo omni*.

268. Exercentur] Id eſt collutio fiat. PICTOR. *Exarcentur* Ed. Caeſar.

270. Et tauri] *Et taurino* Cod. Reg. Putean. Ed. Vet. ſed tunc legendum *Urſi & taurino*. *Urſi taurino* Ed. Venet. *Urſino Tauri* Lipſ.

270. Ursino et tauri sevo, cerisque remissis,] Id eſt *liquefactis*. CAESAR.

&

Omnia quae geminis aequabis lancibus ante.
Diſce etiam miram ex humili medicamine curam.
Actiaco melli jungas agreſte papaver,
Decoctumque ſimul mandes, manſumque vorabis.
Crinitae porri radices quinque coquantur,
Hinc aqua non fervens volvatur fauce ſonora,

Nec

& PICTOR. *Liquatis*, avitus & alii ſcripti librorum. quod omnino gloſſam olet. Quae *remiſſa*, ſunt liquata: ut unguenta ex adipe bubulo & urſino, liquatâque cerâ compoſita. KEUCH. Idem eſt, quod *laxatis* ſupr. vſ. 69. inf. XXXII. *labefactaque ſaxa remittit*. XLI. *ſevum bovis igne remittis* LIV. *vulturis excisos adipes rutamque remitte* ex Virgilii IV. Georg. 35. producit Humelb.

——— ——— *nam frigore mella*
*Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.*

vid. Rhod. Lex. Scribon. in *remiſſus*. BURM.

271. OMNIA QUAE GEMINIS AEQUABIS LANCIBUS ANTE.] Id eſt, aequali diſtributione & menſurâ commiſcebis. Secundum medicam doſin hunc verſum addidit: qui legitur in illo avito:

*Omnia quae geralis aequabis lancibus apte.*

Sed *geminis* melius expreſſum eſt ac *geralis*, alterutrâ lancis ſcutella non inclinante. Obiter emendabimus hic Q. Rhemnium Palaemonem, cujus verſiculus libello de ponderibus & menſuris ita vulgo legitur vſ. 140.

*Protinus inclinat pars haec, quae ſuſtinet aurum,*
*Penſius hoc namque eſt, ſimilari craſſius undâ.*

omnino reſcribendum: *denſius hoc namque eſt*, id eſt, gravius ad pondus, ἀντιῤῥέπει: nam *penſius* eſt, quod aeſtimio, non lance praevalet. Inde de re gravi ponderandâ Graeci dicebant, χρυσοῦ ἀντισταθμᾶσθαι, & ἀντερύσασθαι. Theognis:

Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
Ἄξιος ἐν χαλεπῇ κύρνε διχοστασίῃ.

KEUCH.

272. DISCE ETIAM MIRAM EX HUMILI MEDICAMINE CURAM.] *Ex vili medicamine*, ſcriptae membranae noſtrae referunt. Sic ad oram editionis, quam H. Stephanus curavit. KEUCH. Vide ſupr. vſ. 226. *ex vili* etiam Cod. Voſſ. & marg. Conſtant. & *humili* Lipſ. *humile* hic etiam ambitioſo medicamini opponitur, quia plebs eo uti ſolet. BURM.

273. AC CYATHO MELLIS] Legunt *Actiaco melli*. WOLF. *Ac cyatho mellis* Leid. & Vet. Ed. Humel. *Attiaco* Putean. Paderb. Heinſ. *Actaeo* malebat. vide ad Ovid. Epiſt. XV. 160. & I. Faſt. 711. malim vero *junges*, ob ſequentia *mandes*, & *vorabis*. BURM.

273. ACTIACO] Attica regio propter mellis praeſtantiam a Plinio commendatur lib. XXI. cap. 10. PICTOR.

275. CRINITAE PORRI RADICES QUINQUE COQUANTUR,] *Crinitae*, quae crinibus quaſi, & fibrillis implicantur. Hoc proprie Graecis eſt καρηκομᾶσθαι. Pherecrates: ἐν πηλῷ συγκαρηκομῶν. Theophraſtus hiſt. lib. I. de differentiis radicum, μακρὰν ξύλου (ῥίζωιχον) τάς τε ἄλλας ῥίζας, καὶ ὡς κεκαρηκομωμένας. Caeteri medici eam differentiam cum Sereno non agnoſcunt. Vide Dioſcor. περὶ σκορόδου. II. 182. KEUCH. *Criniti* Edit. Caeſar.

276. HINC AQUA NON FERVENS VOLVATUR FAUCE SONORA,] Gargarizetur. PICTOR. Γαργαρίζειν & ἀναγαργαρίζειν hoc Graeci vocant. Infra:

*Quod refert clauſo verſatum agitare palato.*

Supra:

*Decocta haec clauſo ſimul exercentur in ore.*

quae omnino diverſa ſunt à noſtro ſenſu. Sed optime liber avitus alterum verſum legit:

*Nec tamen in ſtomachum deſcendat gluttupatentem.*

qui *gutta patentem*, duabus voculis exaravit, & veterem diremit; eam non intellexit. *Gluttire* proprie eſt ſalivam ſorbere, quod fit per intervalla in gargarizantibus. Gloſſae: *gluttit*, ἰσκάπτει, *gluttus*, βρόγχος, Theocrito βρόχ-

Nec tamen in ſtomachum deſcendat gutta patentem.
Si vero adflictam languor dejecerit uvam,
Tunc horas aliquot pronus recubare memento:
Aut illam pulvis toſti relevabit anethi,
Aut cinis ex cochlea, vel torrida braſſica flammis.
Verum angina ſibi mixtum ſale poſcit acetum,
Quod refert clauſo verſatum agitare palato.

# CAPUT XVI.

*De Rigore Cervicis.*

At ſi cervices, durataque colla rigebunt,

Mi-

βρόχθος. Inde *Stomachus glutt upatens*, in quem crebris gluttis ſaliva, ſive decocta degluti̇untur & abſorbentur. Vetus Poëta de ruſtico ebrio eleganter ad hunc ſenſum:

*Percutit & frangit vas, vinum defluit: anſa Stricta fuit: glut glut murmurat unda ſonans.*

KEUCHEN. *Paventem* Cod. Reg. *deſcendit* Lipſ.

276. FAUCE SONORA] *Voce ſonora* Cod. Reg. *faucis in ora* Leid. Ed. Vet.

278. SI VERO ADFLICTAM LANGUOR DEJECERIT UVAM,] De uvâ procidente videtur intelligendus, quae κιονὶς κεχαλασμένη Diſcoridi libro V. cap. 21. quare *affixam* non male ex collatis aliis poſſet reponi. nihil tamen mutamus. KEUCH. *Affixam* marg. Conſt. male: *jacentem* vocat Plin. Valer. I. 43.

281. AUT CINIS EX COCHLEA, VEL TORRIDA BRASSICA FLAMMIS.] Cinis teſtarum uſtarum ex oſtreis cum melle tenuiſſime contritus, uvae inlitus prodeſt. Marcell. KEUCHEN.

282. ANGINAM VERO] Aliter hic verſus legitur, nempe hoc modo, *Verum angina ſibi miſtum ſale poſcit acetum.* Alioqui κατ᾽ ὑπαλλαγὴν ordinem immutes neceſſe eſt. CAES. Gryph. *Verum angina ſibi miſtum ſale poſcit acetum.* Collinaei & MS. *Anginam vero miſtum &c.* WOLF. *Angine vero* Cod. Reg. *Angina vero* Leid. Putean. Ed. Vet. *Anginam vero* Edit. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. *aſt angina nitro* Humel. an, *aſt angina mero mixtum ſale poſcit acetum*?

282. ANGUINA] Συνάγχη faucium morbus eſt ac tumor, cujus ſpecies quatuor Hippocrates facit III. Progn. 17. Celſus vero tres ſolummodo. PICTOR.

283. QUOD REFERT] *Quod prodeſt* Leidenſ. Ed. Vet. Ald. Pictor. ſed ita *refert* ſaepe apud Ovidium, vid. ad Epiſt. VI. 137. ita & inf. cap. XXVI. *prius evaneſcere aceto Refert.*

284. AT SI CERVICES, DURATAQUE COLLA RIGEBUNT,] Hic principium eſt alterius capitis in Impreſſis & ſcripto exemplari, cujus titulus, *de rigore cervicis & tonſillis.* WOLF. Hoc caput alteri priori adhaeſit in noſtro avito: quod tamen cum in aliis lemmate diſtinctum exhibeatur; non eſt, cur unius auctoritatem plurimorum anteponamus; praeſertim cum apud caeteros editores altum de connexione ſit ſilentium. Caeterum *rigorem cervicis*, inflexibilem duritiem & diſtentionem nervorum medici exponunt. Gloſſae: *rigor*: ῥῖγος, τέτανος. τέτανον ἐξωμίτας etiam Graeci de rigida cervice dixêre. Cornelius Celſus de cervicis morbis & eorum curationibus lib. IV. 3. *neque alius importunior, acutiorque morbus eſt, quam is, qui quodam rigore nervorum modo caput ſcapulis, modo mentum pectori*

ri

Mira loquar, geminus mulcebitur unguine poples,
Hinc longum per iter nervos medicina ſequetur:
Anſeris aut pingui torpentia colla fovebis.
Illinitur valido multum lens cocta in aceto,
Aut caprae fimus & bulbi: aut cervina medulla,
Hoc etiam immotos flectes medicamine nervos.

Quos

*ri annectit, modo rectum & immobilem cervicem intendit: priorem Graeci ἐπισθότονον, inſequentem ἐμπροσθότονον, ultimum τέτανον appellant: quamvis minus ſubtiliter quidam indiſcretis his nominibus utuntur.* Quae *mira* Serenus vocat, ea *phyſica* Marcellus, capite XVIII. eodem remedio: *Ad cervicum dolores remedium phyſicum ſic: jejunus dextram manum ſalivâ tange, & dextrum poplitem perfrica: deinde ſiniſtra manu ſiniſtrum, & hoc ter per ſingulos poplites facito, ſtatim remediabis.* Non ſunt autem ea *mira* & *phyſica*, ſuperſtitioſa; de quibus nos alio loco plura notabimus. Graeci diverſo ſenſu βυσαύχην de iis dicunt, qui cervice rigidâ & obſtipa incedunt. Julius Pollux lib. II. §. 135. βυσαύχην δὲ ὁ τοὺς ὤμους ἀνέλκων, τὸν δὲ αὐχένα συνέλκων, ὃν ἐπίβουλον Ἀριστοτέλης φυσιογνωμονεῖ. Item arrogantium & glorioſorum, τὸ σιμοτραχηλῶν inceſſus, de quibus eleganter Arrianus in Epicteto, diverſe exprimit: τί ἡμῖν ὀβελίσκον καταπιὼν περιπατεῖς; ἤθελον, ἵνα με καὶ οἱ ἀπαντῶντες θαυμάζωσιν. KEUCHEN. Continuat priori Putean. Cod. Reg. Vet. Ed. reliqui diſcernunt, ſed *de tonſillis* non habent.

286. HINC LONGUM] Scriptus codex legit, *hinc longos*. WOLF. Diſtinguit Humelb. poſt *longum:* & exponit, magnum eſt intervallum & diſtantia a cervice ad poplitem. & *pariter* exponit; ſimiliter, ut nervi a collo ad poplites deſcendunt, ita eadem via medicina a poplitibus per nervos ad collum adſcendit, & e converſo. *hinc longos pariter nervos.* Ed. Ald. Pictor. *hinc longum per iter* Paderb. & Edit. Pith. quod probum puto. ita venae *iter* dat Ovid. I. ex Pont. X. 6. *hic longum* Lipſ. Tornaeſ. BURM.

287. ANSERIS AUT PINGUI TORPENTIA COLLA FOVETIS.] *Fovebis* avitus, & optimi librorum. Caetera à Marcello ſubjunguntur: *ad cervicum tumores ſedandos, ovorum vitelli cocti cum adipe anſerino illinuntur, felle caprino aequis ponderibus permixto, atque inde cervices fricantur.* Idem *lenticulam in aceto diſcoctam* praeſcribit. KEUCHEN. *At pingui* Leid. *torrentia* Putean. Lipſ. Reg. Leid. Voſſ. Ed. Vet. Humel. *fovebis* codices eidem, & Paderb. & Ed. Vet. Lipſ. Ald. Venet Caeſar. Pictor. *fovebunt* Voſſ. *pingue* vero dicitur, quia Latine nec *pinguedo*, nec *pinguitudo* dicitur, ut docet Servius, ad illa Virgilii III. Georg. 124.

*Impendunt curas denſo diſtendere pingui.*

ita inf. cap. LIII. *malum ex pingui tritum.* BURM.

288. ILLINITUR VALIDO] In MS. *inlitur & valido.* WOLF. *Illinit & valido* Ed. Venet. *inlitus & val.* Leid. Reg. *illitor & val.* Putean. in Edit. Lipſ. exciderant quaedam, & legebatur, *illinit & valido multum, aut cervina medulla.*

289. AUT CAPRAE FIMUS: ET BULBI AUT CERVINA MEDULLA,] Male interpungunt, & ſeparanda conjungunt. Verſus ita legendus:

*Aut caprae fimus, & bulbi, aut cervina medulla.*

Liber avitus:

*Aut caprae fimus: aut bubuli aut cervina medulla.*

Quod cum Marcello videtur arreptum, qui eodem capite: *Rigorem cervicum ſaevo bubulo optime perfricantur.* Nihil autem nobis videtur mutandum. βολβὸς à Graecis eodem conſilio praeſcribitur: inde proverbium de eo, qui obſtipo capite incedit: βολβὸς ζητεῖ. KEUCHEN. *Fimus ex bulbo* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. *& bulbo* Putean. *& bubuli* Ald. *ex cervina* etiam Leid. in Edit. Venet. hic verſus deſiderabatur.

290. IMMOTOS] *Motos* Cod. Reg. *etiam* junge τῷ *immotos*, non *flectes*.

Quos autem vocitant tolles, adtingere dextra
Debebis, qua gryllus erit preſſante peremptus.

# CAPUT XVII.

*Tuſſi & Choleribus Medendis.*

Noxia ſi penitus cholerum ſaevire venena

Per-

291. Tolles] ἀντιάδες, & per diminutionem *tuſillae* vel *tonſillae*, tumor in faucibus, ab attollendo. hoc enim adfectae fauces turgeſcunt. alii *toles* ſcribunt. CONSTANT. *Colles* Ald. Pictor. *toles* Ed. Vet. vide Reineſ. 1. Var. lect. 8.

292. Qua gryllus erit prensante peremtus.] Gryllus vermiculis connumeratur, qui retro ambulant, & terram terebrant. PICTOR. Iterum ex ſuperſtitioſa medicina de gryllo perimendo habet, cujus animalculi auctoritatem magnam perhibet Nigidius, majorem magi: quoniam retro ambulet, terramque terebret, ſtridat noctibus. Plinius ad faucium vitia gryllum infricatum commendat libro xxx. cap. 4. additque eandem ſuperſtitionem: *aut ſi quis manibus, quibus eum contriverit, tonſillas attingat.* Marcellus cap. xv. *Si quis gryllum manu contriverit, & ad tonſillas vel ſuae vel alterius tenens ter applicuerit, tactu illo tumorem ſanabit.* Sunt autem *tolles*, quas Plinius & alii vocant *tonſillas*. Male *colles* in Sereno ſcriptum fuit, atteſtante Turnebo libro xi. cap. ultimo Adverſariorum: eandem ſcripturam in veteri avito nos integram reperimus. omnino autem *tolles* vel *toles* reſcribendum. In ſuperſtitioſo carmine apud Marcellum capite XV. EXI HODIE NATA, SI ANTE NATA, SI HODIE CREATA, SI ANTE CREATA, HANC PESTEM, HANC PESTILENTIAM, HUNC DOLOREM, HUNC TUMOREM, HUNC RUBOREM, HAS TOLLES, HAS TONSILLAS, HUNC PANUM, HAS PANICULAS, HANC STRUMAM, HANC STRUMELLAM, HANC RELEGIONEM, EVOCO, EDUCO, EXCANTO, DE ISTIS MEMBRIS MEDULLIS. Feſtus: *toles, tumor in faucibus, quae per diminutionem tonſillae dicuntur.* Gloſſae: *tolae, tolia, tonſillae, παρίσθμια.* ſcribo: *tolae, tolla, tonſillae.* Iſidorus eidem Turnebo laudatus: *tolles Gallica lingua dicuntur, quae vulgo per diminutionem tonſillae dicantur, quae in faucibus turgeſcere ſolent.* Plinius Valerianus lib. 11. cap. 42. *Lupini ex aceto cocti fomentum optimum eſt, & tollis & parotbeſis utile.* Quae verba gloſſarum emendationem probant. *parotidis* autem, pro *parotbeſis* videtur legendum, quod manifeſto corruptum eſt. Celſus & alii tolles, *tonſillas* vocant, & earum affectum, inflammationem tonſillarum. Sed alii melius diſtinguunt inter ἀντιάδας & παρίσθμια, vocantes proprie ἀντιάδας inflammationem ipſarum tonſillarum: παρίσθμια earum partium, quae prope tonſillas ſunt. Gloſſae: *παρίσθμια, morbum faucium, ἀντιάδας, tonſillarum*, exponunt. KEUCHEN. *Gallus erit* Ald. *gryllus erat* Caeſar. Pictor. *grillus erat* Lipſ.

292. Pressante] *Penſante* Cod. Reg. pro *prenſante*.

Tussi] In tituló capitis *Tuſſi & Cholerae* rectius, quam in MS. *Choleribus*. WOLF. Ita Vet. Ed. & Humelb. reliquae *Choleribus*. vel *coleribus* & Reineſ. 1. Var. Lect. 13. non hoc profectum ab auctore, ſed a ſequioris aevi litteratore putat; cum ex Graecis vocibus in *era* facere coepiſſent nominativum in *er*, ut ab *ἰατήρ* ſter, ita a *cholera*, *choler*. in primo vero verſu ex *cholerum*, vel *colerum* pro *cholerarum* ignorantem feciſſe in titulo *choleribus*. in addendis vero p. 679. Samonicum vitio aevi bilem *choler* nuncupaſſe credit, unde *cholerum* cenſet. vide de *cholera* Menag.

ad-

Digitized by Google

Perſpicies, cocta lactucae fronde levabis:
Proderit & caules adſumere ſaepe madentes.
Interdum fauces tuſſi quatiuntur atroci,
Allia tum ſumes decocta & melle peruncta,
Semine vel rhaphani permixto dulcia mella.
Aut ſi fraxinea ſemen de fronde revellis,
Interiora vora, vetitus contingere dente.
Ovum melle teres domitum ferventibus undis,

Mar-

ad Laërt. VI. 76. BURM.

293. NOXIA SI PENITUS CHOLERUM SAEVIRE VENENA PERSPICIES,] Genitivus eſt pluralis χολερῶν graeca flexione, cujus nominativus eſt χολέρα; & ipſe numerus pluralis. dicitur tamen & χολέρα numero ſingulari, & plurali item χολέραι, quodnam autem vitii genus ſit, vide Celſum. CAESAR. χολερῶν genitivus eſt pluralis a χόλερα. PICT. Alii *cholerum*. WOLF. Legendum ſic forte: *holerum ſaevire venena*, quod ſincerum eſt in aliis libris: *holerum* pro *cholerum* χολερῶν, ut *ſtrio* pro *hiſtrio*, *ſtoria* pro *hiſtoria*, *ſchias* pro *iſchias* infra in lemmate, & alia ſexcenta. *Venena* paſſim pro morbo vel affectu videtur uſurpare, cum eo nomine τὰ φάρμακα ſecus intelliguntur. Homerus apud lectum, lege CCXXXVI. ἔπ. de V. S.

*Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.*

*Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.*

KEUCH. *Cholera* Leid. Ed. Vet. *cholerae* MS. Reg Ed. Humel. *ſi colera penitus* Putean. *penitus holerum* Conſtant. Ed. *colerum* Lipſ. & mox *praeſpicies*. BURM.

295. CAULES] Scilicet lactucae. Plin. Valer. II. 25. *In aqua lactucae caules quanto majores & amariores in patera coquuntur & ſic eduntur.*

297. SUMIS] Alii *ſumes*. WOLF. *Sumis* Leid. Reg. Ed. Vet. Humel. *ſumes & cocta* Ald.

298. SEMINA VEL RAPHANI PERMISTO DULCIA MELLE.] Cum fauces tuſſi quatiuntur atroci, id eſt, veteri tuſſi vehementiori, vel quaſi pertuſſi vexantur, commode eo remedio τὸ σπέρμα ῥαφανίδος cum melle miſto medici praeſcribunt. quare Sereni verſiculus, addicentibus libris melioribus, ita legendus: *Semine vel raphani permiſto dulcia mella.* KEUCH. Ita Conſtant. in margine. mox *revelli* Lipſ. *ſemen raphani*, an *Bacanum* vocetur, diſquirit Bodaeus ad Theoph. VII. 4. p. 769. quaenam vero lectio praeferenda, *ſemina*, an *ſemine*, dijudicabunt herbarum periti, qui ſciunt, an ſemina rhaphani dulcia ſint: certe rhaphanus ipſe amarior: & ad quid melle permiſcerentur, niſi ut amaror ille mitigetur. & ita Lactucae ſemen melle temperandum docet cap. ſeq. & ſemen rhaphani mulſo. & bulbus mellis dulcedine victus cap. XI. & ita paſſim mel addendum ſuadent medici veteres. ſed firmat maxime locus ex cap. IX.

*DecoctumRhaphani ſemen cum melle vorabis.* quare nos *ſemine* praeferemus, donec meliora edoceamur. *Dulcia* vero *mella* jure dici nemo negabit. ſed *dulcia* Rhaphani ſemina nemo, credo, facile dixerit. *permixto* vero *ſemine mella*, dictum, ut cap. XXIX. *commixta braſſica vino.* & ſimilia ſaepe apud noſtrum, ſpecie hypallages. BURM.

300. INTEGRIORA VORA VETITUS CONTINGERE DENTE.] Alii *interiora*. WOLF. Alii libri:

*Integriora vora veritus contingere dente.*

KEUCH. *Integriora* & *vetitus* Leid. Putean. Reg. Ed. Vet. Humel. *integrum id ore vora* Heinſius. *veritus* marg. Conſt.

301. DOMITUM FERVENTIBUS UNDIS,] Id eſt coctum. PICTOR. Eleganter *domitum*: ut cap. XXXII. *Pulegiumve potens domitum ferventibus undis.* & cap. XXIII. *Arida ficus item fervente domatur aceto.* Sic valde coctum & elixum vocat, ἑφθόν. nam ἀὶε ἑφθὸν, eſt durius in aqua coctum; cui oppo-



nun-

Marrubiumve potens: haec faucibus optima ſumes,
Frenabiſque gravem facili medicamine tuſſim.

## CAPUT XVIII.

### *Digeſtioni & Stomacho Medendo.*

Qui ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt, vera niti ratione videntur.
Hujus enim validus firmat tenor omnia membra:
At contra ejuſdem fraguntur cuncta dolore.

Quin

nuntur τὰ τρομερὰ, quae tremula ſunt, & ῥοφητὰ, quae ſorbilia. Marcellus *leviter decoctum ovum* eo remedio praeſcribit, & mel deſpumatum, pari pondere permixta. Veteres poëtae *domitum undis*, κάπνιφθον vocant; unde *flammae domantes*, πανδαμάτωρ πῦρ. Alio ſenſu *vinum indomitum* Perſius dixit: *indomitum, quod deſpumare falernum.* ἄδαμνον id Graeci vocant. Jon Chius de vino: ἄδαμνον (male: legendum ἀδάμαστον) παῖδα ταυρωπὸν, νέον οὐ νέον. KEUCH. *Teris* Ed. Venet. Plin. Val. 158. *ova cocta & in melle trita in cibo dantur.*

302. POTENS] Scilicet *melle teres* Geſner. WOLF.

302. MARRUBIUMVE POTENS: HAEC FAUCIBUS OPTIMA SUMES, ] *Marrubium*, Praſſium, *Andorn.* PICTOR. Sic omnino diſtinguendum eſt. nam marrubium cum melle decoctum ſuſpirioſis & tuſſientibus eo modo à medicis praeſcribitur. Marcellus capite XVI. *marrubii faſciculum bonum in aquae congio ad medias decoque, & ex eâ aquâ adjecto mellis aliquantulo, jejunus quotidie, donec tuſſire deſinas; bibe: omne genus tuſſis efficaciter curabis.* Sic colligo ex Dioſcoride περὶ πρασίου III. 119. Τούτου τὰ φύλλα ξηρὰ σὺν τῷ σπέρματι ἑψόμενα σὺν ὕδατι, ἢ χυλιζόμενα χλωρὰ, δίδοται μετὰ μέλιτος φθισικοῖς, ἀσθματικοῖς, βήσσουσι. medici tres tuſſium ſpecies vulgo numerant; ſubitam, diutinam, & vetuſtam, de quibus Marcellus eſt intelligendus. KEUCH.

303. TUSSIM.] *Tuſſem* Reg. Cod.

DIGESTIONI] Geſnerus emendans appoſuit, *concoctioni & ſtomacho medendo.* WOLF. *Medendo* deeſt Cod. Reg. Putean. Ed. Ald. Venet. Lipſ. Humel. *de digeſtione ſtomachi* Ed. Vet.

304. QUI STOMACHUM REGEM TOTIUS CORPORIS ESSE CONTENDUNT, VERA NITI RATIONE VIDENTUR.] Liber avitus: *vere niti ratione videntur.* forſan, *veri niti ratione videntur.* Sed illud, *vere niti ratione videntur*; ut, *longe Phaſidos eſſe viam*, apud Propertium. Ad rem Theodorus Priſcianus lib. II. cap. 29. *Stomachus omnium membrorum fortitus eſt dominium, reliquorum ſibimet famulantium poteſtas.* Vide egregium in hanc rem locum apud Aretaeum libro II. cap. 6. Plinius Valerianus lib. II. cap. 23. *ipſum olus inter cibos manducet, hoc enim ventrem ſine ullo dolore pungit, & patrem familias non corrumpit.* KEUCH.

307. ET CONTRA EJUSDEM FRANGUNTUR CUNCTA DOLORE.] Legunt reliqua exemplaria, *at contra.* WOLF. Sic recte ſcriptum eſt, nec alia varietas apparet in ſcriptis aut editis, ut & ante me Barthius XXVI. Adv. 27. vidit, qui digne Mercurialem incuſat, quod tautologiae Serenum damnaverit, ita ultimum producendo:

*Et contra ejuſdem firmantur cuncta vigore.*

quem ne quis incautior defendere velit, ſciat, ut alii nobiſcum obſervarunt, ita laudari verſus hos in Policratico libro VI. cap. 24. Joh. Sariſberienſis. KEUCH. *Aut contra* Putean. Lipſ. *quo contra* Leid. Ed. Vet *quae contra* Paderb. Producit & hos verſus Anonymus

Quin etiam (niſi cura juvat) vitiare cerebrum
Fertur, & integros illinc avertere ſenſus.
Lactucae ſemen nigrae, quod lignea pila
Triverit, admixto jejunus ſumito melle,
Sed cochlear trinum guſtu tibi ſufficit uno.
Aut tritum ſemen rhaphani mulſumque juvabit:
Sive duae partes abſinthi, & tertia rutae
Decoctis potantur aquis, ſiliquaeque madentes,
Semina vel marathri foetae cum lacte capellae,
Pulejum quoque decoctum curabit amice.
Et potu & fotu ſtomacho conducit acetum.
Seu cochleas undis calefactas, ac prope victas

Sup-

mus Leobienſis lib. IV. Chron. pag. 909. quem edidit nuper H. Pez. qui in ſecundo verſu, *vel vera* deficitur, in tertio *bis etenim*. hoc verſu *ac contra ej. franguntur*. deinde *niſi cura juvet*, (quod & in Leid. Ed. Vet. & Humel. & Sarisber.) deinde *internos illic avertere*, ut Putean. vocat vero Q. Serenum metrificatorem. BURM.

308. NISI CURA JUVET] Reliqui *juvat*. WOLF.

308. VITIARE CEREBRUM] Stomachus cerebrum laedit per conſenſum. PICTOR.

310. LACTUCAE NIGRAE] Sativum intelligit. IDEM.

310. LIGNEA PILA] Ligneus paſtillus. IDEM.

312. TRINO GUSTU TIBI SUFFICIT UNUM] manuſc. Codex, & Gryphii ſic legunt, *ſed cochlear trinum guſtu tibi ſufficit uno*. WOLF. *Trino g. t. ſ. unum* Leid. Ed. Vet. Humel. Caeſar. Pictor. *trino* & *uno* etiam Putean. Reg. Ed. Ven Lipſ. ſenſum puto eſſe, trina cochiearia (id eſt quantum tria capere poſſent) unico hauſtu & continuo eſſe bibenda. ita cap. LVII.

*Cui tu terna datis guſtu cochlearia in uno.*
BURM.

314. ET TERTIA] *Ac tertia* Putean. Reg. Ed. Vet. Ald.

315. SILIQUAE] Inf. cap. XXIV. *ſiliquaeque legumen*, de foeno Graeco. CONST.

317. PULEGIUM] *Pulejum* Cod. Reg. Putan. Ed. Vet. Venet. Ald. & ita fere ſemper.

317. PULEGIUM QUOQUE DECOCTUM CURABIT AMICE.] Nauſeas & ſtomachi interciſiones. ναυτίας καὶ δηγμοὺς στομάχου, ut habet Dioſcorides: quare nihil forte mutandum. Eſt tamen indemnis avita lectio membranarum: *Puniceum quoque decoctum, curabit amicum. Puniceum* è malis punicis compoſitum, ut de malicorio cap. L.

*Puniceaeque indes pelli, colloque ligabis.*
ubi fruſtra ſunt, qui aliud adducunt, interpretes. Actuarius latine redditus libro v. cap. 7. de methodo medendi: *& Punicis malis compoſitio ſtomatica: malorum Punicorum dulcium, acidorum & auſterorum, ſingulorum librae duae, mellis librae ſex.* indubie corrigendum: *ex punicis malis compoſitio ſtomachica.* quod perperam verterunt interpretes. Graeca ſonant: τὸ διὰ ῥοῶν στομαχικόν Sic στοματικὴ ἀντίδοτος, pro στομαχικὴ ἀντίδοτος, frequens in libris medicorum. KEUCH.

318. ACETUM] *Anethum* MSS. Codex habet. impreſſa vero exemplaria *acetum*. WOLF. *Anetum* Ed. Venet. Lipſ. Ald. Pictor. Humelb. *acetum* mox ſequitur vſ. 326. & *potu & foetu* Lipſ.

319. SEU COCHLEAS UNDIS CALEFACTAS, AC PROPE VICTAS]. Id eſt, *nondum domitas*, ut eleganter interdum loquitur. Inter eas, tam terreſtres, quam marinas Graeci numerant, licet marinas anteferat Serenus. Dioſcorides περὶ κοχλίου χερσαίου II. 11. κοχλίας χερσαῖος εὐστόμαχος, δύσφθαρτος. & infra: ὁ θαλάσσιος εὐστόμαχος καὶ εὐέκκριτος. Athenaeus περὶ τῶν κοχλί-



ων

Suppoſitis torre prunis, vinoque garoque
Perfuſas cape: ſed prodeſt magis eſſe marinas.
At male digeſtis ſi crapula ſaeviet eſcis,
Ex pipere & calidâ florem de rore marino
Ebibe: ſeu ſalibus piper adde, & tenue cuminum,
Quae coctis tingues epulis, & rapta vorabis.

Aut

τοῖς τραχήλοις. ἑψόμενοι τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς, καὶ οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν δίδονται πρὸς τὰς τῶν στομάχων διαθέσεις. de genere purpurarum ſumes, quae ſtomacho & digeſtioni conducunt, & quas *trachelos*, τοὺς τραχήλους Graeci vocant. Heſychius, τραχήλους, τὰς πορφύρας. addit, ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων, *quidam interpretantur de vertebris conchiliorum*. Has partes fuiſſe ad cibum expetitas idem Heſychius exponit in Ταραντῖνοι. Petronius cap. CXXX. *mox cibis validioribus paſtus, id eſt, bulbis, cochlearumque ſine jure cervicibus* (τοῖς τραχήλοις) *hauſi parcius merum*. Vide Caſaubonum ad Athenaeum III. 10. KEUCH. Haec fere debet Erhardo ad Petronium & Caſaubono: aliquid etiam notavi ad Quinctil. VI. 3. pag. 554. plura etiam reperies apud Rosweid. ad Paullini Carmen. II. BURM.

319. VICTAS] Coctas. PISTOR. Qui tamen edidit, ut & Aldus, *junctas*: male. mox vſ 328. *victas & concoquet eſcas*, eodem ſenſu, quomodo cap. praeced. *domitum* dixit, & ita ſaepe alibi, ut mox cap. 23. *torrens* Ald. *torrere prunis* Ed. Venet.

320. GAROQUE] Garum liquoris exquiſiti genus eſt, ex piſcium maceratis inteſtinis confectum, Plinius XXXI. 7. Dioſcor. lib. II. cap. 31. PICTOR. *Vinoque garoque pruinis*, Lipſ. de *Garo* vide ad Petron. cap. XXXVI. ignotam fere hodie gari confectionem plurimi confitentur. Joh. Langius vero lib. I. Epiſtol. Medicin. 59. Venetiis ſe ad veterum praeſcriptum confeciſſe jactat, ubi & de variis garorum generibus agit. BURM.

320. VINOQUE GAROQUE PERFUSAS CAPE:] Οἰνόγαρον intellige, garum vino mixtum. Οἰνογάρου ἐμβαπτικοῦ compoſitionem habes apud Aëtium libro III. cap. 90. Marcellus eodem medicamento: *Stomacho laboranti cochleae proſunt, ſi in aqua ferveant, & ſic carbonibus torreantur, atque ita ex aenogaro ſumantur impari numero*. Scribo, *ex oenogaro*. intelligit enim garum vino mixtum, οἰνόγαρον. frequens ejus mentio apud Apicium. KEUCH.

321. CAPE] MS. *carpes*. WOLF. & ita Putean. Venet. Lipſ. omiſſo *ſed*.

322. AT MALE DIGESTIS SI CRAPULA SAEVIET ESCIS,] *Saeviet*, id eſt, ſingultit. Praeſcribitur enim medicamentum εἰς λυγμὸν στομάχου. Graeci medici perperam confundunt σπασμὸν στομάχου, & λυγμὸν: quae neceſſario ſunt interſtinguenda. KEUCH.

323. EX PIPERE ET CALIDA FLOREM DE RORE MARINO] *Florem*, τὸ ἄνθος λιβανωτίδος, ſive δενδρολιβάνου. Graecis ἄνθος ſimpliciter *florem* notat, ſequioribus & Actuario τὸ ἄνθος δενδρολιβάνου. ideo gemine Serenus ſcripſit, *florem de rore marino*. IDEM. *Florem* medicis dici unuſcujuſque rei, quidquid in ſummo apparet, docet Rhod. in Lex. Scribon in *flos*.

324. EBIBE: SEU SALIBUS PIPER ADDE ET TENUE CUMINUM,] Non eſt, quod habeat avitus: *lene cyminum*, quod a Marcello videtur eſſe mutuatum: *Pulegiumve poteus, nec non & lene cyminum. Tenue cuminum* à Sereno eſt, ut à Virgilio I. Georg. 397.

*Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri.*

Rhemnius Palaemon:

*Conveniunt, tunc major erit, quae tenuior unda eſt.*

proceleusmaticus pro dactylo, quam rem quotieſcunque faciunt Poëtae, ſervant locum συνιζήσει. Eſt autem *tenue cuminum*, κύμινον ἄγριον. Dioſcorides: ἔστι δὲ θαμνίον ἔχον καυλὸν σπιθαμιαῖον, λεπτὸν, ἐφ᾽ οὗ φυλλάρια δ᾽. ἢ ε᾽ λεπτὰ οἷονεὶ πεπρισμένα, τὰ κωδύα σφαιρία στρογγυλοειδῆ. Sic opponitur ἐλαττουμένῳ. convenit autem ſtomacho humoribus aeſtuanti. Vide eundem Dioſcor. III. cap. 69. KEUCH. *Cuminum* Putean.

325. QUAE COCTIS TINGUES EPULIS,

ET

Aut cubitum pergens ſucum cape triſtis aceti.
Ventriculus mergi raptus, ſale tritus & uſtus
Toſto pane ſuper, piperis quoque pulvere multo

Mi-

ET RAPTA VORABIS.] MSS. pro *&*, *ac.* & nota Diaſpolitici compoſitionem non multum ab hoc medicamento differre, ſi nitrum excipias. WOLF. Sic optimi librorum referunt, quomodo placet omnino legendum. Praeſcribit enim medicamenta, quae inter caetera obſonia & edulia uncta poſſunt conſumi & deglutiri. nam *tingere coctis epulis*, eſt iiſdem ungere, & uncta comedere. Sic *tingere in aceto lactucam* Cato dixit, quod Graeci dicerent χειρομακτίζειν ὄξει & χειρονόμειν. Perſius VI. 20. *tingat olus ſiccum muria vafer.* ubi *ſiccum* opponitur *uncto.* quare minus bene: *quae coctis tanges epulis*, libri viliores exhibuerunt. Eſt autem *vorare* deglutire, ut apud Plinium Valerianum libro II. cap. 25. *nam cum ſit horridius verbum vorare, tamen & in mollibus ponitur.* quod ſemel in Sereno notandum. KEUCH. *Tanges* Leid. Paderb. Putean. & Ed. Vet. Venet. Ald. aliae in marg. *tangis* Regius. *epulis tinges* Pictor. ſaepius vero *tangere* pro *tinguere* poſuere veteres. vid. ſup. cap. V. vſ. 69. Keuchenius Caſauboni ſcrinia compilavit. BURM.

326. AUT CUBITUM PERGENS SUCUM CAPE TRISTIS ACETI.] Triſtis propter odorem dixit. PICTOR. Hic reliqua exemplaria legunt, *ſuccum cape triſtis anethi.* WOLF. Vera eſt haec lectio, nec altera minor, quae tamen non in avito membranaceo, ſed editione Molinianâ ceteriſque comparuit: *ſuccum cape triſtis anethi.* Sic Graeci de aceto loquuntur, quibus omnibus eſt ἀντίμαχον καὶ δίψηκτον. Heraclides Tarentinus de aceto loquens: καὶ τὰ ἐν κοιλίᾳ καὶ ἐν τῷ ὄγκῳ διαλύει. Vide Dioſcoridem περὶ ὄξους, & περὶ σκιλλητικοῦ ὄξους. nec aliter de anetho, quos inter Simeon Sethi: διαφορητικόν ἐστι καὶ αἱμῶν ὄγκων πεπτικόν. Marcellus Empir. *ad digeſtionem parandam anethi ſemen etiam viridis manducatum juvat.* quae lectio, cum de aceto ſupra Serenus dixerit, hic videtur arripienda. KEUCHEN. *Anethi* Ald. Venet. Lipſ. Plth. Gryph. Caeſar. Pictor. ſed herba haec *triſtis* dici nequit, quam redolentem vocat cap. XXX. niſi ſucus ſit acer: certe *acetum*, acre & mordax eſt. vid. cap. III. ita *triſtia poma ſabuci* cap. IV. ita & amara *triſtia* dicuntur, ut *triſtes lupini calamos* dixit Virgil. I. Georg. 75. ubi vide Commentatores, & prae aliis Servium, qui ex Ennio *triſte ſinapi* producit, quod noſter *mordax* vocat cap. V. *acetum* vero & *anethum* ſaepe in hoc libro a librariis confuſa BURM.

327. VENTRICULIS MERGI RAPTUS SAL TRITUS ET USTUS TOSTO PANE SUPER,] Impreſſa exemplaria ſic legunt, *ventriculus mergi raptus, ſal tritus & uſtus*, ubi Gryphii pro *ventriculus*, *ventriculis* legit. at MS. hoc modo,

*Ventriculum mergi jacto ſale contere valde.* ]

WOLF. Haec indubie mendoſa ſunt. Liber avitus, & alter Stephano collatus habent:

*Ventriculis mergi toſtus ſal tritus & uſtus*, &c.

Scribo, & diſtinguo:

*Ventriculis mergi toſtis, ſal tritus & uſtus*
*Toſto pane ſuper, piperis quoque pulvere multo*
*Miſcetur: capies divinum munus in iſtis.*

Sic omnia clara ſunt ex Aetio latine facto de ventriculo mergi: *mergi ventrem torrefactum & ſali modico admixtum crudis bonam concoctionem facere tradunt.* KEUCH. Steph. ſequens Conſtantinum, habet in marg. *raptus ſal toſtus & uſtus.* ſed *ventriculus mergi tactus ſale grana thuriſque* Leid. & ita Ed. Vet. & Humelb. niſi quod haec *granaque turis. ventriculus mergi jactus ſal teriacuſque* Putean. *ventriculus mergi tactus ſale eriatoſque* Paderb. *ventriculum mergi actus ſale eriacuſque* Reg. *ventriculis m. ſ. ſal tritus & uſque* Voſſ. Ed. Venet. Lipſ. *ventriculum mergi ſale jacto contere valde* Ald. deinde *pane ſuper toſto* Caeſar. & Pictor. *piperi quoque* Putean. *piperis quae* Ald. manus viri docti in Edit. Aldi Fil. *pane ſuper toſto, piperis quoque pulvere multo*, & *multo* a *molere* derivabat. forte, *ventriculus mergo raptus, ſale tritus,* (vel *tactus*) *& uſtus, toſto pane ſuper.* Videant peritiores. BURM.

327.

Miſcentur, capies divinum munus in iſtis.
Proderit hoc ſtomacho, victas & concoquet eſcas:
Grana peregrini piperis diffindito quinque,
Niliaco melli quae mane inſerta capeſſes.

## CAPUT XIX.

*Fellis Vomitui, vel Phthiſi Arcendis.*

Lutea ſi creſcunt & cunctis noxia fella,

Allia

327. MISCENTUR ] *Miſcetur* marg. Conſtant. forte ſcribendum *miſceutor*, ſi vulgata lectio ſervanda, vel ſi *ſale tactus* &c. *miſcetor:* ut ita apud Horat. III. Od. 19. ſcribendum contendunt Rutgerſius, Heinſius & Bentlejus. *capies munus in iſtis* dictum, ut apud Ovid. VI. Met. 357. *vitam dederitis in undis.* ſequens verſus ab Aldo in finem capitis tranſpoſitus eſt. BURM.

330. DICTAS ] Hoc eſt paulo ſuperius expoſitas & indicatas. CAESAR. Ita & Pictor. reliqui *victas. concoquit* Putean.

330. PRODERIT HOC STOMACHO, VICTAS ET CONCOQUET ESCAS: ] Et concoctioni conducet & digeſtioni. Vulgo male ſecus interpretantur. Graeci etiam medici male confundunt διοίκησιν & κατεργασίαν, digeſtionem & concoctionem. Galenus in Iſagoge: ἐνδιοικεῖται τὸ καὶ ἐναπαδεῖται καὶ ἐνσωματοῦται. Idem: σιτωδῶν καὶ ἐνδιοικεῖται. Aegineta libro III. καὶ τροφαῖς ἐνδιοικεῖται τὸ καὶ πεζίνοις χρώμενον. KEUCH.

331. GRANA PEREGRINI PIPERIS DIFFUNDITO QUINQUE NILIACO MELLI, QUAE MANE INSERTA CAPESSES. ] *Niliaco*, id eſt, ex arundinibus collecto. PICTOR. *Nicolao molli* genus eſt palmularum, de quibus Plinius. CONSTANT. In MS. *Hiliaco melle* perperam, ut puto, pro *Niliaco*, ut in impreſſis reliquis. WOLFIUS. Cum de trito piperis pulvere loquatur, mallem *diffindito* pro *diffundito*, quod alii librorum exhibuerunt. Sed altero verſu mage variat liber avitus & Pithoeanus:

*Nicolao molli, quae mane inſerta capeſſes.*

ubi in impreſſis: *Hiblaeo melli*, & *Niliaco molli* ſcriptum eſt, ut idem Pithoeus I. Adverſ. 19. adnotavit. *Nicolao*, pro *Niliaco* tranſpoſitio literarum eſt ab imperito librario concepta & exarata. *molli* etiam pro *melli*, frequens lectio in membranis occurrit. Nihil autem mihi videtur immutandum: *mel Niliacum* eſt Ἀττικὸν & Ὑμήττιον, quod principem locum in medicina tenet, ut habet Dioſcorides. KEUCH. *Nicolao melli qui m. in. capeſſis.* Putean. & Reg. niſi quod *quae:* & Voſſius ex Scaligero *Nicolao molli.* Heſychius Ill. in Nicolao Damaſceno dicit, illum ita dilectum ab Auguſto, ut placentas ab eo miſſas *Nicolaos* vocaverit, quod in hunc diem manere addit. vide ibi Meurſii notas, & quae alibi viri docti notarunt ad Plinium & alios. ita & inf. cap. XXIII. *Nicolauſque rapo*, in Putean. in Leidenſi hic erat, *hinc oleo molli* & ita Ed. Vet. *Hibleo melli* Humelb. *Nicholao molli quae* Paderb. *diffundito* vero omnes editiones praeter Pictorii, quam ſecutus eſt Keuchenius, qui non facile perſuadebit, Niliacum mel eſſe Atticum. BURM.

FELLI ] *Fellis vomitus & pthiſi arc.* Ed. Vet. & Humel. & probat Morgag. Epiſt. pag. 85. *Felli, vomitu, vel Phthiſi* etiam Ald. Caeſ. Pictor. niſi quod haec *vomitui:* non enim de vomitu, ſed de fellis vomitu agit.

333. LUTEA SI CRESCUNT ET CUNCTIS NOXIA FELLA, ] Placet, avitis membranis volentibus:

*Lutea ſi creſcunt & fundis noxia fella.*

facilis inverſio literarum, *fundis* pro *cunctis*. lutea autem fella *fundis*, orificio ſtomachi noxia,

Allia parva novem, piperis tot permole grana,
Quae cyatho diluta gari mandeſque bibeſque:
Haec iterum ſeptena capis, poſt denique quina.
Praeterea caules, frondet ſi parva ſabucus,
Decoctos ſale permiſces, ac jungis olivo:
Tunc capis, ac tali auxilio fella horrida purgas.
Proſunt & pelagi latices, quos pondere juſto
Dulcibus adſocias lymphis, mellique liquenti.
Et niveus prodeſt ex ubere ſucus aſellae,
Si tepido vinum infundas, ac mella piperque.

At

noxia, male exponuntur. Graeci καρδιακαιομένους vocant, qui propter bilis copiam ardore ventriculi vexantur. Galenus libro VIII. de compoſitione med. cap. 3. ἔγκαυσιν τοῦ στομάχου hoc malum vocat. Sic veriſſime reſtituimus. KEUCH. *Creſcent* Putean. *creſcant* Voſſ. *horreſcunt* Reg. *creſcunt in vultum & lumina fella* Leid. Ed. Vet. *praecunctis* Ald. *prae cunctis* Pictor. *fundis* Morgag. probare videtur, ſed ut ſit a *fundo*, pro *vomis*; adloquitur enim lectorem, ut centies, & modo ultimo verſu cap. praecedentis. mihi *prae cunctis noxia* non diſplicet. *fundum* vero dici pro orificio ſtomachi, cras credam: ego enim fundum vocari inferiorem & depreſſam maxime rei unicujuſque partem, non orificium didici. Keuchenius recte improbat, & ad cap. XXVIII. fundum imam ventris partem, quae congeſtas faeces continet, eſſe docet. BURM.

335. QUAE CYATHO DILUTA GARI MANDESQUE, BIBESQUE:] Senſus eſt ex ſequentibus verſibus eliciendus: neque haec per ſeſe ſatis aperta ſunt. Igitur ſambuci cauliculi teneri decocti cum oleo & garo manducati, atrae bilis & rufae taedia ſolvunt. In iis verſibus, qua legendis, qua exponendis, non videtur omnino ſerenus eſſe Serenus. Lucidior eſt Marcellus capite XXX. de medicamentis. KEUCH.

336. SEPTENA CAPIS,] *Septem capies* Leid. Ed. Vet. *ſeptena capes* Putean. *ſeptena capies* Venet. quae omnia ex variatione temporum, quae offendebat, provenere. quia *mandes bibeſque* praeceſſit: ſed ita cap. XXV. *pinſitur & ſorbebitur*. cap. XXII. *tinges* & *bibis*. & centies. BURM.

337. CAULES,] MS. habet *caulem*. WOLFIUS. *Caule ſi frondet p. ſabucis* Putean. *caule frondet ſi* Venet. Lipſ. *ſamucus* Reg. *parvae ſabuco* Humelb. *Ebulum* aequat.

338. DECOCTOS SALE] In MS. *decocto ſale p. ac jungis olivo*. WOLF. Ita Ald & Venet. quae *olivum: decocto ſ. p. a. ungis* Putean. *decoctae* Reg. *jungis olivum* Caeſar. Humelb. Lipſ.

339. TUNC CAPIS,] MS. habet, *tum capis, ac tali purgas medicamine fella*. WOLF. Concinit Paderbornenſis codex, ſed *medicamine* eſſe gloſſam τῶ *auxilio* puto, quod paſſim a medicis ponitur pro medicamine. malim vero *hinc capis*, id eſt ex caulibus ſabuci oleo & ſale mixtis. ita ſaepe *hinc* & *illinc*. vid. ad cap. XXXIV.

340. JUSTO] Id eſt aequali. CAESAR. Ita mox *injuſte* vſ. 352. vid. & cap. XXXIX. *juſte ſociatum*.

341. PROSUNT ET PELAGI LATICES, QUOS PONDERE JUSTO DULCIBUS ADSOCIAS LYMPHIS, MELLIQUE LIQUENTI.] Tam ad ventris, quam bilis dejectionem, eam potionem praeſcribit ille Marcellus, in quo tamen notandum, eum *ſales marinos*, pro aqua marina videri dixiſſe. *Pelagi latices*, & *Doridos humor*, dixit Serenus. Infra: *Prodeſt & potus ſed mulſus Doridos humor*. πλατὺ ὕδωρ Graecis opponitur *aquae dulci*. Athenaeus: διαφέρει δὲ καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος. Heſychius: πλατὺ ὕδωρ, τὸ ἁλμυρὸν appellat libro V. cap. XIX. KEUCH. *Adſocias lymphis* Reg. *nymphis* Leid. vid. Heinſ. ad Ovid. V. Epiſt. 31. & ſupr. cap. IX.

343. SI TEPIDO VINUM INFUNDAS, AC

Kk MEL-

At vomitum radix narciſſi pota movebit.
Si vero phthiſis annoſo ſedet improba morbo,
Intritas vino cochleas hauſiſſe juvabit.
Proderit & veteris ſevi pila ſumpta ſuilli.
Carne aſinae ſevoque caprae medicina ſalubris.

## CAPUT XX.

*Mammis Sanandis vel Stringendis.*

Ubera fecundo multum lactentia ſuco

Sac-

MELLA PIPERQUE.] Non, ut in Moliniana: *Si tepido vino infundas.* medicorum commiſtioni repugnat. KEUCH. *Vino* Ed. Venet. Ald. Lipſ. Pith. Gryph. Caeſ. Pictor.

344. AT VOMITUM RADIX NARCISSI POTA MOVEBIT.] Narciſſus bulbus eſt vomitivus, ſine tunicis amarus, flore albo, in medio croceo. Serapion aggreg cap. 188. Dioſcor. lib. IV. cap. 55. PICTOR. Legit ex MS *ad vomitum.* WOLF. Ναρκίσσου ἡ ῥίζα βρωθεῖσα ἑφθὴ ἢ ποθεῖσα, ἐμέτους κινεῖ. quod longius erat, quam ut uno verſu comprehenderetur. Videatur Serapion aggreg. c. 188. & Dioſcor. adductus, lib. IV. cap. 55. KEUCHEN. *Ad vomitum* Putean. Ed. Venet. Lipſ. Vomitorium Narciſſum vocat Plin. XXI. 19.

345. PHTHISIS] Phthiſis conſumtio eſt membrorum & ſpiritus, ac ſolidorum. Latini *tabem* vocant. PICTOR. *Annoſa* Ed. Pictor. *ſedet* eleganter de morbo lento & diuturno. vid. Heinſ. ad Ovid. III. Triſt. IX. 18. ita *peſtilentem nubem ſeſſuram* Quinctil. Decl. CCCXXIX. BURM.

347. PRODERIT ATQUE ADIPIS VETERIS PILA SUMPTA SUILLI.] Legunt reliqui, *Proderit & veteris ſevi p. ſ. ſuilli.* WOLF. Prima lectio eſt in Leid. Vet. Ed. & Humelb.

347. PILA] Pro pilula hoc loco ponitur, quod Graecis dicitur καταπότιον. CAESAR. Vid. ad cap. VIII. Reineſ. II. Var. lect. 8. de minuta portiuncula ſevi capit.

348. CARNE ASINAE, SEVOQUE CAPRAE MEDICINA SALUBRIS.] Ex manuſcripto, *quae ſcapulis quoque perducit medicina ſalubris.* WOLF. Scribo: *Lacte aſinae. lacte* diſertim in avito. nec enim aſinae caro, ſed lac phthiſicis, ab antiquis medicis praeſcribitur. KEUCH. *Quas capulas quoque perducit medicina ſalutis* Putean. *quae capulas quoque producit m. ſalubris* Ald. *quoque perducit medicina ſalubres* Ed. Venet. Lipſ. *quos capulas q. producet m. ſalubres* Voſſ. ille adſcripſerat *quo & producet. quae ſcapulas quoſque perducit m. ſ.* Pallcib. difficile ex his varietatibus verum producere: forte *quae ſcapulas quoque perducit medicina ſalubris. perducere* eſſe unguere, tractare, fricare, ſupra ad cap. I. vidimus. ſed vulgatam ex utroque Plinio defendit Morgagn. Epiſt. pag. 101. ut & fecerat Humelberg. non tamen extra veri ſpeciem eſt Keuchenii lectio. nihil enim hodie familiarius eſt medicis, licet negaverit perperam carnem praeſcriptam: vid. Reineſ. II. Var. lect. 18 ſed quia caro tam aſini, quam aſinae prodeſt, hic vero *aſinae* legatur, *lac* praeferendum videtur. malim vero legere *lac* (vel *lacte*) *aſinae, ſevumque caprae: medicina ſalubris.* ſcil. eſt. aliter enim ſcabri quid eſt in conſtructione: *lacte* vero pro *lac* dixiſſe patet ex notis ad cap. LXII. & Petron. XXXVIII. & LXXI. hinc ſcribae credentes *lacte* ablativi caſus, *ſevo* etiam fecerunt, cum forte *ſevom* fuerat ſcriptum. de quo cap. XXI. BURM.

349. UBERA FECUNDO MULTUM LACTANTIA SUCO] Σπαργῶντα. alii *lactentia* pro lacteſcentia. CONSTANT. Adoram-

li-

Digitized by Google

Sæpe ſibi noxae nimium manando fuerunt:
Faece igitur valida duri reprimentur aceti.
Poſt partum tumidas injuſte adſurgere mammas

Inter-

bri a Stephano curati, *lactentia* lego excuſum, quod alteram ei lectionem praebuit, ſed abſurdam & ineptam. Ubera lacte abundantia, & mammae ob lactis copiam dolentes & inflammatae (σπαργῶσαι eas Graeci vocant) *lactare*, non *lactere*, quod lac ſugentium eſt, dicuntur. *Succum* autem de lacte venuſte poſuit, ut alia poëta medicus. Capite praecedenti:

*Et niveus prodeſt ex ubere ſuccus aſellae.*

Gloſſae medicae: γάλα, *ſuccus*. Aliae: *ſuccus*, ὄψον τι διὰ γάλακτος. Sic μέλκα exponit Aegineta: μέλκα autem iis lac eſt, unde noſtrum *melk*, & *milko* Dalmatarum. Lacte autem ut ſucco nutrimur, ſanguine vivimus: inde *ſuccum* pro lacte dixerunt, ſuccus enim eſt, quod alimenti cauſa ſugitur. KEUCH. *Valde lactantia* Putean. Leid. Voſſ. *valida* Reg. praeterea corrupte Ed. Venet. & Lipſ. *ubera vetuſto*. Licet vero ubera diverſo reſpectu *lactantia* & *lactentia* dici poſſint, ut ratione infantis ducentis ubera, *lactantia* ſint, ratione vero matris, quae plena lacte gerit, *lactentia*, & hinc ſemper fere in ſcriptis hae voces confunduntur. vid. Ovid. VI. Met. 342. & VII. 321. quia tamen hic additur *ſuco fecundo*, *lactentia* mihi unice probatur: dictum enim eodem modo, ut *ſegetes lactentes* & *herbae*, & *lac herbarum* paſſim Poëtis dicuntur, de quibus pluribus egi ad illa Ovid. I. Faſt. 351.

*Nam ſata, vere novo, teneris lactentia ſucis.*

ita apud Celſ. II. 29. *mel crudum, lac, lactentia omnia.* ita edidit Lindan. alii *lactantia* & *lactaria*. & centies in his verbis errarunt librarii vid. & inf. cap. XXIV. & XLVI. BURMANN.

350 NOXA] Legunt omnes *noxae*. WOLF. *Noxa* Putean. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ.

351. DURI] Acerrimi. CONSTANT. Celſ. II. cap. 30. *duram* vocat *aquam*, *quae tarde pubeſcit*, vel *putreſcit*. ut alii legunt, & contra capite praeced. *teneram*. *Durum vinum* cap. XLV. & XLIX. Keuch. explicat vetus. ſed ibi variant exemplaria, & quaedam *puram* habent. vid. cap. III. BURM.

351. FAECE IGITUR VALIDA DURI REPRIMENTUR ACETI.] *Reprimentur*, id eſt, ſtringentur: inde lemmate ſcriptum, MAMMIS STRINGENDIS. Gloſſae Cyrilli, σφίγγω, *ſtringo*, *preſſo*. Heſychius, στραγγίζει, πιέζει. Dioſcorides eo remedio τρυγὸς ἀπ' ὄξους. V. 132. μαστοὺς τε σπαργῶντας ῥέοντας γάλα σβεννύει, σὺν ὄξει καταπλασσομένη. σβέννυσι id eſt, *reſtinguit*, unde forſan aviti libri lemma: MAMMIS SANANDIS VEL RESTINGUENDIS. quod ſic poſſet defendi. Plinius XXIII. cap. 2. *mammas lactis ſui impatientes exſtinguit*. KEUCH. *Reſtringendis* legendum puto. nam cum veteres ſaepe pro ſolvere, aperire ſolerent ponere; contrario ſenſu eodem verbo *reſtringere* hoc aevo utebantur. infr. cap. XXIX. *reſtricta alvus*. Tertull. Apologet. cap. 21. *reſtringere paralyticum* Juvencus Euan. Hiſt. lib. II. vſ. 399.

*Et mox reſtricto riguerunt ſanguine venae.*

& ita *reſtricta labia* in Quinctil. Decl. XII. cap. 27. explicuimus repreſſa, ut & Apulej. Apolog. *Reſtrictis forte ſi labellis riſeris*. & Florid. XVII. *ſi manus manicis reſtringantur*. & alibi. BURM.

352. POST PARTUM TUMIDAS INJUSTE ADSURGERE MAMMAS] *Injuſte*, id eſt, affectione praeter naturam: Sic γυναικομαστίαν ab eâ diſtinguit, quod incrementum augetur pinguedine mammarum. Infra XXXIV.

*Menſtruus injuſto ſi profluit impete ſanguis.*

Sic ibidem legendum, non *immenſo*, docebimus ex avito. Plinius lib. XXX. cap. 14. *Fimum murinum aqua pluvia dilutum mammas mulierum à partu tumeſcentes reficit.* Et ibidem de lumbricis: *vermes terreni per ſe impoſiti, mammarum ſuppurationes concoquunt & aperiunt, extrahuntque & ad cicatricem perducunt.* quare miror, hic à Pictorio legi:

*Marinus fimus ex pluvio ſedare liquore:*

& ineptiſſime de ſpuma maris exponi, de qua Galenus VI. Simpl. Serapio aggr. cap. CCCLXXVIII. KEUCH. *Timidas* Ed. Vet. *murinum* Reg. Putean. *muris ſaepe fimum* Leid.



Digitized by Google

Interdum adſpicies: harum mala commemoratur
Murinus fimus ex pluvio ſedare liquore.
Sin autem clauſas penitus dolor angit acerbus,
Lumbricis terrae turguentes ungue corymbos.
Si caſtigatas ſtudium eſt praeſtare papillas,
Ex hedera ſertis ambas redimire memento
Protinus, & raptas fumis mandare coronas:
Anſeris aut ſevum pariter cum lacte tepenti,

Aut

Ed Vet. *injuſte* id eſt, praeter modum. vid. cap. XXXIX.

353. ADSPICIES] *Aſpicias* Leid. & Lipſ. Ed. quae & *male*.

354. MARINUS FIMUS] Maris ſpuma, quam Alcyonium vocant, de qua Galen. lib. II. ſimpl. 28. Et ſerapio Aggreg. cap. 388. Plin. lib. XXII. 5. PICTOR. Ipſa vox marinus, cujus prima brevis eſt, admonere Pictorium debuerat erroris. & ipſe edidit *murinus*.

355. PENITUS CLAUSAS] Invertendo legunt, *ſin autem clauſas penitus*. WOLF. *Penitus clauſas* Ed. Vet. Humelb *clauſus* Ed. Venet. & Caeſar. Lipſ. obſtructas mamillas explicat Humelb. *angit acervum* Cod. Reg.

356 LUMBRICIS TERRAE TURGUENTES UNGUE CORYMBOS.] Id eſt *hederae baccas*. PICTOR. *Corymbos*, id eſt mammatum papillas. CONSTANT. *Turgendas* male liber avitus, mendum etiam in genere. non enim ὁ κόρυμβος dicitur. Columella de cinara carduo:

*Haec modo purpureo ſurgit glomerata corymbo.*

*corymbos* appellat hederae baccas. Male quidam hic per *corymbos*, τὰς θήλας exponunt, ipſas papillas intumeſcentes. Omne quidem rotundum protuberans, antiqui κόρυμβον dixêre, ſed illud hic locum non habet, ut illi pueriliter voluerunt.* Ego interim pergam τὰς ἐμὰς κορύμβους πλέκειν. KEUCH. Manus docta ad Edit. Ald. filiorum *junge corymbos*, forte *cinge*. ſed *unge* poteſt ſervari, quia forte olivo miſcendas indicat, ut cap. IV. per corymbos dubito, an ipſas mammas intelligat. quae turgent, nec lac emittunt, duritia obſtructae; vel papillas, quae ut extremitates mammarum, & in uvae modum deſinentes, ita dici poſſunt, ut corymbi in navibus, de quibus ad Val. Flac. I. 273. BURM.

357. SI CASTIGATAS STUDIUM EST PRAESTARE MAMILLAS,] *Papillas*. WOLF. Remedium φυσικὸν & arcanum: qualia ſexcenta Sereni & veterum medicorum. *Caſtigatas mammas* expoſuit Hier. Mercurialis libro V. cap. 3. Var. lection. KEUCH. Caſtigatas, id eſt ad juſtum tumorem turgeſcentes: vide quae diximus ad Ovid. I. Amor. v. 21. *ſin caſtigatas* Ed. Caeſar. *ſic caſtig.* Ed. Venet. Lipſ. Barthol. de luce homin. I. c. 17. legit,

*Sic caſtigatas ſtudium eſt praeſtare mamillas,*
*Ex hederae foliis ambas redimire memento.*

*mamillas* Ed. Vet. deinde, *ex hederae ſertis* Putean. Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Ald. Humelb. Pictor. *ſartis* Lipſ. mox *mundare coronas* Reg. *flammis mandare* Ald quod magis placet. ſed manus viri docti *fumis mandare*. *raptis fumis mandare coronas Anſeris: aut* Lipſ. *fumo mandare* Paderb. rectius vero diſtingueretur *redimire memento protinus*, & *raptas*. ut Edit. Gryph. Conſt. Pith. Caeſar. quaenam vero vis magica intelligatur in coronis demtis a mamillis fumo aut flammis mandandis, ignoro. BURM.

360. ANSERIS AUT SEVUM PARITER CUM LACTE TEPENTI, AUT OVUM ILLINITO, TULERIT QUOD GARRULA PERDIX.] MSS. *ovum illito*. Gryph. *illinito*, Collinaei *in luto*. WOLF. Scribo fide membranarum, & interſtinguo:

*Si caſtigatas ſtudium eſt praeſtare papillas,*
*Ex hedera ſertis ambas redimire memento,*
*Protinus & raptas fumis mandare coronas:*
*Anſeris aut ſevum pariter cum lacte tepenti*

Aut

Aut ovum illinito, tulerit quod garrula perdix.
Praeterea pluvio decocta papavera rore
Haereſcant, multis poſt diſſolvenda diebus.
Vis & Phoebigenae coeleſtia ſumere dona,
Ubera quum tetris laniata doloribus horrent.
Navis ramentum, & quae nomine praſſion herba eſt,

Et

*Aut ovum illinito, tulerit quod garrula perdix.*

Iterum enim ex ſuperſtitioſa medicina loquitur. Plinius ubi ſupra: *mammas à partu cuſtodit adeps anſeris cum roſaceo & araneo.* & ſtatim: *ovorum perdicis putaminum cinis, eadmiae mixtus & cerae, ſtantes mammas ſervat. Putant & ter circumductas ovo perdicis, mox inclinari. ter circumductas*, id eſt, ter illitas; qui numerus magicus & arcanus. Male legitur ad oram libri Moliniani, curante Gryphio:

*Aut ovum impoſitum, tulerit quod garrula perdix.*

KEUCH. *Ovum illitum* Putean. Reg. *impoſitum* Leid. Ed. Vet. Humelb. *in luto* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. *lacte repente* etiam Ed. Venet. Lipſ. Ald. Caeſ. Pictor.

361. GARRULA PERDIX.] Statius lib. II. Silv. IV. 16. inter *aves doctas, queis nobile fandi Jus natura dedit*, & quae voces exprimere humanas poſſunt doceri, Perdicem enumerat;

*Quique refert jungens iterata vocabula perdix.*

ubi male alios legere *cornix* notavit jam Geſnerus de Avibus in *Cornix*, quem & vide in *Perdix*, ubi de *caccabare*, quo verbo earum vox exprimitur, erudite agit. BURM.

363. HAERESCANT] *Haereſcunt* MS. & Gryph. WOLFF. *Haerebunt* Leid. Ed. Vet. Lipſ. Cæſar. Pictor. *haereſcant* Ald. quod praetuli. *poſt abſolvenda* Putean. Reg. Ed. Venet. Ald. *aſſolvenda* Lipſ.

364. VIS ET PHOEBIGENAE COELESTIA SUMERE DONA] Vel Circen intelligit, vel Aeſculapium Phoebi filium. PICTOR. Aeſculapium Apollinis filium intelligit, quem initio carminis invocavit; non autem Circen, ut exiſtimavit Pictorius. Supra cap. XII.

*Vis & Phoebigenae divinam noſcere curam.*

KEUCH.

365. UBERA QUUM TETRIS LANIATA DOLORIBUS URGENT.] *Horrent.* WOLF. Hoc remedium iterum praeſcribitur mammis à partu tumeſcentibus, & praeter naturam *urgentibus*, id eſt, augentibus. *urgent* igitur melius quam *horrent*, libri referunt. KEUCH. *Horrent* Putean. Reg. Ed. Venet. Lipſ. Aldin. Caeſar. Pictor. quod mihi placet pro *urgent.* *horrent* enim eſt, rigidae, durae ſunt, & ut Plin. Valer. III. cap. 3. *marmoratae.* adſcripſerat Gloſſator *turgent*, unde *urgent* factum credo. ita *horrere membra* dixit Ovid. VII. Met. 631. pro rigere, torpere. & defrigore & rigore paſſim hoc verbo utuntur Poëtae. BURM.

366. NAVIS RAMENTUM, ET QUAE NOMINE PRASSION HERBA EST,] Male *navis* ſcriptum ſuſpicor. PICTOR. Id eſt, *Zopiſſa.* CONSTANT. *Navis ramentum*, id eſt, *raſum de navibus unguen*, ἡ ζώπισσα. Infra cap. XXIX.

*Mollitamque picem, & raſum de navibus unguen.*

τὴν ζώπισσαν Graeci vocant, & ἀπόχυμα. Dioſcorides libro I. cap. 98. ζώπισσα δὲ ἡ μὲν εἶναι, ἡ ἐκ τῶν πλοίων ξυομένη ῥητίνη μετὰ τοῦ κηροῦ, κεχρισμένη ὑπ' ἐνίων ἀπόχυμα, ὅταν διαχυτικὸν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι. οἱ δὲ, τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν. Cera autem & pice naves ungebantur. Seneca libro VII. de beneficiis: *cui triremes & ceratas mitterem.* ubi *aeratas* ſcio lectum: ſed *ceratas* rectum puto ex illo poëtae libro de remedio amoris 447.

*Nec ſatis una tenet ceratas anchora puppes.*

Vegetius libro IV. capite 37. *cera etiam, quâ ungere ſolent naves, inficitur.* Inde κηρὸν pro cera & pice mixta Graeci accepêre. Lucianus in dialogo Mercurii & Charontis: καὶ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα. Arrianus in periplo maris Euxini: ἀλλὰ καὶ οἱ ἧλοι, καὶ ὁ

Et quae vulgari ſermone Inſana vocatur,
(Graecus hyoſcyamon propria ſcit dicere lingua)
Nec non & calami radix, lapathique legumen
Mixta dabunt miras (experto crede) medelas.

# CAPUT XXI.

*Rejectioni cibi aut Sanguinis Reſtringendae.*

Si ſtomachus nondum concoctas exſpuit eſcas,

Et

πρὸς ἀπεξύσθη, ὡς μηδενὸς ἄλλου ξύλου δεῖσθαι συν-πηγνυμένων. KEUCH. *Habis* Putean. Reg. *nam bis* Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *ramenta carinae* vocat cap. XXIV. de cera, qua naves ungebantur vid. Scheff. de Milit. Nav. I. 5. & Gronov. ad Liv. XXXVIII. 45. deinde *praſion* Putean. *ſparſion* Reg. *praſſion* eſſe marrubium Latinis docet Humelb. proprie *Praſion* prima ſyllaba correpta, ut Nicander extulit, eſſet ſcribendum. vid. Borrich. de Ling. Pharmacop. in hac voce. BURM.

367. INSANA] Ab effectu, quod comeſta inſaniam pariat, maxime porcis, qui cancrorum uſu ſibi medentur, *Bilſen krus*, vel *Schwinbon*. PICTOR.

368. GRAECOS HYOSCYAMON PROPRIA SCITO DICERE LINGUA] Tres ejus differentias Graeci notant, quarum duae *inſaniam* gignunt & ſoporem: Dioſcorides περὶ ὑοσκυάμου lib. IV. 69. ἀμφότεροι δὲ ὄντες μανιώδεις ὑπάρχουσι καὶ καρωτικοί, δύσχρηστοι. Tertium genus, ut quod mitiſſimum eſſet, medici recepêre. Idem contra κρατὺς ἐν τοιούτῳ ἐπιφερομένους illud commendat, at diverſis medicamentis adjunctis. Sed plura ejus genera Plinius enumerat libro XXV. cap. 4. *Quae Apollinaris, apud Arabas altercum, ſive altercangenum, apud Graecos vero hioſcyamus appellatur. Plura ejus genera, unum nigro ſemine, floribus pene purpureis, ſpinoſum. Talis naſcitur in Galatia. Vulgare autem candidius eſt & fruticoſius, altius papavere. Tertii ſemen irionis ſemini ſimile, & omnia inſaniam gignentia, capitiſque vertigines. Quartum genus molle, lanuginoſum, pinguius ceteris, candidi ſeminis, in maritimis naſcens; hoc recepêre medici.* KEUCH. Mirari ſatis nequeo, viros tot eruditos ineptam & omni metro adverſantem lectionem tam diu retinuiſſe; de Keuchenio non miror, ſed non mutaſſe ſtupeo ipſum Conſtantinum, & qui eum exprimit ſemper, etiam in vitioſiſſimis locis, Morgagnium, nec duplex vitium animadvertiſſe. *Graecus* Putean. Reg. Ed. Vet. *Graecus h. p. ſcit d. l.* Paderb. Ed. Venet. Ald. Caeſar. Pictor. Humel. *Graecus kios ciamon* &c. Lipſ. de Hyoſcyamo vid. Bodae. ad Theop. IX. cap. 12. pag. 1679. BURM.

369. NEC NON ET CALAMI RADIX,] Calami aromatici. PICTOR. MS. *nec non exacuis adipes.* ſed videtur male ſcriptum. WOLF. *Calamis adeps* Putean. Reg. ſed ſaltem *ex calamis* ſcribendum foret.

369. LAPATHIQUE LEGUMEN] Lapathi, quod quidam rumicem vocant, Plinio teſte lib. XX. cap. 21. PICTOR. *Ligumen* Putean.

370. MISTA DABUNT MIRAS (EXPERTO CREDE) MEDELAS.] Cap. XXII.

*Quae mihi cura ſatis caſu monſtrante probata eſt.*

Sic paſſim cum caeteris medicis, medicamentis ſuis ab experientia fidem commendat; quod praeter antiquos illos etiamnum agyrtae & hodierni circulatores faciunt, quibus nihil magis ſolenne, quam PROBATUM EST, mercibus ſuis laudandis adhibere. KEUCH.

REJECTIONI &c. ABSTINENDIS.] Impreſſi Codices *reſtringendae.* MS. *abſtinentiae.* male: forte pro *abſtinendae.* WOLF. Neſcio, an in ullo librorum editorum recte lemma

con-

Et magis atque magis vitium revomendo valeſcit,
Allia caedemus, crebrumque trahemus odorem.

Sin

conceptum ſit, quemadmodum in avito caeteriſque manuſcriptis exaratum fuiſſe, nos cum doctiſſimis viris adnotamus. Ultimam vocem, ſubſtituta meliore relegandam, primus, quod ſciam, Pithoeus in adverſ. ſubc. lib. I. 19. monuit; poſtea Salmaſius ad Solinum pag. 407. qui & alteram explicuit. In veteri avito ſcriptum lemmate rubricato, charactere Longobardo: AD MEDENDAM REJECTIONEM CIBI VEL SANGUINEM STUGGANDUM. Quod idem Pithoeus in optimo ſuo exemplari obſervat, ſed immutata poſtrema voce STANCANDUM, & ille fortaſſe tam rectum ſuſpicatur, quam illud *cambire* apud Priſcianum, quo & Apulejus utitur. *Stuggandum* pro *ſtaggandum* forte ſcriptum fuit, nam *u* & *a* plane iis literis confunduntur, vel pro *ſtagnandum*, vel *ſtancandum*, vel *ſtangandum*, ut exponit Salmaſius. *Stangare* recentior latinitas pro *ſtagnare* dixit; ut στάγγον ἀντὶ τοῦ στάγνον Graeci poſteriores. inde corona pretioſa apud Meurſium: στάγγος *ſtannum*. Eſt autem *ſtancare* vel *ſtangare* ſanguinem, ſtagnare, στυγνοῦν, & ſanguinem ſiſtere, ne fluat. Quod idem Salmaſius ad Solinum obſervat, & in Epiſtola CVIII. ad Joan. Fred. Gronovium. Medici, qui diſtinguunt inter *rejectionem* & *dejectionem* ſanguinis reſtringendam, τὰ ἀναφορικὰ vocarunt ea medicamenta, quae ſanguinem ex infernis partibus ſublatum per os rejiciunt. Gloſſae: ἀναφορικοί, οἱ αἱμοπτοϊκοί. Quae vero ſanguinem ſtangant & reſtringunt, τὰ ἴσχαιμα dixerunt. Gloſſae latius ἴσχαιμον exponunt ἵσταιμον ϗ τραυματικὸν φάρμακον. Ea medicamenta ſiccare debent, & circa abſterſionem leniter adſtringere. Haec autem extrinſecus adhibentur, neque ad hanc ſanguinis rejectionem reſtringendam faciunt. Caeterum in libris Sereni typis editis antiquioribus, ut & editione Salingiacenſi, quae prodiit ad annum MDXXXIIX, non aliter illud lemma comparet, ac nos edidimus. Quod ex ignorantia ſi forte librarii productum eſt, qui veterem & ſinceram voculam non intellexit, & alia reſtituenda jam impune peccavit. Perperam etiam in margine Gryphiani libri, quem cum Celſo typis edidit, *abſtinendae* pro *ſtancandae* legitur: quod eo ſenſu me non capere fateor. KEUCH. *Rejectione* & *abſtinenda* Putean. *rejectionibus* . . . *abſtinendis* Ed. Vet. Humelb. *rejectioni abſtinendae* Reg. Ald. & margines quarumdam. *rejectionem* explicat Humelb. recte vomitum: ita Suet. Ang. 77. *ſenos ſextarios non exceſſit, aut ſi exceſſiſſet, rejiciebat.* vid. Rhodii Lexicon Scribon. & ita *ejicere* ibidem docet uſurpatum. de verbo *ſtagnare* confirmavit Salmaſii opinionem nuper doctiſſimus Markland. ad Stat. III. Silv. II. 110. BURM.

372. ET MAGIS ATQUE MAGIS VITIUM REVOMENDO VALESCIT,] *Sed magis.* WOLFIUS. Libri viliores:

*Et magis atque magis vitiis recolendo valeſcit.*

Continuo vomitu ſtomachus labefactatur, & vitium magis invaleſcit. ἔμετον id Graeci vocant, *reſolutionem* Latini. Gloſſae medicae, ἔμεσις, ἐμετοί. ἔμεσις, nomen Atticum, occurrit apud Hippocratem. Tres ejus plerunque cauſas medici numerant, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν & δυσπεψίαν. Marcellus *ſolutum ſtomachum & omnia rejicientem*, appellat. KEUCH. *Vitiis revomendo* Pith. *vitium recolendo* Putean. Reg. Paderb. Ed. Venet. Lipſ. *ſed magis* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Ald.

373. ALLIA CEDEMUS, CREBRUMQUE TRAHEMUS ODOREM.] Inter πταρμικὰ φάρμακα τὸ σκόροδον etiam Graeci numerant. alii librorum habent, *tetrumque trahemus odorem*, id eſt, gravem & difficilem. meliores:

*Allia cedemus, cerebrumque trahemus odorem.*

Forte: *cerebroque trahemus odorem.* id eſt; ad cerebrum. KEUCH. *Cedemus* Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. Pith. Caeſ. Pictor. Conſt. Gryph. & aliae, ſed Humel. *caedemus*, quem vide, & hoc verum. Ovid. III. Faſt. 339.

*Caede caput, dixit: cui Rex, parebimus, inquit,*
*Caedenda eſt hortis eruta cepa meis.*

*cerebrum* Reg. *tetrumque* marg. Conſt. nt. recte,

Sin etiam rutilus refertur pectore ſanguis,
Sorbitio menthae, rhaphanus vel cocta juvabit.
Saepe lapis teritur (ſpecularem nomine dicunt)

Et

cte, ut puto. ita inter ea, quae odorem foedum movent, *allium*, & *cepam* recenſet Celſ. III. 20. *trahere* ut ſupr. cap. I. *cauta nare trahes.* BURM.

374. SIN ETIAM RUTILUS FERTUR DE PECTORE SANGUIS,] In MS. *fertur de pectore.* impreſſi codices habent *confertur.* WOLF. Falluntur alii, qui *rutilum ſanguinem* non ἐρυθρῷ, ſed ὑπερυθρῷ, non rubrum, ſed rubenti affinem exponunt. In ſecundo Galeni θεραπευτικῆς μεθόδου, ceu affines colores ponuntur ὑπέρυθρος, & λευκοὺς ἀκριβῶς. Dioſcorides de veneno araneorum: Ther. cap. IV. ὁ τόπος, ait, ἐπερυθὴς φαίνεται. quod ſtatim ipſe interpretatur, μετρίως ὑπέρυθρος, ut valde dilutam rubedinem intelligat, quae non ſit ἐρυθρὸς, ſed ὑπέρυθρος, & id quoque μετρίως. Cicero Attico XII. IV. *angebar, quod Tyro* ἐπερυθρότερον *te ſibi eſſe viſum dixerat.* Nihil haec ad Samonici ſenſum, cui *rutilus*, leve & nudum eſt ſanguinis epitheton. Dioſcorides de mentha loquens lib. III. 41. eodem conſilio, ſuccum ejus ex aceto potum, *ſanguinem* ſolum ſiſtere tradit, ὅθεν αἷμα ἵστησι πινόμενος ὁ χυλὸς αὐτοῦ μετ᾽ ὄξους. Sic caeteri medicorum filii ad *ſanguinis* eruptionem, ſive ex arteria, ſive ex pulmone vel pectore, eadem praeſcribunt. nec inter *ſanguinem* ullum diſtinguunt. Nec placet, quod in aliis excuſis legitur:

*Sin etiam rutulus confertur pectore ſanguis.*

quaſi hae duae affectiones ſeſe mutuo concomitantes intelligi debeant: quod eſt abſurdum. KUCHEN. *Refertur pectore* Putean. Leid. Reg. Ed. vet. Venet. *confertur* Caeſar. Pith. *referetur* Humel. Lipſ. *referatur* Voſſ. *defertur* Paderb. reliquae *fertur de.* ſed mihi prior lectio placet, quam mutarunt, qui primam corripi non poſſe credebant. de quo ad Ovidium Amor. VII. 62. & alibi ſaepe egimus: Heinſius corrigebat *regeretur* vel *defertur.* BURM.

375. SORBITIUM MENTHAE, RHAPHANUS VEL COCTA JUVABIT] In avito, ceteriſque vetuſtis: *Sorbitio menthae.* id eſt, menthae ſuccus ſorbitio ſumptus, ὁ χυλὸς ἡδυόσμου πινόμενος, αἷμα ἵστησι. Optimi codicis γραφὴ ſic poteſt defendi. KEUCHEN. *Sorbitio* Caeſar. & marg. Conſt. de qua voce vide Axen. ad Phaedr. I. 26. forte ſcriptum erat *ſorbitiom*, addita littera *m* ex ſequenti voce ad veram lectionem: & ita centies ex nominativo vel accuſativo in *om* pro *um*, fecerunt *o*, & contra. vid. ad Phaedr. III. X. 42. & Broukh. ad Prop. II. XV. 61. *ſorbitium* quis dixerit neſcio. *rhaphanus* etiam hic feminino genere ponitur. cum Plinius lib. XIX. 5. & alii maſculino genere efferant; & ita Graeci; cum Atticis tamen ῥαφανὶς diceretur, teſte Schol. Ariſtoph. in Plut. II. v. 59. an ergo *raphanis* dixit noſter? non puto. ſed quia planta vel radix eſt, potuit feminino genere efferre, ut hodie medicos ſaepe ſolere vidi. & ita *rubus*, utroque genere reperitur, apud noſtrum cap. XIV. feminino genere. BURM.

376. SAEPE LAPIS TERITUR (SPECULAREM NOMINE DICUNT) ET MIXTIS HAURITUR AQUIS, SISTITQUE CRUOREM] Specularem pro ocularem dixit. Et eſt lapis, in quo *fieſſ* oculorum fricantur, qui inde nomen ocularis lapis tenet, aliter *eos* vel *coſt* appellatur: de hoc panegyrim ſcripſimus, quam Marbodaei dactylothecae noſtris Scholiis illuſtratae, adjecimus. PICTOR. *Specularem nomine dicunt.* WOLF. Egineta libro VII. capite tertio: σπικλάριον, οἱ δὲ διὰ τοῦ φ. σφικλάριον, ᾧ τινες ἀντὶ σφέκλου ἐν ταῖς θυρίσι χρῶνται, διὸ καὶ διαφανὶς προσαγορεύεται. Alii διόπτρον vocant. Heſychius: διαυγὲς, διαφανὶς, διόπτρον. διόπτρον eſt ſpecular, per quod videtur; κάτοπτρον, ſpeculum, in quo videtur. Gloſſae Jatricae: διαφανὶς, γύψῳ ὅμοιον ὃ καλεῖται σφικλάριον. Neophytus monachus in lexico herbario: σπίκλον τὸ τοῦ φεγγίτου ὕαλον. hoc eſt, *vitreum ex ſpeculari lapide.* Suidas: σπίκλον (forte σπικλαρ) ὕαλον. Immo ὕαλον, lapidem ſpecularem vocarunt antiqui Graeciae auctores, ſi fides Ariſtophanis Scholiaſtae in hiſce verbis ad nubes vſ.

766.

Et mixtis hauritur aquis, ſiſtitque cruorem.
Uritur interdum raptus de ſubere cortex,
Et cinis ex calido prodeſt epota Lyæo,
Ovorum cinis, aut cochlearum, aut denique melis,

Aut

766. ἡμεῖς μὲν ἀγνῶς τὸ ἐκ βοτάνης τινὸς κεκαυμένης, καὶ διὰ πυρὸς τακέντος εἰς κατασκευὴν ἀγγείων τινῶν λέγομεν, οἱ παλαιοὶ δὲ τὸν διαφανῆ λίθον αὐτὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κρύον, εἰκότως ὕαλον. Plinius de Hiſpania III. 3. *ſcatet citerior ſpecularibus lapidibus.* Viri doctiſſimi non recte lapidem ſpecularem, φεγγίτην exponunt. Sane Graeci φεγγῆ καὶ εἴλωας ſpecula vocarunt, quorum teſtacea lumina in interiori teſta reſplendebant. Haec ὄμματα νυμφῶν Aurel. Victor appellat. Clemens Alexandrinus Paedag. II. 12. de margarita loquens: γίνεται δὲ αὕτη ἐν ὀστρίῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις: μέγεθος δὲ ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς, εὐμεγέθης. KEUCH. *Specularis nomine dictus* Humelb. *ſpeculari n. dictus* Leid. Reg. Ed. Vet. *ſpecularem n. dictum* Putean. vide de hoc lapide Salmaſ. Exercit. Plin pag. 183. & 771.

377. ET MIXTIS] *Hic mixtis* Paderb.

378. URITUR INTERDUM RAPTUS DE ROBORE CORTEX, ET CINIS EX CALIDO PRODEST EPOTA LYAEO, ] *Cinis* foeminino genere profert, non abſque priſcorum, tum poëtarum, tum oratorum exemplo. Author Nonius Marcellus, apud quem hic verſus citatur, *cum jam fulva cinis fueris.* CAESAR. Ut carmen ſtare poſſit, *cinis* foemininum fecit. PICTOR. Scribe volentibus membranis:

*Uritur interdum raptus de ſubere cortex,*
*Et cinis ex calido prodeſt epota Lyaeo.*

Plinius libro XXIV. capite quarto: *Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit. ejuſdem cinis ex vino calido, ſanguinem excreantibus magnopere laudatur.* Perperam igitur ſequente verſu legit avitus codex:

*Et cinis Italico prodeſt epota Lyaeo.*

quod fortaſſe ex Aeginetae libro III. cap. 62. poſſet adſtrui, ubi ſuberis ex Italico vaſe uſti cinerem commendat ad nimiam ſanguinis eruptionem ſiſtendam. Nihil tamen nobis videtur immutandum. Infra Serenus, ubi de profluvio cujuſque ſanguinis aut matrici ſubveniendis cap. XXXIV.

*Sed quacunque fluit vis immoderata cruoris,*
*Suberens cortex calidis potatur in undis.*

*Cinis epota*, dictum eſt ἀρχαϊκῶς, genere ſecundo. Infra cap. XLIII.

*Tum lixiva cinis ceras diſſolvit & ova.*

Calvus apud Cariſium:

*Cum jam fulva cinis fueris.*

Idem:

*Forſitan hoc etiam gaudeat ipſa cinis.*

Catullus:

*Troja virûm & virtutum omnium acerba cinis.*

Scribonius Largus cap. CCXXX. *lixiva cinis*, & alibi. Gloſſae: *lixiva cinis*, καυτὴ κονία. Placet etiam emendatio Scaligeri apud Poëtam in Ciri 384.

*Non minus illa tamen revehi quoque moenia Cretae*
*Gaudet: at ei cinis eſt patriae jucunda ſepultae.*

Arnobius libro VII. à Stewechio correctus, *antiquae cineris frictione*, dixit: vulgo male *antiqua* legitur. multa in illo ſunt ἀρχαΐζοντα, ut nos aliquando demonſtraturi ſumus. KEUCHEN. Ita in marmore Oxon. LVII. pag. 216. CVM. VMBRA. ATAVI. CINERES. SVAS. PONAT. vid. Voſſ. lib. I. de Analog. cap. 29. cui ſua fere ſublegit Keuchenius. adde & Rhod. Lex. Scrib. in *cinis*. BURM.

378. DE ROBORE] *De ſubere* Putean. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. Humelb. Caeſar. Pictor. Gryph. Pith. Tornaeſ.

380. OVORUM CINIS, AUT COCHLEARUM, AUT DENIQUE MELLIS, AUT MANSUS SALICUM FRUCTUS PRODESSE PUTATUR.] In MS. & *cinis ex calido* hunc verſum ſtatim ſubſequuntur alii duo, qui licet in Gryphiano & Parrhaſiensi codice habeantur, differunt tamen nonnihil, & in hoc noſtro penitus praetermittuntur,

*Quorum cinis, aut cochlearum, aut denique mellis,*

Aut manſus ſalicum fructus prodeſſe putatur,
Aut platani pilulas acri infundemus aceto,
Nullus erit ſanguis, quem non cibus iſte moretur.

CA-

*Aut cinis e ſalicum ramis prodeſſe putatur.* WOLF. Haec etiam mendoſa ſunt & affecta In eodem aviro ſcriptum invenio:

*Ovorum cinis, aut cochlearum, aut denique molis,*

*Aut cineris ſalicum ramis prodeſſe putatur.*

Reſcribo veriſſima conjectura:

——— ——— *aut denique maelis,*

*Aut cinis è ſalicum ramis prodeſſe putatur.*

quae corruptiſſima alias leguntur: *aut cinis ſalicum rami.* vel, *aut cinis ſalicum ramis,* ut ad oram ſuarum editionum viri docti notarunt. *Maelis* etiam pro *melis* antique ſcriptum in illo libro. Varro de R. R. III. 12. *ne maeles aut feles, aliave quae beſtia intrare poſſit.* ita legendus eſt ille Varronis locus ex libris vetuſtis. Gratius vſ. 402.

—— *lucifugaeque ex macle galeros.*

recte correctores *maele* repoſuerunt ex Heſychio: κτιδέα δορὰ ἀστεροφαλαίας. ἡ δὲ κτὶς ἐστὶ ζῶον ὅμοιον γαλῇ, οὗ τὸ δέρμα τίθεται εἰς ἀστεροφαλαίας. Infra Serenus:

*Nec ſpernendus adeps, dederit quem beſtia maelis.*

Sic ibidem legit avitus. KEUCH. Tractavit hunc locum Cl. Morgagnius in Epiſtola ad Vulpium, pag. 63. vid. ad Grat. d. l. ubi vidimus Keuchenium, Salmaſiana ſcrinia compilantem, duo loca Gratii in unum confundere. quod apparet ex Heſychii loco, quem nemo commentatorum ad Gratium protulit, ſed laudavit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 710. *Quorum* Reg. Scaliger volebat, *ovorum cutis.* ſed & cap. XIV. *cinis ex ovis. Aut denique pellis* Putean. Ald. *melis* Pith. Caeſar. Conſtant. Tornaeſ. ſequens verſus ita exhibetur in Reg. & Putean. & Ald. *aut cinis e ſalicum ramis prodeſſe putatur.* ſed *cinis ſalicum rami* margo Conſtant. & Gryph. *aut manſus ſalicum flos: vel prodeſſe putatur.* Venet. Lipſ. *manſus ſalicum fructus* Caeſar. Pictor. deſunt vero duo hi verſus in Ed. Vet. & Humelb. primus deeſt Leidenſi. in Paderbornenſi erat,

*Ovorum cinis, aut cochleas, a. d. mellis,*

*Aut cinis e ſalicum ramis prodeſſe putatur.*

Nondum puto hunc locum integritati reſtitutum. videant acutiores. Varronis locus, quem hic ex vetuſtis libris emendat Keuchenius, ita jam legitur in editione Commiliana. BURM.

382. AUT PLATANI PILULAS ACRI INFUNDEMUS ACETO,] *Pilulas*, id eſt *baccas.* PICTOR. *Polulas* pro *pilulas*, ἀρχαϊκῶς ſcriptae ſchedae. *pollam* antiquiores dicebant; quam nos *pilam*: inde *polulae* & *pollulae*, τὰ σφαιρία. Feſtus: *pollit, pola ludit.* id eſt pila ludit. πίλλα dicebant Aeoles pro πάλλα, unde *pila* Latinorum. Heſychius: πάλλα, σφαῖρα ἐκ ποικίλων νημάτων πεποιημένη. Meminit Aegineta libro IV. cap. 53: τῶν πλατάνων τῶν σφαιρίων ὁ χυλὸς, μάλιστα ὅτε τὸ ἐπίπεγον ἀποβάλλη. ubi τῶν φαιρίων ſcio lectum, ἀντὶ τῶν σφαιρίων. Sic φαιρίζειν dicebant, pro σφαιρίζειν, & alia Graecanici. Sic *perulam* pro *ſphaerula*, quae σφαιρίον Graecorum, recentiores Latini. *Acre* autem *acetum*, non omne eſt, ſed magis στυπτικόν. Plinius libro XXIV. cap. 8. *Platani pilulae tuſae cum aceto acri, magiſque ſcilliti, ſanguinem omnem ſiſtunt.* KEUCH. De pila & pilula vid. ad cap. VIII.

384.

Digitized by Google

# CAPUT XXII.

### *Jecoris & Lateris vitiis Medendis.*

SI molles jecoris fibras dolor hauriet acer,
Protinus ex mulſa potanda eleliſphacus herba eſt:
Sumitur & ſemen, quod fraxinus alta profudit,
Vulturis atque jecur, vel jus perdicis apricae.
Praeterea ſimili drachma pix dura piperque
Franguntur, ſic in mollito pulvere juncta
Egelidis miſcentur aquis, recreantque bibentem.
Abſinthi quoque decocti potabitur humor.
Si latus immeritum morbo tentatur acuto,

Ad-

384. Molles] *Mollis* Ed. Venet. Ald. *mellis* Lipſ.

384. Dolor hauriet acer] Manuſcr. *dolor auget acerbus*. WOLF. *Dolor augit acerbus* Paderbor. quod minime adſpernandum. licet videri poſſit ſumptum ex cap. xx. ſed ita etiam verſus 392. pars repetita ex cap. 11. Si vulgata ſervanda, *hauriet* explicandum, ut apud Virgilium x. Aen. 314. *latus hauſit*, & ſimilia. ut dolor vice teli vel gladii feriat, ut vſ. 402. & ita *tela doloris* dixit Rutil. 1. 451. ubi vide Barth. BURM.

385. Protinus ex mulsa potanda elelisphacus herba est:] Ἐλελίσφακος, quae dicitur herba Graecis, apud Latinos *Salvia* dicitur. CAESAR. PICTOR. & CONSTANT. manuſcr. *potanda eleliſphagus*. WOLF. *Eliſphacus herba*, ἐλίσφακος & ἐλελίσφακος, indifferenter dicebant. Gloſſae: *ſalvia*, ἐλίσφακος, ἐλαφόβοσκος. Plinius: *noſtri, qui nunc ſunt, herbam eleliſphacon Graece, Latine ſalviam vocant.* KEUCH. *Leliſfagus* Reg. *letitagus* Putean. Leid. *lelisphagus* Ed. Vet. Venet. Lipſ. *Elelisphacos* Ald. *Elelisphagos* Humelb. *herba eſt* Putean. Ed. Vet. Venet. Ald. &c. praeter Pith. cui *eſt* deeſt. de *elelisphaco* vel *ſalvia* vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag 234. & Bodaeum ad Theoph. vi. 2. pag. 570. & ſeqq.

386. Sumitur et semen quod fraxinus alta profudit,] *Fraxinus* id eſt, fraxini folia. Plinius xxiv. cap. 8. *Semen foliis ejus ineſt, quo medentur jocineris & lateris doloribus in vino.* KEUCH. *Platanus quod celſa profudit* Ed. Vet. *profudi* Steph.

387. Vulturis atque jecur] *Vulturis & jecur* Ed. Vet. *vulturisve jecur* Putean. unde Heinſ. *vulturiique jecur*. quod mollius.

388. Simili drachma] *Aequali pondere.* PICTOR.

388. Pix dura] Vid ad cap. xxv.

389. In mollito] *In molito*. alii *ſic commolito*. CONSTANT. *ſic in mollito* Lipſ.

389. Cuncta] Impreſſi codices *juncta*. MS. *vincta*. WOLF. *Cuncta* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb.

390. Egelidis miscentur aquis, recreantque bibentem.] Quid ſi diviſim legas, *Egelidis miſcentur aquis*. hoc eſt. *ex* ſive *cum* gelidis aquis propinantur. *miſcentur* eſt bibuntur, vel bibenda dantur. Juvenalis Sat. v.

—— *neſcit tot millibus emptus*
*Pauperibus miſcere puer.*

KEUCH. *Es gelidis* Paderb. Leid. Ed. Vet. *e gelidis* Lipſ.

392. Si latus immeritum morbo tentatur acuto, Adcensum tingues lapidem stridentibus undis] *Immeriti.* & *tingens*, al. *tingis*. CONSTANT. Alii libri:



Digitized by Google

Adcenſum tingues lapidem ſtridentibus undis,
Hinc bibis: aut aceris radicem tundis, & una
Cum vino capis: hoc praeſens medicamen habetur.
Quid referam multis compoſta Philonia rebus?

Quid

*Si latus immeriti morbo tentatur acuto,*
*Accenſum tingis lapidem ſtridentibus undis.* Viliores: *accenſum tingens lapidem.* Infra Serenus cap. XXV.
*Igne lapis candens datur exultantibus undis.*
*Hoc poteris potu triſtem ſuperare dolorem.*
*acuto morbo* medice dixit Poeta medicus. Celſus de laterum doloribus: *oriturque acutus morbus, qui pleuritiení à Graecis nominatur.* σφαλερὴν πλευρῖτιν Philo vocat in Epigram. ſequenti. KEUCH. De voce *immeritus* vid. ad cap. XIII. *tinguens* Leid. *tingens* Putean. Ed. Vet. *extingues* Ald. *intingues* Heinſius. Horatium imitari, ex illis Sat. III. verſ. 165.
*Quod latus aut renes morbo tentantur acuto,* docet Morgagnius pag. 88. vid. cap. II.

394. HINC BIBIS] MS. *hinc bibes.* WOLF. *Imbibet aut* Lipſ.

394. ACERIS RADICEM] *Abiern.* de hac arbore Plinius lib. XVI. cap. 16. PICTOR. *aut ceris radicem* Paderb.

396. QUID REFERAM MULTIS COMPOSTA PHILONIA REBUS?] *Philonica* arbitror legendum à Philone medico, de quo Celſus lib. VI. 6. cujus meminit & Galenus non ſemel. ergo *compoſta Philonia*, id eſt compoſitiones ex variis rebus, cujusmodi Philon conficere conſueverat, ut tamen ab uno hic omnes medicos intelligamus, qui circa medicinarum compoſitiones occupati fuerunt, & de his copioſe ſcripſerunt. CAESAR. *Philonia* inquit ſecundo numero, quoniam multa ſunt apud Meſue & Nicolaum. Philonia *compoſta* ex variis compacta. PICTOR. In MS. *Cilonia.* ſed quid ſibi hoc? WOLF. Quae Philo fere Graecis hujusmodi verſibus eſt complexus.

Ταρσεῖος ἰητροῖο μέγα θνητοῖσι Φίλωνος
Εὕρεμα ἀξὲς πολλὰς εἰμὶ παθῶν ὀδύνας.
Εἴτε κόλον πάσχει τις, ἄτερ ξ δοθὲν, εἴτε τις ἧπαρ,
Εἴτε δυσουρείῃ ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.
Ἴσθμα καὶ σπλῆνα, καὶ ἀρθρίτισιν ἀνηρῶν,
Καὶ φθίσιν, ἰῶμαι σπασμὸν ἐπιστάμενος,
Καὶ σφαλερὴν πλευρῖτιν. ἀποπτύοι δέ τις αἷμα
Ἢ ἔμετον, ἕξει μ' ἀντίπαλον θανάτου.
Πάντα δ' ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα, παύω,
Βῆχά τε καὶ πυελμὸν, λύγγα τε καὶ κατάρουν.
Γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι· μαθὼν δέ τις, ὃ βραχύ μ' ἕξει
Δῶρον. ἐς ἀξυνέτους δ' οὐκ ἐπιθεσπιστῶν,
Ξανθὸν μὲν τρίχα βάλλε μυελόπνοον ἰσοβίοιο,
Οὗ λύθρος ἑρμείας λάμπεται ἐν βοτάναις.
Κρόκκα δὲ σταθμὸν φρενὸς ἀνέρος. (οὐ γὰρ ἄσημος),
Βάλλε δὲ καὶ δραχμὴν Ναυπλίου Εὐβοίας.
Καὶ τρίβε ἐν Τρώεσσι Μενοιτιάδαο φονῆος
Δραχμὴν, τ μηλων γαστέρι σαζομένην.
Ὁλκὰς δ' ἀρχαίοιο πυρώδεος εἴκοσι βάλλε,
Εἴκοσι καὶ κυάμου θηρὸς ἀπ' Ἀρκαδίης.
Δραχμὴν καὶ ῥίζης ψευδωνύμου, ἣν ἀνέθρεψε
Χῶρος ὁ τ Πίσση ξεῖνα λοχευσάμενος.
Πίον δὲ γρόψας, ἄρθρον βάλε πρῶτον ἐπ' αὐτοῦ
Ἄῤῥεν, ἐνὶ δραχμὰς πέντε δὶς ὀλκοέδρου.
Νᾶμα δὲ θυγατέρων ταύρων καὶ Κεκροπιδῶν
Συγχέε, οἱ Τρίποντες ὡς ἐνέπουσιν ἐμοί.

Eos nos aliquando Latine vertimus; ſed Gorraeo nunc interprete conſenti, venuſte redditos apponemus.

*En ego languores multos mortalibus aegris*
*Nobile Tarſenſis pello Philonis opus.*
*Si colon aut hepar, lapis, aut urina retenta*
*Infeſtat; ſatis eſt exhibuiſſe ſemel.*
*Et ſplenem, & recta flatum cervice trahentes,*
*Spaſmum, & quae languent corpora tabe, levo.*
*Pleuritim nocuam, vomitus & ſputa cruoris*
*Si quis habet, morti protinus hoſtis ero.*
*Quae mala viſceribus latitant, tuſſim atque catharrum,*
*Singultus, & quod ſtrangulat omne fero.*
*Me ſcripſit doctis, ſi quis me noverit, ingens*
*Donum habet: in ſtolidas nolo venire manus.*
*Spirantem, & rutilum pueri crinem accipe, cujus*
*Mercurii in plantis ſanguinis unda micat.*
*Pondus erunt ſenſus hominis: notiſſima res eſt.*

Nau-

Digitized by Google

Quid loquar antidotum variis? quis iſta requirat?
At nos pauperibus praecepta feramus amica.
Nec non & jecoris quaeretur fibra lupini,
Jungenturque ſimul coſtum, foliumque, piperque,
Quae diluta mero dantur potanda Lyaeo.
Eſt & vis morbi, quod telum commemoratur,

Quum

*Nauplii & una ſimul drachma ſit Euboici.*
*Quique Menoetbiadem letho dedit, illius unam*
*Drachmam, quam clauſam ſervat ovinus uter.*
*His albi igniti bis denas adjice drachmas,*
*Atque fabae totidem ſint ſuis Arcadicae.*
*Drachmaque radicis falſo dictae unica, natae*
*In Piſſa Jovem ubi delituiſſe ferunt.*
*Cumque pion ſcribis, Grajum praepone virilem*
*Articulum: drachmas quinque bis illud agat.*
*Tum laticem tauri natarum, Cecropidarum*
*Affinem, ut Triccae clara propago docet.*

Eas autem compoſitiones plerique medici faſtidiebant, utpote pretioſas & haud mediocrem pecuniae collationem exigentes, ut paſſim à Sereno docemur. Vide, quae ſupra notavimus ſub lemmate: DENTIUM VITIO VEL ORIS FOETORI MEDENDO. KEUCH. *Cilonia* Putean. Leid. Paderb. & Reg. Ed. Venet. Lipſ. *cydonia* Ed. Vet. verſus illi Philonis neſcio, an aliunde petierit, ſed forte ex Gorraei definitionibus medicis in φιλώνιον, repetiti ſunt. ſed vitioſe editi à Keuchenio.

397. Loquor antidotum variis?] Id eſt variis rebus compoſitum, quale theriacum. CONSTANT. *Antidotum? variis q. i. requirat* Vet. Edit. *antidotum? vanus q. i. req.* Ald. *antidotas varias* Paderb.

397. Quis iſta] Geſnerus, an pro *quis* legendum *dis*, pro *dives*, ſine interrogatione. WOLF. *Quis & iſta* Pith. *requirit* Caeſar. Pictor. Lipſ. mihi illud *dis* maxime arridet, propter ſequentia, & quia nulla vis metro fit. ita uſum Terent. Adel. v. v. 8. notant Grammatici. BURM.

398. Feramus] *Dicamus* Putean. Leid. Reg. Ed. Vet. ut ſit a *dicare.* vid. ad Grat. Cyneg. 331. eadem varietas in Claudian. vi. Conſ. Hon. 372. BURM.

399. Nec non et jecoris quaeretur fibra lupini,] Hoc phthiſicis commendat Plinius libro xxviii. cap. 17. *Phthiſicis medentur jecur lupi ex vino* &c. *Fibra jecoris lupini*, ut ſupra: *Si molles jecoris fibras*, pro jecore. Sunt enim *fibrae* jecoris extremitates, quas non tam medici obſervabant, quam haruſpices. Philoſtratus lib. viii. de vita Apollonii: τὸ δ᾽ ἧπαρ, ὅ φασι τὸν τῆς ἑαυτῶν μαντικῆς εἶναι τρίποδα, οἱ δεινοὶ ταῦτα. Unde & haruſpicinam ἱεροσκοπικὴν τέχνην vocat Phlegon, qui ejus originem à Sibyllinis carminibus repetit in libro περὶ θαυμασίων. Fulgentius de vocibus antiquis ex Labeone, quem diſciplinas Hetruſcas Tagetis & Bacitidis xv. voluminibus explanaſſe ait, hoc refert: *fibras jecoris ſandaracei coloris dum ſuant, manales tunc verrere opus eſt petras, id eſt, quas antiqui ſolebant cylindrorum per limites trahere pro pluviae commutanda inopia.* magis ex alieno jecore, quam ſuo ſapiunt, qui aliter legendum cenſent. KEUCH.

400. Jungenturque] *Jungeturque* Reg. Putean.

400. Foliumque] Folium Indi intelligit. PICTOR.

401. Diluta mero] *Diluta garo* MSS. WOLF. *Diluta quae diro* Putean. Reg *dantur putanda* Pictor. *haec forti potanda quidem ſunt mixta Lyaeo.* Ed. Venet. Lipſ.

402. Est et vis morbi, quod telum commemoratur,] Telum (πλευρῖτις) lateris dolor eſt. dictum autem ita a medicis; quod dolore corpus transverberet, quaſi gladius. Iſidor. Etymol. lib. iv. cap. 6. alii punctionem intelligunt. CONSTANT. Non, *Eſt ea vis morbi*, quomodo perperam hic verſus à Turnebo laudatur in exponendo hoc morbo, & Sereno ex Iſidoro illuſtrando: *Telum lateris dolor, dictum autem ita eſt à medicis,*



Digitized by Google

Quum ſubito dolor inſanus furit, incitus ictu.
Perſicon huic potum è nuce traditur interiore,
Quae mihi cura ſatis caſu monſtrante probata eſt.

# CAPUT XXIII.

*Spleni Curando.*

Quando lien tumido circumligat ilia vinclo,
Et plenum ſplenis demonſtrant membra rigorem,
Mollibus ex hederae tornentur pocula liguis,

Hinc

*dicis, quod dolore corpus tranſverberet, quaſi gladius.* Sequenti verſu liber avitus ex Iſidoro legit: *Cum ſubito dolor inſanus ferit incitus ictu.* reliqui tamen non male: *furit incitus ictu.* KEUCH.

403. INSANUS] Neſcio, an non melius foret *inſanum furit*, ut ſaepe loqui ſolent graeciſſantes Poëtae. certe *inſanus*, *incitus* dolor non placet. BURM.

404. PERSICON HUIC POTUM E NUCE TRADITUR INTERIORE,] Hoc eſt, ex grano. PICTOR. MS. *Perſicus huic potum e nucleo dabit interiore.* WOLF. Id eſt, ex interiore grano traditur, ut obſervat Pictorius. KEUCH. *Dabitur* Ed. Venet *Perſicum h. p. e. n. datur* Putean. Lipſ. & Reg. niſi quod *dabitur. Perſicus h. potus e nuce dabitur* Leid. *Perſicus h. potu nuce dabitur* Ed. Vet. *Perſicon h. potum e nuce dabit* Pictor. Aldus Gesneriani MSS. lectionem exhibet. Scalig. legebat, *Perſidos huic pomum e n. tr. int.* per nucem intelligit, quae alii oſſa vocant, v. Bodae. ad Theoph. III. cap. 5. p. 125. BURM.

405. CURA] *Cara* Lipſ.

405. MONSTRANTE] *Monſtrata* Putean.

SPLENI] *Splene curando* Putean. *de ſplene c.* Ed. Vet.

406. CIRCUMLIGAT] Huc refer jocum Plauti in Curcul. II. 1. 5. *nam jam, quaſi zona, liene cinctus ambulo.*

407. ET PLENUM SPLENIS DEMONSTRANT MEMBRA RIGOREM,] Libri ex parte mendoſi ſunt, quos inter Stephano collati perperam exhibuerunt:

*Et plenum ſplenem demonſtrant membra rigore.*

Senſus eſt; intumeſcente liene, quod proprium lienis vitium eſt, etiam ei accidere duritiem, quam *rigorem* poëta vocat, cum, ut Celſus habet lib. IV. cap. 9. *ubi lienis affectus eſt, intumeſcit; ſimulque cum eo pars ſiniſtra; eaque dura eſt, & prementi renititur.* σπληνικοὶ proprie vocantur non omnes, qui ex liene laborant, ſed quibus lien obduruit. KEUCHEN. *Splenem d. m. rigore* Conſt. marg. & ita Scaliger volebat. *Eplenum* Lipſ.

408. MOLLIBUS EX HEDERAE TORNANTUR POCULA LIGNIS,] Vid. Plin. XXIV. cap. 10. CONSTANT. Vel, ut alii librorum;

*Mollibus ex hederâ tornantur pocula lignis.* *formantur* tamen reformavêre male librarii. *Tornantur*, quae in rotundum formantur & evacuantur. Heſychius: τορνῶσαι, ἀποστρογγυλῶσαι. Idem τόρνον exponit, ἐργαλεῖον τεκτονικὸν, ᾧ τὰ στρογγύλα σχήματα ἀπεργάζεται. quo ligna in teretem formam raduntur. Plinius de hedera, libro XXIV. cap. 10. *hujus quoque ligni vaſe ſpleneticos bibentes ſanari invenio.* Plinius Valerianus hîc obiter emendandus libro II. cap. 30. *aliâ die mane agitabis, & mittes in calicem bervinum, ſtans contra orientem, ut uno hauſtu bibat.* indubie ſcripſit auctor: *& mittes in calicem hederinum*, ex hedera factum & tornatum, cujus mira proditur natura ad aperienda vina, & caetera liquida probanda. De poculis hederinis vel hederaceis Athenaeus libro XI. Deipnoſoph. cap. 7. Κισσύβιον.

Digitized by Google

Hinc trahet adſuetos aeger quoſcumque liquores:
Aut viridis coctorum holerum potabitur unda.
Proderit exſucto fluvialis hirudo cruore,
Sive myrica potens, ſeu ros cum pane marinus;
Aut hederae ſucus potu adpoſituque juvabit.

Nec

βιν. Εὔμολπος ἢ φησὶ ποτηρίῳ ἴσως φερὶ κατ' ἀρχὰς ἐκ κισσίνε κατεσκευασθῆν ξύλε. Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰτωλικῶν γράφει, ὡς τῇ ἱεροποιίᾳ τῦ Διδυμαίε Διὸς κισσῷ σπονδοποιοῦνται τοῖς πελοισιν, ὅθεν τὰ ἀρχαῖα ἐκπώματα κισσύβια φωνοῦνται. Ubi Sereni verſum laudat in animadverſionibus ſuis magnus Caſaubonus. KEUCHEN. *Hederae* etiam Heinſius. *toſtantur* Putean. *ex hedera t. p. lignis* Lipſ. Ald. *tornentur* Paderb. quod recepi. emendationem Plinii Valeriani Keuchenius ſuffuratus eſt Barthio, qui *Hederinum* reſtituit Adv. VI. c. 19. vide etiam Meurſii Spicileg. ad Theocr. Hyl. I. BURM.

409. HINC TRAHET ADSUETOS AEGER QUOSCUNQUE LIQUORES:] Coll. *hinc trahis* MS. *trahes*. WOLF. *Trahet*, bibet, Graeco more dictum. Parmeno Byzantius apud Athenaeum libro V. cap. 20.

Ἀνὴρ γὰρ ἕλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος.

Ariſtophanes Equitibus vſ. 106.

Σπονδὴν λαβὲ δὴ, τῆς σπονδῆς ἀγαθοῦ δαίμονος.
Ἕλκ', ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου.

Sic apud Athenaeum libro ſexto: αὐτὸς τὴν μεγάλην (nempe κύλικα) ἐκπεπωκεν. ubi σπᾶν idem, quod ἕλκειν, *trahere* Samonico. Seneca Agamemnone 878. *merumque in auro veteris Aſſaraci trahunt*. *ducere* & *perducere* Medici paſſim dicunt, ut infra notabimus. KEUCH. *Trahit* Ed. Vet. Humel. *trahis* Putean. Vet. Ed. Venet. Caeſar. *trahis aſſuetus* Lipſ. *trahes* Pictor. & ita credo, Wolfium voluiſſe edere. de verbo *trahere* vid. ad Val. Flac. III. 609. ἕλκειν ſaepe apud Athenaeum occurrere notat Caſaub. ad lib. XI. 6. ita & ἀπὸ τῦ τὴν πλείονος ἀκράτυ σπᾶσθαι lib. XIV. principio. Laërt. IV. 45. τί τοσοῦτον ἄκρατον ἀφειδῶς ἐκπιεῖν. ita & *nare trahere* vidimus cap. I. BURM.

410. AUT VIRIDIS COCTORUM HOLERUM POTABITUR UNDA.] *Holerum* pro *olerum*, ut alia venuſte & vetuſte. Hoc eodem lemmate membranae avitae legunt:

*Hervum ſi ſemper jejuno ſumſerit ore.*

*ervum*, libri ſequiores. Gloſſae: ὄροβος, *hervum*, *hervus*. Aliae, *hervum*, ὄρυζα. male: lego ὄροβος. quod idem in Priſciano notant emendatores. *hervum*, *holus*, *hymber*. ἀρχαΐζοντα ſunt apud poëtam medicum. KEUCH. *Aut viridis oleris potabitur unda ſalubris* Ed. Venet. Lipſ. Humelb.

411. PRODERIT EXUCTO FLUVIALIS HIRUDO] Sedi adnota. CONSTANT. *Exucto* Putean. *exuſto* Pith. Tornaeſ. *exuto*. Paderb. Ed. Venet. Lipſ. *exſucto* vera lectio eſt.

412. SIVE MYRICA RECENS, SEU ROS CUM PANE MARINUS,] *Myrica potens*. WOLFIUS. Vide Plin. XXIV. cap. 9. CONST. *Myrica* eſt geneſtra. PICTOR. Μυρίκης ἀφέψημα, decoctum foliorum ejus cum vino potum, ut commendat Dioſcorides I. 116. τῶν δὲ φύλλων τὸ ἀφέψημα σὺν οἴνῳ ποθὲν, σπλῆνα τήκει. vel calices ex myricâ compoſiti & evacuati, quales hederacei. Idem Dioſcorides: κατασκευάζουσι δέ τινες καὶ κύλικας ἐκ τῶν πρέμνων, αἷς ἐπὶ τῶν σπληνικῶν χρῶνται ἀντὶ ποτηρίων. ὡς τοῦ δι' αὐτῶν πόματος ὠφελοῦντος. Plinius libro XXIV. capite nono: *myricen, quam & tamaricen vocat Lenaeus, ſimilem ſcopis amerinis dicit. Sanari ea carcinomata in vino decocta tritaque cum melle illiſa. Arbitrantur quidam, hanc eſſe tamaricem: ſed ad lienem praecipua eſt, ſi ſuccus ejus expreſſus in vino bibatur: Adeoque mirabilem ejus antipathiam contra ſolum hoc viſcerum faciunt, ut affirment, ſi ex eâ alveis factis bibant ſues, ſine liene inveniri. Et ideo homini quoque ſplenetico cibum potumque dant in vaſis ex eâ factis.* Quae verba, non minimam Sereno & Dioſcoridi lucem adferunt. KEUCH. *Myrica recens* Ed. Vet. Humelb.

413. AUT HEDERAE SUCCUS POTU APPOSITUQUE JUVABIT.] Epithematis vice. PICTOR. Plinius idem de hederae generi-

Nec non intactam ferro quam videris alnum,
Huic liber eripitur ferro ſine, decoquiturque,
Donec victarum pars tertia ſubſit aquarum.
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit.
Nonnulli memorant conſumi poſſe lienem,
Ervum ſi ſemper jejuno ſumpſerit ore.
Arida ficus item fervente domatur aceto,
Et trita illinitur, vel ſplen adponitur hoedi.

Mar.

ribus: *Lieni pota & illita proſunt.* quare male, *potu appoſituque juvabit*, libri mendoſiſſimi. Dioſcorides II. 210. longe minus habet iſtis ambobus: *τὰ ἁπαλὰ τ̃ φύλλων σὺν ὄξει ἑψόμενα, ἢ ὠμὰ ἄρτῳ συλλεαινόμενα, σπλῆνα ἰῶνται*, quae verba tamen me docent, in Samonico diſtinguendum:

*Sive myrica potens: ſeu ros cum pane marinus.*
*Aut hederae ſuccus, potu appoſituque juvabunt.*

KEUCH. *Potu appoſituque* Putean. Reg. Ed. Venet. Lipſ. vid. ſupra cap. I.

414. FERRO CUM VIDERIS] *Quam videris.* WOLF. *Cum videris* Ed. Vet

414. ALNUM,] *Alnus* populus eſt PICT.

415. HINC] Legunt *huic.* WOLF. *Hinc* Ed. Vet. Humelb.

415. LIBER] Cortex. PICTOR. delibratus cortex coquitur ad tertias. CONST.

416. DONEC VICTARUM PARS TERTIA SUBSIT AQUARUM.] Victarum id eſt, incoctarum. PICTOR. Id eſt, donec pars tertia decocti maneat reſidua. Hoc *ad tertias decoquere*, medici vocabant. Apicius libro III. capite primo: *elixabis in cacabo novo, quoad aqua ad tertias deferveat. hoc eſt, ex tribus heminis aquae una modo remaneat.* quae poſteriora non videntur Apicii, ſed gloſſatoris. Columella libro XII. capite 20. de defruto: *ſi natura tenue muſtum fuerit, cum ad tertiam partem fuerit decoctum, ignis ſubtrahendus eſt.* Infra Serenus de ters̃â parte reſidua: *donec pars duplex deſit aquarum.* male *victarum* hic incoctarum interpretatur Pictorius. KEUCH. Vid. cap. XVIII. de illa locutione *ad tertias decoquere*, quae aliquando notat, ut conſumtis duabus tertia ſuperſit, ut cap. XXVI. *donec pars duplex deſit aquarum.* aliquando, ut tertia conſumpta duae reſtent: vide Rhod. in Lexic. Scrib. in *tertia.* hic prima ſignificatione, ut plurimum, capitur, & *ſubſit* pro ſuperſit videtur poſitum, quia aqua ad tertias decocta, ſub corticibus alni fere latet, cum ante decoctionem ſola videretur aqua, tegens cortices. BURM.

417. MEDICO POTU] Forte *modico*; ut infr. XLI.

*Quae modico potu, ſed vili trita capeſſes.*

ubi etiam *medico* alii. ſed cum toties *medici* voce utatur, nihil praeſtat mutare.

419. ERVUM SI SEMPER JEJUNO SUMSERIT ORE.] MS. *Hervum ſi ſemper* per aſpirationem. impreſſi *ervum.* WOLF. Habet à Plinio, ut infinita alia: *Si quis ervum quotidie jejunus edat, lienem ejus abſumi certiſſimi autores aſſirmant.* lib. XXIII. capite poſtremo: *hervum*, pro *ervum*, liber avitus, ut initio capitis adnotavimus. KEUCHEN. *Si quis ervum ſemper* Putean. *ſi quis erum* Reg. *quique ſerum* Ed. Vet. Humel. *quique ſerum* Leid. *ſerum* confirmat Plinius Valer. II. 18. *aqua bibitur, in qua olera decocta ſunt, addito ſale; ejus, qui quotidie jejunus ſerum ederit, lienem conſumi certum eſt.* Mallem *quiſque ſeram.* pro quicumque, ſubintellecto *illi*; conſumi memoratur poſſe lienem illi, quicumque &c. vid. ad Rutil. I. 276. vel, ſi vulgata ſervanda, *ervum ſ.ſ. j. ſumſeris ore.* BURM.

421. ILLINITUR] *Illitur* Lipſ.

421. ET TRITA ILLINITUR, VEL SPLEN APPONITUR HOEDI.] Marcellus cap. XXIII. *Hircinus ſplen calidus, id eſt, ſtatim, ut de pecude ſublatus fuerit, ſuper lienem hominis impoſitus, & alligatus mire dolorem intra paucos dies auferet, ſi poſtea ad fumum ſuſpendatur,*

Marrubium in vino potum prodeſſe loquuntur.
Praeterea piper ac nepetae cum flore & anethum.
Capparis atque apium, bugloſſaque jungitur una:
Horum decoctos latices potare ſalubre eſt.
Pulejum, abrotonum nitida cum maſtiche coctum,

Ac

*tur, ut illic areſcat. Hoedinus vero lien ſimiliter ut hircinus ſuper ſplenem infantis appoſitus, & tumores & dolores ejus emendabit.* Haec phyſica remedia non ſunt, ſed commenta magorum. Parile quid de vitulino, & canino liene idem notavit, item Plinius de aſinino, bubulo, hoedino, libro XXVIII. capite 13. KEUCH.

422. MARRUBIUM IN VINO POTU PRODESSE] Legunt, *in vino potum pr.* WOLF. *In vino potu* Reg. Ed. Vet. Ven. Lipſ. Humelb. Ald. fil. *ex vino* Paderb. *prodeſſe putatur* Leid Ed. Vet. Humelb.

423. PRAETEREA PIPER AC NEPETAE CUM FLORE ET ANETHUM, CAPPARIS ATQUE APIUM, BUGLOSSAQUE JUNGITUR UNA:] MS. codex legebat, *Nicholaus quoque apio ac boletus jungitur una.* ſed in eodem emendabatur, uti etiam impreſſi Codices habent, *Capparis atque apium bugloſſaque j. u.* WOLF. Quidam ſic, *Nicolaus rapo ac boletus j.* vid. ſupr. cap. XVIII. CONST. Sic exhibuerunt hos verſus omnium, quod ſciam, librorum editores. Primus tamen Pithoeus monuit in ſuo legi:

*Praeterea piper ac nepete, cum flore & anethum,*
*Nicolaus rapo ac boletus jungitur una.*

ob quam ille diverſitatem pene διαιτητὴν optare mallet, quam in re medica capitali tam diſcrepantes à ſe invicem unius ſententiae tabellas ſcribendas & recitandas audire. Et ſane praeſens hic aliquis Aeſculapius requiritur, qui haec chironia & detoeda ulcera nobis ſanet. Interim nos clinici medici vices non obibimus, vel ex parte medicinam faciemus huic loco, vel ἄλλῳ τινί. Codex meus avitus alterum verſum legit:

*Nicolaus rapo bugloſſaque jungitur una.*

quod tam illuſtre eſt, quam illud Pithoeanum, mihi tamen non exponendum. Videtur autem tale quid in aliquibus manuſcriptis exaratum, indicium eſſe veterioris lectionis, quam nemo facile divinaverit. Forte antidoton ex iis remediis variam à Nicolao Myrepſo mutuavit Serenus, quae jam meliore ſui parte mutila aut corrupta in iis membranis venditur. Alterum lectionis, quod editorum eſt, forte librariis debetur, qui ad antiquam haeſitabant. Ejuſdem tamen remedia, ſi non uno conſilio, ſingulo aut conjuncto praeſcribuntur ab iiſdem medicis. *Apium, nepetam, capparim*, inter alia ſpleneticis commendat Corn. Celſus; & nihil aeque lienoſis ac *piper* Marcellus. Reliqua etiam caeteris venduntur: quorum ego indicio inductus, non ex hiſce verſibus variam compoſitionem & ſyntheſin auguror, ſed unumquodque ſimplex per ſe praeſcriptum. Judicent tamen οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες, nos ſaltem hoc inter τῇ ἐκλογῇ Samonici notamus. KEUCHEN. *Nicolauſque apio*, vel *rapo ac* Voſſ. *Nicolaus rapo ac boletus* Ed. Venet Lipſ. niſi quod haec *bolerus*. *Nicolauſque rapio ac boletus* Reg Putean. *Nicholaus rapo ac boletus jungitur una* Paderb vid. ſupr. cap. XVIII. *Nepete* Ed. Vet. & *aniſum* quoſdam legere notat Voſſ. ceterum hic turpiter erraſſe Keuchenium, qui antidotum ex iis remediis variam putat mutuatum eſſe a Nic. Myrepſio, qui ſeculis novem poſt eum floruit, oſtendit Cl Morgagn. Epiſt. pag. 98. BURM.

425 HORUM] Deeſt hic verſus Caeſar. Pictor & Venet. & Lipſ.

426. PULEGIUM,] *Pulejum, abrotanum* Leid. Putean. Ed. Vet. Venet Ald.

426. MASTICHE] Ita legendum, non *cum maſtice*, quamquam *maſtiche* ultimam productum habeat: nam Graecis eſt μαστίχη. Eam tamen contra naturam corripuit author, metri neceſſitate adactus CAESAR *Maſtice* Reg Ed Vet Venet. Ald. Tornaeſ. vid ſupr. XI & XXXI ſed ſine dubio formavit *maſtix* vel *maſtyx*, *maſtychis* noſter, ut Sertui con-

Ac thymbrae ſpeciem, quam commemorant cephaloten,
Praedixit ſpleni deus Idae poſſe mederi.
Dulcia, Plautus ait, grandi minus apta lieni.

Splen

regiret. vid. & cap. ſeq. & ſaepe alibi. BURM.

427. THYMBRAE] Speciem ſatureiae, de qua Plinius lib. XIX. cap. 8. & XX cap. 20. PICTOR. Saturejae. CONSTANT. *Hac thymbrae* Leid. Ed. Vet. *ac thybrae* Ed. Venet. *Cephalotem* Reg. *Cephalo rem* Lipſ.

427. AC THYMBRAE SPECIEM, QUAM COMMEMORANT CEPHALOTEN, PRAEDIXIT SPLENI DEUS IDAE POSSE MEDERI.] Sic conſenſu librorum omnino legendum, quamvis avito:

*Ac thrymbae ſpeciem, quam commemorant*
*cephaloten.*

quod ineptum, θρύμβης pro θύμβρης. *cunilam* τὴν θύμβραν, Graeci κεφαλωτὴν appellant, Plinius *cunilam capitatam:* nam & *cunila* Columellae certa ſpecies eſt thymbrae. Sed in Columella *cunela* vel *conela* ſcriptum, melius & verius: nam ejus capitula conis & ſtrobilis ſimilia ſunt turbinata & acuminata, & ex multis veluti ſquamis compacta. Hic Nicander στρομβεῖα vocat capitella hujus thymbrae in Theriacis:

Σὺν ϗ ὄιν πετάλοισιν ὀρίγανον, ἄλλα τε θύμβρης
Στρομβεῖα ψήχοιο.

στρόμβος autem idem, quod κῶνος vel στρόβιλος. Hesychius: κῶνοι, οἱ θύρσοι ϗ οἱ στρόβιλοι, καὶ οἱ στρόμβοι. Nicander στρόμβους etiam poſuit pro nucibus pineis, qui & κῶνοι proprie.

—— —— ἠδ' ὅτε πεύκας
Ἀγροτέρης στρόμβοισιν ὑπεθρίψαντο ταμιαίης.

Scholiaſtes exponit στρόμβον, τὸ κωνοειδῆ καρπὸν τῆς πίτυος. Inde στρομβεῖα θύμβρης, capita vel κωνία thymbrae. Apulejus: *Graecis quidem pelion, Latinis conula. conula* eſt thymbra cephalotis vel capitata, ἡ κονιλή. ἔχει κεφάλαιον ἐπ' ἄκρου, περιστρομβοειδὲς, μακρὸν ὡς πολιοῦ τρίχα. Scribe: μικρὸν ὡς πόλιον τρίχα. Vide, quae divine Salmaſius notat in Solinum, pag. 902. & 907. & Scaliger caſtigat ad librum IV. Propertii VI. 74 KEUCHEN.

428. DEUS IDAE] MSS. *Deus idem.* WOLF. Aeſculapius, cujus delubrum Pergami, Idae vicinum. CONSTANT. *Idem* Butean. Reg Ed. Venet. Lipſ. Ald. Caeſar. *Deus poſſe idem videri* Pictor. *Deus idem* de Apolline capit ii anus viri docti in Edit. Ald. fil. & certe Θυμβραῖος dicitur Apollo Heſych. ubi male Θυμβαῖος editur. rectius auctor Etymologici in Θύμβρα. vid. & Serv & alios comment. ad Virg. III. Aen. 85. de Aeſculapio hic cogitaſſe non videtur: Pergamum enim nimis ab Ida remotum. & *praedixit* reſpicit Deum vatem, & oracula dantem: deinde Idam Apollini fuiſſe, ut alia loca Troadis, ſacram, poſſet colligi ex Petron. LXXXIX.

*Quum, Delio profante, caeſi vertices*
*Idae trahuntur.*

ut Apollo jam averſus a Trojanis permiſerit, e monte ſibi ſacro arbores caedi. neſcio, an non ibi poſſet defendi *Delio probante*, licet vulgata videri poſſit ſana. *Idae* retineri debet, quia aliis in locis ſimiliter aberaſſe video librarios; quum enim *Ide* pro *Ida* ſaepe diceretur, inde *idem* factum. vid. ad Claud. Epith. Honor. 18. Valer. Flac. II. 519. BURM.

429. DULCIA, PLAUTUS AIT, GRANDI MINUS APTA LIENI.] Celſ. IV. cap. 9. CONSTANT. *Minus & minus apta lieni.* placet legendum ex avito libro. *minus & minus*, ut ſupra, *magis atque magis.*

*Et magis atque magis vitium revomendo va-*
*leſcit*

infra: *Quae magis atque magis promittunt corpora claudi.* Xenophon: ὁ δὲ ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπερρεῖ. Eupolis:

Πῶς Σελεῦ μὲν ἐπιτρεφεῖ τὸ πρῶτον ἐτύχετο,
Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

Celſus de lienis morbo: *dulcia omnia inimica ſunt.* Oribaſius libro IV. capite 23. Latine redditus. *Caricae ſunt jecori & ſpleni inflammatis noxiae, veluti etiam ficus, non aliquâ propria & excellenti earum facultate, ſed communi omnium dulcium ratione. omnia enim dulcia lienem & jecur obſtructa, & ſcirrho laborantia laedunt.* KEUCH. Ubi Plautus hoc dicit, neſcio. qui in Curcul. I. ſc. 2. de liene quaedam habet, & ambulationem prodeſſe jocatur. forte in perditis fabulis tale quid olim fuit lectum. BURM.

430.

Splen tumidus nocet, & riſum tamen addit ineptum,
Ut mihi Sardois videatur proximus herbis,
Irrita quae miſeris permiſcent gaudia fatis.
Dicitur exſectus faciles auferre cachinnos,
Perpetuoque aevo frontem praeſtare ſeveram.

CA-

430. Splen tumidus nocet, et risum tamen addit ineptum,] Plin. lib. xi. 37. de liene. *ſunt, qui putent adimi* &c. CONSTANT. *Tumidus ſplen*, qui juſto majus ſpatium occupat, quoniam ſecundum filios medicorum, & ex illis Plinium, *intemperantiam riſus conſtare lienis magnitudine quidam putant.* Inde σπλὴν Graecis eſt ὄργανον τοῦ γέλωτος, & αἰτία τοῦ γελαστικόν. In commentis Rabbinorum מחרל vel מחל hoc eſt, ſplen, ſedes riſus eſſe dicitur. Gloſſae veteres ad illud Perſii i. 12. *petulanti ſplene cachinno. Cachinnus eſt cum voce riſus laſcivior, quem Graeci μονογέλωτα dicunt. Et ſecundum phyſicos dixit, qui tradunt, homines ſplene ridere, felle iraſci, jecore amare, corde ſapere, pulmone jactari.* Legendum ex emendatione: *quem Graeci μωρὸν γέλωτα*, vel πλατὺν γέλωτα *dicunt.* μωρὸν γέλωτα, id eſt *riſum ineptum*, ut Serenus exponit. Graeci etiam ἄκαιρον venuſte *ineptum* interpretantur. Verſus παροιμιώδης Graecorum:

Γέλως ἄκαιρος δεινὸν ἐν βροτοῖς κακόν.

Catullus:

*Nam riſu inepto res ineptior nulla eſt.*

Sic ſplen tumidus ineptiſſimum riſum movet & quaſi Sardonium: nam Sardonia herba comeſa hominum rictus dolore contrahit, & quaſi ridentes interimit. Inde Σαρδόνιος γέλως proverbio Graecis, & Σαρδόνιος πόα, *ſcelerata herba* apud Apulejum, de quâ vide Dioſcoridem libro vi. cap. 14. Virgilius Ecl. vii. 41.

*Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis.*

Ubi mendoſiſſimi libri male, *Sardoniis*, contra Graecorum autoritatem, quibus Σαρδῷος, non Σαρδόνιος, ſcribitur: quod eo magis adnotare libuit, cum in veteri aviſo ſcriptum invenerim:

*Ut mihi Sardoniis videatur proximus herbis.*

Stephanus de urbibus: Σαρδὼ, ἡ νῆσος. ὁ πολίτης Σαρδόνιος καὶ Σαρδῷος. Servius: *Sardonia* (Σαρδόνιος πόα) *apiaſtri ſimilis homines decipit.* Apiaſtrum venenatum in Sardinia naſcitur, quae eſt herba Sardoa, ἀγριοσέλινον. Viri medici perperam ἀγριοσέλινον & μελισσόφυλλον confundunt. Salluſtius de hac eadem herba: *haec comeſa hominum rictus dolore contrahit, & quaſi ridentes interimit.* Male legunt: *hominum riſus dolore contrahit. rictus*, id eſt, labia contrahit; quae contrahuntur eſu Sardoniae. Dioſcorides: καὶ σπάσματα μετὰ συνολκῆς χειλῶν. Varro: *rictus parviſſimus, ut refraenato riſu roſeo.* στόματος ἄνοιξις. Heſychius in Σάρδιον. ὡς καὶ τῶν χειλῶν τοῦ στόματος συνελκομένων, ἐκ τοῦ τοιούτου σπασμοῦ γυμνοῦσθαι λοιπὸν κατὰ τοὺς ὀδόντας. facie enim ridentium intereunt, qui comeſâ Sardoniâ mortem oppetunt. Idem Heſychius: ὡς γέλωτος φαντασίαν δείκνυσθαι τοῖς ἰδοῦσι. ubi notabis τὴν τῶν γελώντων φαντασίαν. Aeſchylus in libro proverbiorum hanc narrationem habet riſus Sardonii: *quidam coloni Carthaginenſium in Sardinia habitantes ſacrificaverunt ſuper ſeptingentos parentum Saturno ridentes & ſalutantes invicem. Turpe igitur putabatur lachrymare, flereque: quapropter factum eſt, ut dicatur Sardonius riſus.* Haec ſatis Sereni mentem interpretantur, & illos verſiculos:

*Ut mihi Sardois videatur proximus herbis,*
*Irrita quae miſeris permiſcent gaudia fatis.*

KEUCH. Malim, *riſum tamen edit ineptum. Sardois* non *Sardoniis* ſcribendum ad Rutil. i. 354. vidimus. *Sardeis* Reg.

432. Permiscent ] *Permiſcent* Reg. *permiſcetur* Lipſ.

433. Dicitur exectus faciles auferre cachinnos perpetuoque aevo frontem praestare seveRam ] Inde per jocum veteres dicebant, οὐκ ἄνδρες, οὐτε γυναῖκες εἶναι τὸν εὐνοῦχον, quod eorum proprium eſſet *ridere.* KEUCHEN. Non capio hanc Keuchenii notam; nec, quid Eunuchi huc faciant video, nec ideo dictos puto, nec viros,

# CAPUT XXIV.

*Praecordiis Sanandis.*

Languida ſi duro turgent praecordia morbo,
Miſcetur mulſae farris ſextarius unus,
Nec non & lini tunſum ſiliquaeque legumen.
Haec decocta ſimul, nondumque tepentia nectes.
Aut quae poma Cydon Creteis miſit ab oris,
Cocta lines, durum ut poſſis mollire tumorem.

Oci-

nec feminas, quia ridere iis eſſet proprium, ſed ut Ovid. II. Amor. 13. quia mutua gaudia Veneris non poſſunt noſſe ſed erraſſe credo bonum virum, qui *exſectum* pro Eunucho cepit, quod ſaepe vertunt eſt, ut apud Quinct. VII. de Inſt. Orat. 4. & Claud. I. in Eutrop. 468. Sed hic *exſectus ſplen* debet intelligi, quod diſcere ex Humelbergio potuiſſet. ſic *exſectum jecur* cap. XLVI. *exſectus carbo* cap. XXIX. BURM.

436 MULSAE] Subandi aquae, eſtque genus potionis, quod ex melle & aqua conficitur: vulgus *medonem* appellat, Graecis dicitur, ὑδρόμελι. CAESAR. Hydromeli. PICTOR.

436. SEXTARIUS] Sextarius ſibi non conſtat, quoniam vini ſextarius duas libras facit cum dimidia, ſextarius mellis libras tres, olei ſaltem duas. IDEM. Manuſcr. *ſextarius una.* WOLF. *Una* Putean. Paderb. Ed. Venet.

437. TUNSUM] *Tuſum*, ſeminis lini. PICTOR. *Tuſum* Edit. Lipſ. Caeſar. Pictor. *tonſum* Ed. Ver.

437. SILIQUAEQUE LEGUMEN] *Siliquam* Plinius vaginam omnium eſſe leguminum ſcribit: ſed hic ſiliquae legumen, Xylocaractae granum ſignificat, cujus Galenus lib. VII. ſimpl. cap. 19. meminit. PICTOR. Siliciae, τήλεως, id eſt foeni Graeci. CONST. *Siliquaeque legumen*, ut alibi, *lapathique legumen*, pro lapatho & ſiliquâ. hoc & medicum eſt, & poëticum; qui τὰ κεράτια ſiliquarum de ipſis ſiliquis intelligunt. At contra Prudentius cathemerin. hymno III. ſiliquarum nomine, leguminum opercula intelligit:

*Nos oleris coma, nos ſiliqua*
*Foeta legumine multimodo,*
*Paverit innocuis epulis.*

KEUCHEN. Vid. Salmaſ. exerc. Plin. pag. 172. ſed plenius pag. 326. & Bodaeum ad Theoph. IV. cap. 2. pag. 292. ubi ξυλοκέρατον dici a recentioribus Graecis notat. Keuchen. ex Pictorio Xulocaractam vocat; quam in Galeni citato perperam, ut credo, loco reperire non potui BURM. *Siliquoque* Lipſ.

438. HAEC DECOCTA SIMUL, NONDUMQUE TEPENTIA NECTES] Id eſt tepido calidiora. PICTOR. *Nectes.* WOLF. Marcellus pari fere remedio: *Ad dolorem praecordiorum cataplaſma egregium, lini ſeminis ſextarium unum, foeniculi ſeminis ſextarium unum ex aquâ mulſâ decoques, & in panno calido praecordiis ſaepius applicabis, mire proderit.* Alii libri *lini tuſum*, pro *tunſum*, quod eodem recidit. *Siliquaeque legumen* eſt xylocaractae granum, cujus Galenus meminit lib. VII. cap. 19. Simplicium. *nondum tepentia* rectiſſime *tepido calidiora* interpretantur. KEUCHEN. *Nec decocta* Lipſ. Heinſ. corrigebat, *nodoque t. nectes.* ſed *nectes* eſt impones, adalligabis, ut cap. I. vidimus. *nectis* Ed. Venet. Lipſ. Ald. Caeſar. Pictor. quae & *nondum tepentia.* ſed, an *nondum tepentia* poſſint ſignificare *tepido* calidiora, dubito. cum *tepere* minus ſit τοῦ *calere.* vid. ad Nemeſ. I. Ecl. 13. BURM.

440. AUT QUAE POMA CYDON CRETAEIS MI-

Digitized by Google

Ocima praeterea, bulbive linuntur amari.
Proderit & lymphis corpus merſare marinis.
Quinetiam catulum lactentem adponere membris
Convenit: omne malum tranſcurrere fertur in illum:
Cui tamen extincto munus debetur humandi.
Humanos quoque contactus mala tanta ſequuntur,
Et junctus vitium ducit de conjuge conjux.
Quod ſupereſt thridaci junges ramenta carinae,

Quod-

MISIT AB ORIS COCTA LINES, DURUM UT POSSIS MOLLIRE TUMOREM.] Mala Cydonia. PICTOR. *Cidon* pro *Cydon*, male chirographus avitus. A Κυδωνία, τὸ ἐθνικὸν Κύδων. Stephanus: Κυδωνία, πόλις Κρήτης. Plinius in urbibus Cretae: *Pergamum*, *Cydon*, *Minoum:* ubi neſcio, cur *Cydona* velit repoſitum Salmaſius. Ea poma ἀληθινὰ Graeci vocant, & diſtinguunt à majoribus, quae *ſtruthea*, τὰ στρούθια nominant. Haec vulgo *cotonacea* appellantur. Alii τὰ στρούθια & κυδώνια confundunt, ut Nicander, & Philemon, quem notat Athenaeus τὰ κυδώνια μῆλα στρούθια καλεῖν. Altero verſu, *cruda teres*, eodem ſenſu lectum invenio. Dioſcorides περὶ κυδωνίων I. 160. τὰ δὲ ὠμὰ καταπλάσμασι μίγνυται πρὸς στομάχου ἀνατροπὴν, καὶ πύρωσιν. Plinius utramque lectionem conciliat libro XXIII. cap. 6. KEUCHEN. *Cocta lines*, ſed inter lineas *teres* Paderb. *cocta teres* Putean. Leid. Reg. Ed. Vet. ſed Plin. Valer. II. 15. Cydonia panno *illini*, ſive cruda, ſive cocta jubet. *mittis ab oris* Leid. Ed. Vet.

441. OCYMA PRAETEREA, BULBIVE LINUNTUR AMARI.] Quidam *ocimum* & ſcribendum & legendum cenſent. Alii *ozimum*, ἀπὸ τοῦ ὄζειν, hoc eſt, ab olendo, & eamdem herbam nonnulli hodie *Baſilicon* appellant. CAESAR. *Ozimon* herba eſt, quam *Baſilicon* vocant, ab odore *ozimon*. PICTOR. Marcellus: *Bulbi excocti triti illiti tumorem praecordiorum & ventris emolliunt. item proficies, ſi ocimum triveris & eo praecordia ſpiſſius inleverit.* KEUCH. *Ocima* & *ocyma* ſcripti & editi, ſed *ozima* Ed. Caeſar. & Pictor. Lipſ. quae vitioſe *liniuntur*. Bodaeus ad Theophr. lib. VII. cap. 3. pag. 75. *Ocymum* dicit eſſe pabuli genus; *Ocimum* plantam odoratam, licet multi confundant. BURM.

443. QUIN ETIAM CATULUM LACTENTEM APPONERE MEMBRIS CONVENIT: OMNE MALUM TRANSCURRERE FERTUR IN ILLUM:] Lege *lactentem*. CONST. *Lactentem* rectiſſimum eſt; *lactantem*, ineptiſſimum. Marcellus XXI. *Praecordiorum dolorem catuli lactentes admoti viſceribus humanis, transferre in ſe adſeruntur; idque exenteratis perfuſiſque vino deprehenditur vitiatis eorum viſceribus.* Ideo catellos eo vitio affectos mox jubent necandos & ſepeliendos. Serenus,

*Cui tamen exſtincto munus debetur humandi,*

*munus humandi*, ut *officia humationis* dixit Arnobius. Caeterum & torminoſis pari conſilio ventrem anatis viventis apponendum, ſcribit Marcellus, cum caeteris affirmans, tranſire morbum ad anatem, eumque mori. Idem videndum extremo capitis XXVII. KEUCHEN. *Lactentem* Leid. Paderb. Ed. Vet. Humelb. & ita legi jubet Conſtantinus. & firmat Plin. Valer. II. 15. *His igitur caninus catulus lactens ſubinde apponitur, in quem idem vitium tranſire conſtat, quo defuncto obrui moris eſt.* ubi malim, *ex quo* (ſcilicet vitio) *quem* (ſcil. catulum) *defunctum obrui*. de *lactens* vid. ad cap. XX. BURM.

444. OMNE MALUM] *Atque malum* Ald.

445. TAMEN EXTINCTO] *Cui tamen extincto* Leid. *debetur humanum* Lipſ. & *humanos quia* Leid. & Ed. Vet. Humelb. *ſequuntur* Putean. ignorat vero hunc verſum Ald. & ſequenti habet, *ne junctus v. ducit. ut junctus* Reg. *junctus* vero de coitu capiendum, ut & *humani contactus*. BURM.

448. QUOD SUPEREST, TRIDACI JUNGES RA-

Quodque decem ex rebus confit ſimul atque vocatur,
Maſtichis addentur fractae jam mollia farra.
Talibus auxiliis praecordia tuta reſident.

# CAPUT XXV.

*Lumbis & Renibus Sanandis.*

Quum ſaevit penitis haerens injuria lumbis,

Igne -

RAMENTA CARINAE,] *Thridax* lactucae genus eſt, cujns Aegineta lib. VII. mentionem facit, & Plinius lib. XX. cap. I. *ramenta* id eſt tunſiones. *carinae* id eſt thoraci, quem ſaepius corporis vocamus carinam. PICTOR. Lactucae, junges ζώπισσαν. CONSTANT. Impreſſi codices, *thridaci junges*. MSS. *ſtyraci junges*. WOLF. Lectio haec veterum ſcriptorum & excuſorum, quam retinemus. In vilioribus editis male fuit:

— *tritae junges ramenta carinae.*

in aliis: *ſtyraci junges ramenta carinae:* medici enim τ̃ θρίδακος & ζώπισσης commiſtionem eo conſilio praeſcribunt. θρίδαξ in vett. gloſſis *lactuca* exponitur: quare vehementer hic iterum hallucinatur Pictorius, qui *carinam* de corporis humani thorace exponit. KEUCH. *Thyracii* Putean. *Thyratii* Reg. *unges* uterque. *tritae j. r. farinae* Leid. Ed. Vet. *Tyriaci* Ed. Venet. Lipſ. *Tiraci* Paderb. ramentum carinae *raſum de navibus unguen* cap. XXIX. Thridacem, Atticis θριδακίνην, eſſe lactucam agreſtem docet Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 896. vid & Bodae. ad Theoph. VII. 4. p. 778. BURM.

449. QUODQUE DECEM EX REBUS CONFIT SIMUL ATQUE VOCATUR,] MSS. *quodque decem ex rebus coepit ſimul atque vocatur.* Hic verſus in ſeq. capite ſic legitur, *quodque decem ex rebus componi ex nomine clarum eſt.* WOLF. *Quodque decem ex rebus cum fit* intelligit δεκάμυρον, malagma nempe, de quo Aetius & Aegineta. CONSTANT. Capite ſequenti:

*Quodque decem rebus componi ex nomine clarum eſt.*

quod clarum eſt ex decem rebus parari, & vocari recte *decatorthoma*. Ea vox ad oram quorundam vulgatorum legitur, ſed inepte verſu commiſſa:

*Quodque decem ex rebus decatorthoma rite vocatur.*

*decatorthoma*, ut δεκάμυρον, apud Aëtium, Oribaſium & Aeginetam. Gloſſae δεκατό, θωμα, latine δεκάμυρον interpretantur. KEUCH. *Rebus caeſi* Reg. *rebus coeſi* Putean. *rebus feci ſimul atque* Edit. Venet. Lipſ. Caeſar. *ex rebus caeſi ſimul atque vocantur* Paderb. *rebus decatartyma rite vocatur* Leid. Ed. Vet. Ald. *decatorthyma* Pictor. *decatorthoma* marg. Pith. & Humelb. δεκαφάρμακον Oribaſio & Aeginetae dictum Voſſius notaverat.

450. MASTICIS] Author videtur *maſtix*, pro *maſtiche* in hoc libro ubique poſuiſſe vulgi more: legendum alioqui *maſtiches* hoc loco fuerit. CAESAR. In MS. *fractae jam millia farra.* Collinaei, *milia farra.* WOLF. *Maſticis* Ed. Vet. Ald. Caeſ. & aliae. *Fractae jam milia farra* Putean. Reg. Paderb. & Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. *tam milia* Pictor. *addentur cum pulvere mollia farra* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald.

451. TALIBUS AUXILIIS PRAECORDIA TUTA RESIDENT.] Alii *reſidunt*. CONST. In impreſſis *reſident*, in MSS. *reſedent* ſed forte ſcribentis errore. WOLF. Alii, *reſidunt*. KEUCH. *Reſiſtent* Ed. Vet.

452. PENITIS] *Penitus* Putean. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. Humelb. Pictor. parum referre puto. eadem varietas apud Auſon. Epig. IV.

*Danubius penitus caput occultatus in oris.*

ubi vide Vinet. & apud Apulej. v. Met. *praecordiis penitis nutrirent invidiam.* & ſaepe alibi. in Conſtantini Editione vitio operarum eſt

*pe-*

Igne lapis candens datur exſultantibus undis:
Hoc poteris potu triſtem ſuperare dolorem:
Aut pice cum molli nitrum ſulphurque & acetum

Su-

*penit baerens* Morgag. vero *penitis* expreſſit. *dum ſaevit penitus* Paderb. BURM.

452. INJURIA ] Ita medici vocant omnem dolorem, ſeu malam affectionem. vid. Rhodii Lexic. Scribon. in *injuria.* ita Suet. Aug. XIV. *ſine injuria* eſt illaeſus. Manilius I. 720. *injuriam mundi*, & *vulnera coeli* conjungit. Juſt. XLII. 2. *ex vinculorum injuria deceſſit.* BURM.

453. IGNE LAPIS CANDENS DATUR EXULTANTIBUS UNDIS: ] Hoc non lumbis ſolum, ſed & omnibus lateris vitiis medici praeſcribunt, quemadmodum ſupra à Sereno docemur de lateris vitiis ſanandis: item à Celſo libro IV. cap. 9. de lienis morbo & ejus curatione: *Potui jejuno dari debet abſynthium incoctum, at poſt cibum aqua à ferrario fabro, in qua candens ferrum ſubinde tinctum ſit. Haec enim vel praecipue lienem coërcet: quod animadverſum eſt in his animalibus, quae apud hos fabros educata, exiguos lienes habent.* Ad veſicae dolorem & tumorem, eandem aquam Marcellus commendat, capite XXVI. *benefacit aqua pota, in quâ ferrum candens dimiſſum eſt. hoc tractum eſt ab aquis calidis, quae ſunt in Tuſcia ferratae, quae mirifice remediant veſicae vitia, unde appellantur veſicariae, qui locus quondam fuit Milonis Brochi praetoris, hominis optimi* (ſcribo, *opimi*) *ad quinquageſimum ab urbe lapidem.* KEUCH.

453. EXSULTANTIBUS UNDIS: ] Idem, quod ferventibus, ut ſupra XVIII. ex fervore enim exſultatio illa. Ovid. VII. Met. 262.

*Interea validum poſito medicamen aëno*
*Fervet, & exſultat, ſpumiſque tumentibus albet.*

plura vide de hac elegantia apud Barth. ad Stat. IV. Theb. 64. *lapis condens* Pictor. vitio credo operarum. *accenſum lapidem* dixit cap. XXII. BURM.

454 HOC POTERIS] MS. *hoc poterit.* WOLF. Ita Ed. Venet. malim, *hoc poteris triſtem potu*, ne in *poteris potu* κακοφωνία offendat. BURM.

455. AUT PICE CUM MELLI NITRUM SULPHURQUE ET ACETUM SUCIDA LANA RAPIT CONTACTA CALENTIBUS IISDEM: ] Aut *cum melle picem, nitrum.* CONSTANT. Impreſſi, *aut pice cum dura, mel, nitrum, ſulphur, acetum.* MS. vero, *Aut pice cum molli nitrum, ſulphurque, & acetum.* WOLFIUS. Haec antiqua lectio, ſed indubie corrigenda:

*Aut pice cum molli nitrum ſulphurque & acetum*
*Succida lana rapit contacta calentibus iiſdem.*

Eam vitioſam cum correctores non caperent, multo pejorem reformarunt, quae etiamnum ad oram editorum legitur excuſa:

*Aut cum melle picem, nitrum ſulphurque & acetum.*

*mellis* nullus eo conſilio uſus eſt, nulla medicina. Quare veriſſimae correctionis meae fundum dabo Marcellum Empiricum, cap. XXV. *lana ſuccida, nitro, ſulphure, oleo, aceto, pice liquida* (*mollem* vocat Serenus) *ferventibus his tincta, & quam calidiſſime ſuſtinere poſſit, bis in die appoſita, prodeſt lumborum dolori.* Et capite ſequenti de renibus ſanandis: *lanam ſuccidam pice liquida inline, & umbilico impone, ſtatim renium dolor ſedabitur.* Nihil verius ea lectione, quam nos primi reſtituimus. KEUCH. MSS. agnoſcunt veterem lectionem, *aut pice cum dura, mel, nitrum, ſulphur, acetum*, & ita Ed. Vet. Humel. *pice cum melle n. ſulphur & acetum* Venet. Lipſ. *cum molli n. ſulphurque & acetum* Ald. quare fruſtra gloriatur Keuchen. ſe primum ita reſtituiſſe. *mollem* vero picem recte legi apparet, tum quia *molli* opponitur *dura* pix, qualis Brutia: de qua vid. ad Nemeſ. Cyn. 206. & Calp. V. Eclog. 81. & ſupr. cap. XXII. deinde quia idem fere tradit Plin. Valer. II. 36. *lana ſuccida, in oleo, pice liquida, ſulphure vivo, nitro Attico fervefactis, intincta quam fieri poteſt calidiſſima bis in die ponitur.* ubi forte legendum, *nitro & aceto*, nam nitrum Atticum neſcio an celebretur. cum Aegyptiacum maxime in uſu eſſet. vid. Gorraei definitiones medicas. BURMANN.

456.

Sucida lana rapit contacta calentibus iiſdem:
Proderit hanc aegris crebro perducere membris.
Aut caput aſparagi cum vino ſume vetuſto,
Seu mavis adpone: modus conducit uterque.
Aut adipi mixtum lumbis inducito ſulphur.

Sae-

456. SUCCIDA LANA] Impurgata. PICTOR. Hunc verſum omiſit Aldus & ejus loco ſupponit verſum ex cap. XXIII. *hinc modico potu pulſus dolor omnis abibit.* quod forte vitio typothetarum accidit, quum ille verſus praecedentis paginae primum locum teneat, & hujus quoque paginae initium faciat. ſed Aldi filii ſecuti ſunt patris editionem vitioſam, unde eorum cura & diligentia apparet. *contacta cadentibus* Putean. Reg. Paderb. Ed. Vet. de verbo *rapere* vid. ad Claud. I. in Rufin 208 BURM.

457. PERDUCERE] *Producere* Leid. Vet. Ed. ſed *peraucere* ſaepe in hoc libro pro fricare, permulcere, allinere occurrit. infr. XXVIV.

*Contritis prodeſt cochleis perducere frontem.* vid. ſupr. ad cap. I. & V. & alibi. BURM.

458 AUT CAPUT ASPARAGI CUM VINO SUME VETUSTO,] Galenus in libro de alimentis, ſummitatem ſeu cacumen aſparagi interpretatur. Eſt autem *aſparagus* herba, quam officinae extrita priore litera *ſparagum* nominant; Germani *ſpargen*. PICTOR. *Caput aſparagi* vocat, quod καυλίον Dioſcorides. περὶ ἀσπαράγου. II 152. ἄνθος τὸ καυλίον λευκόφυλλον μετὰ οἴνου λεανθὲν, πινόμενον φθινώδεις Marcellus *radicem aſparagi* praeſcribit, *ex vino tritam & potam prodeſſe renium dolori.* Dioſcoridis autem καυλίον, *cauliculum* interpretantur, quemadmodum braſſicae primum cauliculum vocant ἀσφάραγοι ἀπὸ κράμβης. Gloſſae: *cuma*, ἀσπάραγος. κράμβα, σπάραγος. forte corrigendum: κραμβασπάραγος. De aſparago vide Galenum II. περὶ τροφῶν δυνάμεως Omnes fere medici ſine ullo inſigni calore aut frigore (quae ſunt δραστικώταται qualitates) ſiccare aſparagos ſcribunt, & lumbis & renibus ſanandis conducere. Diphilus apud Athenaeum II. 22. à ſummo viro Iſaaco Caſaubono reſtitutus, hoc intellexit, cum diceret: οἱ ὁ τῶν κρομβῶν ἀσφάραγος λεγόμενος ἰδίως ἔσθ' ... εὐστομαχώτερος ἐστὶ καὶ διουρητικώτερος, ὄψεως δὲ βλαπτικός. ἐστὶ δὲ δριμὺς καὶ ἐρωτικός, καὶ οὐκ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν perperam in Athenaeo legitur exulante negatione: καὶ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν. KEUCH. *Aſpergi* Lipſ.

459 SEU MAVIS] *Seu majus* Ed. Venet. Lipſ. Voſſius *magis*, quod in codice reperit, pro *mage vis* capiebat.

460. AUT ADIPE MIXTUM LUMBIS INDUCITO SULPHUR.] *Adipi.* WOLF. Id eſt, ſuperinducito lumbis, aut eo perducito lumbos. Marcellus: *adipe urſina dolentes coxas perfrica, continuo ſanabis.* & poſt: *gladioli radix contuſa cum ſulphure vivo & adipe urſina, lumbis impoſita plurimum prodeſt.* ubi notabis, *adipem* genere ſequiore ſumi, quemadmodum apud Columellam lib. VIII. cap. 14. *quae res ad creandas adipes multum conferunt.* & apud Varronem I. de ruſt. qui *adipes ilias* dixit, quod eidem Marcello longe uſitatiſſimum eſt, & ſemel hic obſervandum. Caeterum viri doctiſſimi *lumbos* hic male de dorſo exponunt, quemadmodum alibi apud Horatium: quod contra Marcellum eſt, caeteroſque, qui eam partem corporis intelligunt, quae ſpinae interioris quinque vertebras complectitur. Eam libidinis ſedem vocabant Graeci magiſtri: ψόας δι' ἃς οἱ ἐπιξαινοῦσθαι πεφύκασι Martialis V. Ep. 80.

*Nec de Gaaibus improbis puellae*
*Vibrabunt ſine fine prurientes*
*Laſcivos docili tremore lumbos.*

hoc *lumborum criſpitudine fluctuare*, vocat Arnobius libro II. Carmen liberum de Telethuſa:

*Criſſabit tibi fluctuante lumbo.*

Lucilius:

*Criſſatura, ut ſi frumentum clunibus vannat.*

motus enim exigebant in re venerea & agitationem: quae, neſcio, quid habeant incentivum ad rem gerendam: κλαδαγὰς Graeci vocabant talem fluctuante lumbo moventem:

unde

Saepe chelidoniam cum ſuco Palladis addes,
Farraque quae tremulis proſunt ſudantia flammis.
Fertur amygdalinae ſucus nucis eſſe bibendus;
Pinſitur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.

Aut

unde κλαδαρὰ ὄψεις, & κλαδαρὸν περιβλέπειν apud Clementem Alexandrinum, de Veneris puſionibus. Heſychius: κλαδαρόμματοι, ἔνυγροι τὰ ὄμματα. KEUCH. *Aut adipe* Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humelb. Caeſar. an, *adipe immixtum*? *adipem* Reg. hic deſinebat Puteaneus, reliquis perditis. *inducite* Lipſ. ſequens verſus deerat Paderbornenſi codici. de adipis genere ambiguum, quia ſaepe codices variant; ſupr. cap. XIII. *ereptus adipes*. & inf. cap. LIII. *adipes vetuſtos*, & cap. LIV. *exciſos*. dixit noſter. apud Quinctil. lib. II. cap. 10. in vulgatis *tenuandas adipes* editur. ſed in Voſſiano codice eſt *tenuandos*. apud Columel. VI. 12. *caprinus adeps* editur, ſed in optimo codice *caprina* invenit Heinſius. Rhod. in Lexic. Scrib. variationem generis magis conſuetudini, quam vitio adſcribendam putat. BURM.

461. SUCO PALLADIS] Id eſt oleo. Pallas enim nomen impoſuit Athenis contra Neptuni votum, quae poſtmodum oleas, quarum ibidem fertilis eſt terra, in tutela fovit, & oleum pro ſuo liquore habuit. PICTOR. Id eſt oleo. CONSTANT. Ita *Palladis ſuci* cap. LV.

462. FARRAQUE QUAE TREMULIS PROSUNT SUDANTIA FLAMMIS.] *Proſunt ſumantia flammis*, ſcriptae membranae avitae: ſed *ſudantia*, puto, praeſtat veriſſimam ſcripturam. Cocta grana, *farra* vocat *flammis ſudantia*. ſu[illegible]a etiam *farinam* per *farra* intelligit, eo verſu:

*Aut acido Baccho miſcebis farra lupini.*

*Graneas*, ea farra vocabant, quae tremulis proſunt ſudantia flammis. Graeci χίδρα vel χίδρα ἑψητά, quia prius frangebant, quam torrerent. Alia prius torrebantur, deinde frangebantur. Serenus cap. XXXVIII.

——— *& ſaxis ordea fracta.*

KEUCH. *Sudantia* ne mutes. vid. ad Gratii Cyn. 422. De frangendis frugibus vide ad cap. III.

463. AMYGDALINAE] Oleum amygdalinum. PICTOR. *Amygdaleae* Leid. Ed. Vet. Humelb. *Amigdaliae* manus viri docti, quae variae lectiones natae ex ignoratione vocum, quae in *inus* exeunt, corripiendarum. ſed de qua re egregie Borrich. in lingua Pharmacop. in *Alexandrina*, ubi docet, omnia adjectiva in *inus* a rebus animatis ſenſitivis, & a numeris, & nomina cognationum & propria & gentilia producere, contra a plantis, lapidibus & aliis inanimatis, & ab adverbiis temporalibus &c. corripere penultimam in *inus*. vid. & Pincier. Parerg. III. 31. BURMANN.

464. PINSITUR, AC TEPIDIS SORBEBITUR ADDITA LYMPHIS.] *Amygdalinae*, & poſt impreſſi codices, *pinſitur ac tepidis ſorbebitur addita*. MSS. *pinſitur & tepidis ſorbetur prodita lymphis*. WOLF. Marcellus: *nuclei amygdalarum triti, & ex aceto poti, lumbis medentur*. Dioſcorides non ex aceto potos, ſed ex aqua, cum Plinio & [illegible]no commendat. πρὸς δὲ νεφριτικὰ καὶ περιπνευμονικὰ, σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ. περὶ ἀμυγδαλῆς. I. 176. Et Plinius aperte de amygdalis: *jocineris & renum dolores ex aqua potas*, ſanare tradit, libro XXIII. cap. 8. ubi notabis, renum, lumborumque dolori pariter prodeſſe ſuccum amygdalarum. Quae cum in mortario tundantur pilo, & duriores ſint, quam ut *pinſantur*, quod proprie fermentorum eſt & mollium materiarum, plane mihi ex veteri ſcriptura legendum conſtat:

*Pinditur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.*

Servius in Fragmentis: *pindere, ſignificat pilo tundere*. Inde *piſo*, quod vocabulum pro mortario uſurpat Marcellus capite VIII. *radices betae maxime nigrae ex aqua tepida lavabis, & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo*. KEUCH. *Haec tepidiſque abſorbitur* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. *pinſit haec tepidis quae abſorbet prodita* Venet. Lipſ. *pinſitur & tepidis* Ald. inauditum vero illud *pinditur*, quod verbum

 in-

Aut tres ex vino cochleas ferveſcere coges,
Cumque ſuis domibus franges, piperis quoque grana
Ter quinque adjicies, potuque juvaberis illo.
Furfur item parca fuerit quum fervidus unda,
Poſt oleo madidus ſaccis immittitur aptis,
Quos vix paſſuris urentes addito membris.
Prodeſt cervinae vehemens natura medullae:

Nec

invaſit editiones quasdam, & etiam P. Danielis Virgilii lib. I. Georg. 267. ſed in aliis recte *pinſitur* legitur, ut edidit Emmeneſſius. Illud *abſorbitur* favere poſſet Dorvillio noſtro, qui apud Lucan. II. 250 *civile abſorbere bellum*, conjiciebat. cui tamen, licet inviti, minime accedimus, cum *abſolvere bellum civile*, ibi ſit crimine liberare, quia ſe illi immiſcuit Cato, qui, ſolus Diis par, juſtum facit bellum, natura ſua injuſtum. ut ita recte lib. VII. 870. *abſolvere orbem* explicant culpa liberare. ſed de his alibi agendi locus erit. credo, auctores hujus lectionis inductos varietate temporum, ut τῷ *pinſitur* congrueret *abſ*[illegible]*r*. ſed vid. ad cap. XIX. BURM.

465. COGES] *Cogis*, & mox *frangis* Leid. Reg. Ed Vet. *aut res* Lipſ.

466. CUMQUE SUIS DOMIBUS FRANGES,] Id eſt, *cum teſtis ſuis conteres*, ut habet Marcellus. *domus*, αἱ θύραι, teſta cochlearum. Inde proverbium, κοχλίου βίος. deinde *domus cochlearum*, ut apud Poëtam II. Georg.

*Antiquaſque domos avium.*

& Nemeſianum Cynegetico 98.

—— *tu pande domos & luſtra ferarum.*

KEUCH. Ita Phaedr. II. 6. *corneam domum* teſtudinis dixit. vid. ad Grat. Cyn. 235. *cumque ſuis dentibus* vitioſe Lipſ.

467. ADJICIAS] *Adjicies* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Humelb. Pictor. Ald. & marg. Conſt.

468. FURFUR ITEM PARCA FUERIT QUUM FERVIDUS UNDA, POST OLEO MADIDUS SACCIS IMMITITUR APTIS, QUOS VIX PASSURIS URENTES ADDITO MEMBRIS.] Hoc ἐπανόρθωμα recte reſtitutum eſt ex libris veterioribus. Ineptiſſime enim legebant viliores editorum:

*Poſt oleo madidus ſuccis immittitur aptis.*

*Quae vix paſſuris urentia jungito membris.*

vel, ut in Gryphiana:

*Quae vix paſſuris urentes addito membris.*

KEUCH. *Parva* Pictor. Heinſ. malebat, *fervidum in unda:* ſed excipi a neutris, & in plurali *furfures* facere docuit Voſſ. lib. III. de Analog. cap. 27 & noſter ſupr. cap. XV. *excuſſus furfur*. deinde *ſuccis immittitur* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humel. Ald. Caeſar. Pictor. Pith. quarum quaedam in marg. *ſaccis*. mox *quae v. p. urentes addito* in iiſdem fere. *quae* vero, ut Paderb. Ald. & aliae habent, ſervari poteſt, ut furfures, oleum, quo tinguntur, & ſuccos comprehendat. *quae*, ſcilicet omnia ſimul: nam licet maſculini generis ſint, quae praecedunt, neutrum illis ſubjungi aliquando vidimus ad Quinctil. Decl CCXLVII. & Sueton. Claud XI. ſed tunc legendum cum Ald. & marg. Gryph. & Pith. *urentia jungito*. ita *jungere* mox utitur cap ſeq. & alibi. Keuchenius ſuam emendationem debet Conſtantino. *paſſivis* vitioſe etiam Pictor. BURM.

471. PRODEST CERVINAE VEHEMENS NATURA MEDULLAE:] MSS. *cervinae medicans*. WOLF. *Vehemens natura*, quippe laudatiſſima: μυελὸς δὲ κράτιστος ἐστὶν ἐλάφειος, ut habet Dioſcorides II 95. & ex eo Plinius. Quod non leviter immutandum. Scriptum tamen in avito reperio:

*Prodeſt cervini medicans natura cerebri.*

*medicans* pro *vehemens*, etiam alii librorum agnoſcunt: alii *clemens natura medullae*. caetera, neſcio, an ulli editorum ſint adnotata. Quod cum interpretis egeat, ego exponere non erubeſcam, *medullam* pro *cerebro* ſaepe dixiſſe Graecos veteres, à quibus & ſua hauſit Samonicus, non autem *cerebrum* pro *medulla:* quod etiam contra praeſcriptum medi-

Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem:
Aut mixtam teneris malvam contundito porris,
Contritumque ſimul cum maſtiche confer anethum:
Quodque decem rebus componi ex nomine clarum eſt.
His continge locum. Deus haec mihi certa probavit.

## CAPUT XXVI.

*Ventris Dolori Mitigando.*

Si dolor inſanus tota deſaevit in alvo,
Heminis tribus in lympha tu decoque tritum

In

dicorum notamus. Ita Timaeus dixit ἀρχὴν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶναι ἐγκέφαλον. ab eodem Plato in Timaeo ἐπονόμασε τὸ μυελοῦ τοῦτο τὸ μοῖραν ἐγκέφαλον. Galenus libro octavo de uſu partium: τὸ δ' ἔνιον αὐτοῦ (cerebri) βουλόμενος ὁ Πλάτων δηλῶσαι, ὥσπερ εἴπεν κατ' ἀλήθειαν εἶναι μυελὸν, ὀνομάζει. Sed haec commentanea ſunt & tralaticia, neque tam cara, ut pro iiſdem optimam lectionem noſtri poëtae vendamus. KEUCH. *Violens natura* Reg. *violans* Paderb. Venet. Lipſ. unde *violens* conjiciebat Cl. Cortius pro violenta. *medicans* Ald. & marg. aliarum. *Clemens* Conſt. margo. de *medulla* vid. ad cap. IX.

473. AUT MIXTAM TENERIS MALVAM CONTUNDITO PORRIS,] MS. *teneris madidam lelisphagon undis.* WOLF. Noluiſſem ex libris exhiberi.

*Aut miſtam teneris madidamque elelisſphacon undis.*

Sed in ea compoſitione nec ſibi ſatis conſtant caeteri medici. Quidam etiam libri: *malva contundito porris.* Vitioſe. KEUCH. *Madidamque lelisphagon* Ed. Venet. *madidamque elelipſbacon* Paderb. marg. Pith. & Gryph. & Tornaeſ. *teneris mandiſſe lilisfaca malvis* Ald. *madidamque lilisfagon undis* Lipſ.

474. CONTRITUMQUE] *Conterique* Reg. *conteriturque* Lipſ. & ita Paderbor. unde Cl. Cortius *conteritumque* corrigebat, & de quo ad Lucanum ſe acturum promittit. ita *atteruiſſe* multi in Tibul. I. IV. 42. propugnant. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIX. 17. & Pincier. Parerg. II. 53. & *atteritis opibus* Pichena & Jac. Gron. apud Tacit. I. Hiſtor. 10. ſed talia ſaepius librariis, quam auctoribus deberi credo. Sane hic nulla neceſſitas Poëtae non ſemper antiquario hoc obtrudendi. BURM.

475 DECEM REBUS] MSS. *ex rebus.* WOLF. Repetitum hoc ex capite praecedenti: vel illi hinc inſertum.

476. CONTINGE] MSS. *bis unxiſſe locum.* WOLF. Ed. Venet. & Lipſ. vitioſe *continſa. bis contuſa* Paderb.

MITIGANDO.] Additur recte, *& caeliacis.* WOLF.

477. SI DOLOR INSANUS TOTA DESAEVIT IN ALVO,] Omnes internos ventris morbos eum intelligat, bene *tota dolorem deſaevire in alvo* dixit. Graeci medici τὴν κοιλίαν ἢ κάτω κοιλίαν eo nomine comprehendunt. Latius enim τὴν κοιλίην Erotianus apud Hippocratem annotat, dici πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρίαν. Unde Philotheus commentario in aphoriſmum decimum quintum, ſectione prima, teſtatur, κοιλίας λέγει τὰς ὑποδέχου, καὶ πάσας κοιλότητας ἐν βάθει κειμένας, οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος καὶ τῶν ἄλλων. De iis partibus Serenus diviſim agit. nunc tandem de iis morbis, qui ventrem inferiorem infeſtant, & inteſtina torminibus invadunt. KEUCHEN.

478. HEMINIS] Hemina Romana vox eſt,



ex

In vino prius hyſſopum, validam quoque rutam
Atque apium, donec pars duplex deſit aquarum;
Potus erit medicus, non detractante palato.
Praeterea nivei ſterilis teſta uritur ovi,
Quae poſtquam in terram fuerit converſa farinam,
Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.
Nec non jungenda eſt utero nova virga myricae;

Il-

ex graeco ἥμισυ, quod dimidia pars ſextarii ſit, derivata. Graecis κοτύλη nominatur. PICT.

478. HEMINIS TRIBUS IN LYMPHAE, TU DECOQUE TRITUM IN VINO PRIUS HYSSOPUM, VALIDAM QUOQUE RUTAM, ATQUE APIUM, DONEC PARS DUPLEX DESIT AQUARUM;] Ita prius eruditi repoſuerunt, cum legeretur mendoſiſſime:

*Heminis tribus in lympha validam quoque rutam*
*In vino prius hyſſopum, validam quoque rutam*
*Aut apium, donec pars duplex deſit aquarum.*

Marcellus hic magis accuratus eſt in ea potione propinanda, cap. XXVII. *ruta cum hyſſopo in aqua ad tertias decoquitur* (id eſt: *donec pars duplex deſit aquarum*) *atque eadem aqua in potione vini à torminoſo ſalubriter mixta potatur.* KEUCH. *Heminis tribus in lympha validam quoque rutam In vino* Reg. Ed. Vet. *lympha validam quoque rutam aut apium* Lipſ. Venet. & Ald. duobus verſibus in unum conflatis. *validam coque rutam In vino, atque apium* Reg. Conſtant. *validam coque victam* Paderb. & marg. Gryph. & Pith. quod Cortio placebat.

481. DETRECTANTE] *Detractante* Ed. Venet. Lipſ. Pith. Caeſar. Gryph. Tornaeſ. & ita paſſim apud alios ſcribitur haec vox. vid. ad Ovid. v. Met. 246. & alibi.

482. PRAETEREA NIVEI STERILIS TESTA URITUR OVI, QUAE POSTQUAM IN TETRAM FUERIT CONVERSA FARINAM, EX CALIDIS POTATUR AQUIS, ET POTA MEDETUR.] Non male liber avitus:

*Praeterea nivei ſterilem veſtem uritis ovi,*
*Quae poſtquam in tenuem fuerit converſa farinam,*
*Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.*

Marcellus: *veſtem ovi delicatam interiorem ſiccatam contere*, &c. *in tetram farinam*, id eſt, in nigrum pulverem, qualis aſſarum teſtarum. KEUCH. *Teſta* omnes fere ſcripti & editi. niſi quod *toſta* Pith. & Torn. *teres & teſta uritur* Heinſius: *veſtem* vero herbarum dici a medicis corticem obſervavit jam Barthius I. Adv. 14. vid. inf. cap LIII. & ita cap XXII. *cortex ovi* dicitur. *tegmen ovi* Claudian. praefat. in III. Conſ. Honor. ut Heinſ repoſuit ex MS mox *in teneram farinam* idem corrigebat, quod confirmat Cod. Paderb. qui ita expreſſe habebat. *mollis* dicitur cap. XIV. & *mollia farra* XXV. *tenuem* marg Conſtant. *ac pota* Reg BURM.

483. TETRAM] In nigrum pulverem. PICTOR.

485. NEC NON JUNGENDA EST UTERO NOVA VIRGA MYRICAE.] Vide Plin. lib. XXIV. cap. 9. ubi de myrica loquitur. *Quidam*, inquit, *gravis in medicina author virgam ex eadem fractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolorem aſſeveravit impoſitam.* CAESAR. Myricem, quam & tamaricen vocant, & prius geneſtram diximus. Plinius quoque ventris dolores ſedare aſſerit, ſi hoc modo de hac ſurculos decerpſerit, ut neque terram, neque ferrum tetigerit: lib XXIV. 9. PICTOR. Lege Plin. XXIV. 9. *feratur*, alii *trahatur*. CONSTANT. Pro *geratur* MSS. *teratur*. WOLF. Cum κοιλιακαῖς ϗ ῥοϊκαῖς γυναιξὶ ejus corticem mederi ſcribat Dioſcorides I. 116 non interpretandus eſt hic verſus de utero proprie, ſed humano ventre torminoſo. Iſidorus XI. I. *uterum ſolae mulieres habent, &c. auctores tamen* uterum *pro utriusque ſexus ventre ponunt.* Virgilius de equo ligneo: *uterumque armato milite complent.* Plinius de myrica hanc expoſitionem confirmat libro XXIV. capite 9.

Gra-

Digitized by Google

Illaeſa haec ferro, terraque intacta, geratur.
Aut medio ventris prodeſt adſpergere terram,
Quam ſignaverunt veſtigia preſſa rotarum.
Proderit & pulvis facili ſub cardine raptus.
Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum
Conveniet: quod jam nobis documenta probarunt.
Mentha quoque hoc pacto medicos dabit hauſta ſapores;
Coeliacos autem recreabis pane ſalubri,

Quem

*Gravis autor in medicina, virgam ex ca defractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolores aſſeveravit impoſitam, ita ut tunicâ cinctuque corpori apprimeretur.* Altero verſu pro *teratur*, *feratur* & *trahatur*, libri legunt: quorum neutrum ſatis placet, nec illud tertium amplector, moneoque ſcribendum:

*Illaeſa haec ferro terraque intacta, prematur.*

ita Plinius habet, ita liber avitus. KEUCH. *Geratur* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. Ald. *trahatur* marg. Conſt. ſed *feratur*, vel *geratur*, ſcilicet in ventre, rectum videtur. *quae terra intacta* Paderb. vid. cap. XXIII. ubi forte etiam, *intactam terra quam videris Alnum, huic liber eripitur ferro ſine.* ne bis idem dicat. BURM.

485 JUNGENDA] *Tingenda eſt* Paderb.

487. AUT MEDIO VENTRIS PRODEST ASPERGERE TERRAM, QUAM SIGNAVERUNT VESTIGIA PRESSA ROTARUM.] *Ventris medium* venuſte pro umbilico poſuit, quemadmodum *umbilicum* pro omni medio Latini autores. Alterum verſum à Virgilio habet, III. Georg. 170.

*Atque illis jam ſaepe rotae ducantur inanes*
*Per terram, & ſummo veſtigia pulvere ſignent.*

KEUCH. *Medie ventris* Lipſ.

489. PRODERIT ET PULVIS FACILI SUB CARDINE RAPTUS.] *Facili ſub cardine raptus*, non ut diſtinguatur ἀπὸ τῶν σμηγμάτων, quae proprie ſunt pulveres medicorum, & cuti non unctae ad eam detergendam inſperguntur; *ſed pulvis facili ſub cardine raptus*, eſt *ſordes ex gymnaſio*, apud Celſum libro V. cap. 15. Marcellus: ad ventris dolorem remedium efficax ſic; *ſordes de cardine oſtii tolle digitis duobus, pollice & medicinali, & ſuper umbilicum laborantis appone.* KEUCH. *Facili* epitheto, ut Poëta, non ut medicus, utitur, nec quod pulvis ſub difficili cardine pejor ſit. *facilem cardinem* & *difficilem* Poëtas dicere vid. in notis Heinſ. ad Ovid. I. Amor. VI. 2. intelligo autem de quacunque janua, nam ſordes Gymnaſii longe diverſas ab hoc pulvere puto. BURM.

490. QUIN ETIAM EX LYMPHIS TRITUM POTARE CUMINUM CONVENIET] Κύμινον ἥμερον, cujus ſemen ex aqua adverſus tormina & inflationes bibitur. Dioſcorides III. 69. πίνεται τὸ σπέρμα πρὸς στρόφους καὶ ἐμπνευματώσεις σὺν ὕδατι. *ex lymphis*, id eſt, cum lymphis, legendum, σὺν ὕδατι, non & *lymphis*, ut ad oram Gryphianae editionis. nihil notius medicorum filiis. Plinius de cumino ſylveſtri: *diſcutit pituitas & inflationes tritum & cum pane ſumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque & inteſtinorum dolores.* KEUCH. *Et lymphis* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. *convenit* Leid. *conveniat* Reg.

492. SAPORES] *Sopores* Leid.

493. COELIACOS] Κοιλιακοὶ vocantur, qui alvum induratam habent, quae nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem tranſmittit. PICT.

493. COELIACOS AUTEM RECREABIS PANE SALUBRI, QUEM MADIDO FARRE EFFICIES AC MOLLIBUS OVIS, QUORUM TESTA FERO PRIUS EVANESCERE ACETO REFERT, ET TERETES BULBOS MOLLIRE TERENDO.] Idem Plin. lib. XXIX. 3. *de ovis maceratis*, inquit, *cum farina in pane ſubactis*

Quem madido farre efficies ac mollibus ovis,
Quorum teſta fero prius evaneſcere aceto
Refert, & teretes bulbos mollire terendo.
Cumque his Lenaei durum potare fluentum.

# CAPUT XXVII.

*Hydropiſi Depellendae.*

Corrupti jecoris vitio, vel ſplenis acervo,

Cre-

*ctis coeliaci recreantur.* CAESAR. Mentem auctoris non aſſequuntur alterius lectionis architecti, qui a Marcello, ut putant, eam veriorem mutuarunt, male diſtinguentes & conjungenda ſeparantes, ad hunc nempe modum:

*Coeliacos autem recreabis pane ſalubri*
*Quem madido farre efficies: ac mollibus ovis,*
*Quorum teſta fero prius evaneſcere aceto*
*Refert, & teretes bulbos mollire terendo.*

quae diſtinctio longe ineptiſſima eſt, & à ſenſu aliena. non enim ova cum teſtis ſuis in aceto macerata coeliacis mederi voluit, ut Marcellus, cujus haec in pari conſilio verba ſunt, *ova in aceto cum teſtis ſuis macerata, & alio die in patella infuſa, ibique toſta, coeliacis in cibo data plurimum proſunt*; ſed mollibus in aceto cum putaminibus ſuis maceratis, & cum farina in pane ſubactis coeliacos ſanari; quod quam veriſſimum ſit, ex uno Plinio demonſtrabo, qui libro XXIX. capite tertio, de ovorum natura: *maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane ſubactis, coeliaci recreantur.* nec etiam ſolo pane ex farina, ſed ovis cum farina in pane ſubactis, & antea cum putaminibus ex aceto maceratis ſanantur. haec mens eſt eorum verſuum, qui non aliter in libris antiquis, & avito noſtro exhibentur, praeterquam mutata vocula;

*Coiliacos autem recreabis pane ſalubri,*

*coiliacos* pro *coeliacos*, Graeco more, ut *κοῖλον coelum*, *ποινὴ poena*, & alia veterum membranarum. KEUCH. *Corniliacos* Reg. *cornelisacos* Paderb. *Carnelicos* Venet. Lipſ. Heinſius *cordiacos*, vel *coliacos* corrigebat, & *pane ſelibri*: deinde pro *efficies effinges*. *prius ſparſo evaneſcere* Leid. *evaneſcere* Venct. Lipſ. *evaneſcet* Ed. Vet. Ald. Humelb. & ita Conſtantinus corrigebat. *molleſcere* Caeſar. Pictor. ſed *emolleſcere* ſcribendum eſſet, ut manus viri docti. ſed *mollire* ſequitur, ut cap. XII. *fel mollitum lympha.* & alibi ſaepe. BURM.

495. QUORUM] Hic verſus deeſt Paderb.

495. PRIUS SPARSO EVANESCET] Impreſſi, *fero prius evaneſcere aceto.* WOLF.

496. TERENDO] *Tenendum* Reg. *tenendo* Paderb.

497. LENAEI] Lenaeus Bacchus dicitur a lenos, quod eſt torcular. PICTOR.

497. CUMQUE HIS LENAEI DURUM POTARE FLUENTEM] Vinum auſterum. alii acetum intelligunt. lege, *clarum*, non *durum*. CONSTANT. Manuſcr. *Lenaei clarum potare.* WOLF. Τὸ εὔτονον καὶ τὸ δριμύ. libri viliores: *clarum potare fluentum.* error ex affinio & copula literarum. KEUCH. *Fluentem* Leid. forte poſſet legi, *purum potare fluentum.* nam illae voces commutari ſolent in MSS. ſed *durum acetum* dixit cap. III. & *durum Bacchum* XLV. & XLIX. quare nihil facile mutem. BURM.

498. CORRUPTI JECORIS VITIO, VEL SPLENIS ACERVUS CRESCIT HYDROPS, AUT CUM SICCATAE FEBRE MEDULLAE, ATQUE AVIDAE FAUCES GELIDUM TRAXERE LIQUOREM,] *Splenis acervo* id eſt tumori. CONSTANT. Manuſcr. *acerbo.* WOLF. Ita edi voluerunt curatores librorum,

Creſcit hydrops, aut quum ſiccatae febre medullae,
Atque avidae fauces gelidum traxere liquorem,
Tum lympha intercus, vitio gliſcente, tumeſcit,

Se-

rum, quibus melioris & verioris exhibendae ſcripturae fides defuit. Verum cum alteram hydropis cauſſam, lienis magnitudinem recte Avicenna referat, caeterique magnum lienem attrahere humorem melancholicum conteſtentur; quo humores, à quibus jecur refrigeratur, progenerantur, frigidaſque lien neceſſario refrigeret jecur, quo refrigerato naſcatur hydrops: non video, cur membranarum fidem ſecuti veterumque codicum auctoritatem, non reſtituamus accuratiſſimam lectionem?

*Corrupti jecoris vitio vel ſplenis acervo*
*Creſcit hydrops.*

ita liber meus avitus habuit, caeterique cum Stephano collatis multo caſtigatiores. Tres fere cauſſas hydropis enumerat cum optimis medicis Serenus, hepatis refrigerationem, aut aliud ejus vitium male affectum; alteram, ſplenis tumorem, qui, cum hydrops citra hepatis refrigerationem non gignatur, quod illi ſuo vitio aut lienis aut ventriculi refrigerati contingit, hydropem accendit; & ultimam febrem antecedentem: Celſus de hydropico morbo lib. III. 21. *Saepe vero hoc malum per ſe incipit: Saepe alteri vetuſto morbo, maximaeque quartanae ſupervenit.* & ejuſdem capitis extremo tradit, *jocineris hunc morbum*, putaſſe Eraſiſtratum, cui confutando probat, *non hujus viſceris unius hoc vitium eſſe. Nam ſplene affecto & in totius corporis malo habitu fieri.* Aëtius hoc ipſum innuit capite de hydrope, ex viri doctiſſimi verſione Latine factus: *conſequitur aqua intercus omnes morbos, qui habitum corrumpunt: una eſt enim ad hydropem aptitudo, coagmentatae corporis molis ſubjectae demolitio & ruina. Contingit autem haec, aut ob ſuperexcellentem hepatis frigiditatem, aut ob aliqua alia membra vehementer refrigerata, quae hepar in eandem diſpoſitionem deducere valent: citra enim hepatis refrigerationem impoſſibile eſt, aquam congelari, & aliquem in hydropem incidere. Conficitur autem hepar ſplene refrigerato, alvoque & inteſtinis, maxime iis, qui juxta jejunum inteſtinum ſunt; pulmonique & renibus, ac ſepto tranſverſo.* notabis etiam, poſt coeliacam affectionem ex ordine hunc morbum tractari à Sereno, quippe eandem & hydrops interdum ſequi ſolet, ut idem Aëtius affirmat. KEUCH. *Correpti* Pith. ut cap. VI. *correpti artus. ſplenis acervus* Reg. *ſplenis acervo* Venet. Lipſ. Ald. Pictor. vid. cap. 39. *ſiccatae flore* Regius.

499. CRESCIT HYDROPS,] Horatiana imitatio, ut notat Cl. Morgagnius pag. 88. ex lib. II. Od. 2.

*Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.*

& deinde ſequitur

*—— aquoſus albo*
*Corpore languor.*

500. ATQUE AVIDAE FAUCES GELIDUM TRAXERE LIQUOREM,] Aqua inter cutem non raro à copioſo frigidae potu continuo provenit, quum prae nimia ſiti, ut in febribus, ad ſaturitatem quiſpiam multam aquam gelidam ingurgitaverit: poſtea humidum in peritonaeum delatum ſit, atque inde in ventribus inſitus calor refrigeratus fuerit: deinde in ilia guttae affluunt, quae prius in aërem verſae per tranſpirationem digerebantur. Ideo Celſus de hydrope: *Facilius in ſervis, quam in liberis tollitur, quia, cum deſideret famem, ſitim, mille alia taedia, longamque patientiam, promptius his ſuccurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas eſt.* KEUCH.

501. TUM LYMPHA INTERCUS VITIO GLISCENTE TUMESCIT, SECERNENS MISERAM PROPRIO DE VISCERE PELLEM.] Ἀσκίτης, hic ὕδρωψ proprie medicis appellatur. Eo enim abdomen ab aquoſo humore diſtenditur. Cum vero per totum corpus, ἀνασάρκα vocatur. Gloſſae: ἀνασάρκα, σαρκίτης, λευκοφλεγματίας. Tertius eſt τυμπανίας, hydrops ſiccus, quo ſolus venter flatu pleno tumeſcit. omnia ejus genera tacite Serenus obſervat. *Pellem* autem pro cute poſuit. Gloſſae: ὕδερωψ, *aqua ſub cute.* Victor in Hadriano: *hic morbo ſuccutaneo, quem diu placide pertulerat, victus.*

Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.
Conveniet tenerae radix decocta ſabuci,
In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.
Nec non & tepidis convolves corpus arenis:
Adpoſituque lenes nepetae guſtuque juvabunt.

Hel-

ctus. ubi vulgo, *ſubtercutaneo* legi, notant editores. *miſeram pellem* valde proprie dixit. *Sic miſer locus*, ὁ πινώδης, & *miſerum latus* Horatio: *miſera bucca* Plauto: *dens miſer* Marcello. KEUCHEN *Lympha intercus* Ald. quod valde adridet. mox *propius de viſcere* Leid. Reg. Paderb. Ed. Vet. Venet. Lipſ.

503. CONVENIET TENERAE RADIX DECOCTA SABUCI, IN GEMINIS CALIDI CYATHIS POTANDA LYAEI.] *Tenerae ſabuci*, τῆς χαμαιάκτης. Dioſcorides IV. 175. ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη πρὸ τῶν διαίταν, ὑδερικοὺς ὠφελεῖ. Quod non ad menſuram expreſſum, quam Serenus obſervat, & Plinius libro XXIV. cap. octavo: *Sambucus habet alterum genus magis ſylveſtre, quod Graeci chamaeacten, alii helion vocant* (ſcribo, *ebulum vocant*) *multo brevius. Utriuſque decoctum in vino veteri foliorum, vel ſeminis, vel radicis ad cyathos binos potum, ſtomacho utile eſt, alvo detrahens aquam.* Marcellus capite ſeptimo: *herba, quae Graece chamaeacte, Latine ebulus, Gallice odocos dicitur.* KEUCHEN.

504. CYATHIS] Ἀπὸ τοῦ χέειν, id eſt a fundendo dictus, duodecima pars eſt ſextarii, de quo etiam in praecedentibus dictum. PICTOR.

505. NEC NON APPOSITIS] In exemplaribus impreſſis, aeque atque in emendationibus noſtris MS. magna eſt diverſitas in ordine, & collocatione verſuum hujus capitis. Ordo vero in MS. obſervatus hic eſt.

*Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt,*
*Aut calido raptus ventos ſaccoſque revellit.*
*Nec non appoſito curantur Dropace membra,*
*Unguine quod frangit virus languoris aquoſi.*
*Nec non in tepidis convolves corpus arenis.*
*Appoſitaeque leves nepetae potuque juvabunt.*
*Saepe & mellino pelluntur noxia Baccho.*
*Ellebore bene purgatur lymphaticus horror,*
*Aut hujus ſemen ſcapuloſae vice geniſtae*
*Miſcetur mulſis coctis cautis jungitur undis.*
*Eſt, qui praevalidum frixo ſale miſcet acetum.*
*Atque olei ſucco recreatque albentia membra.*

Hic ordo verſus MS. exemplaris, qui quantopere diſcrepet ab hujus authoris, atque etiam impreſſorum collocatione, liquido videre eſt: ſimulque ob diverſitatem lectionis penitus ab utriſque diſcrepantem. Alicui integri verſus, praeſertim in Parrhiſina impreſſione deſiderantur; alicubi ſenſus, & verborum mutatio, quae omnia ſuo loco facile lector emendabit. WOLF. Perturbatus quoque Ordo in Leid. Reg. Ed. Vet. & Aldina, & aliis, quorum ordinem recenſere non puto neceſſarium. in Regio Cod. & editione Veneta & Lipſ erant hoc ordine 504. 513. 514. 515. 516. media deſiderabantur. Quae in caput ſequens erant conjecta poſt vſ. 524. in Caeſaris & Pictorii poſt. 505. ſequebantur 507. 510. uſque ad finem. vſ. 506. deerat, ſed taedet omnes editiones perſequi: in Paderbornenſi, verſus octo deerant, ſed legebantur capite ſeq. deerat & vſ. 516. *Qui ſubito.*

505. NEC NON ET TEPIDIS CONVOLVES CORPUS ARENIS:] Celſus libro III. capite 21. *Superiores maxime partes ſic perfricandae, ut ſpiritum ipſe contineat, evocanduſque eſt ſudor non exercitatione tantummodo, ſed etiam in arenâ calidâ, vel laconico, vel clibano, ſimilibuſque aliis; maximeque utiles naturales & ſiccae ſudationes ſunt, quales ſuper Bajas habemus in myrtetis: balneum atque omnis humor alienus eſt.* KEUCH. *In tepidis convolvere* Ed. Vet. Ald. Humelh. *hoc etiam tep.* Venet. Lipſ. *convolvere* Edit. Vet. Caeſar. Pictor. *convolvere certus* Reg. & Edit. *cetus* Lipſ. Venet. deerat hic verſus Leid. ad hanc medicinam refert Caſaub. arenarum remedium apud Sueton. Aug. LXXX. Conſtantinus vocat ἀμμοχωσίαν. BURM.

506.

Helleboro quoque purgatur lymphaticus error,
Aut hujus vice quod fert ſemen lenta geniſta
Miſcetur mulſis; & cautis ducitur undis.

Sac-

506. Appositu que lenes nepetae, gustuque juvabunt] Scribo:

*Appoſituque leves nepetae, guſtuque juvabunt.* Altera καλαμίνθη, quam *nepetam* Latini vocant. Dioſcorides III. 43. ταύτην Ῥωμαῖοι νεπέταν καλοῦσιν. Scriptum in avito: *geſtuque juvabunt. geſtu* pro *guſtu* ſemper idem liber obtinet, ut obiter notamus. Suetonius in nomine Auguſti interpretando, *ab avium geſtu guſtuve*, deductum ſcribit, ubi *guſtatuve* male reſcribendum putat Caſaubonus. KEUCH. *Appoſitu lenes* Leid. Ed. Vet. Humelb. *appoſituque leves* Ald. *Appoſitamque dabis nepetam, quae rite juvabit* Venet. Lipſ. *Appoſitu renes nepetae* Heinſius corrigebat. deeſt hic verſus Edit. Caeſar. & Pictor.

507. Helleboro quoque purgatur lymphaticus error,] Id eſt humor ſubcutaneus. PICTOR. *Lymphaticus humor.* CONSTANT. Cum lymphaticorum nomine commoti & larvati, & à rabioſo cane morſi ὑδροφοβίαν metuentes intelligantur; ſuper, ex hoc verſu hydropicos etiam intelligendos adnotavit Turnebus libro x. cap. ultimo adverſariorum. Cujus interpretatio nihil hic ad Sereni locum facit. Et perperam *humor*, pro *error*, eruditi ſuppoſuerunt: *error* non *humor* legendum: nam *errorem* de morbo & dolore dicebant. Florus lib. II. cap. 10 *Ipſe rex Apulo equo impoſitus, quum ſubinde crapula, & capitis errore lapſaret, captum ſeſe vix & aegre, poſtquam experrectus eſt, didicit. lymphaticus error*, ὑποσαρκίδιος. Gloſſae: ὑποσαρκίδιος, ἀνασάρκα. Eſt autem ἀνασάρκα hydrops per totum corpus diffuſus. Alterum hydropis genus hic tangit Serenus. *Helleborum* quoque *nigrum* intelligit. Dioſcorides περὶ ἐλλεβόρου μέλανος IV. 151. μίσγεται δὲ κελθὸν ἁλσίμνῳ καὶ οἴνῳ, καταπλαστικὰ ἐστὶν ὑδρωπικοῖς ὠφέλιμον. Plinius: *nigrum medetur paralyticis, inſanientibus, hydropicis, dum citra febrim.* KEUCHEN. *Helleboro bene* Leid. Ed. Vet. Venet. Ald. Humelb. *bene coquatur* Reg *bene cogatur* Lipſ. *lymphaticus error* fere omnes. ſed Scal. corrigebat *aegror. horror* MS. Geſner. lymphaticum dixit pro aquatico, a lympha, id eſt aqua, qua voce noſter ſaepe utitur. *error* ſi legendum, de aqua per corporis partes errante deberet intelligi, ut ita flumina *errare* paſſim dicuntur. *error* vero *capitis* apud Florum vitioſum eſt, quum *fervor* ſubſtitui debeat. vide Cl. Dukeri notas. *horror* magis quidem placeret, ſi hic morbus frigus & corporis quemdam tremorem induceret. *error* etiam & *horror*, ut *errare* & *horrere* paſſim confundi docebunt notae ad Ovid. XIV. Met. 198. & I. Faſt. 495. ſed quia in Hydrope, quod ſciam, horror non obſervatur, ut propria & certa hujus morbi nota, ſed ſit potius *languor*, ut in fine capitis dixit. hinc *error* praeſtat: qui etiamſi poſſet de graviſſimo morbo capi, quo aliquis ut letali laborat, & quaſi mentis ſuae vix compos ad finem vitae properat. ut ita *error* de moribundis ſaepe occurrit. vid. Heinſ. ad Val. Flac. VI. 177. de aqua tamen per corpus errante malo capere. vide, an huc facere aliquid poſſint illa Gratii Cyn. 345. *errantes per tot divortia morbi.* quos Johnſon. explicat ſerpentes hucilluc per corpus: licet alii aliter expliceut. BURM.

508. Aut ejus vice quod fert semen lenta genista Miscetur mulsis, et cautis ducitur undis.] Geniſta enim hellebori vicem praeſtat. Plinius de geniſta loquens: *dubito, an haec ſit, quam Graeci autores ſparton appellavere, cum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim: & numquid hanc deſignaverit Homerus, cum dixit navium ſparta diſſoluta.* σπάρτον & σπαρτίον appellavêre. Heſychius verſum Homericum exponit, σπαρτία ἅμματα.

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

Idem: σπάρτα, σχοινία, ἅμματα. Dioſcorides περὶ σπαρτίου. IV. 158. τούτου ὁ καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη ποθέντα σὺν μελικράτῳ ὁλκῇ ὀβολῶν ε΄. καθαίρει ἄνω μετ' ἐμέτου, ὥσπερ ὁ ἐλλέβορος, ἀκινδύνως. Plinius ad verbum: *Semen ejus, quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori vice, drachmâ & dimidiâ potâ in aquae mulſae cyathis*



Digitized by Google

Saepe & ſcillino pelluntur noxia Baccho.
Eſt qui praevalidum frixo ſale miſcet acetum,
Atque olei ſuco refricat turguentia membra.

Fra-

*quatuor jejunis.* Nihil igitur in Sereno mutandum: *& cautis ducitur undis*; ad drachmam & dimidiam, in aquae mulſae cyathis quatuor jejunis. Libri viliores perperam exhibuerunt:

*Miſcetur mulſis, ac hauſtis ducitur undis.*

quae ineptiſſima eſt lectio. ea enim, quae ducuntur, etiam hauriuntur, id eſt, potantur. *ducere* & *perducere* frequens occurrit in libris medicorum. Infra Serenus: *rubiam quoque ducere potu.* & alibi:

*Inde ſoporati ducentur gutture potus.*

Vopiſcus in Probo: *ſitulas duas plenas mero duxit.* Marcellus Empiricus: *perduci illud, id eſt, potari ex vino mulſo oportet.* Scribonius Largus capite CXXXV. *Cum autem calore temperata & potio datur abducenda.* nullo ſenſu: Lego, *cum autem calore temperata eſt potio, datur obducenda.* Idem CXXXIV. *frigidae vel calidae productae* meminit, ubi & *perductae* jubeo reponendum. Apulejus: *repertum vini poculum continuo perduxit hauſtu.* Arnobius libro V.

*Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti*
*Perducit totum cyceonis laeta liquorem.*

KEUCHEN. *Vice ſemen ſcopuloſae geneſtae* Reg. *vice vel ſcopuloſae rite geniſtae* Ed. Venet. Lipſ. deerat verſus Ed Caeſar. & Pictor. *aut hujus vice ſementis ſcapuloſa geniſtae* Cod. Voſſ. latet certe aliquid, deinde *mulſis & cautis educitur undis* Leid. Ed. Vet. *mulſis ac hauſtis ducitur* marg. Conſt. *mulſis coctuſque educitur undis* Ald. & hic deerat Ed. Caeſ. & Pictor. Heinſius volebat. *mulſi decoctis d. undis*, vel *mulſi cyathis*, (vel *calathis*) *aut ducitur undis*: forte *mulſis, & coctis ducitur undis*, ut tepidam aquam intelligat. *ducere* pro bibere obvium eſt, vid. ad Ovid. XII. Metam. 316. & Rhod. Lex. Scrib. in *ducere* & *perducere*, & ſupr. cap. I. & alibi. BURM.

510. SAEPE ET SCILLINO PELLUNTUR NOXIA BACCHO.] *Scyllitico vino.* CONSTANT. Veteres membranae avitae: *Saepe & ſcillitico*, σκιλλητικῷ οἴνῳ. Sed placet impreſſum: *Saepe & ſcillino.* Gloſſae medicae, *ſcillinum vinum*, ὁ διὰ τῆς σκίλλης οἶνος. Sic etiam Dioſcorides libro V. capite 26. qui poſt ejus compoſitionem, ὑδρωπικοῖς praeſertim conducere ſcribit. *Scillinum* etiam Plinius vocat, ſed *vinum ſcyllite* Palladius. KEUCH. *Saepeque ſcyllino* Leid. Ed. Vet. Humelb *ſaepe ſed adjuncto* Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. *ſaepe & ſcyllito* Voſſ. *ſaepe ſed mellino* Reg. Borrich. de Ling. Pharmacop in *Xerampelina*, notat in *ſcillino* penultimam eſſe corripiendam, vid. ad cap. XXV. ideoque vel *ſcillite*, vel *ſcillitico* eſſe legendum, vel quia Graece σκιλλητικός dicitur, Serenum hic ſyllabam λη natura longam corripuiſſe, ut in *phreneſis* cap. 7. mihi *ſcillite* arridet, magis uſitatum. BURM.

511. EST QUI PRAEVALIDUM FRIXO SALE MISCET ACETUM,] Non libuit mutare, cum tamen avitus & alii librorum habeant:

*Eſt qui praevalidum nitro ſale miſcet acetum.*

Scribonius Largus capite XXXIII. *oportet vero ſecundum purgationem ſpongiis novis totum ventrem ex aceto & ſale ejuſdem menſurae diluto & infervefacto imponere &c.* Alterum etiam lectionis defendi poſſet ex Celſo: *at ſi id vitium eſt, cui leucophlegmatias nomen eſt, eas partes, quae tument, ſubjicere ſoli oportet, ſed non nimium, ne febricula incidat: ſi is vehementior eſt, caput velandum eſt, utendumque frictione madefactis tantum manibus aqua, cui ſal & nitrum & olei paulum ſit adjectum, ſic ut aut pueriles, aut muliebres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus ſit.* Supra Serenus:

*Vel nitro ac ſale permiſtis, acidoque liquore*
*Laxatis (ut ſint ſimul allia) tangere corpus.*

KEUCH. *Nitro, ſale* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. Pictor. marg. Pith. *fricto ſale* Reg. *frixo commiſcet acetum.* Vet. Lipſ. *pervalidum* etiam Leid. & Ed. Vet.

512. ATQUE OLEI SUCO REFRICANT TURGENTIA MEMBRA.] Primo *refricat*, re-

ſcri-

Digitized by Google

Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt.
Nec non adpoſito curantur dropace membra,
Aut calido filicis radicem mollit Jaccho,
Qui ſubito raptos ventos ſucoſque revellit:
Unguine quo frangit vires languoris aquoſi.



ſcribunt ex eodem Celſi loco. Uterque verſus tamen diſtinctus exhibetur in antiquioribus libris: Verum cum hydropem λευκοφλεγματίαν ſive ἀνασαρκίδιον intelligat, vereor, ut haec lectio ſatis vera ſit & antiqua. Quare avito caeteriſque addicentibus legendum ſuadeo: *refricant albentia membra.* Horatius Sat. 2. lib. II. *pinguem vitiis albumque.* Oda II. lib. 2. *& aquoſus albo Corpore languor.* Quod expreſſit Serenus cap. V.

*Unguine quo frangit vires languoris aquoſi.*

KEUCH. *Recreat* Reg. Ed. Venet. *recreat albentis* Lipſ. *recreatque albentia* MSS. Geſn. *refricat albentia* Leid. *refricat turgentia* Ald. marg. Conſt. *refricans* Caeſ. Pictor. verbo vero *refricare*, iteratam fricationem notat, nam Celſus quotidie ter quaterque & vehementer fieri, ſed a ventre abſtineri jubet.

513. FRAXINEUM SEMEN CUM BACCHI RORE BIBENDUM EST.] Plinius libro XXIV. capite 8. de fraxino: *ſemen foliis ejus ineſt, quo medentur jocineris & lateris doloribus in vino, aquam, quae ſubit cutem, extrahunt.* Sic ille Plinii locus eſt legendus & interſtinguendus. KEUCH.

514. NEC NON APPOSITO CURANTUR DROPACE MEMBRA,] De *Dropace* Galenus, lib. VI. de bona valetud. *unguenti* (inquit) *genus eſt, quod a Graecis hodie δρῶπαξ dicitur, utpote quod & diſtribuendo in corpus alimento, & nutritioni conducit.* CAESAR. Dropax, & Dropodiſinus, ruptorium eſt, ſeu veſicatorium, qua ſubcutaneae aliquando extrahuntur humiditates, potiſſimum ſi alia non contulerint medicamenta, ſicut in meo compendio medicinae clare oſtenditur. PICTOR. *Dropacem appoſitum* intellige, δρωπακικὸν φάρμακα, linimentum dropace inunctum. Sic habes apud Aeginetam libro primo, capite trigeſimo, cujus locus ita ſanandus: κραθεῖσαν λίνον εἰς αὐτὴν καταβαφὲν τῷ δρώπακι, ἢ σπογγισθὲν ἐξέλκειν, ἅμα γὰρ τῆς τρίχα ἐκκάθαρσις γίνεται, ἢ ἅμα τῆς ἀκοῆς ἀπόλαυσις. Etiam ψίλωτρα φάρμακα *dropacem* vocabant. Martialis X. Epigr.

*Levis dropace tu quotidiano,*
*Hirſutis ego cruribus, geniſque.*

*levis dropace quotidiano*, levigatus faciem quotidianis depilationibus. qui ejuſmodi dropaciſtis operam dabant, nudi ad ſolem exponebantur. KEUCH. *Appoſito hidropace membra*, omiſſo *curantur* Leid. *curantur hydropace* Ed. Vet. alios legere, *curantur Hydropica membra*, ut intelligatur ſemine fraxini cum vino, aut aliquo praedictorum appoſito, curantur, notat manus docta ad Edit. Aldi filior.

515. AUT CALIDO FILICIS RADICEM MOLLIT JACCHO,] *Salicis radicem mollit Jaccho*, liber Gryphianus. *filocis* avitus: unde *filicis* videtur retinendum. Vide etiam Plinium. KEUCH. *Filicis* Reg. Ed. Vet. Lipſ. Humelb. (qui & *mollis*) Ald. *ſalicis* Caeſar. Pictor. Pith. Gryph. *ſilicis* marg. Pith. & Tornaeſ. *byaccho* Leid. Ed. Vet. *mollis* margo Conſtant.

516. QUI SUBITO RAPTOS VENTOS SUCCOSQUE REVELLIT] *Qui ſubito ruptos*, melior avitus. Cicero in Vatin. *ut aliquando iſti ilia, quae ſunt inflata, rumpantur.* Virgilius: *rumpantur ut ilia Codro.* eo verbo magis etiam τυμπανίας exprimitur. KEUCH. Deeſt hic verſus Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Humelb. Caeſ. Pictor. *raptus* Voſſ. Conſtantinus in margine addit ad vocem *ventos*, *in tympanite.*

517. FRANGIT] *Frangis* Leid. Ed. Vet. Humelb. *quae frangit* Paderb. forte *franges.* *virus* Ald.

# CAPUT XXVIII.

*Ventri Molliendo.*

Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,
Potibus aut duris reſtricta morabitur alvus.

Vin-

518. Specie,] Id eſt qualitate. CAESAR. & PICTOR.

518 Saepe cibi specie, vitio vel corporis ipso, Potibus aut duris restricta morabitur alvus ] MSS. *ſaepe tibi*, neſcio, quam bene. WOLF. Quum cibi ſpecie, id eſt, qualitate ſaepe remoretur alvus, quales ſpecies à Celſo numerantur libro ſecundo, capite trigeſimo; vel ipſo corporis vitio, puta, jecoris inflammati, caeterarumque partium internarum: vel denique duriore potu aſſumpto adſtricta fuerit: commode eam moram talibus remediis, qualia hic numerantur, ſanabis. Hic ſenſus eorum verſuum ſed aliter ex melioribus antiquis legendorum:

*Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,*
*Potibus aut duris quum adſtricta morabitur alvus,*
*Vincetur ſellae mora gramine Mercuriali.*

ſcriptum erat in avitis membranis:

*Vincetur ſalae mora gramine Mercuriale.*

quae ſcriptura cum minus arrideret, extemplo reformabam, *ſellae mora*, eamque conjecturam meam viro τῷ κριτικωτάτῳ elegantiſſimo Joh. Fred. Gronovio per epiſtolium comprobabam. *ſellae moram* vocat, alvum reſtrictam & morantem. Marcellus Empiricus alibi pari modo loquitur & eodem ſenſu: *per vomitum & ſellas*, τὰς ἀφιδρῶνας. Heſychius: ἀφιδρῶνες, σίκαι, σκάφεια, συνέδρια ἀναγκαῖα: quae poſtrema legenda ſunt, συνέδρια, ἀναγκαῖα. *ſellas familiaricas* vocant rei ruſticae autores, & *ſellas familiae* Cato. Inde *adſellare*, verbum ſolenne Vegetio de re veterinaria, quod gloſſae exponunt ἀφοδεύειν. libro III. cap. 59. *deinde ſale & melle miſtis in anum infundes, ut adſellandi augeat voluntatem.* Samonicus hoc dixit: *ſalſum multumque capeſſes.* Eam autem ſellae moram gramine mercuriali, (vel *mercurialis*, ut alias etiam legitur) emollies: hoc, quod Scribonius Largus capite XXXIV. ſubindicat, cum dicit: *mollit ergo alvum herba mercurialis; lenibus oleribus quam plurima mixta.* Quae verba, ut alia remedia, verbotenus ab eo deſcripſit Marcellus capite XXX. Sed obſervandum aliter, ibidem praeſcribi eam herbam, nimirum cum lenibus oleribus; aliter à Sereno, cum adjecto melle. Idem Marcellus eodem capite cholericis hanc compoſitionem commendat, quam adſtrictis Serenus. Verba ejus ſunt: *herba mercurialis pro certo bilem potentiſſime protrahit, ſi eâ coctâ vice oleris veſcaris, ejuſque aquam in qua cocta fuerit, adjecto melle potaveris. hoc enim aegris ſine difficultate ſuccurrit. ſanis eadem aqua cum condito, ſi ita malint, optime datur.* Quae verba, & ventri molliendo eandem ſyntheſin conducere, ſatis innuunt; plura enim medicorum conſilia ſunt, quae ſingula diverſis morbis & affectibus accommodantur. Plinius hoc ipſum de eadem mercuriali vel ejuſdem decocto, ex Hippocratis autoritate teſtatur, libro XXV. capite 5. *decoctum ejus dedit cum myrrha & thure. alvo quidem ſolvendae, vel in febri: decoquitur, quantum manus capiat in duobus ſextariis aquae ad dimidias. bibitur ſale & melle admixto, nec non cum ungula ſuis, aut gallinaceo ſalubrius. Purgationis cauſa putavere aliqui utramque dandam* ) utrumque ejus genus) *ſive cum malva decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, ſed ſtomachum laedunt.* Dioſcorides lib. IV. cap. 191. περὶ λινοζώστεως. Κινοῦσι δ' ἀμφότεραι κοιλίαν λαχανευόμεναι καὶ ἐσθιόμεναι. συνεψόμεναι δὲ ἐν ὕδατι καὶ πινομέναι τοῦ ὕδατος, ἄγουσι χολὴν καὶ ὑδατώδη. KEUCHEN. *Saepe tibi ſpecies ventris, vel*

Lipſ.

Digitized by Google

Vincetur talis mora gramine Mercuriali,
Cujus aquam cocti minimo cum melle bibemus.
Prunaque conveniunt, quae mittit clara Damaſcus.
Multos praeterea medici componere ſucos
Adſuerunt: pretioſa tamen quum veneris emptum,
Fallêris, fruſtraque immenſa nomiſmata fundes.
Quin age, & in tenui certam cognoſce ſalutem.
Aut igitur tectum lana ſupponis alumen,
Aut edis in patinis tenerae decocta ſabuci,
Vel cum lacte caprae ſalſum mulſumque capeſſes.

Cre-

Lipſ. *cum adſtricta* margo Conſtant. quae & *mercurialis. reſtincta* Reg. vid. ad cap. xx. imitari hic Horatium, qui Sat. II. IV. 27. dixit, *ſi dura morabitur alvus* notat Morgagn pag. 88. de *ſella* vid. Rhod. Lexic. Scribon.

520. MERCURIALIS ] *Bingel kruit* Mercurii inventum. PICTOR. Vid. Bodae. ad Theophr. IX. 19. pag. 1160.

521. COCTAM ] Legunt reliqua exemplaria *cocti*. WOLF. *Coctam* Leid. Ed. Vet.

522. PRUNAQUE CONVENIUNT, QUAE MITTIT CLARA DAMASCUS. ] Male hic verſus affectus eſt in veteri avito:

*Pamaque conveniunt, quae mittit cara Damaſcus.*

miror, neminem eam lectionem ex ſchedis exaratis indicaſſe, aut inventam quitum eſſe ſanare. nos tamen haud ingenio deerimus ex aequo decernentes, prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Scribo igitur:

*Pomaque conveniunt, quae mittit cara Damaſcus.*

*poma* pro prunis, μῆλα ἀντὶ τῶν κοκκυμήλων Nicander: μῆλον ὃ κόκκυγος καλέουσι. Auctor collectaneorum Geoponicῶν: κοκκύμηλον, ἐστὶ δὲ νῦν καλοῦμεν Δαμασκηνόν. Plinius de Perſeae pomo: *ſed ubi nux illi, huic pomum differens brevitate ac mollitie.* ubi *prunum* pro *pomum*, reſtituerunt emendatores. Nos in Sereno eam lectionem non abſurdam toleramus. KEUCHEN. Vid. ad Nemeſian. Ecl. III. 38. & mox vſ. 543. pro ficu *pomum* poſuit Sedulius lib. IV. 47. *clara Damaſcus* Leid.

524. EMPTUM, ] *Empta* Ed. Venet. Lipſ.

525. IMMERSA ] Legunt *immenſa*. WOLFIUS. *Immerſa* Leid. Ed. Vet. Humelb. *fundens* Reg. dein *falleris & fruſtra immenſaque nom. fundis* Ed. Venet. *Falleris & fruſtraque i. n. fundis.* Lipſ. *immenſa* hic eſt innumera, vid. ad cap. III. *fundere* hic eſt pro profundere, perdere, ut *fundere verba* apud Ovid. VII. Met. 590. ubi vide notas. BURMANN.

526. CERTAM ] *Certa cognoſcere* Lipſ.

527. AUT IGITUR TECTUM LANA SUPPONIS ALUMEN, ] Videtur tale indicare, immo deſcribere medelae genus, quale eſt, quod Graeci βάλανον vocant, noſtri *glandem*, medicorum vulgus *ſuppoſitorium.* CAESAR. Ex tecto alumine bombace, feceris βάλανον, id eſt, ſuppoſitorium. PICTOR. Notant, in alio legi, *tactum*: ineptiſſime. Marcellus *aluminis liquidi paululum lana involutum, & podici ſubjectum evocat ſtercus, & ſine fatigatione deducit.* Idem alterum verſum exponit: *ſambuci coliculi teneri decocti cum oleo & garo manducati, ventrem continuo ſolvunt.* KEUCH. Heinſius tamen *tactum* praeferebat, quod eſſet vel unctum, infectum, vel tinctum, ut ſaepe alibi: ſed hoc lanae hîc loci non convenit. vid. cap. III. *tecum* Lipſ.

528. TENERAE SABUCI ] Id eſt ſambuci extrema. PICTOR. *Teneris* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *patenis* etiam Venet. vid. ad Phaedr. I. fab. 26.

529. SALSUM ] Οἶνος Θαλάσσιος Scaligero eſt.

529. VEL CUM LACTE CAPRAE SALSUM MULSUMQUE CAPESSES. ] MS. *mel cum lacte.* WOLF. Nihil cenſeo mutandum. inter ea, quae ventrem moveant, à Celſo con-

 nu-

Sucida lana rapit contacta calentibus iiſdem:
Proderit hanc aegris crebro perducere membris.
Aut caput aſparagi cum vino ſume vetuſto,
Seu mavis adpone: modus conducit uterque.
Aut adipi mixtum lumbis inducito ſulphur.

Sae-

456. SUCCIDA LANA] Impurgata. PICTOR. Hunc verſum omiſit Aldus & ejus loco ſupponit verſum ex cap. XXIII. *hinc modico potu pulſus dolor omnis abibit.* quod forte vitio typothetarum accidit, quum ille verſus praecedentis paginae primum locum teneat, & hujus quoque paginae initium faciat. ſed Aldi filii ſecuti ſunt patris editionem vitioſam, unde eorum cura & diligentia apparet. *contacta cadentibus* Putean. Reg. Paderb. Ed. Vet. de verbo *rapere* vid. ad Claud. I. in Rufin 208 BURM.

457. PERDUCERE] *Producere* Leid. Vet. Ed. ſed *perducere* ſaepe in hoc libro pro fricare, permulcere, allinere occurrit. infr. XXVIV.

*Contritis prodeſt cochleis perducere frontem.*
vid. ſupr. ad cap. I. & V. & alibi. BURM.

458 AUT CAPUT ASPARAGI CUM VINO SUME VETUSTO,] Galenus in libro de alimentis, ſummitatem ſeu cacumen aſparagi interpretatur. Eſt autem *aſparagus* herba, quam officinae extrita priore litera *ſparagum* nominant; Germani *ſpargen*. PICTOR. *Caput aſparagi* vocat, quod καυλίον Dioſcorides. περὶ ἀσπαράγου. II. 152. τούτου τὸ καυλίον λειούμενον μετ' οἴνου λευκοῦ, πινόμενον φρενίτιδας Marcellus *radicem aſparagi* praeſcribit, *ex vino tritam & potam prodeſſe renium dolori.* Dioſcoridis autem καυλίον, *cauliculum* interpretantur, quemadmodum braſſicae primum cauliculum vocant ἀσφάραγον ἀπὸ κράμβης. Gloſſae: *cuma*, ἀσπάραγος. κράμβα, σπάραγος. forte corrigendum: κραμβασπάραγος. De aſparago vide Galenum II. περὶ τροφῶν δυνάμεως Omnes fere medici ſine ullo inſigni calore aut frigore (quae ſunt δραστικώτεραι. qualitates) ſiccare aſparagos ſcribunt, & lumbis & renibus ſanandis conducere. Diphilus apud Athenaeum II. 22. à ſummo viro Iſaaco Caſaubono reſtitutus, hoc intellexit, cum diceret: ὁ δὲ τῆς κράμβης ἀσφάραγος λεγόμενος ἰδίως ὄρμενος, εὐστομαχώτερός ἐστι καὶ εὐεκκριτικώτερος, ὄψεως δὲ βλαπτικός. ἔστι δὲ δριμὺς καὶ οὐρητικός, καὶ οὐκ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν perperam in Athenaeo legitur exulante negatione: καὶ ἀδικεῖ νεφροὺς καὶ κύστιν. KEUCH. *Aſpergi* Lipſ.

459 SEU MAVIS] *Seu majus* Ed. Venet. Lipſ. Voſſius *magis*, quod in codice reperit, pro *mage vis* capiebat.

460. AUT ADIPE MIXTUM LUMBIS INDUCITO SULPHUR.] *Adipi.* WOLF. Id eſt, ſuperinducito lumbis, aut eo perducito lumbos. Marcellus: *adipe urſina dolentes coxas perfrica, continuo ſanabis.* & poſt: *gladioli radix contuſa cum ſulphure vivo & adipe urſina, lumbis impoſita plurimum prodeſt.* ubi notabis, *adipem* genere ſequiore ſumi, quemadmodum apud Columellam lib. VIII. cap. 14. *quae res ad creandas adipes multum conferunt.* & apud Varronem l. de ruſt. qui *adipes illas* dixit, quod eidem Marcello longe uſitatiſſimum eſt, & ſemel hic obſervandum. Caeterum viri doctiſſimi *lumbos* hic male de dorſo exponunt, quemadmodum alibi apud Horatium: quod contra Marcellum eſt, caeteroſque, qui eam partem corporis intelligunt, quae ſpinae interioris quinque vertebras complectitur. Eam libidinis ſedem vocabant: Graeci magiſtri: ψόας δι' ἂν αἱ ὀρέξεις κεῖσθαι πεφύκασι. Martialis V. Ep. 80.

*Nec de Gaditus improbis puellae*
*Vibrabunt ſine fine prurientes*
*Laſcivos docili tremore lumbos.*

hoc *lumborum criſpitudine fluctuare*, vocat Arnobius libro II. Carmen liberum de Telethuſa:

*Criſſabit tibi fluctuante lumbo.*

Lucilius:

*Criſſatura, ut ſi frumentum clunibu' vannat.*

motus enim exigebant in re venerea & agitationem: quae, neſcio, quid habeant incentivum ad rem gerendam: κλαδαρόν Graeci vocabant talem fluctuante lumbo moventem:

unde

Digitized by Google

Saepe chelidoniam cum ſuco Palladis addes,
Farraque quae tremulis proſunt ſudantia flammis.
Fertur amygdalinae ſucus nucis eſſe bibendus;
Pinſitur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.

Aut

unde κλαδαροὶ ὄψεις, & κλαδαρὸν ἀποβλέπειν apud Clementem Alexandrinum, de Veneris puſionibus. Heſychius: κλαδαρόμματοι, ὑγρόμματοι τὰ ὄμματα. KEUCH. *Aut adipe* Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humelb. Caeſar. an, *adipe immixtum*? *adipem* Reg. hic deſinebat Puteaneus, reliquis perditis. *inducite* Lipſ. ſequens verſus deerat Paderbornenſi codici. de adipis genere ambiguum, quia ſaepe codices variant; ſupr. cap. XIII. *ereptos adipes.* & inf. cap. LIII. *adipes vetuſtos*, & cap. LIV. *exciſos.* dixit noſter. apud Quinctil. lib. II. cap. 10. in vulgatis *tennandas adipes* editur. ſed in Voſſiano codice eſt *tennandos.* apud Columel. VI. 12. *caprinus adeps* editur, ſed in optimo codice *caprina* invenit Heinſius. Rhod. in Lexic. Scrib. variationem generis magis conſuetudini, quam vitio adſcribendam putat. BURM.

461. SUCO PALLADIS] Id eſt oleo. Pallas enim nomen impoſuit Athenis contra Neptuni votum, quae poſtmodum oleas, quarum ibidem fertilis eſt terra, in tutela fovit, & oleum pro ſuo liquore habuit. PICTOR. Id eſt oleo. CONSTANT. Ita *Palladis ſuci* cap. LV.

462. FARRAQUE QUAE TREMULIS PROSUNT SUDANTIA FLAMMIS.] *Proſunt fumantia flammis*, ſcriptae membranae avitae: ſed *ſudantia*, puto, praeſtat veriſſimam ſcripturam. Cocta grana, *farra* vocat *flammis ſudantia.* ſupra etiam *farinam* per *farra* intelligit, eo verſu:

*Aut acido Baccho miſcebis farra lupini.*

*Graneas*, ea farra vocabant, quae tremulis proſunt ſudantia flammis. Graeci χίδρα vel χίδρα ἑψητά. quia prius frangebant, quam torrerent. Alia prius torrebantur, deinde frangebantur. Serenus cap. XXXVIII.

——— *& ſaxis ordea fracta.*

KEUCH. *Sudantia* ne mutes. vid. ad Gratii Cyn. 422. De frangendis frugibus vide ad cap. III.

463. AMYGDALINAE] Oleum amygdalinum. PICTOR. *Amygdaleae* Leid. Ed. Vet. Humelb. *Amigdaliae* manus viri docti, quae variae lectiones natae ex ignoratione vocum, quae in *inus* exeunt, corripiendarum. ſed de qua re egregie Borrich. in lingua Pharmacop. in *Alexandrina*, ubi docet, omnia adjectiva in *inus* a rebus animatis ſenſitivis, & a numeris, & nomina cognationum & propria & gentilia producere, contra a plantis, lapidibus & aliis inanimatis, & ab adverbiis temporalibus &c. corripere penultimam in *inus.* vid. & Pincier. Parerg. III. 31. BURMANN.

464. PINSITUR, AC TEPIDIS SORBEBITUR ADDITA LYMPHIS.] *Amygdalinae*, & poſt impreſſi codices, *pinſitur ac tepidis ſorbebitur addita.* MSS. *pinſitur & tepidis ſorbetur prodita lymphis.* WOLF. Marcellus: *nuclei amygdalarum triti, & ex aceto poti, lumbis medentur.* Dioſcorides non ex aceto potos, ſed ex aqua, cum Plinio & [illegible]no commendat. πρὸς δὲ νεφριτικοὺς καὶ περιπνευμονικοὺς, σὺν ὕδατι πινόμενα ἢ ἐκλειχόμενα σὺν ῥητίνῃ τερεβινθίνῃ. περὶ ἀμυγδαλῆς. I. 176. Et Plinius aperte de amygdalis: *jocineris & renum dolores ex aqua potas*, ſanare tradit, libro XXIII. cap. 8. ubi notabis, renum, lumborumque dolori pariter prodeſſe ſuccum amygdalarum. Quae cum in mortario tundantur pilo, & duriores ſint, quam ut *pinſantur*, quod proprie fermentorum eſt & mollium materiarum, plane mihi ex veteri ſcriptura legendum conſtat:

*Pinditur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.*

Servius in Fragmentis: *pindere, ſignificat pilo tundere.* Inde *piſo*, quod vocabulum pro mortario uſurpat Marcellus capite VIII. *radices betae maxime nigrae ex aqua tepida lavabis, & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.* KEUCH. *Haec tepidiſque abſorbitur* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. *pinſit haec tepidis quae abſorbet prodita* Venet. Lipſ. *pinſitur & tepidis* Ald. inauditum vero illud *pinditur*, quod verbum

Aut tres ex vino cochleas ferveſcere coges,
Cumque ſuis domibus franges, piperis quoque grana
Ter quinque adjicies, potuque juvaberis illo.
Furfur item parca fuerit quum fervidus unda,
Poſt oleo madidus ſaccis immittitur aptis,
Quos vix paſſuris urentes addito membris.
Prodeſt cervinae vehemens natura medullae:

Nec

invaſit editiones quasdam, & etiam P. Danielis Virgilii lib. I. Georg. 267. ſed in aliis recte *pinſitur* legitur, ut edidit Emmeneſſius. Illud *abſorbitur* favere poſſet Dorvillio noſtro, qui apud Lucan. II. 250 *civile abſorbere bellum*, conjiciebat. cui tamen, licet inviti, minime accedimus, cum *abſolvere bellum civile*, ibi ſit crimine liberare, quia ſe illi immiſcuit Cato, qui, ſolus Diis par, juſtum facit bellum, natura ſua injuſtum. ut ita recte lib. VII. 870. *abſolvere orbem* explicant culpa liberare. ſed de his alibi agendi locus erit. credo, auctores hujus lectionis inductos varietate temporum, ut τῷ *pinſitur* congrueret *abſorbitur*. ſed vid. ad cap. XIX. BURM.

465. COGES] *Cogis*, & mox *frangis* Leid. Reg. Ed Vet. *aut res* Lipſ.

466. CUMQUE SUIS DOMIBUS FRANGES,] Id eſt, *cum teſtis ſuis conteres*, ut habet Marcellus. *domus*, αἱ θύραι, teſta cochlearum. Inde proverbium, κοχλίου βίος. deinde *domus cochlearum*, ut apud Poëtam II. Georg.

*Antiquaſque domos avium.*

& Nemeſianum Cynegetico 98.

—— *tu pande domos & luſtra ferarum.*

KEUCH. Ita Phaedr. II. 6. *corneam domum* teſtudinis dixit. vid. ad Grat. Cyn. 235. *cumque ſuis dentibus* vitioſe Lipſ.

467. ADJICIAS] *Adjicies* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Humelb. Pictor. Ald. & marg. Conſt.

468. FURFUR ITEM PARCA FUERIT QUUM FERVIDUS UNDA, POST OLEO MADIDUS SACCIS IMMITITUR APTIS, QUOS VIX PASSURIS URENTES ADDITO MEMBRIS.] Hoc [illegible] recte reſtitutum eſt ex libris veterioribus. Ineptiſſime enim legebant viliores editorum:

*Poſt oleo madidus ſuccis immittitur aptis.*

*Quae vix paſſuris urentia jungito membris.*

vel, ut in Gryphiana:

*Quae vix paſſuris urentes addito membris.*

KEUCH. *Parva* Pictor. Heinſ. malebat, *fervidum in unda:* ſed excipi a neutris, & in plurali *furfures* facere docuit Voſſ. lib. III. de Analog. cap. 27 & noſter ſupr. cap. XV. *excuſſus furfur.* deinde *ſuccis immittitur* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humel. Ald. Caeſar. Pictor. Pith. quarum quaedam in marg. *ſaccis.* mox *quae v. p. urentes addito* in iiſdem fere. *quae* vero, ut Paderb Ald. & aliae habent, ſervari poteſt, ut furfures, oleum, quo tinguntur, & ſuccos comprehendat. *quae*, ſcilicet omnia ſimul: nam licet maſculini generis ſint, quae praecedunt, neutrum illis ſubjungi aliquando vidimus ad Quinctil. Decl CCXLVII. & Sueton. Claud. XI. ſed tunc legendum cum Ald. & marg. Gryph. & Pith. *urentia jungito.* ita *jungere* mox utitur cap ſeq. & alibi. Keuchenius ſuam emendationem debet Conſtantino. *paſſivis* vitioſe etiam Pictor. BURM.

471. PRODEST CERVINAE VEHEMENS NATURA MEDULLAE:] MSS. *cervinae medicans.* WOLF. *Vehemens natura*, quippe laudatiſſima: μυελὸς δὲ κράτιστος ἐστὶν ἐλάφειος, ut habet Dioſcorides II 95. & ex eo Plinius. Quod non leviter immutandum. Scriptum tamen in avito reperio:

*Prodeſt cervini medicans natura cerebri.*

*medicans* pro *vehemens*, etiam alii librorum agnoſcunt: alii *clemens natura medullae.* caetera, neſcio, an ulli editorum ſint adnotata. Quod cum interpretis egeat, ego exponere non erubeſcam, *medullam* pro *cerebro* ſaepe dixiſſe Graecos veteres, à quibus & ſua hauſit Samonicus, non autem *cerebrum* pro *medulla:* quod etiam contra praeſcriptum medi-

di-

Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem:
Aut mixtam teneris malvam contundito porris,
Contritumque ſimul cum maſtiche confer anethum:
Quodque decem rebus componi ex nomine clarum eſt.
His continge locum. Deus haec mihi certa probavit.

# CAPUT XXVI.

*Ventris Dolori Mitigando.*

Si dolor inſanus tota deſaevit in alvo,
Heminis tribus in lympha tu decoque tritum

In

dicorum notamus. Ita Timaeus dixit ἀρχὴν καὶ ῥίζαν μυελῷ εἶναι ἐγκέφαλον. ab eodem Plato in Timaeo ἐπονόμασε τ̃ μυελῦ τοῦτον τ̃ μοῖρον ἐγκέφαλον. Galenus libro octavo de uſu partium: τ̃ δ' οὐσίαν αὐτȣ̃ (cerebri) βουλόμενος ὁ Πλάτων δηλῶσαι, ὥσπερ οὖσαν κατ' ἀλήθειαν εἶναι μυελὸν, ὀνομάζει. Sed haec commentanea ſunt & tralaticia, neque tam cara, ut pro iiſdem optimam lectionem noſtri poëtae vendamus. KEUCH. *Violens natura* Reg. *violans* Paderb. Venet. Lipſ. unde *violens* conjiciebat Cl. Cortius pro violenta. *medicans* Ald. & marg. aliarum. *Clemens* Conſt. margo. de *medulla* vid. ad cap. IX.

473. AUT MIXTAM TENERIS MALVAM CONTUNDITO PORRIS,] MS. *teneris madidam lelisphagon undis.* WOLF. Noluiſſem ex libris exhiberi.

*Aut miſtam teneris madidamque elelifſphacon undis.*

Sed in eâ compoſitione nec ſibi ſatis conſtant caeteri medici. Quidam etiam libri: *malva contundito porris.* Vitioſe. KEUCH. *Madidamque lelisphagon* Ed. Venet. *madidamque elelipſbacon* Paderb. marg. Pith. & Gryph. & Tornaeſ. *teneris mandiſſe lilisfaca malvis* Ald. *madidamque lilisfagon undis* Lipſ.

474. CONTRITUMQUE] *Conterique* Reg. *conteriturque* Lipſ. & ita Paderbor. unde Cl. Cortius *conteritumque* corrigebat, & de quo ad Lucanum ſe acturum promittit. ita *atterniſſe* multi in Tibul. I. IV. 42. propugnant, vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIX. 17. & Pincier. Parerg. II. 53. & *atteritis opibus* Pichena & Jac. Gron. apud Tacit. I. Hiſtor. 10. ſed talia ſaepius librariis, quam auctoribus deberi credo. Sane hic nulla neceſſitas Poëtae non ſemper antiquario hoc obtrudendi. BURM.

475 DECEM REBUS] MSS. *ex rebus.* WOLF. Repetitum hoc ex capite praecedenti: vel illi hinc inſertum.

476. CONTINGE] MSS. *bis unxiſſe locum.* WOLF. Ed. Venet. & Lipſ. vitioſe *continſa. bis consuſa* Paderb.

MITIGANDO.] Additur recte, *& caeliacis.* WOLF.

477. SI DOLOR INSANUS TOTA DESAEVIT IN ALVO,] Omnes internos ventris morbos cum intelligat, bene *tota dolorem deſaevire in alvo* dixit. Graeci medici τὴν κοιλίαν ἢ κάτω κοιλίαν eo nomine comprehendunt. Latius enim τ̃ κοιλίην Erotianus apud Hippocratem annotat, dici πᾶσαν τ̃ ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρίαν. Unde Philotheus commentario in aphoriſmum decimum quintum, ſectione prima, teſtatur, κοιλίας λέγει τὴν ὑποδοχὴν, καὶ πᾶσαν κοιλότητα ἐν βάθει κειμένην, οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος καὶ τ̃ ἄλλων. De iis partibus Serenus diviſim agit. nunc tandem de iis morbis, qui ventrem inferiorem infeſtant, & inteſtina torminibus invadunt. KEUCHEN.

478. HEMINIS] Hemina Romana vox eſt,



ex

In vino prius hyſſopum, validam quoque rutam
Atque apium, donec pars duplex deſit aquarum;
Potus erit medicus, non detractante palato.
Praeterea nivei ſterilis teſta uritur ovi,
Quae poſtquam in tetram fuerit converſa farinam,
Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.
Nec non jungenda eſt utero nova virga myricae;

II.

ex graeco ἥμισυ, quod dimidia pars ſextarii ſit, derivata. Graecis κοτύλη nominatur. PICT.

478. HEMINIS TRIBUS IN LYMPHAE, TU DECOQUE TRITUM IN VINO PRIUS HYSSOPUM, VALIDAM QUOQUE RUTAM, ATQUE APIUM, DONEC PARS DUPLEX DESIT AQUARUM;] Ita prius eruditi repoſuerunt, cum legeretur mendoſiſſime:

*Heminis tribus in lympha validam quoque rutam*
*In vino prius hyſſopum, validam quoque rutam*
*Aut apium, donec pars duplex deſit aquarum.*

Marcellus hic magis accuratus eſt in ea potione propinanda, cap. XXVII. *ruta cum hyſſopo in aqua ad tertias decoquitur* (id eſt: *donec pars duplex deſit aquarum*) *atque eadem aqua in potione vini à torminoſo ſalubriter mixta potatur*. KEUCH. *Heminis tribus in lympha validam quoque rutam In vino* Reg. Ed. Vet. *lympha validam quoque rutam aut apium* Lipſ. Venet. & Ald. duobus verſibus in unum conflatis. *validam coque rutam In vino, atque apium* Reg. Conſtant. *validam coque victam* Paderb. & marg. Gryph. & Pith. quod Cortio placebat.

481. DETRECTANTE] *Detractante* Ed. Venet. Lipſ. Pith. Caeſar. Gryph. Tornaeſ. & ita paſſim apud alios ſcribitur haec vox. vid. ad Ovid. V. Met. 246. & alibi.

482. PRAETEREA NIVEI STERILIS TESTA URITUR OVI, QUAE POSTQUAM IN TETRAM FUERIT CONVERSA FARINAM, EX CALIDIS POTATUR AQUIS, ET POTA MEDETUR.] Non male liber avitus:

*Praeterea nivei ſterilem veſtem uritis ovi,*
*Quae poſtquam in tenuem fuerit converſa farinam,*
*Ex calidis potatur aquis, & pota medetur.*

Marcellus: *veſtem ovi delicatam interiorem ſiccatam contere*, &c. *in tetram farinam*, id eſt, in nigrum pulverem, qualis aſſarum teſtarum. KEUCH. *Teſta* omnes fere ſcripti & editi. niſi quod *toſta* Pith. & Torn. *teres & teſta uritur* Heinſius: *veſtem* vero herbarum dici a medicis corticem obſervavit jam Barthius I. Adv. 14. vid. inf. cap LIII. & ita cap XXII. *cortex ovi* dicitur. *tegmen ovi* Claudian. praefat. in III. Conſ. Honor. ut Heinſ. repoſuit ex MS. mox *in teneram farinam* idem corrigebat, quod confirmat Cod. Paderb. qui ita expreſſe habebat. *mollis* dicitur cap. XIV. & *mollia farra* XXV. *tenuem* marg Conſtant. *ac pota* Reg BURM.

483. TETRAM] In nigrum pulverem. PICTOR.

485. NEC NON JUNGENDA EST UTERO NOVA VIRGA MYRICAE.] Vide Plin. lib. XXIV. cap. 9. ubi de myrica loquitur. *Quidam*, inquit, *gravis in medicina author virgam ex eadem fractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolorem aſſeveravit impoſitam*. CAESAR. Myricem, quam & tamaricen vocant, & prius geneſtram diximus. Plinius quoque ventris dolores ſedare aſſerit, ſi hoc modo de hac ſurculos decerpſerit, ut neque terram, neque ferrum tetigerit: lib XXIV. 9. PICTOR. Lege Plin. XXIV. 9. *feratur*, alii *trahatur*. CONSTANT. Pro *geratur* MSS. *teratur*. WOLF. Cum κοιλιακαῖς καὶ ῥευματικαῖς γυναιξὶν ejus corticem mederi ſcribat Dioſcorides I. 116 non interpretandus eſt hic verſus de utero proprie, ſed humano ventre torminoſo. Iſidorus XI. I. *uterum ſolae mulieres habent*, &c. *auctores tamen* uterum *pro utriusque ſexus ventre ponunt*. Virgilius de equo ligneo: *uterumque armato milite complent*. Plinius de myrica hanc expoſitionem confirmat libro XXIV. capite 9. *Gra-*

Digitized by Google

Illaeſa haec ferro, terraque intacta, geratur.
Aut medio ventris prodeſt adſpergere terram,
Quam ſignaverunt veſtigia preſſa rotarum.
Proderit & pulvis facili ſub cardine raptus.
Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum
Conveniet: quod jam nobis documenta probarunt.
Mentha quoque hoc pacto medicos dabit hauſta ſapores;
Coeliacos autem recreabis pane ſalubri,

Quem

*Gravis autor in medicina, virgam ex eadefractam, ut neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolores aſſeveravit impoſitam, ita ut tunicâ cinctuque corpori apprimeretur.* Altero verſu pro *teratur*, *feratur* & *trahatur*, libri legunt: quorum neutrum ſatis placet, nec illud tertium amplector, moneoque ſcribendum:

*Illaeſa haec ferro terraque intacta, prematur.*

ita Plinius habet, ita liber avitus. KEUCH. *Geratur* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. Ald. *trahatur* marg. Conſt. ſed *feratur*, vel *geratur*, ſcilicet in ventre, rectum videtur. *quae terra intacta* Paderb. vid. cap. XXIII. ubi forte etiam, *intactam terra quam videris Alnum, huic liber eripitur ferro ſine.* ne bis idem dicat. BURM

485 JUNGENDA] *Tingenda eſt* Paderb.

487. AUT MEDIO VENTRIS PRODEST ASPERGERE TERRAM, QUAM SIGNAVERUNT VESTIGIA PRESSA ROTARUM.] *Ventris medium* venuste pro umbilico poſuit, quemadmodum *umbilicum* pro omni medio Latini autores. Alterum verſum à Virgilio habet, III. Georg. 170.

*Atque illis jam ſaepe rotae ducantur inanes*
*Per terram, & ſummo veſtigia pulvere ſignent.*

KEUCH. *Medie ventris* Lipſ.

489. PRODERIT ET PULVIS FACILI SUB CARDINE RAPTUS.] *Facili ſub cardine raptus*, non ut diſtinguatur ἀπὸ τῶν σμηγμάτων, quae proprie ſunt pulveres medicorum, & cuti non unctae ad eam detergendam inſperguntur; *ſed pulvis facili ſub cardine raptus*, eſt *ſordes ex gymnaſio*, apud Celſum libro V. cap. 15. Marcellus: ad ventris dolorem remedium efficax ſic; *ſordes de cardine oſtii tolle digitis duobus, pollice & medicinali, & ſuper umbilicum laborantis appone.* KEUCH. *Facili* epitheto, ut Poëta, non ut medicus, utitur, nec quod pulvis ſub difficili cardine pejor ſit. *facilem cardinem* & *difficilem* Poëtas dicere vid. in notis Heinſ. ad Ovid. I. Amor. VI. 2. intelligo autem de quacunque janua, nam ſordes Gymnaſii longe diverſas ab hoc pulvere puto. BURM.

490. QUIN ETIAM EX LYMPHIS TRITUM POTARE CUMINUM CONVENIET] Κύμινον ἄγριον, cujus ſemen ex aqua adverſus tormina & inflationes bibitur. Dioſcorides III. 69. πίνεται τὸ σπέρμα πρὸς στρόφους καὶ ἐμπνευματώσεις σὺν ὕδατι. *ex lymphis*, id eſt, cum lymphis, legendum, σὺν ὕδατι, non *& lymphis*, ut ad oram Gryphianae editionis. nihil notius medicorum filiis. Plinius de cumino ſylveſtri: *diſcutit pituitas & inflationes tritum & cum pane ſumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque & inteſtinorum dolores.* KEUCH. *Et lymphis* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. *convenit* Leid. *conveniat* Reg.

492. SAPORES] *Sopores* Leid.

493. COELIACOS] Κοιλιακοὶ vocantur, qui alvum induratam habent, quae nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem tranſmittit. PICT.

493. COELIACOS AUTEM RECREABIS PANE SALUBRI, QUEM MADIDO FARRE EFFICIES AC MOLLIBUS OVIS, QUORUM TESTA FERO PRIUS EVANESCERE ACETO REFERT, ET TERETES BULBOS MOLLIRE TERENDO.] Idem Plin. lib. XXIX. 3. *de ovis maceratis*, inquit, *cum farina in pane ſubactis*



Digitized by Google

Quem madido farre efficies ac mollibus ovis,
Quorum teſta fero prius evaneſcere aceto
Refert, & teretes bulbos mollire terendo.
Cumque his Lenaei durum potare fluentum.

## CAPUT XXVII.

*Hydropiſi Depellendae.*

Corrupti jecoris vitio, vel ſplenis acervo,
Cre-

*ctis coeliaci recreantur.* CAESAR. Mentem auctoris non aſſequuntur alterius lectionis architecti, qui a Marcello, ut putant, eam veriorem mutuarunt, male diſtinguentes & conjungenda ſeparantes, ad hunc nempe modum:

*Coeliacos autem recreabis pane ſalubri*
*Quem madido farre efficies: ac mollibus ovis,*
*Quorum teſta fero prius evaneſcere aceto*
*Refert, & teretes bulbos mollire terendo.*

quae diſtinctio longe ineptiſſima eſt, & à ſenſu aliena. non enim ova cum teſtis ſuis in aceto macerata coeliacis mederi voluit, ut Marcellus, cujus haec in pari conſilio verba ſunt, *ova in aceto cum teſtis ſuis macerata, & alio die in patella infuſa, ibique toſta, coeliacis in cibo data plurimum proſunt*; ſed mollibus in aceto cum putaminibus ſuis maceratis, & cum farina in pane ſubactis coeliacos ſanari; quod quam veriſſimum ſit, ex uno Plinio demonſtrabo, qui libro XXIX. capite tertio, de ovorum natura: *maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane ſubactis, coeliaci recreantur.* nec etiam ſolo pane ex farina, ſed ovis cum farina in pane ſubactis, & antea cum putaminibus ex aceto maceratis ſanantur. haec mens eſt eorum verſuum, qui non aliter in libris antiquis, & avito noſtro exhibentur, praeterquam mutata vocula;

*Coiliacos autem recreabis pane ſalubri,*

*coiliacos* pro *coeliacos*, Graeco more, ut *κοῖλον coelum*, *ποινὴ poena*, & alia veterum membranarum. KEUCH. *Corniliacos* Reg. *corneliacos* Paderb. *Carnelicos* Venet. Lipſ. Heinſius *cordiacos*, vel *coliacos* corrigebat, & *pane ſelibri:* deinde pro *efficies effinges. prius ſparſo evaneſcere* Leid. *evaneſcere* Venet. Lipſ. *evaneſces* Ed. Vet. Ald. Humelb. & ita Conſtantinus corrigebat. *molleſcere* Caeſar. Pictor. ſed *emolleſcere* ſcribendum eſſet, ut manus viri docti. ſed *mollire* ſequitur, ut cap. XII. *fel mollitum lympha.* & alibi ſaepe. BURM.

495. QUORUM ] Hic verſus deeſt Paderb.

495. PRIUS SPARSO EVANESCET ] Impreſſi, *fero prius evaneſcere aceto.* WOLF.

496. TERENDO ] *Tenendum* Reg. *tenendo* Paderb.

497. LENAEI ] Lenaeus Bacchus dicitur a lenos, quod eſt torcular. PICTOR.

497. CUMQUE HIS LENAEI DURUM POTARE FLUENTEM ] Vinum auſterum. alii acetum intelligunt. lege, *clarum*, non *durum.* CONSTANT. Manuſcr. *Lenaei clarum potare.* WOLF. Τὸ οἶνον καὶ τὸ ὀξύ. libri viliores: *clarum potare fluentum.* error ex affinio & copula literarum. KEUCH. *Fluentem* Leid. forte poſſet legi, *purum potare fluentum.* nam illae voces commutari ſolent in MSS. ſed *durum acetum* dixit cap. III. & *durum Bacchum* XLV. & XLIX. quare nihil facile mutem. BURM.

498. CORRUPTI JECORIS VITIO, VEL SPLENIS ACERVUS CRESCIT HYDROPS, AUT CUM SICCATAE FEBRE MEDULLAE, ATQUE AVIDAE FAUCES GELIDUM TRAXERE LIQUOREM, ] *Splenis acervo* id eſt tumori. CONSTANT. Manuſcr. *acerbo.* WOLF. Ita edi voluerunt curatores librorum,

Digitized by Google

Creſcit hydrops. aut quum ſiccatae febre medullae,
Atque avidae fauces gelidum traxere liquorem,
Tum lympha intercus, vitio gliſcente, tumeſcit,

Se-

rum, quibus melioris & verioris exhibendae ſcripturae fides defuit. Verum cum alteram hydropis cauſſam, lienis magnitudinem recte Avicenna referat, caeterique magnum lienem attrahere humorem melancholicum conteſtentur; quo humores, à quibus jecur refrigeratur, progenerantur, frigiduſque lien neceſſario refrigeret jecur, quo refrigerato naſcatur hydrops: non video, cur membranarum fidem ſecuti veterumque codicum auctoritatem, non reſtituamus accuratiſſimam lectionem?

*Corrupti jecoris vitio vel ſplenis acervo*
*Creſcit hydrops.*

ita liber meus avitus habuit, caeteriſque cum Stephano collatis multo caſtigatiores. Tres fere cauſſas hydropis enumerat cum optimis medicis Serenus, hepatis refrigerationem, aut aliud ejus vitium male affectum; alteram, ſplenis tumorem, qui, cum hydrops citra hepatis refrigerationem non gignatur, quod illi ſuo vitio aut lienis aut ventriculi refrigerati contingit, hydropem accendit; & ultimam febrem antecedentem: Celſus de hydropico morbo lib. III. 21. *Saepe vero hoc malum per ſe incipit: Saepe alteri vetuſto morbo, maximaeque quartanae ſupervenit.* & ejuſdem capitis extremo tradit, *jocineris hunc morbum*, putaſſe Eraſiſtratum, cui confutando probat, *non hujus viſceris unius hoc vitium eſſe. Nam ſplene affecto & in totius corporis malo habitu fieri.* Aëtius hoc ipſum innuit capite de hydrope, ex viri doctiſſimi verſione Latine factus: *conſequitur aqua intercus omnes morbos, qui habitum corrumpunt: una eſt enim ad hydropem aptitudo, coagmentatae corporis miſcellae demolitio & ruina. Contingit autem haec, aut ob ſuperexcellentem hepatis frigiditatem, aut ob aliqua alia membra vehementer refrigerata, quae hepar in eandem diſpoſitionem deducere valent: citra enim hepatis refrigerationem impoſſibile eſt, aquam congelari, & aliquem in hydropem incidere. Conficitur autem hepar ſplene refrigerato, alvoque & inteſtinis, maxime iis, qui juxta jejunum inteſtinum ſunt; pulmonique & renibus, ac ſepto transverſo.* notabis etiam, poſt coeliacam affectionem ex ordine hunc morbum tractari à Sereno, quippe eandem & hydrops interdum ſequi ſolet, ut idem Aëtius affirmat. KEUCH. *Correpti* Pith. ut cap. VI. *correpti artus. ſplenis acervus* Reg. *ſplenis acervo* Venet. Lipſ. Ald. Pictor. vid. cap. 39. *ſiccatae flore* Regius.

499. CRESCIT HYDROPS,] Horatiana imitatio, ut notat Cl. Morgagnius pag. 88. ex lib. II. Od. 2.

*Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops.*

& deinde ſequitur

——— *aquoſus albo*
*Corpore languor.*

500. ATQUE AVIDAE FAUCES GELIDUM TRAXERE LIQUOREM,] Aqua inter cutem non raro à copioſo frigidae potu continuo provenit, quum prae nimia ſiti, ut in febribus, ad ſaturitatem quiſpiam multam aquam gelidam ingurgitaverit: poſtea humidum in peritonaeum delatum ſit, atque inde in ventribus inſitus calor refrigeratus fuerit: deinde in ilia guttae affluunt, quae prius in aërem verſae per tranſpirationem digerebantur. Ideo Celſus de hydrope: *Facilius in ſervis, quam in liberis tollitur, quia, cum deſideret famem, ſitim, mille alia taedia, longamque patientiam, promptius his ſuccurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas eſt.* KEUCH.

501. TUM LYMPHA INTERCUS VITIO GLISCENTE TUMESCIT, SECERNENS MISERAM PROPRIO DE VISCERE PELLEM.] Ἀσκίτης, hic ὕδρωψ proprie medicis appellatur. Eo enim abdomen ab aquoſo humore diſtenditur. Cum vero per totum corpus, ἀνασάρκα vocatur. Gloſſae: ἀνασάρκα, σαρκίτης, λευκοφλεγματίας. Tertius eſt τυμπανίας, hydrops ſiccus, quo ſolus venter flatu pleno tumeſcit. omnia ejus genera tacite Serenus obſervat. *Pellem* autem pro cute poſuit. Gloſſae: ὑδερῶψ, *aqua ſub cute.* Victor in Hadriano: *hic morbo ſuccentaneo, quem diu placide pertulerat, victus.*

Digitized by Google

Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.
Conveniet tenerae radix decocta ſabuci,
In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.
Nec non & tepidis convolves corpus arenis:
Adpoſituque lenes nepetae guſtuque juvabunt.

Hel-

*ctus.* ubi vulgo, *ſubtercutaneo* legi, notant editores. *miſeram pellem* valde proprie dixit. *Sic miſer locus*, ὁ ταπεινὸς, & *miſerum latus* Horatio: *miſera bucca* Plauto: *dens miſer* Marcello. KEUCHEN *Lympha intercus* Ald. quod valde adridet. mox *propius de viſcere* Leid. Reg. Paderb. Ed. Vet. Venet. Lipſ.

503. CONVENIET TENERAE RADIX DECOCTA SABUCI, IN GEMINIS CALIDI CYATHIS POTANDA LYAEI.] *Tenerae ſabuci*, τῆς χαμαιάκτης. Dioſcorides IV. 175. ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη πρὸς τὴν δίαιταν, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ. Quod non ad menſuram expreſſum, quam Serenus obſervat, & Plinius libro XXIV. cap. octavo: *Sambucus habet alterum genus magis ſylveſtre, quod Graeci chamaeacten, alii helion vocant* (ſcribo, *ebulum vocant*) *multo brevius. Utriuſque decoctum in vino veteri foliorum, vel ſeminis, vel radicis ad cyathos binos potum, ſtomacho utile eſt, alvo detrahens aquam.* Marcellus capite ſeptimo; *herba, quae Graece chamaeacte, Latine ebulus, Gallice odocos dicitur.* KEUCHEN.

504. CYATHIS] Ἀπὸ τοῦ χέειν, id eſt a fundendo dictus, duodecima pars eſt ſextarii, de quo etiam in praecedentibus dictum. PICTOR.

505. NEC NON APPOSITIS] In exemplaribus impreſſis, aeque atque in emendationibus noſtris MS. magna eſt diverſitas in ordine, & collocatione verſuum hujus capitis. Ordo vero in MS. obſervatus hic eſt.

*Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt,*
*Aut calido raptus ventos ſaccoſque revellit.*
*Nec non appoſito curantur Dropace membra,*
*Unguine quod frangit virus languoris aquoſi.*
*Nec non in tepidis convolves corpus arenis.*
*Appoſitaeque leves nepetae potuque juvabunt.*
*Saepe & mellino pelluntur noxia Baccho.*
*Elleboro bene purgatur lymphaticus horror,*
*Aut hujus ſemen ſcapuloſae vice geniſtae*
*Miſcetur mulſis coctis cautis jungitur audit.*
*Eſt, qui praevalidum frixo ſale miſcet acetum.*
*Atque olei ſucco recreatque albentia membra.*

Hic ordo verſus MS. exemplaris, qui quantopere diſcrepet ab hujus authoris, atque etiam impreſſorum collocatione, liquido videre eſt: ſimulque ob diverſitatem lectionis penitus ab utriſque diſcrepantem. Alicui integri verſus, praeſertim in Parrhiſina impreſſione deſiderantur; alicubi ſenſus, & verborum mutatio, quae omnia ſuo loco facile lector emendabit. WOLF. Perturbatus quoque Ordo in Leid. Reg. Ed. Vet. & Aldina, & aliis, quorum ordinem recenſere non puto neceſſarium. in Regio Cod. & editione Veneta & Lipſ erant hoc ordine 504. 513. 514. 515. 516. media deſiderabantur. Quae in caput ſequens erant conjecta poſt vſ. 524. in Caeſaris & Pictorii poſt. 505. ſequebantur 507. 510. uſque ad finem. vſ. 506. deerat, ſed taedet omnes editiones perſequi: in Paderbornenſi, verſus octo deerant, ſed legebantur capite ſeq. deerat & vſ. 516. *Qui ſubito.*

505. NEC NON ET TEPIDIS CONVOLVES CORPUS ARENIS:] Celſus libro III. capite 21. *Superiores maxime partes ſic perfricandae, ut ſpiritum ipſe contineat, evocanduſque eſt ſudor non exercitatione tantummodo, ſed etiam in arenâ calidâ, vel laconico, vel clibano, ſimilibuſque aliis; maximeque utiles naturales & ſiccae ſudationes ſunt, quales ſuper Bajas habemus in myrtetis: balneum atque omnis humor alienus eſt.* KEUCH. *In tepidis convolvere* Ed. Vet. Ald. Humelb. *hoc etiam tep.* Venet. Lipſ. *convolvere* Edit. Vet. Caeſar. Pictor. *convolvere certus* Reg. & Edit. *cetus* Lipſ. Venet. deerat hic verſus Leid. ad hanc medicinam refert Caſaub. arenarum remedium apud Sueton. Aug. LXXX. Conſtantinus vocat ἀμμοχωσίαν. BURM.

506.

Helleboro quoque purgatur lymphaticus error,
Aut hujus vice quod fert ſemen lenta geniſta
Miſcetur mulſis, & cautis ducitur undis.

Sac-

506. Appositque lenes nepetae, gustuque juvabunt] Scribo:

*Appoſituque leves nepetae, guſtuque juvabunt.* Altera καλαμίνθη, quam *nepetam* Latini vocant. Dioſcorides III. 43. νέπετα Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Scriptum in avito: *geſtuque juvabunt. geſtu* pro *guſtu* ſemper idem liber obtinet, ut obiter notamus. Suetonius in nomine Auguſti interpretando, *ab avium geſtu guſtuve*, deductum ſcribit, ubi *guſtatuve* malè reſcribendum putat Caſaubonus. KEUCH. *Appoſitu lenes* Leid. Ed. Vet. Humelb. *appoſituque leves* Ald. *Appoſitamque dabis nepetam, quae rite juvabit* Venet. Lipſ. *Appoſitu renes nepetae* Heinſius corrigebat. deeſt hic verſus Edit. Caeſar. & Pictor.

507. Helleboro quoque purgatur lymphaticus error,] Id eſt humor ſubcutaneus. PICTOR. *Lymphaticus humor.* CONSTANT. Cum lymphaticorum nomine commoti & larvati, & à rabioſo cane morſi ὑδροφοβίαν metuentes intelligantur; ſuper, ex hoc verſu hydropicos etiam intelligendos adnotavit Turnebus libro x. cap. ultimo adverſariorum. Cujus interpretatio nihil hic ad Sereni locum facit. Et perperam *humor*, pro *error*, eruditi ſuppoſuerunt: *error* non *humor* legendum: nam *errorem* de morbo & dolore dicebant. Florus lib. II. cap. 10 *Ipſe rex Apulo equo impoſitus, quum ſubinde crapula, & capitis errore lapſaret, captum ſeſe vix & aegre, poſtquam experrectus eſt, didicit. lymphaticus error*, ὑποσαρκίδιος. Gloſſae: ὑποσαρκίδιος, ἀνασάρκα. Eſt autem ἀνασάρκα hydrops per totum corpus diffuſus. Alterum hydropis genus hic tangit Serenus. *Helleborum* quoque *nigrum* intelligit. Dioſcorides περὶ ἐλλεβόρου μέλανος IV. 151. ποιεῖ δὲ κεραθὲν ἀλόγως περὶ οἶνον, καταπλάσματά ἐστιν ὑδρωπικοῖς ὠφέλιμον. Plinius: *nigrum medetur paralyticis, inſanientibus, hydropicis, dum citra febrim.* KEUCHEN. *Helleboro bene* Leid. Ed. Vet. Venet. Ald. Humelb. *bene coquatur* Reg. *bene cogatur* Lipſ. *lymphaticus error* fere omnes. ſed Scal. corrigebat *aegror*. *horror* MS. Geſner. lymphaticum dixit pro aquatico, a lympha, id eſt aqua, qua voce noſter ſaepe utitur. *error* ſi legendum, de aqua per corporis partes errante deberet intelligi, ut ita flumina *errare* paſſim dicuntur. *error* vero *capitis* apud Florum vitioſum eſt, quum *fervor* ſubſtitui debeat. vide Cl. Dukeri notas. *horror* magis quidem placeret, ſi hic morbus frigus & corporis quemdam tremorem induceret. *error* etiam & *horror*, ut *errare* & *horrere* paſſim confundi docebunt notae ad Ovid. XIV. Met. 198. & I. Faſt. 495. ſed quia in Hydrope, quod ſciam, horror non obſervatur, ut propria & certa hujus morbi nota, ſed ſit potius *languor*, ut in fine capitis dixit. hinc *error* praeſtat: qui etiamſi poſſet de graviſſimo morbo capi, quo aliquis ut letali laborat, & quaſi mentis ſuae vix compos ad finem vitae properat. ut ita *error* de moribundis ſaepe occurrit. vid. Heinſ. ad Val. Flac. VI. 177. de aqua tamen per corpus errante malo capere. vide, an huc facere aliquid poſſint illa Gratii Cyn. 345. *errantes per tot divortia morbi.* quos Johnſon. explicat ſerpentes huc illuc per corpus: licet alii aliter explicent. BURM.

508. Aut ejus vice quod fert semen lenta genista Miscetur mulsis, et cautis ducitur undis.] Geniſta enim hellebori vicem praeſtat. Plinius de geniſta loquens: *dubito, an haec ſit, quam Graeci autores ſparton appellavere, cum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim: & numquid hanc deſignaverit Homerus, cum dixit navium ſparta diſſoluta.* σπάρτον & σπαρτίον appellavêre. Heſychius verſum Homericum exponit, σπαρτὶς ἱμάντος.

Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.

Idem: σπάρτα, σχοίνια, ἅμματα. Dioſcorides περὶ σπαρτίου. IV. 158. τούτου ὁ καρπὸς καὶ τὰ ἄνθη ποθέντα σὺν μελικράτῳ ὁλκῇ ὀβολῶν ε'. καθαίρει ἄνω μετ' εὐτονίας, ὥσπερ ὁ ἐλλέβορος ἀκινδύνως. Plinius ad verbum: *Semen ejus, quod Graeci eodem nomine appellant, in folliculis phaſeolorum modo naſcens, purgat ellebori vice, drachmâ & dimidiâ potâ in aquae mulſae cyathis*

Saepe & ſcillino pelluntur noxia Baccho.
Eſt qui praevalidum frixo ſale miſcet acetum,
Atque olei ſuco refricat turguentia membra.

Fra-

*quatuor jejunis.* Nihil igitur in Sereno mutandum: *& cautis ducitur undis*; ad drachmam & dimidiam, in aquae mulſae cyathis quatuor jejunis. Libri viliores perperam exhibuerunt:

*Miſcetur mulſis, ac hauſtis ducitur undis.*

quae ineptiſſima eſt lectio. ea enim, quae ducuntur, etiam hauriuntur, id eſt, potantur. *ducere* & *perducere* frequens occurrit in libris medicorum. Infra Serenus: *rubiam quoque ducere potu.* & alibi:

*Inde ſoporati ducentur gutture potus.*

Vopiſcus in Probo: *ſitulas duas plenas mero duxit.* Marcellus Empiricus: *perduci illud, id eſt, potari ex vino mulſo oportet.* Scribonius Largus capite CXXXV. *Cum autem calore temperata & potio datur abducenda.* nullo ſenſu: Lego, *cum autem calore temperata eſt potio, datur obducenda.* Idem CXXXIV. *frigidae vel calidae productae* meminit, ubi & *perductae* jubeo reponendum. Apulejus: *repertum vini poculum continuo perduxit hauſtu.* Arnobius libro V.

*Inde manu poclum ſumit, riſuque ſequenti*
*Perducit totum cyceonis laeta liquorem.*

KEUCHEN. *Vice ſemen ſcopuloſae geneſtae* Reg. *vice vel ſcopuloſae rite geniſtae* Ed. Venet. Lipſ. deerat verſus Ed Caeſar. & Pictor. *aut hujus vice ſementis ſcapuloſa geniſtae* Cod. Voſſ. latet certe aliquid, deinde *mulſis & cautis educitur undis* Leid. Ed. Vet. *mulſis ac hauſtis ducitur* marg. Conſt. *mulſis coctuſque educitur undis* Ald. & hic deerat Ed. Caeſ. & Pictor. Heinſius volebat. *mulſi decoctis d. undis*, vel *mulſi cyathis*, (vel *calathis*) *aut ducitur undis:* forte *mulſis, & coctis ducitur undis*, ut tepidam aquam intelligat. *ducere* pro bibere obvium eſt, vid. ad Ovid. XII. Metam. 316. & Rhod. Lex. Scrib. in *ducere* & *perducere*, & ſupr. cap. I. & alibi. BURM.

510. SAEPE ET SCILLINO PELLUNTUR NOXIA BACCHO.] *Scyllitico vino.* CONSTANT. Veteres membranae avitae: *Saepe & ſcillitico*, σκιλλητικῷ οἴνῳ. Sed placet impreſſum: *Saepe & ſcillino.* Gloſſae medicae, *ſcillinum vinum*, ὁ ἀπὸ τῆς σκίλλης οἶνος. Sic etiam Dioſcorides libro V. capite 26. qui poſt ejus compoſitionem, ὑδρωπικοῖς praeſertim conducere ſcribit. *Scillinum* etiam Plinius vocat, ſed *vinum ſcyllite* Palladius. KEUCH. *Saepeque ſcyllino* Leid. Ed. Vet. Humelb *saepe ſed adjuncto* Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. *ſaepe & ſcyllito* Voſſ. *ſaepe ſed mellino* Reg. Borrich. de Ling. Pharmacop in *Xerampelina*, notat in *ſcillino* penultimam eſſe corripiendam, vid. ad cap. XXV. ideoque vel *ſcillite*, vel *ſcillitico* eſſe legendum, vel quia Graece σκιλλητικὸς dicitur, Serenum hic ſyllabam λι natura longam corripuiſſe, ut in *phreneſis* cap. 7. mihi *ſcillite* arridet, magis uſitatum. BURM.

511. EST QUI PRAEVALIDUM FRIXO SALE MISCET ACETUM,] Non libuit mutare, cum tamen avitus & alii librorum habeant:

*Eſt qui praevalidum nitro ſale miſcet acetum.*

Scribonius Largus capite XXXIII. *oportet vero ſecundum purgationem ſpongiis novis totum ventrem ex aceto & ſale ejuſdem menſurae diluto & infervefacto imponere &c.* Alterum etiam lectionis defendi poſſet ex Celſo: *at ſi id vitium eſt, cui leucophlegmatias nomen eſt, eas partes, quae tument, ſubjicere ſoli oportet, ſed non nimium, ne febricula incidat: ſi is vehementior eſt, caput velandum eſt, utendumque frictione madefactis tantum manibus aquâ, cui ſal & nitrum & olei paulum ſit adjectum, ſic ut aut pueriles, aut muliebres manus adhibeantur, quo mollior earum tactus ſit.* Supra Serenus:

*Vel nitro ac ſale permiſtis, acidoque liquore*
*Laxatis (ut ſunt ſimul allia) tangere corpus.*

KEUCH. *Nitro, ſale* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. Pictor. marg. Pith. *fricto ſale* Reg. *frixo commiſcet acetum* Vet. Lipſ. *pervalidum* etiam Leid. & Ed. Vet.

512. ATQUE OLEI SUCO REFRICANT TURGENTIA MEMBRA.] Primo *refricat*, refexi-

Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt.
Nec non adpoſito curantur dropace membra,
Aut calido filicis radicem mollit Jaccho,
Qui ſubito raptos ventos ſucoſque revellit:
Unguine quo frangit vires languoris aquoſi.

CA-

ſcribunt ex eodem Celſi loco. Uterque verſus tamen diſtinctus exhibetur in antiquioribus libris: Verum cum hydropem *λευκοφλεγματίαν* ſive *ἀνασαρκίδιον* intelligat, vereor, ut haec lectio ſatis vera ſit & antiqua. Quare avito caeteriſque addicentibus legendum ſuadeo: *refricant albentia membra.* Horatius Sat. 2. lib. II. *pinguem vitiis albumque.* Oda II. lib. 2. *& aquoſus albo Corpore languor.* Quod expreſſit Serenus cap. V.

*Unguine quo frangit vires languoris aquoſi.*

KEUCH. *Recreat* Reg. Ed. Venet. *recreat albentis* Lipſ. *recreatque albentia* MSS. Geſn. *refricat albentia* Leid. *refricat turgentia* Ald. marg. Conſt. *refricans* Caeſ. Pictor. verbo vero *refricare*, iteratam fricationem notat, nam Celſus quotidie ter quaterque & vehementer fieri, ſed a ventre abſtineri jubet.

513. FRAXINEUM SEMEN CUM BACCHI RORE BIBENDUM EST.] Plinius libro XXIV. capite 8. de fraxino: *ſemen foliis ejus ineſt, quo medentur jocineris & lateris doloribus in vino, aquam, quae ſubit cutem, extrahunt.* Sic ille Plinii locus eſt legendus & interſtinguendus. KEUCH.

514. NEC NON APPOSITO CURANTUR DROPACE MEMBRA,] De *Dropace* Galenus, lib. VI. de bona valetud. *unguenti* (inquit) *genus eſt, quod a Graecis hodie δρώπαξ dicitur, utpote quod & diſtribuendo in corpus alimento, & nutritioni conducit.* CAESAR. Dropax, & Dropodiſmus, ruptorium eſt, ſeu veſicatorium, qua ſubcutaneae aliquando extrahuntur humiditates, potiſſimum ſi alia non contulerint medicamenta, ſicut in meo compendio medicinae clare oſtenditur. PICTOR. *Drupacem appoſitum* intellige, *δρωπακιστικὰ φάρμακα*, linimentum dropace inunctum. Sic habes apud Aeginetam libro primo, capite trigeſimo, cujus locus ita ſanandus: *κωθεῖσαν λίνον εἰς αὐτὸν καταβαφὲν τοῦ δρώπακος, καὶ ἀποσπασθὲν ἐξέλκει, ἅμα γὰρ τῆς τρίχος ἐκκάθαρσις γίνεται, καὶ ἅμα τῆς ἀκοῆς ἀπόκλεισις.* Etiam *ψίλωθρα φάρμακα dropacem* vocabant. Martialis X. Epigr.

*Levis dropace tu quotidiano,*
*Hirſutis ego cruribus, geniſque.*

*levis dropace quotidiano* levigatus faciem quotidianis depilationibus. qui ejuſmodi dropaciſtis operam dabant, nudi ad ſolem exponebantur. KEUCH. *Appoſito bidropace membra*, omiſſo *curantur* Leid. *curantur hydropace* Ed. Vet. alios legere, *curantur Hydropica membra*, ut intelligatur ſemine fraxini cum vino, aut aliquo praedictorum appoſito, curantur, notat manus docta ad Edit. Aldi ſilior.

515. AUT CALIDO FILICIS RADICEM MOLLIT JACCHO,] *Salicis radicem mollit Jaccho*, liber Gryphianus. *filocis* avitus: unde *filicis* videtur retinendum. Vide etiam Plinium. KEUCH. *Filicis* Reg. Ed. Vet. Lipſ. Humelb. (qui & *mollis*) Ald. *ſalicis* Caeſar. Pictor. Pith. Gryph. *filicis* marg. Pith. & Tornaeſ. *hyaccho* Leid. Ed. Vet. *mollis* margo Conſtant.

516. QUI SUBITO RAPTOS VENTOS SUCCOSQUE REVELLIT] *Qui ſubito ruptos*, melior avitus. Cicero in Vatin. *ut aliquando iſti ilia, quae ſunt inflata, rumpantur.* Virgilius: *rumpantur ut ilia Codro.* eo verbo magis etiam *τυμπανίας* exprimitur. KEUCH. Deeſt hic verſus Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Humelb. Caeſ. Pictor. *raptus* Voſſ. Conſtantinus in margine addit ad vocem *ventos*, *in tympanite.*

517. FRANGIT] *Frangis* Leid. Ed. Vet. Humelb. *quae frangit* Paderb. forte *franges. virus* Ald.

# CAPUT XXVIII.

*Ventri Molliendo.*

Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,
Potibus aut duris reſtricta morabitur alvus.

Vin-

518. Specie,] Id eſt qualitate. CAESAR. & PICTOR.

518 Saepe cibi specie, vitio vel corporis ipso, Potibus aut duris restricta morabitur alvus.] MSS. *ſaepe tibi*, neſcio, quam bene. WOLF. Quum cibi ſpecie, id eſt, qualitate ſaepe remoretur alvus, quales ſpecies à Celſo numerantur libro ſecundo, capite trigeſimo; vel ipſo corporis vitio, puta, jecoris inflammati, caeterarumque partium internarum: vel denique duriore potu aſſumpto adſtricta fuerit: commode eam moram talibus remediis, qualia hic numerantur, ſanabis. Hic ſenſus eorum verſuum ſed aliter ex melioribus antiquis legendorum:

*Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,*
*Potibus aut duris quum adſtricta morabitur alvus,*
*Vincetur ſellae mora gramine Mercuriali.*

ſcriptum erat in aviris membranis:

*Vincetur ſalae mora gramine Mercuriale.*

quae ſcriptura eum minus arrideret, extemplo reformabam, *ſellae mora*, eamque conjecturam meam viro τῷ κριτικωτάτῳ elegantiſſimo Joh. Fred. Gronovio per epiſtolium comprobabam. *ſellae moram* vocat, alvum reſtrictam & morantem. Marcellus Empiricus alibi pari modo loquitur & eodem ſenſu: *per vomitum & ſellas*, τὰς ἀφεδρῶνας. Heſychius: ἀφιδρῶνες, σίλλαι, σελλάρια, συνήθεια ἀναγκαῖα: quae poſtrema legenda ſunt, συνηθείας, ἀναγκαῖα. *ſellas familiaricas* vocant rei rusticae autores, & *ſellas familiae* Cato. Inde *adſellare*, verbum ſolenne Vegetio de re veterinaria, quod gloſſae exponunt ἀφοδεύειν. libro III. cap. 59. *deinde ſale & melle miſtis in anum infundes, ut adſellandi augeat voluntatem.* Samonicus hoc dixit: *ſalſum multumque capeſſes.* Eam autem ſellae moram gramine mercuriali, (vel *mercurialis*, ut alias etiam legitur) emollies: hoc, quod Scribonius Largus capite XXXIV. ſubindicat, cum dicit: *mollit ergo alvum herba mercurialis; lenibus oleribus quam plurima mixta.* Quae verba, ut alia remedia, verbotenus ab eo deſcripſit Marcellus capite XXX. Sed obſervandum aliter, ibidem praeſcribi eam herbam, nimirum cum lenibus oleribus; aliter à Sereno, cum adjecto melle. Idem Marcellus eodem capite cholericis hanc compoſitionem commendat, quam adſtrictis Serenus. Verba ejus ſunt: *herba mercurialis pro certo bilem potentiſſime protrahit, ſi eâ coctâ vice oleris veſcaris, ejuſque aquam in qua cocta fuerit, adjecto melle potaveris. hoc enim aegris ſine difficultate ſuccurrit. ſanis eadem aqua cum condito, ſi ita malint, optime datur.* Quae verba, & ventri molliendo eandem ſyntheſin conducere, ſatis innuunt; plura enim medicorum conſilia ſunt, quae ſingula diverſis morbis & affectibus accommodantur. Plinius hoc ipſum de eadem mercuriali vel ejuſdem decocto, ex Hippocratis autoritate teſtatur, libro XXV. capite 5. *decoctum ejus dedit cum myrrha & thure. alvo quidem ſolvendae, vel in febri: decoquitur, quantum manus capiat in duobus ſextariis aquae ad dimidias. bibitur ſale & melle admixto, nec non cum ungula ſuis, aut gallinaceo ſalubrius. Purgationis cauſa putavere aliqui utramque dandam* ) utrumque ejus genus ) *ſive cum malva decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt, ſed ſtomachum laedunt.* Dioſcorides lib. IV. cap. 191. περὶ λινοζώστεως. Κινοῦσι δ' ἀμφότεραι κοιλίαν λαχανευόμεναι καὶ ἐσθιόμεναι. ἑψηθεῖσαι δὲ ἐν ὕδατι καὶ πινομένου τοῦ ὕδατος, ἄγουσι χολὴν καὶ ὑδατώδη. KEUCHEN. *Saepe tibi ſpecies ventris, vel*

Lipſ.

Vincetur talis mora gramine Mercuriali,
Cujus aquam cocti minimo cum melle bibemus.
Prunaque conveniunt, quae mittit clara Damaſcus.
Multos praeterea medici componere fucos
Adſuerunt: pretioſa tamen quum veneris emptum,
Fallêris, fruſtraque immenſa nomiſmata fundes.
Quin age, & in tenui certam cognoſce ſalutem.
Aut igitur tectum lana ſupponis alumen,
Aut edis in patinis tenerae decocta ſabuci,
Vel cum lacte caprae ſalſum mulſumque capeſſes.

Cre-

Lipſ. *cum adſtricta* margo Conſtant. quae & *mercurialis. reſtincta* Reg. vid. ad cap. xx. imitari hic Horatium, qui Sat. II. IV. 27. dixit, *ſi dura morabitur alvus* notat Morgagn pag. 88. de *ſella* vid. Rhod. Lexic. Scribon.

520. MERCURIALIS ] *Bingel kruit* Mercurii inventum. PICTOR. Vid. Bodae. ad Theophr. IX. 19. pag. 1160.

521. COCTAM ] Legunt reliqua exemplaria *cocti*. WOLF. *Coctam* Leid. Ed. Vet.

522. PRUNAQUE CONVENIUNT, QUAE MITTIT CLARA DAMASCUS. ] Male hic verſus affectus eſt in veteri avito:

*Pamaque conveniunt, quae mittit cara Damaſcus.*

miror, neminem eam lectionem ex ſchedis exaratis indicaſſe, aut inventam quitum eſſe ſanare. nos tamen haud ingenio deerimus ex aequo decernentes, prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Scribo igitur:

*Pomaque conveniunt, quae mittit cara Damaſcus.*

*poma* pro prunis, μῆλα ἀντὶ τῶν κοκκυμήλων Nicander: μῆλον ὃ κόκκυγος καλέουσι. Auctor collectaneorum Geoponicῶν: κοκκύμηλον, ἐστὶ ὃ νῦν καλοῦμεν Δαμασκηνόν. Plinius de Perſeae pomo: *ſed ubi nux illi, huic pomum differens brevitate ac mollitie.* ubi *prunum* pro *pomum*, reſtituerunt emendatores. Nos in Sereno eam lectionem non abſurdam toleramus. KEUCHEN. Vid. ad Nemeſian. Ecl. III. 38. & mox vſ. 543. pro ficu *pomum* poſuit Sedulius lib IV. 47. *clara Damaſcus* Leid.

524. EMPTUM, ] *Emptu* Ed. Venet. Lipſ.

525. IMMERSA ] Legunt *immenſa*. WOLFIUS. *Immerſa* Leid. Ed. Vet. Humelb. *fundens* Reg. dein *falleris & fruſtra immenſaque nom. fundis* Ed. Venet. *Falleris & fruſtraque i. n. fundis.* Lipſ. *immenſa* hic eſt innumera, vid. ad cap. III. *fundere* hic eſt pro profundere, perdere, ut *fundere verba* apud Ovid. VII. Met. 590. ubi vide notas. BURMANN.

526. CERTAM ] *Certa cognoſcere* Lipſ.

527. AUT IGITUR TECTUM LANA SUPPONIS ALUMEN, ] Videtur tale indicare, immo deſcribere medelae genus, quale eſt, quod Graeci βάλανον vocant, noſtri *glandem*, medicorum vulgus *ſuppoſitorium*. CAESAR. Ex tecto alumine bombace, feceris βάλανον, id eſt, ſuppoſitorium. PICTOR. Notant, in alio legi, *tactum*: ineptiſſime. Marcellus *aluminis liquidi paululum lana involutum, & podici ſubjectum evocat ſtercus, & ſine fatigatione deducit.* Idem alterum verſum exponit: *ſambuci coliculi teneri decocti cum oleo & garo manducati, ventrem continuo ſolvunt.* KEUCH. Heinſius tamen *tactum* praeferebat, quod eſſet vel unctum, infectum, vel tinctum, ut ſaepe alibi: ſed hoc lanae hîc loci non convenit. vid. cap. III. *tectum* Lipſ.

528. TENERAE SABUCI ] Id eſt ſambuci extrema. PICTOR. *Teneris* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *patenis* etiam Venet. vid. ad Phaedr. I. fab. 26.

529. SALSUM ] Οἶνος θαλάσσιος Scaligero eſt.

529. VEL CUM LACTE CAPRAE SALSUM MULSUMQUE CAPESSES. ] MS. *mel cum lacte*. WOLF. Nihil cenſeo mutandum. inter ea, quae ventrem moveant, à Celſo connu-

Crede tamen potum meliorem lactis equini:
Dicitur hic validos aſinae pervincere ſucos.
Silveſtris fici lacrimam prodeſſe loquuntur.
Quodque ſatis melius verbis dicemus Horatî,

Mi-

numerantur etiam *lac*, *lactaria omnia*, *mulſum*, *vinum dulce*, *vel ſalſum*, *aqua tenera*, *omnia tepida*, *dulcia*, *pinguia*, *elixa*, *juru-lenta*, *ſalſa diluta*. Marcellus capite xxI. *Serum de lacte bubulo adjecto melle & ſale, quantum ſatis ſit, potui ſumptum, morantem alvum impellit. Serum de lacte equino potui datum, facile & ſine periculo ventrem molliter purgat. Aſininum lac cum melle potui datum, ventrem facile & ſine periculo ſolvit.* Quae verba ſunt inſtar interpretationis trium verſuum à Sereno ſic exaratorum, quorum prior in avito noſtro tamen ad hunc modum ſcriptus exhibebatur:

*Vel cum lacte caprae malvam mulſamque capeſſes.*

quod aliorum, opinor, medicorum conſilio repugnat. *malvam* quidem ad hunc uſum commendant, ut Martialis x. Epig. 48.

*Exoneraturas alvum mihi villica malvas*
*Attulit.*

& Macer, cujus hi verſiculi citantur de malvâ:

*Dixerunt malvam veteres, quod molliat alvum,*
*Eſſe cacoſtomacham Sextus Niger aſſerit illam.*

Plinius medicus libro IV. cap. 5. *Dioſcorides & Galenus criminantur in malvis, quod corpus minime alant, ſed citato lapſu per meatum ventris erumpant.* Sed eadem ſyntheſi cum ceteris eandem non praeſcribunt. non igitur ea damnanda ſunt, quorum probabilior in medicina eſt uſus. Caeterum & idem verſiculus in aliis libris tranſpoſitus legebatur, ut ad oram editionis ſuae notavit Henricus Stephanus:

*Vel ſalſum mulſum caprae cum lacte capeſſis.*

KEUCH. *Vel tu lacte* Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *vel ſalſum mulſum caprae cum lacte capeſſis* Ald. marg. Conſtant. *capeſſis* etiam Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb.

531. PRAEVINCERE] Legunt *pervincere*. WOLF. *Praevincere* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humel. *dicitur & validos aſinae lac vincere ſuccos* Ald.

531. ASINAE SUCOS] Id eſt, lac aſininum, quod inter omnia lactis genera, primas habere narrant. PICTOR.

532. SILVESTRIS FICI LACRIMAM PRODESSE LOQUUNTUR.] *Lachrymam* vocat, quem *lacteum ſuccum* Dioſcorides. περὶ σύκων lib. I. 183. ὁ δὲ ὀπὸς τῆς ἀγρίας καὶ τῆς ἡμέρου συκῆς, πηκτικός ἐστι γάλακτος ὥσπερ ἡ πιτύα, λύει δὲ καὶ τὸ πεπηγὸς ὥσπερ τὸ ὄξος. ἑλκωτικός τε σωμάτων καὶ ἀναστομωτικός, κοιλίας τε λυτικός. Caeteri medicorum filii δάκρυον appellant cum Sereno. Ariſtoteles libro nono de hiſtoria animalium: φέρουσι τῶν τ' ἄλλων ἐνδένδρων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα. Theophraſtus primo φυτῶν αἰτιῶν: τὸ γὰρ ὅλον πολὺ λίαν ὑγρότης αὐτὸ τὸ διαιρεῖν, ἕως ἔτι μένει τὸ δάκρυον. Idem & ὀπὸν (*lac* etiam Varro nominat) & δάκρυον eodem libro conjungit. In quarto conſuetudinem ſermonis expoſuit, &, quid ipſe hac de re ſentiret, timide tamen indicavit: καλεῖται δὲ τὸ μὲν ὀπὸς, τὰ δὲ δάκρυα, κοινότερον δὲ ὁ ὀπός. διαφέρει δὲ ἴσως οὐδέν. Inde ὀπίαν caſeum appellat Cyclops apud Euripidem:

Καὶ τυρὸς ὀπίας ἔστι καὶ βοὸς γάλα.

KEUCH. vid. ſup. ad cap. v.

533. QUODQUE SATIS MELIUS VERBIS DICEMUS HORATÎ,] *Satis melius*, ſatis bene, vel optime. Virgilius I. Georg. 286 *Nona fugae melior. ſatis melius*, ut *magis melius*, apud Boëthium de conſolatione philoſophiae, libro II. cap. 5. KEUCH. *Quodque ratis* Heinſius, qui amabat hanc vocem, ut *rata verba*, *vota*, ſaepe illuſtravit ad Ovidium & alios. *dicetur* Paderb. illud *ſatis melius*, licet pro valde, vel bene *ſatis* liceret *ſumere*, non placet tamen. forte, *quodque patris m.* ut Horatius *pater* dicatur, ut ipſe Ennium *patrem* vocat I. Ep. XIX. 7. vid. Torrent. ad Horat. II. Sat. I. 12. & Celſus praefat. lib. VII. *Triphonem*, *patrem* vocat honoris cauſa, ut cenſet Rhod. in Lexico Scribon. in *Triphon*.

quam-

Mitulus, & viles pellent obſtantia conchae.
Sed cochleas prius eſt urtica aut furfure paſci,
Purior hinc guſtus noxa ſine moverit alvum.
Saepe thalaſſomeli adjecto cumulavimus imbri:

Haec

quamquam ibi poſſet ita dici, ut diſtinguatur a filio. quod malim credere, nam & lib. VI. cap. 5. eum eodem modo nominat. ita *Curio pater* Sueton. Caeſ. IX. & XL. & alibi. *Pater Catulus* Ciceroni, & frequenter ſimilia. & ita paſſim priſci poetae honoris cauſſa appellantur. BURM.

534 MUGILIS] In impreſſis *mugilis*. in MS. *mitulus*. WOLF. Horatii verſum aliter exhibent optimi Codd. Horatiani:

*Mitulus, & viles pellent obſtantia conchae.*

μύακες & κόγχαι eadem naturâ medicis obſervantur. aptius tamen *mitulum* ac *mugilem* conchis jungi, me docuit amiciſſimus Gronovius. De conchis Athenaeus III. 9. Διοκλῆς ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς, κράτιστά φησιν εἶναι τῶν κογχυλίων πρὸς διαχώρησιν καὶ οὔρησιν μύας, ὄστρεα, κτένας, χήμας. Idem cap 12. ex Diphilo Siphnio medico ſcribit, urticam marinam (*conchae* genus eſt) alvo ducendae commodam eſſe, provocare lotium, ventriculum juvare: Δίφιλος ὁ Σίφνιος ἰατρὸς, ἡ δὲ ἀκαλήφη, φησὶν, ἐστὶν εὐκοίλιος, οὐρητικὴ, εὐστόμαχος. &c. KEUCH. *Mutulus*, & in marg. *musculus* Paderb. *mytilus* Leid. Ed. Vet. Humelb. *mitidus* Lipſ. *mitulus* Reg. Ald. qui etiam duos ſequentes verſus, quaſi Horatii eſſent, notavit ſigno quodam; perperam: ut recte Morgagnius pag. 75. vide de *mitulo* Crucq. ad Horat. II. Sat. IV. 28. *viles pellent* Pictor. ſequens verſus *purior* deeſt Regio. *viles conchae*, faciles paratu opponuntur pretioſis medicaminibus. vid. ad cap. XIII. BURM.

535. SED COCHLEAS PRIUS EST URTICA ET FURFURE PASCI,] *Prius* id eſt, melius. Infra cap XLIX.

*Sed prius eſt oleo partus ferveſcere ranae.*

Paſcebantur autem ſagina, quâ fiebant altiles & ſalubriores. Gloſſae, σίτευμα, ἡ σίτευσις, *ſagina cochlearum*. Plinius de Fulvio Hiſpino: *quin & ſaginam earum* (cochlearum) *commentus eſt ſapa & farre, aliiſque generibus* (inter ea *urticam* intellige) *ut cochleae quoque altiles ganeam implerent*. eundem ſaginandarum cochlearum modum etiamnum in Anglia obſervant. De ſalubritate cochlearum alterum verſum intelligit, cum dicit:

*Purior hinc guſtus noxâ ſine moverit alvum.*

*Purior*, melior, ſalubrior. Horatius II. Epiſt. I. 34.

*Si meliora dies; ut vina, poëmata reddit.*

*meliora*, puriora, χρηστότερα. Omnes cibos exquiſitiores χρηστὰ Graeci dicebant, *puriores* Latini: unde χρηστοφάγοι, qui iis delectabantur. In conſtitutionibus Clementis Apoſtolicis de Epiſcopo: ἔστω δὲ μὴ δάπανος, μὴ τρυφητὴς, μὴ ἡδύβιος, μὴ χρηστοφάγος. KEUCH. *Prius urtica* ſine *eſt* Ed. Venet. Ald. Lipſ. *urtica & ſulfure* Leid. *prius* hic eſt, utilius, praeſtantius eſt, ut apud Terent. Eun. I. I. *nihil prius*. vid. ad Phaedr. I. 13. BURM.

537. CUMULABIMUS] Legunt *cumulavimus*. WOLF.

137. SAEPE THALASSOMELI ADJECTO CUMULAVIMUS IMBRI.] Thalaſſomelon vinum, praecox vinum eſt & vetuſtius. Plin. lib. XIV. S. PICTOR. Vid Plin. lib. XXXI. 6. & Dioſcor. V. 17. CONSTANT. Marcellus: *Thalaſſomeli, quod jucundiſſime & inflationes deponit, & ventrem purgat ſine ſtomachi vexatione*. & tamen vehementer purgare conſtat. περὶ θαλασσομέλιτος Dioſcorides V. 20. δοκεῖ καθαίρειν ἀνδρικῶς. Sed ille Sereni verſus ex libris antiquis exhibetur:

*Saepe thalaſſomeli junctum cumulavimus hymbri.*

corrigo: *Saepe thalaſſomeli fundum cumulavimus hymbri. fundum* latine vocat imam ventris partem, ſive ipſam alvum, faeces congeſtas continentem. Ita *cordis, jecoris, uteri fundum* dicebant medicorum filii. Gloſſae: κοιλία, *ventris fundum, alvus* Saepe eſt compoſitione, quae aequis portionibus maris, mellis & imbris ex alto, id eſt, aqua marina de profundo, cum ſale mixta & pari menſura mellis optimi deſpumati commiſcetur, remorantem alvum reſolvimus, ſive fundum

pur-

Haec purgant, parili fuerint ſi pondere mixta.

## CAPUT XXIX.

*Solutioni Ventris, & Dyſenteriae Compeſcendae.*

Tam varii caſus mortalia ſecla fatigant,
Ut ſint diverſis obnoxia corpora morbis.
Saepe etenim nimio curſu fluit impetus alvi:
Frenat commixto quum fervet braſſica vino,

Aut

purgavimus: hic ſenſus eorum verſuum nec ad ſuperiores trahendus: ſolum enim θαλασσόμελι commendat ad alvum difficilem reſolvendam ſive molliendam. KEUCH. *Thalaſſomel* Ed. Venet. Lipſ. *adjecto* Leid. Reg. Ed. Vet. Humel. Conſt. *vinctum* Pictor. *junctum* Paderb. Lipſ. *cumulavimus* Ed. Venet. Ald. Lipſ. Caeſar. Pith. *Thalaſſomeli* etiam commendat Plin. Valer. II. 23. &, quomodo fieri debeat, docet: nimirum ex aqua marina, & coeleſti, & melle eadem menſura & portione. BURM.

538. HAEC PURGANT, PARILI FUERINT SI PONDERE MIXTA.] Id eſt, ejus θαλασσομέλιτος ſyntheſis & commixtio alvo adſtrictae medetur. cujus compoſitionem habes apud Dioſcuridem libro V. capite 20. & Marcellum capite 20. KEUCH. *Pondera* Lipſ.

539. TAM VARII CASUS MORTALIA SECLA FATIGANT,] *Secla* de humana aetate dixit: vel *ſecla* pro genere humano. Lucretius libro I. 21.

*Efficis, ut cupide generatim ſecla propagent.*

III. 753. *Deſiperent homines, ſaperent fera ſecla ferarum.* VI. 766. *ſerpentia ſecla ferarum.* Serenus *aevum* de humanâ aetate dixit cap. XXIII.

*Perpetuoque aevo frontem praeſtare ſeveram.*

KEUCH. *Quam varii* Paderb. *mortalia ſecla* pro hominibus ſaepe Lucretius. imitatus & Claudianus II. in Rufin. 473.

*Et poſt emeritam mortalia ſecula vitam*
*Deveniunt.*

Vide Heinſ. ad II. Rapt. Proſ. 311. & Barth. ad Stat. XI. Theb. 592. BURM.

540. DIVERSIS] Id eſt, contrariis: reſtricta enim alvo ſaepe laborat homo, ſaepe etiam nimio curſu alvi. vid. ad cap. II. IDEM.

541. SAEPE ETENIM NIMIO CURSU FLUIT IMPETUS ALVI:] Διαῤῥοία. CONSTANT. Liber avitus:

*Saepe ego cum nimio curſu fluit impetus alvi.*

Scribo: *Saepe, age, cum nimio curſu fluit impetus alvi.* impetus alvi, ut apud Celſum libro IV. capite XIX. *primo die quieſcere ſatis eſt, neque impetum ventris prohibere. fluor* autem & *fluxus* proprie de alvo reſoluta dicitur. Idem Celſus; *ſed uno die fluere alvum ſaepe pro valetudine eſt.* Serenus de dyſenteria mox.

*Sin autem longo decurrent intima fluxu.*

& infra:

*Immenſum poterit potu retinere fluorem.*

Antigonus dixit: διακόψαντες δὲ προσαφοδεύειν πόῤῥωθεν. illud πόῤῥωθεν eſt, per longos fluxus & aſpergines. Apulejus libro IV. *niſi dolore plagarum alvus artata, crudiſque illis oleribus abundans, & lubrico fluxu ſaucia, fimo fiſtulatim excuſſo, quoſdam extremi liquoris aſpergine, alios putore nidoris foetidi à meis jam quaſſis ſcapulis abegiſſet.* KEUCH. *Curſum* eleganter vocat, ut noſtrates *de loop.* ita de menſtruis feminarum cap. XXXIV. ubi & *immenſum impetum* de nimio curſu dicit. & ita *menſtruos curſus* dixit Plin. XI. 39. & noſter etiam de urina cap. XXXII. BURM.

542.

Aut ceraſi victum longo jam tempore pomum.
Sucus aminacae vitis cum pane medetur:

Vel

542. FRENAT COMMIXTO QUUM FERVET BRASSICA VINO,] *Quum fervet*, non leviter, ſed quum percoquitur. Dioſcorides περὶ κράμβης II. 146. ἡ ἥμερος ῥάφανος, ἀκριβῶς ἑψηθεῖσα, καθεψηθεῖσα δὲ κοιλίαν ἵστησι, καὶ μᾶλλον ἡ δίεφθος καὶ ἐν κονίᾳ ἑψηθεῖσα. Plinius XX. 9. ubi Graecorum opiniones de braſſica Catonis couvenire memorat, tandem adjungit: *biles detrahere non percoctam putant, item alvum ſolvere, eandemque bis coctam ſiſtere. vino adverſari, ut inimicam vitibus.* Sed in avito ſcriptum:

*Fraenat non miſto quum fervet braſſica vino.*
*non miſtum*, eſt ἄκρατον. χάλιν vocant antiquiſſimi Poetae Graeci. Hipponax: ὀλίγα φρονοῦσιν οἱ χάλιν πεπωκότες. Gloſſae: χαλίκρατον μέθυ, οἶνος κεκερασμένος. Apollonius, πῖνε χαλίκρητον λαρὸν μέθυ. quae Sereni lectio ex Dioſcoride poſſet admitti: nihil tamen immutandum. neque omnem braſſicam coctam medici intelligunt, ſed ſuperiorem braſſicae cymam. Cato de Re ruſticâ, capite CLVI. *alvum ſi voles dejicere ſuperiorem, ſumito braſſicae, quae leviſſima erit*, p. IV. Viri doctiſſimi recte reſtituerunt: *alvum ſi voles dejicere, ſuperiorem ſumito cymam braſſicae.* quid *cyma* ſit, te Plinius docebit libro XIX. cap. 8. KEUCH. Heinſ. corrigebat, *frenat cum mixto.* ſed Scaliger, *frenat cum miſto conſervens. frenet* Lipſ. ſed nihil muto. braſſica vino commixto dictum, ut cap. XVII. *ſemine raphani permixto mella.* & ita alibi. *frenare tuſſim* dixit etiam cap. XVII. BURM.

543. AUT CERASI VICTUM LONGO JAM TEMPORE POMUM.] Ceraſum torrefactum. PICTOR. *Pomum ceraſi*, ut, *Caſtaneas coxiſſe nuces.* Grammatici ſanciunt: *nuces generaliter dici omnia tecta corio duriore, ut ſunt avellanae, amygdalae, juglandes, caſtaneae: ut contra poma dici, omnia molliora.* Afranius: *pomum olus, ficum, uvam.* Cicero oeconomico: *oleam, ficos, poma non habet.* Graeci μῆλον aliquando de omni genere fructuum ὀπωρικῶν uſurpant, aliquando ad certam ſpeciem reſtringunt: ita & Latini ſuum *pomum.* Heſychius: μῆλον, παντὸς δένδρου καρπὸς, ἐξαιρέτως δὲ τῆς μηλέας. idem: μῆλον, πᾶς καρπός. antiqui *malum* de noſtro pomo dicebant, & *pomum* περὶ τῆς παντοίας ὀπώρας. Gloſſae *pomum*, ὀπώρα: *pomarium*, ὀπωροφυλάκιον. *Ceraſi pomum* ideo recte Serenus dixit. Ammianus XXII. *Ceraſus, unde advexit ejuſmodi poma Lucullus.* eam interpretationem Sereno accommodant ineptiſſimi rerum medicarum interpretes: quaſi nimirum à Lucullo, qui primus ceraſos Romam è Ponto invexit, longo ab hinc tempore pomum notum dicatur & victum. Hieronymus: *hoc genus pomi Ponto & Armeniâ ſubjugatis de Ceraſunte primus Lucullus Romam pertulit: unde & de patria arbor nomen accepit.* Quod etiam ineptiſſimum. nam & ante Lucullum in Italia ceraſa fuerunt. Servius ad Virg. II. Georg. 18. *hoc pomum* (de ceraſo loquitur) *etiam ante Lucullum erat in Italia: ſed durum & cornum vocabatur; quod poſtea mixto nomine cornoceraſum dictum eſt.* κερασοῦς ἀπὸ τῶν κερασίων, ut ἀγνοῦς, ἀμυγδαλοῦς, ἀρχαδοῦς, ῥαμνοῦς, μυῤῥινοῦς, & ſimilia his, ab aliis plantis locorum deducta nomina. nihil ineptius eſt, quam eam expoſitionem hiſtoricam pro medicâ Sereno accommodare. *Pomum ceraſi longo tempore victum*, ille ſiccatum vocat, quod alvum adſtringat. Dioſcorides περὶ κερασίων I. 157. κεράσια καὶ αὐτὰ μὲν χλωρὰ λαμβανόμενα, εὐκοίλια τυγχάνει. ξηρὰ δὲ ἵστησι κοιλίαν. KEUCH. Heinſ. *ſiccum* malebat, vel etiam *victum.* Joh. Rhod. de Acia cap. XV. ex Bartholini membranis *vinctum* praeferre videtur, & explicat ceraſa ſerti modo ad ſiccitatem aëri expoſita, quod admodum durum & improprie dictum foret. nos vulgatum retinemus. Propert. III. II.

*Annorum aut ictu pondera victa ruunt.*
Vide ad Valer. Flac. I. 829. victum pomum eſt ſiccatum diuturnitate. De *pomo* vid. ad cap. XXVIII. vſ. 522. ſi ad Luculli tempora reſpexiſſe quis credit Samonicum, legat *dictum.* ſed praeſtat *victum*. BURM.

544. SUCUS AMINAEAE VITIS CUM PANE MEDETUR:] Id eſt vinum omphacinum, quod eſt vinum de uvis immaturis, quae ante canis ortum colliguntur: vide Plin. XII.

 cap.

Vel bene permixtum calida potatur acetum.
Vile quidem facili facto, tamen utile opinor,
Si laedunt medicâ data purgatoria dextrâ,
Adjecto piperis medicatur pulvere calda.
Sin autem longo decurrent intima fluxu,

Ar-

cap. 27. PICTOR. Celſus etiam *panis circa ſelibram ex vino aminaeo mero* ſumendam praecipit, libro IV. 19. de ventris fluxu & ejus curatione. *Aminaea vina*, longe notiſſima. Virgilius II. Georg. 97.

*Sunt & aminaeae vites, firmiſſima vina.*

ubi *Tamineae*, Verrius ex antiquis legiſſe videtur. Heſychius, quod apud nullum reperias: Ἀμιναῖον, δι᾽ ἰοῦ, ι, τ̃ οἶνον λέγει. οἱ γὰρ Πευκετίοι, Ἀμιναῖα λέγονται. Vetus Inſcriptio (apud Grater. CCXV. 2.) VINEAM. VOBIS AUGUSTALES IDCIRCO. DARI. VOLO. QUAE. EST. AMINAEA. Iſidorus ex Servio: *Aminaeum, quaſi ſine minio; id eſt, quaſi ſine rubore, nam album eſt.* Sed Graeca vox eſt. Ἀμιναία σταφυλὴ apud Dioſcoridem. *ſuccum*, ipſum vinum vocat. Celſus *ex vino aminaeo mero.* Male uvae ſanguinem exponunt, αἷμα τῆς σταφυλῆς: vel ὀπὸν, vitis humorem ab arbore deſtillantem. *lachrymam* eam Serenus appellat, nunquam *ſuccum*. KEUCH. Vid. Rhod. ad Scrib. p. 123. ita & Horat. III. Od. III. *nectaris ſuccos ducere* dixit. de ſyllabarum modo in voce *Aminaea* lis eſt inter Grammaticos, de qua vid. Pier. ad Virg. d. l. & Borrich. de Ling. Pharmacop. in hac voce. vid. & inf. cap. XXXVII. de vino Aminaeo etiam videndus Voſſ. ad Catul. Carm. LXIII. pag. 155. & Rhod. ad Scrib. Larg. comp. LXIV. BURM.

545. VEL BENE PERMIXTUM CALIDA POTATUR ACETUM.] Celſus ubi ſupra: *frigidam autem aſſidue potionem eſſe debere, contra priores autores Aſclepiades affirmavit, & quidem quam frigidiſſimam. Ego experimentis quemque in ſe credere debere exiſtimo, calida potius an frigida utatur.* KEUCH. *Caſida* Leid. & Reg. Ed. Vet. *mel b. p. calido p. aceto* Ald. *mel b. p. calido p. acetum* Pictor.

546. VILE QUIDEM FACILI FACTO, TAMEN UTILE OPINOR,] Libri meliores: *Vile quidem, facile eſt factu, tamen utile opinor.* KEUCH. *Facili facto* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. Humel. Caeſ. Pict. Conſt. & aliae. *facile factu* Pith. *facile eſt factu* Paderb. quod placeret, ſi copula addatur, *vile quidem & facile eſt factu, tamen utile. atile puto* Reg. *utile foret* Leid. Ed. Vet.

547. SI LAEDUNT MEDICA DATA PURGATORIA DEXTRA, ADJECTO PIPERIS MEDICATUR PULVERE CALDA.] Impreſſa, *ſi laedunt media d. p. dextra.* At. MS. *ſi laedent medicae te purgatoria dextrae.* WOLF. Ad oram editionis à Stephano curatae legitur:

*Si lentent medica data purgatoria dextra.*

forte reponendum: *Si lateant medicâ data purgatoria dextra. letaant*, mendoſe ſcriptum in avito. Judicent eruditiores. *calda* θερμὸν. Gloſſae: *calda aqua*, θερμὸν ὕδωρ. ita *calda aqua* integre apud Vitruvium libro V. cap. 10. hoc creberrimum occurrit apud Marcellum. Varro libro ſeptimo de L. L. *monet caldiſſimum tamen non dici, etſi analogia id poſtularet.* De Sextiliano Martialis lib. I. Ep. 12.

*Jam defeciſſet portantes calda miniſtros;*
*Si non potares, Sextiliane, merum.*

KEUCHEN. *Si laedent modicum tum purg.* Leid. Ed. Vet. Humelb. *ſi laedent medicata.* Reg. *ſi laedent medica tum p.* Venet. Lipſ. *ſi lentent medica data* Ald. & Conſtant. marg. quae lectio minime videtur a ſcriba orta. *lentare* vero hic neutra ſignificatione ſumendum: ſi purgatoria effectum tardum habeant, nec cito ſatis alvum moveant, calida cum pipere eſt adjicienda, quae mundat egregie alvum, & ejicit mala, ut deinde conſiſtat alvus. ſed quidni potius a *lentere* deducamus *lentent*: nam Priſcian. lib. VIII. pag. 810. *lentere, lentare, & lenteſcere* adduxit: male *dextra purgatoria* valida, efficacia exponit Humelberg. cum *medicâ dextrâ*, id eſt manu, data purgatoria ſint intelligenda. ſed ille *modicam* legebat. BURM.

551.

Digitized by Google

Atque immane malum multo jam tempore gliſcit,
Torridus ex vino cortex potabitur ovi.
Ramentum nivei credunt prodeſſe elephantis.
Arbore Pyramea cortex derepta coquetur
Axe ſub aetherio: ſic nigro mixta Lyaeo,
Immenſum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut juſſu cedrum cum maſtiche miſces,
Mollitamque picem, & raſum de navibus unguen:
Languida quo fidens medicamine membra fovebis.
Proderit & pueris, quos dentis origo fatigat,

Ca-

551. TORRIDUS EX VINO CORTEX POTABITUR OVI.] *Corticem* pro teſta venuſte dixit. *veſtem ovi*, vocat Marcellus: *veſtem ovi delicatam interiorem ſiccatam contere, vino miſce & cola, & ex aqua calida dyſenterico da bibendam.* Graecis eleganter ὄροφος, velut tectum & fornix, ac quaſi concameratio quaedam eſt ovi. Gloſſae medicae, ὄροβος (lego ὄροφος) *ovi teſta*. Sic perperam in aliis medicis ſaepe legitur: ὠὸν ἐλέκλυσον χωρὶς τῆς ὀρόβου. omnino legendum, τῆς ὀρόφου KEUCH. *Torridus de vino* Lipſ. *corticem* pro teſta ſumi docuit & Schefferus ad Phaedr. II. 6. *veſtem* dici jam obſervaverat Barth. I. Adv. 14. BURM.

552. RAMENTUM NIVEI CREDUNT PRODESSE ELEPHANTIS.] Raſuram eboris. PICTOR. Ramentum eboris. Gloſſae Philoxeni: *ramenta*, ξύσμαι, ξύσματα. KEUCH. *Credent* Ed. Venet. Lipſ. *Elephanti* Leid. Paderb. Reg. Ed. Vet. Ald. Pictor.

553. ARBORE PYRAMEA CORTEX DIREPTA COQUETUR,] Pyramea, hoc eſt Pyrami. haec autem fuit morus, ſub qua ille, dum Thysben amicam ſuam a fera dilaceratam credidit, ſibi ipſe mortem ejus cauſſa conſcivit. hinc arborem Pyrameam nunc vocat. Fabulam habes apud Ovidium lib. IV. Metam. CAESAR. & PICTOR. *Phyramea* legit avitus. *Phyramea* pro Pyramea: ut *Phyrama* pro Pyrama, apud Plinium. *Arbore Pyramea*, id eſt, moro, ſub quâ Pyramus amaſiam ſuam Thisben à leaenâ dilaniatam credens, gladio ſe perfodit. KEUCH *Dirempta* Leid. & Vet. Ed. legendum puto *derepta*. vide Heinſ. ad Ovid. III. Met. 52. & alibi. deinde *Axe ſub attrito pix nigro m. Lyaeo* Ald. inſoletur explicat Pictor Plin. Valer. II. 28. *Corticem arboris mori interiorem teneram rades, & cum nigro vino coques in pultario novo, donec excoquatur.* an per *nigrum vinum*, Falernum forte intelligitur? ut ſaepe Martialis. vid. VIII. 56. XI. 9. & 50. *fuſcum* II. 40. certe noſter Falernum commendat ſaepe, ut *amnem falerni* cap. XLI. licet Scribonius, Celſus, & alii in genere *nigrum vinum* praeſcribant. ita & Cato de R. R. cap. CLVII. *vinum atrum*. BURM.

554. SIC NIGRO] *Tum nigro* Paderb.

555. POTU] *Potus* Lipſ.

556. NUMINIS] Id eſt Aeſculapii, vel Apollinis, ut ſaepe alibi divinam curam jactat. vid. ad cap. XXIII.

556. CUM MASTICHE] *In maſt.* Reg. ſed tunc *cedrinum* legendum. *cedrumque in* Paderb. *miſce* malebat Heinſius.

557. RASUM DE NAVIBUS UNGUEN] Sordem. PICTOR. *Zopuſam.* CONST. *Ramenta carinae* vocat cap. XXIV. *unguem* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar.

558 FOVEBIS.] *Fovebit* Reg. Lipſ.

559. PRODERIT ET PUERIS, QUOS DENTIS ORIGO FATIGAT,] Forte legendum: *quos ventris origo fatigat. ventris* integre ſcriptum invenio in veteri avito. Gloſſae: *venter* διαχώρησις, ἀποκάθαρμα. Sed illud lectionis etiam poteſt defendi, nec debet immutari, *quos dentis origo fatigat.* innuit eorum aetatem, quae uberum ſuctum jam primulum deſuevit, &, ut Hippocrates ait, ὀδοντοφυοῦντ περιστάγει. Graeci ἀπογαλακτίας appellant, *exuberes* Latini: nam qui juniores erant, *ſubube-*

Caſtaneas coxiſſe nuces & ſorba vetuſta.
Atque apium, cauleſque, rubus quos fundit acuta:
Potio quae fluidam conſumpta morabitur alvum.



*res* vocabantur, ὑπομάζιοι. Iſidorus: *ſububeres, infantes, qui adhuc ſunt ſub ubere.* Graeci medici diſtinguunt inter ὀδοντίασιν & ὀδαξισμόν. gingivarum pruritum ante dentitionem, cui dolor quidam ſubeſt, appellant ὀδαξισμόν, non ipſam dentitionem, ὀδοντίασιν vel ὀδοντοφυΐαν; ſed pruritum in gingivis ante dentes erumpentes. utriuſque nomine Serenus complexus eſt, *quos dentis origo fatigat. dentire* proprie pueri dicuntur, quibus primum dentes oriuntur, nam & *dentire* vocabant, quod Graeci μυλιᾷν. ut apud Heſiodum, ὀδόντες μυλιόωντες. Hipponax βαμβαλύζειν:

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
Καὶ βαμβαλύζω.

iis igitur, quibus jam primuli dentes ſuboriuntur, & quos dentium origo fatigat, praeſcribuntur hic ad dyſenteriam & alvum ſiſtendam caſtaneae coctae & ſorba vetuſta, id eſt, arida, magiſque ea, quae torminalia vocantur, ut Celſus habet libro II. capite 30. ea enim diſſecta & in ſole ſiccata, ventrem adſtringunt. Plinius de meſpilis & ſorbis lib. XXIII. 7. *meſpila, exceptis ſetaniis, quae malo propriorem vim habens, reliqua adſtringunt ſtomachum, ſiſtuntque alvum. Item ſorba ſicca, nam recentia ſtomacho & alvo citae proſunt.* Dioſcorides lib. I. 173. τὰ δὲ μηλίζοντα καὶ μέτρια πέπειρα τμηθέντα καὶ ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ, σταλτικὰ γίνεται κοιλίας ἐσθιόμενα. Scribo igitur ex avito libro:

*Caſtaneas coxiſſe nuces & ſorba peruſta.*

id eſt, in ſole ſiccata, ξηρανθέντα ἐν ἡλίῳ, ut habet Dioſcorides. quam lectionem ne temere ex uno libro adſtruere videar, etiam Statii teſtimonio demonſtrabo, qui alibi ad eundem ſenſum dixit:

*Et maſſis amerina non peruſtis.*

ſic *ſorba peruſta* recte Serenus appellat, quae diſſecta in ſole ſiccabantur, & alvo ſiſtendae conducebant. Varro libro primo de R. R. cap. 59. *ſorba quidem diſſecta, & in ſole macerata, ut pira.* Plinius XXII. cap. 7. *pirum ſilveſtre tardiſſime matureſcit, conciditur ſuſpenſumque ſiccatur.* Palladius in Februario: *item pira diviſa & purgata granis in ſole ſiccantur. arida ſorba* Celſus appellat, & *ſicca* Plinius, quae *peruſta* Serenus, cujus igitur verſus ita legendus:

*Caſtaneas coxiſſe nuces, & ſorba peruſta.*

in eodem avito libro male priora diviſim legebantur, quae omnino conjungenda:

*Caſtaneas coxiſſe, nuces, & ſorba peruſta.*

nam *nuces* omne pomum vocabant tectum duriore corio, ut ſupra notavimus. Virgilius Eclogâ ſecundâ.

*Caſtaneaſque nuces, mea quas Amaryllis amabat.*

quatuor nucum genera Graeci numerant, τὸ κάρυον, τὸ λεπτοκάρυον, τὸ ἀμύγδαλον, καὶ τὸ κάστανον. Heſychius: κάρυα, τὰς ἀμυγδάλας καὶ καστάνας. Athenaeus: Ἡρακλέων δέ φησιν ὁ Ἐφέσιος, κάρυα ἐκάλουν καὶ τὰς ἀμυγδάλας καὶ τὰ καστάνεια. Plura alii obſervarunt, haec tantum illuſtrando Sereno conferuntur. KEUCHEN. Ineptam eſſe lectionem *ventris origo* oſtendit Cl. Morgagn. Epiſt. pag. 102. nec *peruſta ſorba* probat. ſed *vetuſta* eſſe ſiccata, ut ſupr. vſ. 543. *pomum ceraſi tempore victum.* conſpirant vero omnia exemplaria in vulgatam lectionem. BURM.

561. CAULESQUE, RUBUS] MS. *caulesque rubi.* WOLF. *Rubi* etiam Venet. Lipſ.

562. POTIO QUAE FLUIDAM CONSUMPTA MORABITUR ALVUM.] Libri mendoſi caeteris collati legebant:

*Potio quae fluidam quum ſumpta morabitur alvum.*

hoc etiam à Stephano notatum in orâ ſuae editionis. KEUCHEN. Et a Conſtantino Plin. Valer. II. 28. *Ruborum, in quibus mora naſcuntur, cauliculi decoquuntur in vino auſtero, & per ſe eduntur.*



Digitized by Google

# CAPUT XXX.

*Lumbricis & Tineis Purgandis.*

Quid non adverſum miſeris mortalibus addit
Natura, interno quum viſcere taenia ſerpens,
Et lumbricus edax vivant inimica creanti?
Quod genus adſiduo laniat praecordia morſu.
Saepe etiam ſcandens oppletis faucibus haeret,

Ob-

ASPURGANDIS.] Legunt *purgandis.* WOLFIUS. *Aſpurgandis* Leid. Ed. Vet. Humelb.

563. ADDIT] Malim *addis*, tu natura: elegantius etiam foret, *adverſi*; ſed talia non obtrudenda. in Paderb. tamen legitur,

*Quid non adverſi miſerit mortalibus edit.*

etiam non male, natura enim *parens*, ut centies, dicitur. *edere* vero parere eſt, ut notum. BURM.

564. INTERNO CUM VISCERE TINEA SERPENS, ET LUMBRICUS EDAX VIVANT INIMICA CREANTI?] Sic libri degeneres ac vilioris notae, *interno cum viſcere tinea ſerpens.* quod etiam metro repugnat, quamvis ex hoc primam in *tinea* ancipitem eſſe colligat Quinctianus Stoa, monente Voſſio libro II. de arte Gram. cap. 39. Scribe ex avito meo, & caeteris Stephano collatis: *interno enim viſcere taenia ſerpens.* quod etiam iidem libri in lemmate hujus capitis obſervant. Ταινίαι Graecis dicuntur ἕλμινθες, quum opponuntur iis ἀσκαρίσι. *Taenias* Latini vocant, & *tineas*, cum extra metrum loquuntur. Gloſſae: ταινίαι, πλατεῖαι, κειρίαι ſcribo, πλατεῖαι, κειρίαι. Sunt enim lumbrici lati & oblongi, adinſtar faſciarum, ut κειρίαι adinſtar inſtitarum. In Plinio etiam *tineae*, pro *taeniae* male ſcriptum, quod fortaſſe Gazam apud Ariſtotelem tranſvorſum egit, ut libro quinto capite eodem de hiſtoria animalium, ἕλμινθας *tineas* redderet. Gloſſae medicae: ἕλμινθες, *lumbrici*. hoc generis nomen eſt: ei cum diſtinctius loqui amant, differentias addunt. Sic ἕλμινθας στρογγύλας appellant *teretes lumbricos*, quales iſti vermiculi ſunt, qui in foeticetis naſcuntur, & ἔντερα γῆς Graeci vocant, *lumbricos terreſtres* Latini: ſic ἕλμινθα πλατεῖαν, *latum lumbricum* vocant & *oblongum*, quem ταινίαν exponunt, *taeniam* & *tineam.* Aegineta Galenum ſecutus tria lumbricorum genera numerat, Ἕλμινθας στρογγύλας, πλατείας & ἀσκαρίδας. Celſus autem Hippocratem, ut ſolet, imitatus, duo tantum genera ponit: ille enim ἀσκαρίδας, hic πλατεῖαν ſilentio tranſivit. Serenus etiam Celſum ſecutus, *lumbricos*, ut videtur, cum dicit, *teretes* intelligit; cum *tineam*, ἕλμινθα πλατεῖαν, *latum lumbricum.* quod ex illo verſu patet, quo de teretibus ſeu rotundis lumbricis loquitur,

*Quod genus aſſiduo laniat praecordia morſu.*

de eodem genere teſtatur Aegineta; multos neglectos ab ipſis corroſos eſſe, & convulſos periiſſe: alios etiam vidiſſe, genus hoc per inguina aegrorum egreſſum. KEUCH. *Taenia* & in titulo *taeniis* marg. Conſtant. & hoc probat Morgagn. pag. 124. vid. & Rhod. ad Scribon. pag. 211. ſed Voſſ. II. Art. Gram. 39. Serenum, ut ſaepe, hic peccaſſe in legem metricam, credebat. de tinea vid. ad Nemeſ. Cyn. 209. *quum viſcera* Leid. Ed. Vet. deinde, *vivant inimica creentque* Ald. Pictor. male: *creanti*, eſt ipſi homini, qui lumbricos in corpore ſuo creat, & quaſi eorum pater eſt. ſimili fere modo cap. XXXV.

*Inde inimica ſeges proprios deſaevit in orbes.*

BURM.

567. SAEPE ETIAM SCANDENS OPPLETIS FAUCIBUS HAERET,] Celſus de lumbricis alvum occupantibus IV. 17. *nonnunquam autem*

Obſeſſaſque vias vitae concludit anhelae.
Ergo cinis cornu cervini proderit hauſtus,
Vel nepetae tritum ex vino vel lacte capellae:
Nec non & ſucus medici potatur aceti.
Prodeſt praeterea cum Baccho Perſica frondis.
Democritus memorat menthae conducere potum.

Su-

*tem lumbrici quoque occupant alvum, hique modo ex inferioribus partibus, modo foedius ore redduntur.* Aëtius latine factus: *qui in ore ventriculi lumbricos habent, magna ex parte eos evomunt: qui in inteſtinis, per inferiora excernunt.* KEUCH.

569. ERGO CINIS CORNU CERVINI PRODERIT HAUSTUS,] Ἐλάφου κέρως κεκαυμένον. Immo *cinerem* vocat ipſum ramentum. Scribonius Largus comp. c. XLI. *ad lumbricos ſatis commode facit & ſandonica herba, quae nunc viget, & cornum cervinum limatum lima lignaria, quantum quatuor vel quinque cochlearia ex aquae mixtorum decoctorum cyathis tribus pridie maceratum: deinde tritum & datum aqua exigua adjecta.* Sic ille Scribonii locus ex Marcello legendus. *cornum* pro *cornu* frequens eſt in libris medicorum. Celſus etiam *cervini cornus* dixit, lib. VI. *cornu, cornus,* & *cornum*, antiqui dicebant. Ovidius v. Metam. *curvavit flexile cornum*, legente Priſciano. Idem Marcellus alibi: *cervini cornu combuſti cinis tritus ex aqua potus, tineas potenter expellit.* hoc intellexit eo loco Serenus, & libro XXVIII. cap. 14. Plinius: *tinearum genera pellit cervini cornus cinis potus.* & initio ejuſdem capitis: *alvum ſiſtit cervinus ſanguis, item cornus cinis.* hoc ubique in Plinio videtur retinendum. Uterque Sereni verſus capite *de veſica*, repetitur. KEUCH. Deerant hic & ſequens verſus Regio Cod. & Paderb. ſed repetuntur cap. XXXII. de veſica. quare hic retinendos, illic delendos eſſe cenſet Cl. Morgag. pag. 108. quem vide. in Scribonio *cornum* jam Rhodius reſcripſit, cujus vid. Lex. Scribon. & notas ad Ovid. II. Met. 875. BURM.

570 NEPETAE TRITUM] Id eſt nepeta trita, graeca loquendi figura. CASAR. *Intritum* marg. Conſt.

570. VEL LACTE] *Cum lacte* Venet. Caeſar. Pictor.

571. MEDICI POTATUR ACETI.] *Potatus* MS. WOLF. Medicum, cujus uſus medicis eſt frequens. PICTOR. *Potatus* Ald. *potantur* Reg

572. PRODEST PRAETEREA CUM BACCHO PERSICA FRONDIS] *Frondis* recto caſu dictum eſt. alias *frons*. nec hoc Servius fieri negat CAESAR Libri diviſim legunt, ut ad oram notarunt editores:

*Prodeſt praeterea cum Baccho perſica frons:*
&
*Democritus memorat menthae conducere potum.*

nihil autem videtur mutandum: *Perſica frondis*, ut ſupra cap. XII. *Delphica frondis*, ἀρχαϊκῶς. Servius: *apud antiquiores ſingularis nominativus erat frondis: hodie vero & à fronte & à fronde unus eſt nominativus frons.* Gloſſae medicae: *perſica frondes*, περσικῆς τὰ φύλλα, exponunt. Scribe: *perſica frondis*, μηλέας περσικῆς τὰ φύλλα. Sic ea folia vocantur, quae trita & umbilico impoſita lumbricos occidunt. *nucleos de perſico amaros*, adverſus eoſdem commendat Marcellus. KEUCH. *Frons, & Democr.* marg. Conſt.

573. DEMOCRITUS MEMORAT MENTHAE CONDUCERE POTUM.] Plinius de mentaſtro: *tineas pellit ex aceto potum. tineas* vocat, quas ἕλμινθας στρογγύλας Dioſcorides: περὶ ἡδυόσμου ἡμέρου. ὁ χυλὸς αὐτοῦ μετ᾽ ὄξους καὶ ἕλμινθας κτείνει στρογγύλας. KEUCH. *Menta* Reg. Cod. Lipſ. & mox *abrotanum* ſcripti & editi fere omnes, praeter Caeſ. Humelb. Conſtant. & Gryph. qui *obrotonum*. ſed *obrotanum* Lipſ vid. Horat. II. Epiſt. I.

——— ——— *abrotanum aegro*
*Non audet, niſi qui didicit dare.*

ubi recte Torrent. ex MS. *abrotonum*. nam Graecis ἀβρότονον. vid. Bodae. ad Theoph. VI. cap. 7. pag. 684. adde & Borrich. de Ling.

Prar-

Sumitur abrotonum, nec non & vile melanthum.
Allia per ſeſe ſanant, aut jus coriandri.
Quin & marrubium decoctum hauſtumque juvabit,
Puleiumve potens & agreſte jugatur anethum:
Syntheſis haec prodeſt unda mollita calenti.

## CAPUT XXXI.

*Colo Sedando.*

Quum colus (inviſum morbi genus) intima carpit,
Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt,

Aut

Pharmacop. BURM.

574. VILE MELANTHUM ] Melanthum *git* eſt, *Schwartzer Coriander.* hoc quidam *melanthion* nominant. lege Plin. xx. 17. PICT.

575. ALLIA PER SESE SANANT, ET JUS CORIANDRI. ] Legunt, *aut jus.* WOLF. Marcellus: *allium in oenomelite coctum, & voratum proderit lumbricis vel tineis necandis.* Jus coriandri, *τὸ σπέρμα ὀλίγον μεθ' ποθὲν μετὰ γλυκέος ἕλμινθας ἐκβάλλει*, ut idem Dioſcorides habet, *περὶ κορίου.* KEUCH. *Et jus* Leid. Reg Ed. Vet. Humel. mox, *auctumque juvabit* Reg.

576. HAUSTUMQUE ] *Actumque* Reg.

577. PULEGIUMVE ] *Puleiumve* Reg. Leid. Ed. Vet. Ven. Ald. *jungatur* vitioſe Leid. Reg. Ed. Vet. Caeſar. Conſt. quam ſcabiem nec Morgagnius depulit, ſecurus ſemper editionis Conſtantinianae. MSS. Simleri *juvabit.*

578. SYNTHESIS HAEC PRODEST UNDA MOLLITA CALENTI. ] Id eſt haec combinatio: nam *ſyntheſim* conglutinationem ſignificare apud Silvaticum invenio. PICTOR. Σύνθεσις, commixtio medicaminum, in gloſſis exponitur. KEUCH. *Senstheſis* Reg. deeſt hic verſus in Leid. & Ed. Vet. *hoc prodeſt* Paderb.

COLON ] Colon hic pro morbi genere ejus inteſtini, quod proprie *colon* appellatur, quemadmodum & a Plinio accipitur lib. XXVI. 1. & cum prima ejus dictionis ſyllaba naturaliter longa ſit, quippe quae Graecis ita ſcribitur κῶλον: ab authore tamen ea corripitur, metri fortaſſis cauſſa, vel quia id non animadvertit. CAESAR. Colon Tiberii Caeſaris principatu irrepſiſſe Plinius ſcribit, morbum quippe, quem inteſtinis inferioribus maxime & craſſioribus, ut colo, monocolo, vel caeco, aut recto ſeu longo nos adſcribimus. Plin. XXVI. 1. PICTOR.

579. QUUM COLUS ] Legunt *cum.* WOLFIUS. *Quum colon* Ed. Caeſ. Pict. & probat Scalig. *quum colum* marg. Conſt. *quem colus* Leid. Ed. Vet.

580. MANDE GALERITAM VOLUCREM QUAM NOMINE DICUNT, ] Lege Trallianum & Plin. lib. XXX. 7. CONSTANT. Plinius ejus uſum in medicina melius expreſſit libro XXX. capite 7. *Coli vitium efficaciſſime ſanatur ave galerita aſſa in cibo ſumpta. Quidam in vaſe novo cum plumis exuri jubent, conterique in cinerem, bibique ex aqua cochlearibus ternis per quatriduum. Quidam cor ejus adalligari femini. Alii recens tepenſque adhuc devorari. Conſularis Aſprenatum domus eſt, in qua alter è fratribus colo liberatus eſt, ave hac in cibo ſumpta, & corde ejus armilla aurea incluſo.* Marcellus Empiricus cap. XXIX. *Colo & omnibus inteſtinorum doloribus, & tam hominibus, quam jumentis ex hac re laborantibus, efficaciſſime ſubvenit avis galerita (quae Gallice alauda dicitur) ſive ipſa aſſata in cibo ſumatur, ſive cum plumis ſuis combuſta redi-*

*ga-*

Digitized by Google

Aut pavidi leporis madefacta coagula pota.
Sive apio nepetas tereti cum maſtiche junges,
Nec non & ſpecies ambas redolentis anethi,
Quarum decoctos patiens haurito liquores.

CA-

*gatur in cinerem, atque ex eo diligentiſſime trito terna cochlearia ex aqua calida potui per triduum dentur.* ubi fortaſſe, *per quatriduum*, ex Plinio legendum. Graeci κορυδαλλὸν vocant, ut eodem remedio Dioſcorides II. 59. Κορυδαλὸς ὀρνίθιόν ἐστι μικρὸν, ἔχον κατὰ τῆς κορυφῆς ὑπεροχὴν ὥσπερ ταῶς. οὗτος βρωθεὶς ὀπτὸς, κοιλιακοὺς ὠφελεῖ. *corydalum* latine expreſſit Gregorius Turonenſis libro IV. *in eccleſia Arverna, dum matutinae celebrarentur vigiliae, in quadam feſtivitate, avis corydalus, quam alaudam vocamus, ingreſſa eſt.* & eodem capite Marcellus, qui lectionem ei ſi forte datam ex Plinio, judicavit ambiguam. *Corydalus avis* (*id eſt, quae alauda vocatur*) *quae animos hominum dulcedine vocis oblectat, cum ſuâ plumâ in vaſe fictili gypſato in furno poſita, ita comburitur: ut teri poſſit: contritae autem tenuiſſimus pulvis reponitur, & quum opus fuerit, ex eo cochlearia duo vel tria cum aquâ calidâ per triduum aut quatriduum dantur. incredibile hoc colicis remedium, quod adeo prodeſt, ut omnia medicamina merito ſuperare videatur.* Inde Trallianus annulum contra colicam commendat libro X. octangulo circulo cum hoc inſcripto: ΦΕΥΓΕ, ΦΕΥΓΕ, ΙΟΥ ΧΟΛΗ, Η ΚΟΡΥΔΑΛΟC ΕΖΗΤΕΙ. KEUCH. *Mandegalem vita v. g. n. dicunt* Leid. Ed. Vet. *mande gale vitam v. que n. d.* Venet. *manda galae victum volucrem nomine d.* Reg. *dicant* Lipſ.

581. AUT PAVIDI LEPORIS MADEFACTA COAGULA POTA.] Graeci τὴν πιτύαν λαγωοῦ ποθεῖσαν, eodem remedio praeſcribunt, ejus varius in medicinis eſt uſus, ut paſſim habes apud Plinium. Marcellus leporini ſtercoris pilulas etiam cum dulci vino, colico potandas commendat. Phyſicum non eſt, ſed ſuperſtitioſum, quod habet idem de talo lepori vivo abſtrahendo: *lepori vivo talum abſtrahes, piloſque ejus deſub ventre tolles, atque ipſum vivum dimittes, de illis pilis vel lana filum validum facies, & ex eo talum leporis colligabis, corpuſque laborantis praecinges: miro remedio ſubvenies.* & addit efficacius remedium in dimittendo pavido lepore, cum verbis valedictoriis: FUGE FUGE LEPUSCULE, ET TECUM AUFER COLI DOLOREM. Habet & anuulum ſanatorium, cui Graeca pari fide inſcripta ſunt: ΘΕΟC ΚΕΛΕΥΕΙ ΜΗ ΚUΕΙΝ ΚΟΝΟΝ ΠΟΝΟΥC. & auream laminam cum inſcribendis characteribus luna prima viceſima, caprina corrigia in dextro aut ſiniſtro pede ligandam:

L. * M Θ R I A
L. * M Θ R I A
L. * M Θ R I A.

in qua utenda tamen obſervabit affectus, ſiniſtrum pedem ſemper prius eſſe calciandum. Alibi de ſis remediis plura notavimus. KEUCHEN.

582. NEPETAM TERETI] Impreſſa, *ſive apio nepetas tereti.* manuſcr. *ſive apio nepetas tritas cum maſtiche jungas.* WOLF. *Nepetam* Leid. Ed. Vet. Humelb. *tritas nepetas* Ald. *cum maſtice* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Ald. Lipſ. *junge* Reg. *jungas* Lipſ.

583. NEC NON ET SPECIES AMBAS REDOLENTIS ANETHI,] MS. *ambas adjungis anetho.* WOLF. Sic optimi librorum. Scriptum tamen in avito: *ſembes redolentis anethi.* forte reſcribendum: *ſemper redolentis anethi.* ut apud Lucretium I. 125. *ſemper florentis Homeri.* ἀειθάλλοντος Ὁμήρου. *ſemper-florentis* ὑφ' ἓν eſt antiquo more legendum, ut *ſemper-deus* apud Virgilium Eclog. I.

*Namque erit ille mihi ſemper-deus.*

Sic idem I. Aen. 198. *ante-malorum* uno verbo dixit, praeteritorum malorum, τῶν ἔμπροσθεν κακῶν, ut adnotavit Scaliger. KEUCH. *Ambas atlantis aneti* Ed. Venet. Lipſ. *alantis* Voſſ. pro *halantis* cenſebat Heinſ. vid. ad Ovid. IV. Met. 393. & XV. 398. *ambas*, agreſte & domeſticum Humelb. interpretatur.

584. QUORUM] Legunt *quarum.* WOLFIUS. *Quorum* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb.

585.

Digitized by Google

# CAPUT XXXII.

*Veſicae & Calculo Purgando, & Urinae Provocandae.*

Si cui veſicae tardus cunctabitur humor,
Haec mora rumpetur vino pervicta vetuſto.
Prodeſt ex parvis acinos potare ſabucis,
Aut hederae ſucum, aut lacrimoſi trita ſinapis.
Nec non reſinas ex Oricia terebintho
In ſpeciem erviliae parvos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida mixtos hauſiſſe medela eſt.
Quondam etiam nimio praeceps urina fluento



585. Si cui vesicae tardus cunctabitur humor,] Hoc verſu Serenus ἰσχουρίαν imprimis, eam urinae ſuppreſſionem, quae fit propter veſicam, videtur alluſiſſe. Gloſſae medicae, quae penes me ſunt, ἰσουρίαν male hoc vitium exponunt. ἰσουρία (lege ἰσχουρία) *ſuppreſſio urinae propter veſicam*, cum humor nempe non redditur, neque debito modo excernitur. *humor veſicae*, non medice, ſed poëtice dixit. illorum filiis inter humores urina non numeratur. *Aquam* honeſte de urina veteres dicebant. Petronius cap. XCIV. *nec feſellit hoc Guithona, extra cellam proceſſit, tanquam aquam peteret.* etiam τὸ σπέρμα vocabant *aquam*, unde illud Ovid. III. Amor. VII.

*Dedecus hoc ſumta diſſimulavit aqua.*

KEUCH. Sed ibi vera aqua, qua ſe poſt coitum purificabant, intelligitur. vid. ad Ovid. III. Art. 95. & ad Petron. d. l. Scaligeri errorem ſequitur Keuchenius, ut plurimi. BURM.

586. Haec mora rumpetur vino pervicta vetusto.] Dioſcorides περὶ δυνάμεως τῶν οἴνων lib. V. 11. οἱ μὲν τοὶ παλαιοὶ καὶ γλυκεῖς καὶ αὐτοὶ τὰ περὶ κύστιν καὶ νεφροὺς ἐπιτηδειότεροι. KEUCH. *Victo pervicta* Reg.

587. Prodest ex parvis] *Prodeſt & parvos acidos p. ſabuci* Ald. an voluit *acinos*? *ſabuci* Leid. Ed. Vet.

588. Aut hederae sucum, aut lacrimosi trita sinapis.] Ab effectu *lachrymoſi* dixit. PICTOR. *Intrita ſinapis*, libri veteres, ut & eo verſu:

*Vel nepetae ex vino intritum vel lacte capellae.*

*Lachrymoſum ſinapi*, quod cieat lachrymas. Ennius apud Macrobium: *nec triſte quaeritat ſinapi, neque moeſtum coepa.* KEUCH. *Sinapis* Caeſar. Humelb. Conſt. Gryph. Torn. *ſinapi* Paderb. Lipſ. *intrita* Conſt. marg.

589. Nec non resinas Oricia terebintho] Manuſcr. *nec non reſinas exortas de terebintho.* WOLF. Sed cur ex Oricia? hoc ob verſum, non conſilium dixit. omnes enim reſinae ſunt οὐρητικαί. Propertius III. v. 63.

*Sed thyiae thalamo aut Oricia terebintho.*

Servius ad illud Virgilii Aen. X.

*Incluſum buxo aut Oricia terebintho.*

*Oricos civitas eſt Epiri, juxta quam naſcitur terebynthus, nigrum lignum habens, folia in buxi ſpeciem.* KEUCH. *Reſinas orithia de tereb.* Leid. Ed. Vet. *reſinas Oricia ter.* Humelb. *ex Oricia & tereb.* Reg. *reſinas ex orithia* Lipſ.

590. Erviliae] *Hyrvilae* Lipſ. Humelb.

590. Glomerabis] *Glomerabit* Leid.

590. In orbes] Id eſt, ſphaerulas, ſeu pillulas. PICTOR.

591. Ternos tepida] *Tepida ternos* Ed. Venet. Lipſ. *anxiſſe* Reg.

592. Nimio] *Nimium pr. ur. fluendo* Leid. Ed. Vet. Humelb.

Irrigat exuvias, obſcaenoque inficit imbri:
Ergo cinis cornu cervini proderit hauſtus:
Vel nepetae ex vino tritum, vel lacte capellae.
Tum leporis cerebrum ex vino potare juvabit.
Si dolor internam veſicae concoquit alvum,

Sub-.

593. INFICIT] *Irrigat* repetit Leid. Ed. Vet.

593. IRRIGAT EXUVIAS, OBSCOENOQUE INFICIT IMBRI :] Tranſit ab iſchuria ad contrarium vitium, nempe urinae profluvium ſive διαβήτην. Graeci varie vocant ὕδερον εἰς ἀμίδα, διάῤῥοιαν εἰς οὖρα, διψακόν. Latini & Arabes modo diabeten nominant, modo HYDROPEM AD MATULAM. Fit cum ſubinde humor, corporis de loco in locum διαβαίνει, & non mutatus per veſicam emittitur. *Hoc irrigare exuvias, & inficere obſcoeno imbri* dixit Serenus, cum nempe praeceps urinae fluentum, veſtes, lectos, indumenta, & ipſam corporis cutem madefacit & inficit: omnia exuviarum nomine complexus eſt, quae proprie tegmina dicuntur hominum, & tralate ſuperficies corporis humani. Non enim de ſerpentibus ſolum, ſed omnibus, quae ἐκδύονται, *exuviae* dicuntur. Graecis medicis ἐνουροῦντες appellantur, qui ob illud vitium lectos & ſtrata permingunt, quaſi ἐν τῇ κλίνῃ, aut ἐν τοῖς στρώμασιν οὐροῦντες. Inde Diogenis Cynici jocus apud Laërtium VI. 56. qui ob adoleſcentiae praetextum crimen excuſans, καὶ γὰρ ἐνούρουν καὶ τότε, ἀλλὰ νῦν οὔ, dixit, *tunc ſane etiam ſtratum permingebam, ſed nunc non item.* In Graeco ſic optime reſtitutum, καὶ τότε pro θᾶττον, quod extra ſenſum, *lotium celerius reddebam*, inepte verterunt. KEUCH. *Exuvias* pro veſtibus poni docui ad Valer. Flac. V. 252. ex Valer. Max. I. 1. §. 16. ad quem locum vid. interpretes. adde & Salmaſ. ad Tertul. Pall. p. 361. qui deorum veſtes praecipue ita dictas docet. BURM.

594. ERGO CINIS] Manuſcr.

*Ergo cinis nepetae ſucco tunc proderit hauſto,*
*Et vino tritus datur, aut cum lacte capellae.*

WOLF. Hos huc intruſos ex cap. XXX. cenſet Morgagn. pag. 108. & variant maxime in codicibus,

*Ergo cinis prodeſt hauſtus vel nepete ſiccum*
*Conditum ex vino tritum vel lacte capellae.*

Reg. & Leid. niſi quod, *proderit hauſto, vel nepete ſicco. datumque ex vino.*

*Ergo cinis prodeſt hauſtus, vel nepete ſiccum*
*Conditum ex vino, tr.*

Leid. Ed. Vet. *nepite.* Leid.

*Proderit ergo cinis hauſto nepetae quoque ſucco,*
*Ex vireo vitium tritum, vel l. c.*

Ed. Venet. Lipſ quae *nepete* habet.

*Ergo cinis nepetae ſuccus vel proderit hauſtus,*
*Ex vino tritus datur. aut cum lacte c.*

Ald.

*Ergo cinis prodeſt (hauſto nepetae quoque ſucco)*
*Ex vino maris tritus, vel.*

Caeſar. & Pictor. Conſtantinus vulgatam habet, ſed in marg. *intritum vel l. c.* denique

*Proderit ergo cinis hauſto vel nepeta ſucco,*
*Potatum ex vino tritum v. l. c.*

MS. Voſſ. BURM.

596. TUM LEPORIS CEREBRUM EX VINO POTARE JUVABIT.] *Decebit*, pro *juvabit* quidam librorum exhibuerunt. *ex vino*, μετ' οἴνου ἀκράτου. Perperam in Myrepſo legitur eodem remedio: μετ' οἴνου ἀκράτου χλιαροῦ. quod ſubterfugit interpretes: remedia enim, quae urinae profluvio exhibentur, commode ex mero propinantur. Marcellus: *leporis cerebrum in vino utiliter bibitur, ejuſque teſticuli toſti ſalubriter manducantur ab eo, qui veſicae moleſtiis laborat.* quod de cerebro tradunt, alii de ſanguine leporino in cinerem redacto notant. KEUCH. *Debebit* Reg. *decebit* Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald. Humel. Caeſar. Gryph. Pith.

597. SI DOLOR CONCOQUIT,] Id eſt dilanciat. PICTOR. Legunt, *ſi dolor internam veſicae concoquat alvum.* WOLF. *Sed dolor i. v. ſi coquit alvum* Leid. Paderb. *ſed d. i. v. ſi capit* Humelb.

598.

Subveniet radix frondoſae epota cupreſſi,
Puleiumve potens domitum ferventibus undis.
Si vero in lapides denſus convertitur humor,
Qui retinet curſus, gemitumque dolore frequentat,
Saxifragam ſeu fontigenam ſuccurrere credunt.
Praeterea ſemen myrti ſilveſtris Iäccho

At-

598. SUBVENIET RADIX FRONDOSAE EPOTA CUPRESSI, ] Ἧς τὰ φύλλα ποθέντα μετὰ γλυκέος καὶ σμύρνης ὀλίγης, κύστει ῥευματιζομένῃ καὶ δυσουρίαις βοηθεῖ. Dioſcorides lib. I. 102. *frondoſae cupreſſi*, quia cupreſſo folia non decidunt, vide Plinium lib. XVI. cap. 20. KEUCHEN *Et frons epota Cypreſſi* Ald.

600. CONVERTITUR ] *Denſabitur* Leid. Ed. Vet.

601. QUI RETINET CURSUS, GEMITUMQUE DOLORE FREQUENTAT, ] *Curſus*, ut *iter urinae*, apud Celſum & alios. KEUCH. Ita in ſoluta alvo *curſum* dixit cap. XXIX. ubi vide.

602. SAXIFRAGAM SEU FONTIGENAM SUCCURRERE CREDUNT. ] *Saxifragam*, quae herba dicitur & *ſaxifragum*, videtur *fontigenam* quoque appellare Serenus, quod (ut Plinius auctor eſt lib. XXII. cap. 21.) ejus natura eſt umbroſas petras, parietumque aſpergines, ac fontium maxime ſpecus ſequi. CAESAR. Per *fontigenam*, ſcolopendriam intellexiſſe Serenum arbitror, herbam apertivam, & diureticam. PICTOR. *Adianton.* CONSTANT. Manuſcr. *frongiten*, vel *fontigiten*, alii *fontigenem*. Geſnerus addidit, *an adiantum?* WOLF. Ad oram veteris Aldini reperio typis notatum:

*Saxifragam ſeu ſphongitem ſuccurrere credunt.*
quam lectionem ſi quis defendere mavelit, me non improbante, lubens referibet:

*Saxifragam, ſeu ſpongitem ſuccurrere credunt.*

*Spongitem*, id eſt, ſpongiae nomen repraeſentantem, ut habet Plinius de gemmis. Dioſcorides eandem lectionem ſatis tueri videtur περὶ τῶν ἐν τοῖς σπόγγοις λίθων. lib. V. 162. Λίθοι ἐν τοῖς σπόγγοις εὑρισκόμενοι, σὺν οἴνῳ ποθέντες τοὺς ἐν κύστει λίθους θρύπτουσι. Sed cum in avito libro legiſſem:

*Saxifagam, ſeu ſpholitum ſuccurrere credunt.*

credebam, diis volentibus, emendandum:

*Saxifagam, ſeu tecolithum ſuccurrere credunt.*

*ſaxifagam* pro *ſaxifragam*, ex idiotiſmo eorum temporum. Graeci recentiores etiam σαξίφαγον pro σαξίφραγον dicebant. Neophytus: σαξίφραγον οἱ δὲ πετραῖον, οἱ δὲ βρέχον· Ῥωμαῖοι σαξίφραγον, θαμνίον ἐστὶ φρυγανῶδες ἐν πέτραις καὶ τραχέσι τόποις φυόμενον. Sic etiam alii medici Graecanici σαρξίφαγον appellabant *ſaxifragam*, ex uſurpatâ Latinâ voce. Galenus libro quinto ὑγιεινῶν, κίσρον apud Celtas naſci tradit, & ab ipſis appellari hanc herbam σαρξίφαγον. Quod eum ſecutus Aëtius libro quarto capite trigeſimo etiam commemorat. Aegineta κίσρον à *ſaxifrago* diſtinguit, ſed utramque ciere urinam, & calculos atterere ſcribit. Alterum, quod emendavimus, etiam ex optimis medicorum poſſet adſtrui. Plinius lib. XXXVII. 10. *tecolithos oleae nucleus videtur, neque eſt ei gemmae honos. Sed lingentium calculos frangit pellitque.* Aëtius eum ex calida potum efficaciſſimum tradit ad lapides renum; inefficacem vero tollendis calculis, qui in veſica generantur. Quod cum Dioſcoride caeteriſque pugnat. Idem Aëtius ex Necepſo: ὁ δὲ Νεχεψώ, φησί, τρίψας τὸν τηκόλιθον μεθ' ὕδατος, καὶ ποιήσας γλοιὸν πάχος, καὶ ἀποξυρήσας τὰς τρίχας περὶ τὴν κύστιν, καὶ τὸ αἰδοῖον, κατάχριε καὶ τήκει τὸν λίθον, τὸν ἐν τῇ κύστει. Anonymus de lapidibus: *tecolithus nucleo olivae ſimilis ſpernitur, cum videtur, ſed remediis bonus vincit aliorum pulchritudinem: Solutus quippe & hauſtus expellit calculos; renum calculos & veſicae levat.* Utrumque igitur lectionis ſatis defendi poteſt, & me quidem volente, alterutrum admitti. KEUCH *Seu frongiten* Leid. *ſeu frongitem* Ed. Vet. *fontigetem* Venet. Lipſ. *ſeu ſarxeiphagon* Ald. *ſeu ſphongiten* Reg. Cod. Humelb. & marg. Pith. *ſeu fungitem* Paderb. de *ſaxifraga* vide Bodae. ad Theoph. VI. 7. pag. 694.

Atque oleo mixtum bibitur, (nec deſit acetum)
Vinaque ſumantur fricto condita cumino:
Sive palumborum capitur fimus aëriorum,
Dulcacidis ſparſus ſucis, trituque ſolutus:
Nec non obſcaenus caprae potabitur humor.
Obruit hic morbum, labefactaque ſaxa remittit.

# CAPUT XXXIII.

*Conceptioni & Partui.*

Irrita conjugii ſterilis ſi m[illegible]ra languent,

Et

603. Myrti silvestris] Ruſci, *oxcymyrſines*. CONSTANT.

604. Atque oleo mixtum bibitur, nec desit acetum.] Συσίνῳ ἐλαίῳ, quod ad renum & veſicae dolores maxime prae caeteris commendant: Vide Dioſcoridem. Gloſſae medicae: μύσινον μύρον, χρῖσμα. lego: σούσινον μύρον, quod unguentum ex lilio apud Athenaeum & Theophraſtum. Σοῦσα lilium, unde Suſa urbs ob amoenitatem KEUCH. *Nec deſit anethum* Ald. *oleo mixto* Reg. *olei mixtum* Lipſ.

605. Vinaque sumantur fricto condita cumino] Liber avitus:

*Vinaque ſumantur ficlo condita caroino.*

forte corrigendum ex eo: *facto condita caroeno.* Graecis antiquioribus ἕψημα ϗ σιραῖον, Latinis *ſapa* & *defrutum* innotuerunt: Tertium genus muſti decocti eſt *caroenum.* Inter ea remedia, quae conferunt calculoſis, etiam τ̃ καρόινε meminit Marcellus capite XXVI. Palladius libro II. cap. 18. *defrutum, caroenum & ſapa uno genere conficiuntur ex muſto. nam defrutum à defervendo dictum, ubi ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumaverit, efficitur. Caroenum, quum tertia perdita duae partes remanſerint. Sapa, ubi ad tertias redacta deſcenderit.* KEUCH. *Fricta condita cumino* Leid. Ed. Venet.

606 Sive palumborum capitur fimus acre ferorum.] Geſnerus haec ad marginem adſcripſit. *Fimus* generis neutri, ut videtur, nam *fimum* dici non poteſt, cum primam ſemper corripiat. WOLF. *Ferorum* id eſt ſylveſtrium. CONST. Cum *fimi* primam alibi producat, lubens reſcriberem: *Sive palumborum capitur fimum acre ferorum.* KEUCH. *Carpitur* Leid. Reg. *ſumus* Lipſ. *fimus aëriorum* Ald. Pictor. recte. & ita Ovid. III. ex Pont. III. 9. *aëriae columbae.* & I. Art. 26. *aëria avis.* Virgilius III. Ecl. 69. *Aëriae quo congeſſere palumbes*; ubi Servius perperam ita dici a colore putat: ſed pejus etiam ad Ecl. I. 5.

*Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.*

τὸ *aëria* cum *turtur* conſtruit, cum ſit *ulmus aëria* ibi dicta. *de fimo* vid. cap. 6. BURM.

607. Dulcacidis] Fictitium eſt vocabulum ex *dulci* & *acido.* PICTOR. Oximelite. CONST.

607. Tritumque solutum] *Tritoque ſol.* Leid. Reg. Ed. Vet. *tritumque* Caeſ. Pictor. Conſt. Pith. *ſparſus tritumque ſolutus* Ald.

608 Obscaenus humor] *Urina* Plin. CONST.

609. Labefactaque] *Labeſactans* Aldus. credo pro *labefactans.*

609. Remittit.] Calculum frangit. CONSTANT. vid. ad cap. XV.

610. Irrita conjugii sterilis si munera languent,] *Si munia languent*, exhibente libro avito. Sed nihil mutandum. Infra: *Jurantes ludum Veneris munuſque petendum.* Sane *munera*, & quae *munia* dicimus, ἔργα Κυθήρης. Muſaeus: Κύπριδος ὡς ἱέρεια μετέρχεο Κύπριδος ἔργα. Nonnus libro XLII. Baſſaricorum:

Ἔργα

Et ſobolis ſpes eſt multos jam vana per annos,
Femineo fiat vitio res, necne, ſilebo:
Hoc poterit quartus magni monſtrare Lucretî.
Sed natura tamen, medicamine victa potenti,

Sac-

*Ἔργα γάμων συγίνεσα δέμας ἐνδρώσατο Νύμφη.*
Poëta Anonymus: *τῶν Κύπριδος ἄψαυστος ἔργων.*
Proclus in hymnis de Amoribus:

*Πᾶσιν δ' ἔργα μέμηλεν ἐρωτοτόκου Κυθερείης.*

*negotimunia* vocat Appulejus, quae Plautus *operas.* Aſinaria: *opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas.* Antipater Sidonius:

*—— τὰ δ' ἔμπαλι Κύπριδος ἔργων*
*Ἄπτομαι.*

KEUCH. Illud *munia* valde blanditur, quia militia, & multae voces rem militarem ſignificantes, ſaepe transferri ſolent ad opus Veneris. *munia* vero proprie militum ſunt. vid. ad Ovid. 1. Art. 69. ubi eadem varietas. vide & ad Grat. 260. Nemeſ. Cyn. 194. nihil tamen temere moveo, nam & *munus* eadem ratione dici ſolet. Catul. LXII. *munere adſiduo valentem Exercete juventam.* BURM.

611. ET SOBOLIS SPES EST MULTOS JAM VANA PER ANNOS,] MS. *nec ſobolis ſpes eſt.* WOLF. Optima & elegantiſſima lectio eſt veterum librorum: *multos dum vana per annos. multos dum* dixit, ut *nihildum*, obſervante Pithoeo. *Spes ſobolis*, τὸ ἔμβρυον. Solinus de aëtite: *Spem uteri defendit à fluctibus abortivis.* KEUCH. *Nec ſobolis ſpes eſt multos dum* Leid. Reg. Ed. Vet. Lipſ. Venet. ſed Aldus dedit, *nec ſobolis ſpes, multos jam vana per annos Femineo* &c. ſed claudicante verſu *dum* Lipſ marg. Conſt.

613. FOEMINEO FIAT VITIO RES, NECNE., SILEBO: HOC POTERIT QUARTUS MAGNI MONSTRARE LUCRETI.] Poterit hoc oſtendere Lucretius quarto libro de rerum natura. PICTOR. Utrum ea cauſa, qua mulier non impraegnetur, ſit a natura virili vel foeminea: hoc quartus extremus Lucretii te docere poterit, qui de rebus Venereis, ſeminis profuſione, conceptione, formatione partus, imprimenda liberis ſimilitudine parentum, caeterisque abunde tractat. Non igitur legendum, quamvis ἀξιοφρονικῶς ita avitus exhibeat:

*Hoc poterit virtus magni monſtrare Lucreti.*

Variis autem id experimentis probaverunt, utri conjugum eſſet adſcribenda ſterilitas. Sic ex antiquiſſimo Raſio Avicenna demonſtrat certius aliis indicium: nempe, ut ſuper aquam ſemina conjugis utriusque proliciantur, ut, quod ſupernataverit, judicandum ſit ſterile. Quidam ſuffitu pannorum, ſterilitatem explorabant, ut Hippocrates v. Aphoriſm. LIX. & ad eum in commentario Galenus. Quorum judicia Serenus alludens, de ea re ſilere quam judicare ſe malle fatetur. KEUCHEN. *Hoc poterit partus* Leid. Ed. Vet.

614. VICTA POTENTI,] *Victa potenti eſt* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. *parato* Ed. Vet. *juncta potenti eſt* Lipſ.

614. SED NATURA TAMEN MEDICAMINE VICTA POTENTI, SAEPE DEDIT FOETUS STUDIO CURANTE PARATOS.] Id de religione, quâ Veneris ſacris operaturi, prius ſacrificabantur, antiqui medici negabant; de ſuperſtitioſa medicina concedebant. Lucretius hoc eleganter eodem libro alludit, circa finem verſ. 1230.

*Quod plerique putant, & multo ſanguine moeſti*
*Conſpergunt aras, adolentque altaria donis,*
*Ut gravidas reddant uxores ſemine largo:*
*Nequicquam divum numen ſorteſque fatigant.*

& ſubjungit alias ejusdem infoecunditatis cauſas, tres nempe, ſeminis craſſitiem, liquiditatem & tenuitatem. Quibus enim ſemen nimis incraſſum eſt, aut liquidum, vel etiam tenue; ii plerunque ſteriles judicantur. Poterit autem vitium illud conſiliis medicis ſanari, & curâ medicaminis natura reddi foecunda, ut

*Saepe ferat foetus ſtudio curante paratos.*

notabis, ita verſum hunc legi in antiquiſſimo libro, quem ubique pro avito laudamus:

*Saepe ferit foetus ſtudio curante paratos.*

quod omnino nobis ſuſpectum eſt: non enim nu-

Saepe dedit foetus, ſtudio curante, paratos.
Aut igitur leporis conſumit femina vulvam,

Aut

*natura foeminea* recte *ferere foetus*, exponi poteſt, quae *dare foetus & edere*, juſte dicitur. Eam enim intelligit, cum eidem naturae medendae conſilium adhibet, ſequente verſu:

*Aut igitur leporis conſumit foemina vulvam.* immo & ex priore verſu liquidum eſt, de natura & vitio foemineo loqui poëtam:

*Foemineo fiat vitio res, nec ne, ſilebo.*

Igitur natura foeminea ſaepe medicinâ ſanata, *dedit*, id eſt, *edidit* foetus, ſtudio curante paratos. *Naturam*, de foeminina recte etiam exponunt autores. Gloſſae: *natura*, γυναικεία φύσις. Cicero I. de Divinatione 70. *Parere quidam matrona cupiens, dubitans, eſſet ne praegnans; viſa eſt in quiete obſignatam habere naturam.* Ubi *naturam* de naturali muliebri ſive ipſo utero recte poſſumus exponere. Sed medicorum filii ἐν τοῖς ὅροις ἰατρικοῖς *naturam* interpretantur, vim quandam foetuum formatricem. Quae enim hominem ab initio conformat, auget, nutrit, & omnia in corpore munia exercet; iis recte *natura* exponitur: nobis autem *natura*, pro utero & naturali hic vere ſumitur. ea non *foetus ferere*, ſed *dare*, dicitur. *ferere foetus*, naturae virilis eſt; *edere*, muliebris. Lucretius ex auctoritate Sereni laudandus, eodem libro quarto vſ. 1101.

*Atque in eo eſt Venus, ut muliebria conſerat arva.*

Inde *ſatus*, qui generatus: inde *Conſerentes*, Dii qui alvum & uterum Ocriſiae conſeruerunt, apud Arnobium: *Ocriſiam prudentiſſimam foeminam Divos inſeruiſſe genitali, explicuiſſe motus certos.* Tibullus I. IX. 36.

*Dum tumet, & teneros conſerit uſque ſinus.*

In antiquo Oraculo, μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. Locus hactenus non intellectus, ἐμοὶ δὲ τὴν ἀπόῤῥητον οὐ φέρει τοὔνομα κεῖσθαι. Nihil igitur in Sereno mutandum. KEUCH. *Studio curante* id eſt medicina. ut *ſtudio vincente* ſeq. cap. *parato* Ed. Vet. de *natura* vide Daviſ. ad Cicer. II. de Divin. 70. & Reineſ. ad Inſc. I. 18. Barth. Adv. XI. 21. quamquam & hic de imbecillitate ſexus feminei, in quo eſt vitium, poſſet capi, ut expoſuit illa Ovid. IX. Met. 676.

*Et vires natura negat.*

Gronovius II. Obſ. 12. *dedit* non movendum. idem enim eſt, quod edit, peperit. vid. ad Nemeſ. Cyneg. 118. & Calpur. IV. Ecl. 110. BURM.

616. AUT IGITUR LEPORIS CONSUMIT FOEMINA VULVAM,] Id eſt *coagulum leporis*. PICTOR. Plinius libro XXVIII. capite 19. *Si vulvae leporum in cibis ſumantur, mares concipi putant. Hoc & teſticulis eorum & coagulo profici. Conceptum leporis utero exemptum, his, quae parere deſierint, reſtibilem foecunditatem afferre. Sed pro conceptu, leporis ſaniem & viro magi propinant.* Quod de vulva leporis, idem de teſticulis anſerum Rhaſis & alii medicorum teſtantur: ſi menſibus ſedatis ilico à muliere comedantur, non ſolum ad excitandam libidinem, ſed etiam ſobolem procreandam conferre. Idem etiam de μήτρᾳ, ſive vulva ſuilla veteres tradunt, quod revera μητροπαιὸς ſit ac foecunda. Extat apud Athenaeum de eâ jocus in lurconis iſtius Hippocratis tres filios, libro III. capite 17. Unde & proverbium: *alba ſcropha foecundior*, ad quod Juvenalis alludens, ita videtur legendus:

*Hyſteriam Niobe, linguam Philomela rogat me.*

mendoſe in quibusdam ejus libris lectum memini:

*Me ſterilem Niobe.*

*hyſtera* vulva eſt, & matrix foeminarum, quam, quae partu foecundiſſima eſſet, iſti Niobae Veſpa tribuit, ut voluit Satyricus. Martialis XIII. 56.

*Me materna gravi de ſue vulva capit.*

antiquitus vulvae non adnumerabantur edulis: Plutarchus IX. Sympoſiac. Quaeſt. 9. ἀλλὰ τῶν ἀφ' ἃ τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα καὶ τὰς ἄλλας δαπάνας τοῦ σώματος ἐξαλλαγὴν, ὅσον γέγονεν, ὁ [illegible] λευτίον. πολλὰ γὰρ τῶν ἀγνώστων καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονεν, ὥσπερ ὀμόθειλ καὶ μήτρα. earum tamen in medicinis frequens & utilis uſus,

Aut ovis, in ſtabulis fractas quum ruminat herbas,
Pendentem ſpumam molli deducit ab ore,
Atque illam meminit mixto potare falerno.
Mercurialis item capitur communiter herba:
Sic cubitum noctu conjux feſtinat uterque.
Atque ubi jam certum ſpondet praegnatio foetum,
Ut facili vigeat ſervata puerpera partu,
Dictamnum bibit, & cochleae manduntur edules:

Aut

uſus, ut habes apud Plinium. KEUCHEN. Locum illum Juvenalis non reperi, ſed Sat. VI. 177. *ſcrofa Niobe fecundior alba* legitur. BURM.

617. AUT OVIS IN STABULIS FRACTAS QUUM RUMINAT HERBAS,] Alii libri legunt: *carptas quum ruminat herbas.* KEUCHEN. Ita & Conſtantinus in ora libri ſui: non male. nam *carpere* propric animalia dicuntur pabula & herbas. Ovid. III. Amor. V. 27.

*Utque procul vidit carpentes pabula tauros,*
*Carpebant tauri pabula laeta boves.*

XIII. Met. 926.

*——— ——— ——— herbis,*
*Quas neque cornigerae morſu laeſere juvencae,*
*Nec placidae carpſiſtis oves, hirtaeve capellae.*

& ita ille ſaepe. nihil tamen temere mutem. *frangit* enim dentibus herbas, antequam ruminat: ita *frangere* pro molere Ovidius VI. Faſt. 381. & alibi. & noſter ſaepe. vid. ad cap. III. *ruminatas herbas* videbis ab Heinſio illuſtratas ad Ovid. III. Amor. V. 17. BURM.

618 MOLLI] *Nulli* Lipſ. quod indicium eſt, has voces a librariis permutatas, ut docui ad Calpur. IV. Ecl. 129. IDEM.

619. MEMINIT] *Memini* Cod. Reg. Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.

619. FALERNO] Optimo vino. PICT.

621. SIC CUBITUM NOCTU CONJUX FESTINAT UTERQUE.] Si nimirum herbam Mercurialem *communiter* ante aſſumpſerint: vel, ſi herbam Mercurialem *communiter*, id eſt, duo ejus herbae genera, maſculum & foemellam ante receperint. Plinius lib. XXV. cap. 5. *mirum eſt, quod de utroque genere proditur: ut mares gignantur, hunc facere, ut foemina, illam. Hoc contingere, ſi a conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo.* quod ad verbum mutuavit à Dioſcoride. Videtur autem ex utroque Sereni verſus cum veteribus libris legendus:

*Sic cubitum noctu conjux feſtinet uterque.*

KEUCH. *Feſtinet* Edit. Pith. Caeſ. Pictor. *ſi cubitum* Reg. *communiter*, ſine dubio de utroque conjuge capiendum. ita *communia pocula*, Jovi & convivis reliquis Claudian. praefat. Epith. Honor. vſ. 5. BURM.

622. ATQUE UBI] *Aſt ubi* Ald.

623. UT FACILI VIGEAT SERVATA PUERPERA PARTU,] Legitur in aliis libris: *Ut facili vigeat lebrata puerpera partu. Lebrata* etiam exhibet avitus. Forte *librata* reponendum, pro *liberata*: nam *liberare* eſt ἀπαλλάττειν. Ariſtoteles: ζῷον ἀπαλλάττειν καὶ τὰ ἄῤῥενα κύουσαι. Sed non videtur illud *ſervata* mutandum. KEUCH. *Aut facili* Reg. *ſervata* propric. Terent. Andr. III. 1. 15. *Juno Lucina fer opem. ſerva me.* & ita Adel. III. IV. 41. & Ovidius de Corinna, quae laborans utero labefactaverat onus ventris, II. Amor. XIII. 25. *ſervata Naſo Corinna.* BURM.

624 DICTAMNUM BIBIT, ET COCHLEAE MANDUNTUR EDULES:] De dictamno, Serapio libro Aggreg. cap. Sanderag. PICTOR. Gryphianus & avitus: *Dictamum bibitur, cochleae manduntur edules. dictamum & dictamnum*: ut *thamus* & *thamnus*. Columella: *jam thami ſponte vireſcunt.* bibitur à parturâ διακεκομμένος οἶνος, qui menſes & purgamentum à partu ſubducit. Dioſcorides: ἄγει καὶ λόχια καὶ ἔμμηνα. idem περὶ κοχλιῶν χερσαίων. ἔμμηνα ἄγουσι λεῖοι προστιθέμενοι. Etiam *cochleas*,

quae

Aut qui olim menſes minus octo moratus in alvo,
Irrumpit thalamos, & nexus ſolvit inertes:

Pu-

quae ad partum conducerent, Graeci vocabant ἀνδροφυκτίδας. Epicharmus apud Athenaeum, in nuptiis Hebes lib. III. cap. 8.

*Θάτεραι δέ τ' αἱ κόγχαι καὶ ἀμαθίτιδές τε καρυκοδέκιμοί τε κηρυγόντι.*
*Τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἄνθρωποι καλέοντι,*
*Ἄμμες δὲ λευκὰς, τοὶ θεοί.*

*cocbleas edules*, quae in cibo ſumuntur ad maturandum & invitandum partum. Plinius lib. XXX. cap. 14. *cocbleae in cibo ſumptae accelerant partum.* KEUCH. *Diptamum* Leid. Reg. Ed. Vet. *diptamnum* Paderb. Venet. *dictamum bibitur* Lipſ. Caeſar. Pictor. *bibit &* Ald. Conſt. *cocbleaeque* Reg. de *dictamno* vid. ad cap. XXXIV.

625. AUT QUI OLIM MENSES MINUS OCTO MORATUS IN ALVO EST, IRRUMPIT THALAMOS ET NEXUS SOLVIT INERTES:] *Qui*, ſubaudi partus. CAESAR. Impreſſi, *aut qui olim.* MS. *At qui olim.* legunt etiam, *irrumpit thalamo & nexos ſolvit inertes.* WOLFIUS. Libri viliores exhibebant:

*Aut quum olim menſes minus octo moratus in alvo eſt,*
*Erumpit thalamis & nixus ſolvit inertes.*

ex iis optimam correctionem dedère medici, qui Sereno praefuerunt. *qui, ſubandi partus*, in gloſſa typis exhibitum eſt à Gryphio, ut etiamnum in margine videtur. omnino autem *nexus* in Sereno legendum. Ovidius IX. Metamorph. 294. hic tamen aliter emendandus: *Lucinam ad nexos partus clamore vocabam.* Scribe non meo, ſed doctiſſimorum hominum, Ad. Turnebi & Th. Dempſteri judicio: *Lucinam Nixoſque pares clamore vocabam.* quod indubie rectum eſt. Serenus autem *minus octo.*, dixit, pro ſeptem; quo naſci perfectum partum etiam Juriſconſulti medicorum auctoritate probant, *l. ſeptimo*, *ff. de ſtatu hom.* In eo menſe frugifera partio contingit, Sempronii Corbuloniſque exemplo, uti refert Plinius, utriuſque conſulis, quos Veſtilia mater ſeptimo menſe genuit. In libris περὶ ἑβδομάδων, habet Hippocrates, ſeptenarium numerum creandis ineſſe corporibus. nam ſemen fuſum & fomite matris exceptum, ſeptimo die in ſanguinem commutari, ſeptimo menſe perfici ac plenum naſci, legitimamque partus dinumerationem manſuram, infantiumque dentes à ſeptimo menſe prorumpere. Idem περὶ ὀκταμήνων. οἱ ἑπτάμηνοι ἐκ τῶν ἡμισέων τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνονται. quam anni partem dimidiam cenſet, initio libelli περὶ ἑπταμήνου, clare docet, nempe, centeſimum octogeſimum ſecundum diem: οἱ δὲ ἑπτάμηνοι γίνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερέων καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο, προστεθέντος μορίου. Olympiodorus in Alcibiadem Platonis commentario: τιμία ἐστὶν ἡ ἑβδόμας ὡς κρίσιμος, καὶ ὅτι ἑπτάμηνα ζώσιμα. Cenſorinus de die natali cap. VII. *ſeptimo jam partum eſſe maturum, eo quod omnibus numeris ſeptenarius plurimum poſſit.* hic enim numerus ſupra omnes myſticus eſt. οὗτος γὰρ μυστικώτατος ἀριθμῶν, ut ait Gregorius Nazianzenus. Adeo autem frequens ſeptimeſtris partus apud antiquos judicabatur; ut, qui ante prodiret, *minorem*, qui poſtea, *majorem*, ſive *decimeſtrem* vocarent. Menander: γυνὴ νῦν δεκάμηνος. Caecilius:

*Inſoletne mulier decimo menſe parere?*
*Pol nono, etiam ſeptimo atque octavo.*

KEUCH. *Ut olim menſes* Leid. Ed. Vet. *ut menſes olim* Humelb. *aut olim menſes* Reg. Ed. Venet. Lipſ. *aut quum olim* marg. Conſt. *atqui olim* Pith. *at ſi per menſes* Ald. deinde *moratur* Lipſ. *in alvo eſt* Reg. *irrumpat & ſolvat* Leid. Ed. Vet. Humelb. *nexos* Reg. *erumpit thalamis* marg. Conſt. Ovidii locum a Keuch. adductum huc nihil facere docebunt te notae Heinſianae. *dirupit* vel *perrumpit* thalamos Morgagn. pag. III. quem de toto hoc loco diſputantem vide. *ſolvere onus matris*, de Lucina dixit Claudian. Conſ. Olyb. 146. ubi Barthius videndus. BURM.

626. IRRUMPIT THALAMOS ET NEXUS SOLVIT INERTES:] Nam octomeſtris partus raro ſuperſtes manet. rationem praeſcripſi in primo meorum conviviorum libro. PICTOR. *Nexus*, uteri acetabula. CONSTANT. Admonui, in quibuſdam libris exhiberi hunc verſum:

*Erumpit thalamis & nixus ſolvit inertes.*

De

Puleii quoque purgati tunc convenit imber,
Cujus opem veram caſus mihi ſaepe probarunt.
Quin etiam ſtercus ſupponunt vulturis atri,
Sentiat ut minime partus quam proximus urguet:

Ova

De priore membro reliquis dijudicandum relinquo, ego ſaltem poſterius defendam, *nexus*, non *nixus* eſſe retinendum. non enim embryo cum naſcitur, *nixus* matris, ſed *nexus*, id eſt, uteri vincula ſolvit. Ovidius libro IX. Met. 244.

——— ——— ——— *magno*
*Lucinam adnexos partus clamore vocabam.*

& 315. *uteri vinclis levor ipſa remiſſis.* hos nexus ſolvere partus dicitur, cum membranas pertundendo, quibus involvitur, erumpit. Gloſſae medicae: ἄμνιος, *nexus uterinus, totum foetum involvens.* Sic ἄμνιος opponitur τῷ ἀλλαντοειδεῖ, foetum tantum medium, zonae inſtar ambienti. Tres uteri nexus iis numerantur, ἄμνιος, ἀλλαντοειδὴς, & χόριον. eos foetus *ſolvit*, cum maturus edendus aperit & perrumpit. Horatius in carmine ſeculari:

*Rite maturos aperire partus.*

*nixus* autem parturientium, ſunt ὠδῖνες. Virgilius IV. Georg.

*In Venerem ſolvunt, aut foetus nixibus edunt.*

Arnobius libro III. *matrum intereunt, cur quotidie millia parricidalibus nixibus interemptae.* Feſtus: *Nixi dii appellantur tria ſigna in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praeſidentes parturientium nixibus.* Gloſſae Philoxeni: *nixae*, ὠδῖνες. Rufinus in expoſitione ſymboli: *Apes neſcire conjugia, nec foetus nixibus edere, omnibus palam eſt.* quae verſum Virgilianum exponunt. Phornutus cap. XXXIV. δοκεῖ δ᾽ ἡ πλείσταις ἡ αὐτὴ εἶναι ἡ Εἰλείθυια, ἀπαύστως εἰληφθεῖσα ἡ δίνην περὶ τὴν γῆν. ἣν ἐπικαλοῦνται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι. KEUCH.

627. PULEGII QUOQUE PURGATI TUNC CONVENIT IMBER,] Impreſſus Gryphii codex, *Pulegii quoque purgati tunc convenit hymber.* at MS. & Collinaei legunt, *Pulegii quoque purgari tum convenit hymbre.* WOLFIUS. Pulegium defunctos partus ejicit. Plin. lib. XX. cap. 14. at haec de immaturo partu prohibendo alii accipiunt. CONST. Oribaſius ad partum difficilem commendat pulegii faſciculum in aquam mittendum, in eaque mulierem inſidendam, libro quarto de locis affectis cap. CXIII. quod fortaſſe Serenus adludens, hunc verſum, ut edidimus, exaravit. Legitur ille tamen ex avito & margine Gryphiani codicis:

*Pulegio admixto venit embryo nectus aceto.*

KEUCH. *Pulegio admixto venit embrio nectus aceto* Leid. Ed. Vet. Humel. marg. Gryph. & Pith. *pulegio quoque amico convenit in brotus* Reg. *Pulei quoque potus amico convenit imbre* Paderb. Venet. Lipſ. *Pulei bene purgati tunc convenit hymber* Ald. *pulegii q. purgari t. c. imbre* Caeſar. Pictor.

629. QUIN ETIAM STERCUS SUPPONUNT VULTURIS ATRI,] Dioſcorides περὶ ἁπλῶν. II. 98. γυναικὸς ὑποθυμιαθεῖσα, ἔμβρυα ἐκτινάσσειν παραδίδοται. de vulture mira non medica tantum, ſed hieroglyphica produntur. Ammianus Marcellinus XVII. cap. 4. Aegyptii *per vulturem naturae vocabulum pandunt: quia mares nullos poſſe inter has alites inveniri, rationes memorant phyſicae.* De vulturum conceptione Plutarchus, Plinius, Aelianus, & Theophylactus Simocatta φυσικῶν ἀπορημάτ. cap. ι. KEUCH.

630. SENTIAT UT MINIME PARTUS QUAM PROXIMUS URGET:] *Sentiat* ſubaudi, femina ſive mulier. CAESAR. Manuſcr. *ſentiat ut minime partus qui proximus urget.* WOLF. Ut nimirum foemina minime ſentiat, quam proximus immineat foetus. *Partus* enim de foetu dicitur, qui nondum eſt editus, embryo, quod eſt in utero. Vitruvius *partum* uſurpavit ἀντὶ τοῦ κυήματος, *foetum* de puerperio. libro ſecundo, capite nono: *uti etiam corpora muliebria, cum conceperint, ad foetus à partu non judicantur integra.* à Tertulliano *produx mutui coitus*, eleganter dicitur. KEUCH. *Ut minimum* Leid. Ed. Vet. Humelb. ſed *minime* omnes aliae. *aut minime* Lipſ. vulgatae ſenſus, dolores miti-

 gari

Ova etiam rutae & fragili miſcentur anetho,
Quae diluta ſimul vino atque exhauſta medentur.

# CAPUT XXXIV.

*Profluvio Cujusque Sanguinis & Matrici Subveniendae.*

Si modicus pleno manat de corpore ſanguis,
Subvenit: at nimius cum vita funditur ipſa.
Quapropter multo naris completa cruore
Quum fluit, attritus cimex conducit odore.
Lana oleo madefit, ſed nondum lauta, roſato:

Haec

gari appropinquantis puerperii. ſed malim *ſentiat ut minime partus quum pr. urg.*

631. OVA ETIAM RUTAE ET FRAGILI MISCENTUR ANETHO, QUAE DILUTA SIMUL VINO ATQUE EXHAUSTA MEDENTUR.] Non, ut libri degeneres habent, hic verſus eſt legendus:

*Ova etiam tuto fragili miſcentur anetho.*

Plinius optimam lectionem demonſtrat libro XXIX. capite 3 *Tota ova adjuvant partum cum ruta & anetho & cumino pota ex vino.* KEUCHEN. *Ac fragili* Leid. Ed. Vet. Hum. *ova etiam fragili rupta m. a.* Ed. Venet. Lipſ.

632. DILUTA SIMUL] *Diluta leni baccho atque* Paderb. ita alibi *Bacchum* pro vino ponit, ut cap. XXX. & *Lenaeum* & *Lyaeum* &c. paſſim. ſed *leni* peccat in metrum, niſi *levi* ponas. quod minus placet, quia ſaepius durum, & auſterum vinum praeſcribit. BURM.

PROFLUVIO] Titulus capitis a Geſnero ſic ponitur, *Profluvio ſanguinis e naribus, utero, veſica, undecumque ſiſtendo, & menſibus promovendis.* WOLF. Lemma ſcripti libri: PROLUVIO. immo *proluvium*, profluvium. Apulejus: *unguento fragrantiſſimo proluvium Veneris excitaram.* Laberius: *Quae quidem me à matronali pudore proluvium meretricis progredi coëgit.* Gloſſae medicae *proluvium*, αἱμοῤῥαγίαν exponunt. Proprie autem per τὴν αἱμοῤῥαγίαν, ſanguinis profluvium, ſive proluvium è naribus, τὴν ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίαν, medici interpretantur. Vide Galenum comment. I. τῶν ἐπιδημιῶν. cum confertim ſanguis effunditur, quod ἀθρόως αἱμᾶν idem Galenus ἐν ταῖς γλώσσαις explicavit. KEUCHEN. *Profluvio cujusque ſanguinis & matricis.* Ed. Vet. Venet. quibus accedunt Ald. Lipſ. Humelb. niſi quod *matrici. de profluvio* &c. Leid. *cujuſcunque* Reg. *ſubveniendae* addiderunt Caeſar. Conſt. Pith. *de ſanguinis fluore & quomodo matri ſubveniendum* Pictor. in hoc capite quosdam verſus alio ordine poſitos eſſe notat Morgagn. initio Epiſtolae & pag. 110.

634. SUBVENIT] Id eſt auxilio ei prodeſt. CAESAR.

634. NIMIUS] *Minus* Lipſ. *nimium c. v. funditur ipſe* Pictor.

636. QUUM FLUIT, ATTRITUS CIMEX CONDUCIT ODORE.] *Cimex* pediculus eſt foetidus, vulgo *ein wandluis.* PICTOR. Dioſcorides περὶ κόρεων II. 36. vulvarum exanimationes olfactu revocare tradit. Adeo nihil parens illa rerum omnium ſine ingentibus cauſſis genuit. KEUCH. *Confluit* Lipſ. &, *odorem* id. *cimix* Reg. *odorem* idem Edit. Venet. Lipſ.

637. LANA OLEA MADEFIT, SED NONDUM LAUTA, ROSATO:] Lana nondum laura haec eſt, quae lana ſuccida dicitur. CAESAR. *Oleo* Manuſcr. *ſed nondum lota roſato.* & Geſnerus principium hujus verſus ſic emendavit, *lana madens oleo*, & ſeq. pro *claudet*, legit manuſc. *claudit.* WOLF. Intelli-

Haec datur in nares, vel claudit denſius aures.
Contritis prodeſt cochleis perducere frontem:
Aut galli cerebro, vel ſanguine tingue columbae.
Quod niſi ſupprimitur, ſanguis potandus & ipſe eſt.
Praeterea Phariis caput emetire papyris.

De-

ligit τὰ ἔρια οἰσυπηρά: Latini *lanam ſuccidam* vocarunt. hoc eodem capite Serenus: *Succida lana malos remoratur ſubdita curſus.* Dioſcorides lib. II. 82. ἔρια οἰσυπηρὰ ἄριστα τὰ ἁπαλά. & deinde commendat ἐπιτήδεια τῶν ἐμβρεγμάτων καὶ μαλακτικὰ διὰ τὸν οἴσυπον. Marcellus cap. X. *Lana ſuccida ex ove foemina decerpta, atque intorta, madefactaque roſa liquida, & naribus indita, ſanguinis abundantiam reprimit.* Plenius eodem capite: *Lana ſuccida conjicitur in nares cum oleo roſaceo, & auriculae de lanâ ſuccidâ obturantur, & ita ſanguis profluens continetur.* Plinius de medicina lanarum XXIX. 2. *Sanguinem in naribus ſiſtit cum oleo roſaceo, & alio modo indita auribus obturatis ſpiſſius.* id eſt *denſius*, quomodo altero Sereni verſu legendum:

*Haec datur in nares, vel claudit denſius aures.*

ad oram quorundam librorum inepte legitur: *vel claudet denſior aures*, ut etiam à Stephano typis notatum. Priore tamen verſu variat avitus, quod neſcio, an ulli curatorum ſit obſervatum.

*Lana oleo mandeſit, ſed nondum lauta, droſato,*

*droſato* pro *roſato*, ex idiotiſmo eorum temporum. Myrepſus & inferiores medicorum ſaepiuſcule meminerunt σακχάρεως καὶ δροσάτου τῶν ῥόδων. item δροσάτου τῶν ἴων. Immo δρόσατον καὶ ὑδρόσατον, *roſatum.* nihil verius, at nihil immutandum. KEUCH. *Lana madeſit oleo* Caeſ. *oleo maleſit* Lipſ. Geſnerum metuiſſe ſecundae ſyllabae in *madeſit* credo, & ideo *madens* ſuppoſuiſſe. vid. ad Calpurn. I. Ecl. 35. mox, ſed *nondum lota* Ald. *roſarum* Leid. Ed. Vet. Humelb. deinde *claudet lentius aures* Leid. Ed. Vet. *claudit denſior aures* marg. Conſt. BURM.

639. CONTRITIS PRODEST COCHLEIS PERDUCERE FRONTEM:] MS. & impreſſi *producere*, & in margine *obducere*. WOLF. *Obducere frontem*, habet margo Gryphiani libri. *perducere* & *obducere* paria ſunt, ut alici notamus. Dioſcorides de cochleis II. II. τὰς ἐκ μυκτήρων αἱμοῤῥαγίας σὺν ὄξει λειωθέντες ἐπέχουσι. Plinius XXX. cap. 13. *è naribus fluentem ſiſtunt cochleae contritae fronti illitae.* Marcellus Emp. cap. X. *cochleae tritae cum aceto naribus inditae, quosvis magnos fluores ſanguinis compeſcunt.* & alibi: *cochleae contritae & fronti illitae ſimiliter proſunt.* KEUCHEN. *Conducere* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Humelb. *obducere* Ald. ſed *perducere* placet: vide ſupr. cap. I. & V. & alibi. *conducere* enim eſt contrahere, ut infr. cap. XLIV. & paſſim. BURM.

640. AUT GALLI CEREBRO, VEL SANGUINE TINGE COLUMBAE.] MS. *aut Galli cerebrum, vel ſanguen mitte columbae.* WOLFIUS. *Galli cerebrum*, gallinae, ἀλεκτορίδος ἐγκέφαλος. De eo Dioſcorides II. 53. τὰς ἐκ μήνιγγος αἱμοῤῥαγίας ἐπέχει. Plinius tamen *gallinacei cerebellum*, ibidem commendat. Idem Dioſcorides de ſanguine columbae II. 97. ἰδίως τὸ τῆς περιστερᾶς (αἷμα) αἱμοῤῥαγίας τὰς ἐκ μηνίγγων ἐπέχει. Nunc verba Plinii ſunt adjungenda: *Siſtit gallinacei cerebellum, vel ſanguinis profluvio ex cerebro. Item columbinus ſanguis ob id ſervatus concretuſque.* Vide etiam Marcellum cap. X. KEUCHEN. *Sanguine mitte columbae* Reg. Ed. Vet. Lipſ. Ald. *mite* Paderb. Heinſius volebat, *ſanguine innuge.*

641. POTANDUS] Sanguis potius in ſartagine frixus comeſuſque ſanguinem undecunque fluentem ſiſtit. CONSTANT. Diſtinguit Ald. *quod niſi ſupprimitur, ſanguis potandus & ipſe eſt.* ſed ambiguum facit ſenſum, an ſanguis columbae, de quo praeceſſit, an ſanguis ex nare profluens. hoc credo velle Samonicum. BURM.

642. PAPYRO] *Papyri* corona caput cinge. CONST.

Detrahe quod ſupereſt, illo genitalia necte.
Femineas prodeſt illinc vincire mamillas,
Menſtruus immenſo ſi profluit impete ſanguis.
Sucida lana malos remoratur ſubdita curſus,
Mortua quin etiam producit corpora partu.
Sed quacumque fluit vis immoderata cruoris,
Subereus cortex calidis potatur in undis,

Ante

642. Praeterea Pharis caput hic metire papyris. Detrahe quod superest, alio genitalia necte.] Legunt, *caput emetire*. WOLF. Horum verſuum interpretationem accuratam à Plinio habes libro XXVIII. capite 6. *Prodeſt, extremitates corporis vel aurium perſtringi contra horrores corporis, ſanguinemve narium immodicum: lino vel papyro principia genitalium: femur medium ad cohibenda urinae profluvia.* Item Marcello Empirico, capite X. *Linum vel papyrus ligata ſummitati veretri virilis, ſanguinem profluentem naribus mire reprimit.* KEUCH. *Phariis caput metire* Reg. Ed. Ven. Lipſ. *caput hic metire* Leid. Ed. Vet. Humelb.

643. Superest] *Supereſt alio*, id eſt, alia parte ſangoinis detractio fiat, revulſionis cauſſa. CONST. *Alio* Humelb. interpretatur, libro & cortice interiore, ex quo funes & alia texuntur & finnt. Scaliger adſcripſerat Genitalia vincenda tanto modo papyri, quantus ſufficit capiti cingendo, deinde eadem vinciendae mammae mulierum. credo ſenſum eſſe, papyro eſſe circumdandum caput, & ea ligato capite, abſcindendas partes papyri ſuperfluas, & illis genitalia nectenda. & legerem pro *alio* cum Leid. & Ed. Vet. *illo*. pro *detrahe*, *detere* Voſſ. BURM.

643. Genitalia] Teſtes. PICTOR.

644. Femineas prodest illinc vincire mamillas,] Forte legendum, *vinclis vincire mamillas*, quod jam indubie verum eſſe, me docet Marcellus cap. X. *Si foeminae ſanguis ex naribus nimie defluat, mammillae ejus vinciantur corrigio caprino.* Hic igitur verſus a ſequente eſt diſcernendus, ſecus ac in omnibus libris comparuit. KEUCHEN. Sed *illinc* eſt ex eadem papyro, ut inf. cap. XLVIII. *artus illinc mulcere calentes.* & ſupr. cap. XII. *doctus erit tepidos illinc immittere rores.* ita & *hinc* cap. XXXIX. & alibi. Keucheuius debet ſuam correctionem Conſtantino, qui in margine pro *illinc*, *vinclis* ſcripſerat, pro interpretatione, credo. BURM.

645. Menstruus immenso si profluit impete sanguis.] Melior etiam in hoc verſu liber avitus, qui legit:

*Menſtruus iuuſto ſi profluit impete ſanguis.*

Pronnm ex eo corrigere:

*Menſtruus injuſto ſi profluit impete ſanguis.*

*injuſto*, id eſt, impete praeter naturam: ſic melius feminarum abundantiam exponi. nam & *juſta*, ſunt menſtrua foeminarum. Plinius Valeriauns libro IV. cap. I. de Amygdalis: *ſomnum faciunt, urinam movent, foeminarum juſta praecipitant.* Columella libro X.

*Foemina quae juſtis tum primum operata (juventae*
*Legibus) obſcoeno manat pudibunda cruores.*

KEUCH. Ita cap. XX. *injuſte adſurgere mammas* dixit. ſed & *immenſum fluorem* cap. XXIX. dixit. *ſi quaeſivit impete* Pictor. quod non intelligo.

646. Subdita] *In peſſo.* CONSTANT. Neſcio, an non pertineat ad vſ. 655. ut ſit pro *ex paſſo*, vel ad vſ. praeced. pro *immenſo*. certe non capio hanc notam. BURM.

646. Succida lana malos remoratur subdita cursus, Mortua quin etiam producit corpora partu.] *Curſus* eleganter de fluxu femineo. Gloſſae: *καταμήνιον αἷμα*, *curſus menſtruus*, *menſes*. Plinius libro XXIX. capite ſecundo: *Succida lana impoſita ſubditaque mortuos partus evocat. Siſtit etiam profluvia earum.* KEUCH.

648. Sed quacunque] MS. *ſed quaecunque fluit.* WOLF. ita Ald.

649. Subereus cortex calidis potatur in undis,] Cortex de ſubere. PICT. Manuſc. *ſubernus.* WOLF. Plinius de ſubere:

re:

Digitized by Google

Ante minutatim, ſtudio vincente, terendus.
Puleii calido purgatur femina potu.
Sed ſi forte cruor clauſa cunctabitur alvo,
Aut molles nepetae, aut rutae quaecumque bibentur.
Aut ſi puniceos fundit veſica liquores,
Marrubium ex paſſo tritum perfunditur undis:
Hi poterunt hauſtus rutilum purgare colorem.
Reliquias partus dictami detrahit herba.
Quod ſi feminei properabit ſanguinis imber,
Eſt qui fruſta molae percuſſu decutit uno,

Quo-

re: *ſuberis cortex tritus, ex aqua calida potus, ſanguinem fluentem ex utralibet parte ſiſtit.* Meminit ejus ſuberis Galenus comment. IV. in VI. Epidem. Hippocrat. ſuper aphoriſm. VIII. ubi perperam τυφλοῖς παρανθέντι, pro φιμοῖς παρανθεῖσι, legitur. *Suberuns* etiam, pro *ſuberens* in nonnullis Sereni libris editur. KEUCHEN. *Supernus* Reg. *ſuberuus* Paderb. Edit. Venet. Lipſ. Ald. Humelb.

650 STUDIO] Hoc eſt opera & induſtria medici propter tenacitatem corticis, quae ita vincatur. CAESAR. *Vicente* Reg. de *ſtudio* ſupr. cap. XXXIII.

651. PULEJI] Hunc verſum ſequenti ſubjicit Ald.

653. QUAECUNQUE] *Quaecunque* Reg. *plerumque* Leid. Ed. Vet. *quaecumque* Conſtantino recte explicatur, ſativa, aut ſilveſtris.

654. AUT SI PUNICEOS FUNDIT VESICA LIQUORES,] Non: *At ſi puniceos.* & ſtatim: *rutilum purgare liquorem.* KEUCH. *At ſi* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. marg. Conſt.

655. MARRUBIUM EX PASSO] Id eſt vino cocto. PICT. Legunt *ex paſſo.* WOLFIUS. *Marrubio ex parſo* Reg. *marrubium exparſo* Ed. Venet. Lipſ. *eſparſis* Leid. Ed. Vet. Humelb.

656. COLOREM.] *Cruorem* Leid. Ed. Vet. Humelb. *liquorem* Ald. Pictor. marg. Conſt. Heinſ. malebat *fluorem.*

657. RELIQUIAS PARTUS] Si quid cruoris remanſerit poſt partum. PICTOR.

657. RELLIQUIAS PARTUS EADEM TIBI DETRAHIT HERBA.] Manuſc. *partus dictami detrabit.* WOLF. Male non ſolum partus reliquias, ſed etiam ipſum Serenum cum iis, à quibus ſua hauſit, librarii detraxêre: qui legebant,

*Relliquias partus eadem tibi detrabit herba.*

Plinius de dictamo lib. XXVI. cap. 15. *praecipua dictamo vis eſt. menſes ciet, partus emortuos vel transverſos ejicit. bibitur ex aqua foliorum obolo, adeo ad haec efficax, ut ne in cubiculum quidem praegnantium inferatur. nec potu tantum, ſed & illitu & ſuffitu valet.* περὶ δικτάμνου Dioſcorides lib. III. cap. 37. ποιεῖ δὲ πάντα ὅσα καὶ ὁ ἥμερος γλήχων, ἐνεργέστερον δὲ πολλῷ. οὐ μόνον γὰρ πινόμενον, ἀλλὰ καὶ προστιθέμενον καὶ ὑποθυμιώμενον, τὰ τεθνηκότα ἔμβρυα ἐκτινάσσει. KEUCH. *Eadem tibi* Leid. Reg. Ed. Vet. Gryph. Humelb. & Caeſar. ſed ille *detrabit.* *detrabet* Reg. Leid. Humelb. *partus laeta tibi* Reg. Ed. Venet. Lipſ. *lata detrabit* Paderb. *dictamum* & *dictamnum* dixiſſe veteres docet Scheffer. ad Aelian. I. 10. & Bodaeus a Stapel ad Theophr. de Plantis IX. 16. ubi late de hac herba. adde interpretes ad Virg. XII. Aen. 412. BURM.

658. PROPERABIT] *Properavit* Reg.

659. EST QUI FRUSTA MOLAE PERCUSSU DECUTIT UNO,] Mola, Avicenna teſte, mendoſa ſeu falſa eſt impraegnatio, quam Ariſtoteles penultimo de Generat. Animal. *malaginem* vocat. PICTOR. Remedium phyſicum de lapide molari uno ictu percutiendo & fruſtis collo appendendis. Quare falſiſſimi ſunt, qui cum Pictorio *molam*, μυλόπαγον, carnem inanimatam & informem, ut ſanguini ſiſtendo ſanguinem, ita foeminino conſumendam hariolantur. quod eſt ineptiſſimum ex tota ſententia, & ultimo verſu:



Ut

Quorum aliquod lanis tectum ad praecordia nectit,
Haec ſimul incantans, ſiſti debere cruorem,
Ut lapis ille viae ſolitos jam deſtitit orbes.

## CAPUT XXXV.

*Internecandis quae oculos impediunt.*

Mobilis hirſutas horret laſcivia ſetas,
Et gaudet rapto nudari flore pilorum.
Sed bona nonnumquam vellendi cauſa videtur,
Corpora quum relevat ratio manifeſta ſalutis.
Namque oculos infeſta pilorum tela laceſſunt,
Quodque illis dederat vallum natura tuendis,

Inde

*Ut lapis ille viae ſolitos jam deſtitit orbes.* KEUCH. *Percuſſus* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. *percuſſo* Leid. Ed. Vet.

660. ALIQUID] Manuſcr. *aliquod.* WOLFIUS. *Aliquid* Leid. Ed. Vet. Humelb. *aliquot* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. *rectum etiam* Lipſ.

660. AD PRAECORDIA] Ad thoracem. PICTOR.

661. HAEC SIMUL INCANTANS SISTI DEBERE CRUOREM,] Eodem carmine ſerpentes inebriari, Plinius habet libro XXVIII. KEUCH. *Debere fluorem* Reg. *dixere* Lipſ.

662. SOLITOS ] *Solito jam deſtitit orbe* marg. Conſtant.

INTERNECANDIS] Titulum capitis habet MS. codex, *pilis quibuſcumque internecandis.* lege, *pili palpebrarum moleſti, vel quivis alii evulſi, ut renaſcuntur.* WOLF. Alii libri: INTERSECANDIS. Nihil immutandum. KEUCHEN. *Interſecandis* Caeſ. Pict. *Pilis quibuſcumque internecandis, quae oc. im.* Ald.

663. MOBILIS HIRSUTAS HORRET LASCIVIA SETAS,] Manuſc. *nobilis.* WOLF. Sic liber avitus & optimi veterum exhibuerunt, *mobilis laſcivia oculorum*, ut *oculorum orbiculi mobiles*, apud Arnobium: Vulgo male degeneres ac viliores notae:

*Mollis & hirſutas horret laſcivia ſetas.*
vel:
*Nobilis hirſutas horret laſcivia ſetas.*

quod miror à Stephano typis recuſum. Lepide autem pilos hirſutos, comparat hirſutis ſetis. Plautus Caſin. V. II. 48. *ita quaſi ſetis labra mihi compungit barba.* ubi *ſentis* etiam exhiberi memini. Sequens Sereni verſus non male, vel invitis libris, legeretur: *Et gaudet rapto nudari horrore pilorum.* Eam lectionem prior verſus ſatis aperte probat. Male *rore* legit Pictorius. KEUCH. *Nobilis* Reg. Paderb. Ald. *mollis &* marg. Conſt. ſed *mobilis* rectum eſt. ut Petron. cap. CXXVI. *oculorum mobilis petulantia*, ubi vide. Pictor. exponit *delicatam.* deinde *rore* Ed. Venet. Lipſ. Caeſ. Pictor. qui exponit *ablato rore.* Humelb. *florem* exponit radicem & originem, unde pilus, ut fluctus excreſcit. *florem* de capillis dixit etiam noſter cap. IV. & de barba vel lanugine paſſim occurrit. hic de pilis palpebrarum cape. *laſcivia* de libidinem praeferentibus oculis capienda. BURM.

665. BONA CAUSSA ] Quia aliter mollitiei indicium erat, velli. vide Suet. Caeſ. XLV. & paſſim Martialis, & alii vulſos perſtringunt. BURM.

667. INFESTA ] *Infecta* Reg. Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ. male. ita mox *inimica ſeges.* & cap.

Digitized by Google

Inde inimica ſeges proprios deſaevit in orbes.

Ergo

cap. XXXI. animalia *inimica creanti* dicuntur. & alibi ſaepe

667. NAMQUE OCULOS INFESTA PILORUM TELA LACESSUNT, QUODQUE ILLIS DEDERAT VALLUM NATURA TUENDIS,] Hoc vitium φαλάγγωσις, & διστιχίασις. CONSTANT. Duo morbi, vel potius dedecora pilis palpebrarum accidere ſolent; aut enim concidunt, aut praeter naturalem ordinem augentur. Illud vitium Graecis μαδάρωσις, μίλφωσις & μάδησις appellatur: hoc, quod Serenus intelligit, διστιχίασις. Galenus τριχιῶντα βλέφαρα vocat, Avicenna *inverſos* vel *additos pilos*. Celſus de pilis palpebrarum, oculum irritantibus lib. VII. cap. 7. *Pili vero, qui in palpebris ſunt, duabus de cauſis oculum irritare conſuerunt. Nam modo palpebrae ſuperioris ſumma cutis relaxatur, & procidit:* (palpebrae ſuperioris ſummam cutem vocat, quam alii ἐπισκύνιον; quod Nicandri Scholiaſtes interpretatur τὸ ἐπάνω τῶν ὀφρύων, ad ſimplex Poëtae nomen σκύνιον) *quo fit, ut ejus pili ad ipſum oculum convertantur, quia non ſimul chartilago quoque ſe remiſit. Modo ſub ordine naturali pilorum alius ordo ſubereſcit, qui protinus intus ad oculum tendit.* eum Serenus priore verſu notat, altero inepte etiam medicorum filiis acceptus, qui vallum de confinio luminum exponunt: quod omnino abſurdum & ἀπροσδιόνυσον. Petronius cap. CXXVI. quid luminum confinio ſit intelligendum, aliter docebit: *ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum pene permixta.* τὸ μεσόφρυον Graeci vocant. Ariſtaenetus: τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει. Anacreon. Od. XXVIII.

> τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
> διάκοπτε, μήτε μίσγε.

*vallum* autem, eſt oculorum tegumentum; ita etiam Cicero appellat libro ſecundo de natura deorum cap. 56. Vetus Poëta Graecus non illepide ὀμματόφυλαξ. Verba Ciceronis, quae falſo apud Nonium Marcellum ex ſecundo de Oratore laudantur: *munitaeque ſunt palpebrae tanquam vallo pilorum, quibus & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, & ſomno conniventibus quum oculis ad cernendum non egeremus, ut tanquam involuti quieſcerent.* haec unice Sereni verſum illuſtrant, &, quid *vallum* nuncupaverit, exponunt. Eodem modo Plato τὴν τῶν βλεφάρων φύσιν τῆς ὄψεως σωτηρίαν dixit. Et Galenus palpebrarum officia deſcribens hiſce verbis: τούτων δὲ τὰ μὲν σκέποντα τὴν ἰδέαν, τοὺς χιτῶνας σύμπαντας βλέφαρα κέκληται, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, συμβάλλοντα ἀλλήλοις ἀκριβῶς, καὶ ἀκρομυγῶς εἰς ἀπόληψιν τῆς ὄψεως, καὶ εἰς τὸ ἀπείργειν τὰ πληκτικῶς προσπίπτοντα τοῖς ὀφθαλμοῖς. ἐπ' ἀκριβῶς δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς ὕπνοις εἰς ἀποστροφὴν τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως, ὅταν τὸ συντυγχάνειν τὸν ἄνθρωπον. Lactantius de opificio Dei: *nam & ipſe palpebrae, quibus mobilitas ineſt, palpitatio vocabulum tribuit; pilis in ordine ſtantibus vallatae, ſeptum oculis decentiſſimum praebent.* KELCH *Validum* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet. Lipſ. ita Ovid. VIII. Met. 286.

> *Stantque velut vallum, vel ut alta haſtilia, ſetae.*

669. INDE INIMICA SEGES PROPRIOS DESAEVIT IN ORBES.] Pilorum ſeges. PICTOR. *Tela pilorum*, & *ſeges telorum*: habet à Virgilio libro tertio Aen. 49.

> — *hic confixum ferrea texit Telorum ſeges.*

*Proprios deſaevit in orbes*, κύκλους ὀμμάτων. Sophocles Oedip. Tyr. 1291.

> Ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὑτοῦ κύκλων.

*oculorum orbiculos mobiles*, ex Arnobio notavimus. Solinus cap. XXX. *nunquam cohibet aciem orbium*, γλήνην τῶν κύκλων. Lactantius ubi ſupra, capite VIII. *Ergo ineffabilis divinae providentiae virtus fecit duos ſimillimos orbes; eoſque ita devinxit, ut non in totum converti, ſed moveri tamen ac flecti cum modo poſſent.* vide ſequentia: Lucretius libro III. 411.

> *Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem.*

Arnobius libro V.

> *Tum dea defigens anguſti luminis orbes.*

*orbes* igitur proprie oculorum: & quia ſolem Jovis oculum appellabant, κύκλον ἡλίου venuſte dixit Aeſchylus Prometheo:

> Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ.

De toto oculorum circulo illi autores *orbem* uſurparunt. ἴριδα tamen ſtrictius Graeci vocant

cant

Digitized by Google

Ergo locum crinis vulſi continge cruore,
Quem dat avis, tremulis ſimulat quae pellibus alas.
*Sanguine vel ricini, quem nigro de cane velles.*
Praeterea quaſcumque voles avertere feras,
Atque in perpetuum rediviva occludere tela,
Corporibus vulſis ſaniem perducito ranae:
Sed quae parva ſitu eſt, & rauco garrula queſtu.

Nec

cant *oculorum orbem.* Rufus: τὸ δὲ συνεχὲς τῇ ὄψει μέχρι τῆς λευκῆς ἶριν, τοῦτο δὲ οἷς ἔχει χρώματος μέλανα, ἢ πυῤῥὸν, ἢ γλαυκὸν, ἢ χαροπὸν ὀνομάζουσι. Plinius de oculis lib. XI. 37. *aliis atri, aliis ravi, aliis rauci coloris orbibus circumdatis.* KEUCH. *Validos deſaevit* Ed. Venet. Caeſ. Pictor. Lipſ. ſed repetitum ex praecedenti verſu, ut ſaepe ſolent librarii. deerat hic verſus Regio codici. *orbes* de oculis dici jam multi adnotaverunt. vid. ad Ovid. II. Met. 752. & bis terve ad Valer. Flaccum. & κύκλος ita explicuit Camerar. ad Sophocl. Philoct. pag. 429. BURM.

671. Quem dat avis, tremulis simulat quae pellibus alas.] Veſpertilio haecce avis eſt, quam hic deſcribit. CAESAR. Veſpertilionem intelligit, quae alas habet pelliceas. PICTOR. Veſpertilio enim pinnatis alis volat & pelliceis. Plinius: *veſpertilionum ſanguis pſilothri vim habet: ſed malis puerorum illitus non ſatis proficit, niſi erucae vel cicutae ſemen poſtea inducatur: ſic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem.* KEUCH.

672. Sanguine vel] Hunc verſum ſequitur in MSS. Codice. ſequens hic, qui in impreſſis deſideratur.

*Sanguine vel ricini, quem nigro de cane velles.*

WOLF. Exhibet etiam Voiſ. Cod. & Edit. Ald. nec ejiciendum puto. de ricino vid. ad Nemeſ. Cyneg. 209. & inf. cap. ſeq. BURMANN.

673. Avertere] MS. *avellere.* WOLF. & ita Paderb.

674. Atque in perpetuum rediviva obcludere tela,] *Obcludere*, ne iterum creſcant. PICTOR. *Obducere tela*, margo libri Gryphiani. quod ob alterum verſum redundat. KEUCH. *Recidiva excludere* volebat Heinſ. vid. cap. IV. *obcludere taeda* Lipſ. *obcrudere* Paderb.

675. Perducito] MS. *perductio.* ſed forte error eſt. WOLF. *Perfundito* Leid. Ed. Vet. Humelb.

675. Ranae] Ranam minutulam innuit, quam Germani *Laub fröſchen* vocant. PICTOR. Ranae calamitae, ſive diopetis, minimae & viridiſſimae. Plin. XXXII. cap. 7. CONSTANT.

676. Parva situ] Heinſ. *parva ſatu.*

676. Sed quae parva situ est et rauco garrula questu.] Quibuſdam in libris exhibetur:

*Sed quae parva ſitu & clamoſo garrula queſtu.*

Libro avito: *& clamoſe gerina queſtu.* quod ſuppoſititium eſt & ineptum. Scio, γερῖνοι & γυρῖνοι Graecis ranas vocari è nubibus & coelo lapſas. Cicero I. de Divinatione cap. 9. *Sed ineſt gerinis & ranunculis* (*germinis* vulgo legitur) *quaedam natura ſignificans aliquid.* Talem medici pro pſilothro non commendant. Plinus libro XXXII. capite 10. qui Sereno in omnibus dux & author: *ranae parvae (quam in oculorum curatione deſcripſimus) ſanies efficaciſſime pſilothrum eſt, ſi recens illinatur: & ipſa arefacta ac tuſa, mox decocta tribus heminis ad tertias, vel in oleo decocta aereis vaſis. Saniem* vocat, quam *ſanguinem* capite VII. ubi de oculorum vitiis: *lepus marinus ipſe quidem venenatus eſt, ſed cinis ejus in palpebris pilos inutiles evulſos cohibet.* Statim: *ranae, quas diopetes & calamitas vocant, ſanguis earum cum lachrymâ vitis, ſi evulſo pilo palpebris illinatur.* καλαμῖται vocantur, quae χλωροὶ apud Dioſcoridem, virides inter calamos aquaticos morantes. περὶ βατράχων II. 28. τῶν δὲ χλωρῶν βατράχων τὸ αἷμα ἐπισταζόμενον,

κω-

Nec non e ſtagnis ceſſantibus exos hirudo
Sumitur, & vivens Samia torretur in olla:

Haec

κωλύει τὰς ἐκτιλθείσας ἀπὸ τῶν βλεφάρων τρίχας φύεσθαι. Marcellus: *ranunculum viridem comprehenſum acu cuprea pungito, & ſanguine ejus excepto palpebras, de quibus pilos tuleris, ſubinde continge, nunquam renaſcentur.* Videndus & Aegineta libro III. cap 22. *Sed Aëtius veſpertilionum, & ranarum ſanguine pilos exſtirpari poſſe, falſum contendit:* idque experientia exploraſſe. Vide cap. 80. Tetr. 1. Serm. 41. KEUCH. *Ranco* minime mutandum cenſeo: aptum enim Ranis & earum clamori epitheton. vid. ad Ovid. VI. Met. 377. minime veriſimilis autem lectio illa codicis Keuchenlani *gerina*; quis enim captaſſe vocem hanc ab uſu fere remotam credat? In Ciceronis vero loco dubia eſt admodum ſcriptura, nec etiam, ut puto, ad liquidum perducta. Sed diſſimulare non debuerat Keuchenius, de *gerinis* jam monuiſſe Victorium & Urſinum, & poſtea Iſaacum Voſſium ad Pomp. Mel. 1. cap. 9. quem inſpexiſſe credo, & de ejus verbis, non accurate & cogitate perpenſis, erraſſe: non enim vulgo ibi legitur *germinis* pro *gerinis*, ſed in altero Ciceronis loco ex lib. IV. ad Att. 17. ait Voſſius, Boſium pro *gerina* repoſuiſſe *germina*. vide ibi commentatores. cum vero praeterea lis ſit de nomine hujus ranae, an *gerinus*, *garanus*, vel *gyrinus* dici debeat, quod credo praeſtare ex Graeco γύρινος, ut Aratus, vel *gerynus*, ut Nicander, ex quibus patet *gerinam*, carmen hoc, ut dactylum faciat, non poſſe ingredi: nam Aratus priorem corripit, ſecundam producit in Διοσημ. 215.

Αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων.

Nicander duas priores corripit Theriac. 620.

Ἀλλ' ἤτοι γερύνων καταχεὶ πρὸ ἀλλὰ τοκῆες.

quos verſus adducit Brodaeus Miſcel. VII. 3. & Eraſmum refellit, qui *Gruneos* vocandos cenſebat. maneat ergo obvium epitheton *garrula*, ut ita & auctor Philomelae.

*Garrula limoſis rana coaxat aquis.*

Ut notat Taubmannus. ſic *loquaces* Virgilius ranas lib. III. Georg. 431 vocat, qui etiam *querelam* illis adſcribit lib. I. 378. ut & Nicander d. l. qui γηρυχὺς vocat. Scholiaſtae vero videtur γαρύνας, non γέρυνας dici; qui explicat parvas ranas, ut & ad Alexipharm. 562. ubi λαιδρὰς, improbas & impudentes dictas ait, διὰ τὸ βοᾶν ἀεὶ τῇ φωνῇ τρηχυνίας. uterque vero & Scholiaſtes Nicandri, & Theon ad Aratum notat, proprie eſſe foetus ranarum informes, & nondum formatos. hincque *gyrinos* intelligi poſſe intra cap. XLIX. puto. credo vero illud *gerina* a gloſſatore ortum, cum explicare vellet *parvam ſitu* & *garrulam*. BURM.

677. Nec non quae stagnis cessantibus haesit hirudo Sumitur, et vivens Samia torretur in olla:] Hujusmodi unguentum, ſive medicaminis genus apud Plin. lib. XXXII. cap. 7. deſcriptum quoque invenies, tum quod ex Ranarum, tum quod ex ſanguiſugarum ſucco conficitur. Appellaturque Graecis ψίλωθρον. Latinis dici poteſt, *depilatorium*. CAESAR. *Samia* id eſt fictili olla. Plinius habet plumbea. PICTOR. Manuſcr. *ceſſantibus exſtat hirudo*, & mox, *in aula*. WOLF. Flos veterum librorum:

*Nec non è ſtagnis ceſſantibus exos hirudo.*

quomodo Pithaeanus etiam, ut ille libro II. cap. 19. Adver. annotat. Plinius ubi ſupra, capite X. *Sanguiſugae quoque toſtae in vaſe fictili, & ex aceto illitae, eundem contra pilos habent effectum.* Marcellus: *ſanguiſugarum in olla combuſtarum tritus delicatiſſime cinis, & vulſis pilis palpebrarum impoſitus vel inſperſus, renaſci eos non ſinit. Samiam ollam* vocat non quidem τὴν σαμίαν, ſed in genere *figulinam*, *vas fictile* Plinius. Tertullianus de curioſitate ſuperſtitioſâ à Numâ concepta, capite XXV. Apologet. adv. gentes: *temeraria de ceſpite altaria, & vaſa adhuc Samia, & nidor ex illis.* KEUCH. *Nec non & ſtagnis* Leid. *nec non e ſtagnis c. exos hirudo* Reg & Paderb. (niſi quod *exul*) Conſt. & Voſſ. quae lectio maxime placet. *nec non eſt aquis c. exhoſo hirundo* Ed. Venet. Lipſ. *exul irudo* Caeſar *exul hirudo* Pictor. *in aula* Ed. Venet. Caeſar. Lipſ. *exos* utitur Arnob. IV *ſi exos eſſet genus humanum*, vid. Lambin. ad Lucret. III. 721.

Haec acidis jungit permixta liquoribus artus,
Avulſamque vetat rurſus percreſcere ſilvam.

## CAPUT XXXVI.

*Omnibus Obſcaenis Medendis.*

Dicendum & quae ſit membris medicina pudendis.
Languidus antiquo purgatur penis Iäccho,

Ac

*exul* qui reſcripſerunt, de hirundine cogitavere. quae *peregrina* avis, ut ciconia, poſſet dici. ſed hirundines oſſibus carere conſtat, ut plura inſecta. BURM.

679. ACIDIS LIQUORIBUS] Id eſt vino nigro, vel, ut quidam, aceto habent. lege Plin. XXXII. 7. PICTOR.

679. JUNGIT PERMIXTA LIQUORIBUS ARTUS,] *Jungit*, id eſt glutinat, & obturat evulſorum pilorum foramina. alii *ungit*. CONSTANT. *Ungit* in ora libri ſui Stephanus. ultimo verſu libri magis variant: *Percreſcere* Gryphianus, & ad ejus oram *procreſcere*: *ſuccreſcere* Stephani ἀρχεῖον. Avitus:

*Avulſamque vetat rurſus crebreſcere ſylvam.*

Serenus ſupra cap. V.

*Et quicquid crebrè defendit ſylva capilli.*

KEUCH. *Ungit* Leid. Reg & Ed. omnes fere praeter Conſt. Gryph Pictor. & Torn. *procreſcere* Leid. Reg Paderb. Ed. Vet Humelb. marg. Gryph. aliae *percreſcere*. ſed recte Conſtantinus in margine conjicit *ſuccreſcere*: ab ultima nimirum ſyllaba τ̃ *rurſus*, abſorpta eſt prima in *ſuccreſcere*, quam, ut verſum fulcirent, librarii ſupplevere varie. BURMANN.

OMNIBUS] MS. *obſcaenis membris medendis*. Geſnerus, *pudendorum vitiis*. WOLF.

681. DICENDUM ET QUAE SIT MEMBRIS MEDICINA PUDENDIS.] Etiam nobis ea conſilia praeſcribenda ſunt, quae ad obſcoenas partes pertinent, quarum apud Graecos vocabula & tolerabiliùs ſe habent, & accepta jam in uſu ſunt, cum omni fere medicorum volumine atque ſermone jactentur. Celſus lib. VI. 18. *apud nos foediora verba, ne conſuetudine quidem aliquâ verecundius loquentium accommodata ſunt: ut difficilis haec explanatio ſit, ſimul & pudorem, & artis praecepta ſervantibus. Neque tamen ea res à ſcribendo deterrere me debuit. Primum, ut omnia, quae ſalutaria accepi, comprehenderem, dein quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoſcenda eſt, quae invitiſſimus quiſque alteri oſtendit.* KEUCH. *Medicina pudoris* Cod. Voſſ.

682. LANGUIDUS ANTIQUO PURGATUR PENIS JACCHO,] Iſtum verſum alii medicorum legunt:

*Languidus antiquo curatur penis Jaccho.*

at nihil videtur immutandum. Quod de *antiquo vino*: id alii de parco. Valerius Flaccus II. Argon. 69.

*—— —— —— —— lapſas*
*Reſtituunt vires & parco corpora Baccho.*

Petronius Satyrico cap. CXXXI. *bauſi parcius merum*. *Languidus*, eſt affectu remiſſus, cum a luctâ nervos paralyſis occupavit. In obſcoenis *lentus*, vel *angue lentior*, etiam *languidus* appellatur. Apulejus in Anechom. *languidus thyrſus*, Catullus Carm. LXVIII.

*Languidior tenera cui pendens ſicula beta,*
*Nunquam ſe mediam ſuſtulit ad tunicam.*

*languidior beta*, unde *betizare* apud Suetonium Auguſto, ἀντὶ τ̃ ἀτονῆσαι KEUCH. Ultima haec Keucheuius debet Torrentio ad Suetonium Aug 87. & ita Petron. CXXXII. *languidior coliculi thyrſo*. ſed vitium hic eſſe credo. non video enim, quis hic locus purgationi, niſi velimus ulcera, tumores, aut ſimile quid in pene ponere, quae vino purgari antiquo jubet. ſed tantum de languore agit,

qui

Digitized by Google

Ac ſuper illinitur fecundae felle capellae.
Mane novo myrti frondes commandere prodeſt.
Cui dolet, atque illas in vulnus deſpuat ipſum.

Fac-

qui an, vino ſi foveatur penis, emendari poſſit, ut cap. LV. *fotu languida* recreari jubet, neſcio. practerea ſequentibus verſibus agit de medicaminibus, quibus illini debet pars dolens, ſive aliquo vitio affecta. quare ſuſpicor ex lectione alia *curatur*, ut citat Wouwerius ad Petronii d. l. poſſe effici *duratur*: nimirum ſi quis modice vinum antiquum hauſerit, ut nequam ille Polyaenus, qui funeratam illam partem querebatur, ut nervos ſuos recuperaret, hauſit parcius merum: & hinc Ovidius Remed. 805.

*Vina parant animos Veneri, niſi plurima ſumat.*

& Critias apud Athenaeum lib. x. cap. 19. de vino: Κτύνει δὲ καλῶς εἰς ἔργ᾽ Ἀφροδίτης. *durare* vero eſt rigidum, durum facere. ut apud Ovid. II. Faſt. 346.

*Et rigido cornu durius inguen erat.*

quod ita exprimit Petronius cap. CXXXIV. *niſi illud tam rigidum reddidero, quam cornu.* ubi vide notas. ſic in aliis morbis noſter *durata membra* dixit pro rigentibus. BURM.

683. FECUNDAE FELLE] MS. *foecundae lacte capellae.* WOLF.

684. MANE NOVO] *Mane novum* Reg.

684. QUOQUE MANDERE] Legunt, *commandere.* WOLF. *Frondes quoque mandere* Leid. Ed. Vet. Humelb.

684. MANE NOVO MYRTI FRONDES COMMANDERE PRODEST, CUI DOLET, ATQUE ILLAS IN VULNUS DESPUAT IPSUM.] Haec lectio ſatis probata ac ſana eſt; nec, cur aliam reponeremus, aliarum editionum magiſtelli judicarent. Immo, ſi cum iiſdem fatear, non eſt quid aliud reponendum. Ipſe Marcellus hanc eandem ſatis adſtruit capite XXXIII. *Folia myrti jejunus commanduca, & in ulcera veretri expue, ſtatim proderit.* Habent tamen alii librorum alterum verſum excuſum:

*Cui dolet, atque illas in vulnus deſpuere ipſum.*

quod ejuſdem medicinae cum recepta. Scriptum in libro avito:

*Mane novo myrtus frondes commandere prodeſt*
*Cui dolet, atque illas in vulnus ter ſpuere ipſum.*

*myrtus* pro *myrti*, non menda, ſed ἀρχαϊσμὸς in illo libro. Paria Scaliger notavit ad illud Catulli LXV. 89.

——— *progignunt flumina myrtos.*

Sed cum Sereno, ut Plinio & Marcello, ſolenne ſit, veterum ſuperſtitionem & artem veneficam medicinae loco commendare; ſatis etiam antiqua ſcriptura, quae neſcio, an aliis comparuerit, hic pro rationali medicina vendi poſſet & exponi:

*Cui dolet, atque illas in vulnus ter ſpuere ipſum.*

Plinius libro XXVIII. capite 4. *Veniam à Deis ſpei alicujus audacioris petimus in ſinum ſpuendo. Etiam eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni medicinâ mos eſt.* Autor libri de incantatione: *quidam dicunt, mulierem ranam accipientem & os ejus aperientem, terque ibi inſpuentem, non concipere illo anno.* Etiam de terno in vulnera deſpuendi more, memoria veterum Poëtarum. Theocritus eid. ζ. γεγία τι πυρείν:

Ἄτις ἐπιφθύζοισα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.

ubi Scholiaſtes: εἰώθασι γὰρ αἱ γραῖαι ὅταν ἐπάδωσιν ἐπιπτύειν. Ingens veterum in hac re ſuperſtitio: nam & caedes dolo malo perpetratae exſpuendo expiabantur, & faſcina arcebantur. Probus ad illud Juvenalis VII. 112. *Conſpuiturque ſinus. Propter faſcinum*, inquit, *verborum ter ſibi in ſinum ſpuunt, & videntur faſcinum arcere.* Valerius Cato in Diris: *ter in gremium mecum, inquit, deſpue.* Theocritus:

Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.

KEUCH. *Qui dolet* Leid. Reg. Ed. Vet. Ald. *quod dolet illas in vulnus* Ed. Venet. *quod dolet ac illas* Lipſ. *deſpuere* marg. Conſtant. mihi *ter ſpuere* non diſplicet, nam ſuperſtitioſa illa obſervatio numeri ternarii obvia. vid. ad Petron. cap. CXXXI. ubi videbis fontem, unde ſua ad verbum fere hauſerit Keuchenius.



Digitized by Google

Faece etiam vini genitalia lauta levantur,
Et tumidos teſtes Nereia lympha coërcet,
Vel bulbi ex mulſo, vel cera immixta cupreſſo:
Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.
Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem
Far madidum lympha, & feralis fronde cupreſſi:
Unde etiam potu frons haec memoratur amica.

Sin

adde Turneb XXVI. Adv. 6. & qui nuper de morbo inſputato edidit exercitationem Cl. Wedelius Centur. I. Decad. IV. Exerc. 5. BURM.

686 FAECE ETIAM VINI GENITALIA LAUTA LEVANTUR,] *Lauta* pro *lota*. PICT. Plinius de fece vini: *medetur illita & teſtibus & genitalibus.* Quod in aliis libris: *genitalia l uta lavantur*, haud nimis ineptum eſt. KEUCH.

687. NEREIA NYMPHA] A Nereo Deo Marino. PICTOR. Aqua marina. CONSTANT. Plinius de aqua marina: *Teſtium quidem tumori fovendo non aliud praeferunt.* Marcellus: *teſticuli tumentes aqua marina rationabiliter foventur.* KEUCH.

688 VEL BULBI EX MULSO VEL CERA IMMIXTA CUPRESSO:] Idem Marcellus: *bulbi ex mulſo triti, atque inliti dolentibus teſticulis medentur.* Plinius lib. XX. cap. 9. *Per ſe triti (bulbi nervorum contractionem medentur.* Ibidem: *Ad ſudorem ſuſi illinuntur nervis. utiles ideo & paralyticis dantur juxta in pedibus.* Bulbi numerabantur & inter ὑποβινητιῶντα βρώματα: Inde locus ad Ariſtophanem concionatricibus, κατωφαγεῖν βολβῶν χύτρας. Apicius: *aqua decoquant bulbos, qui Veneris uſum quaerunt.* Heraclides Tarentinus: βολβὸς, καὶ κοχλίας, καὶ ὠὸν, καὶ τὰ ὅμοια, δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικὰ, οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοιώδεις ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις. KEUCH. *Vel bulbo ex mulſo*, Lipſ. Celſus VI. 18. *ſi induruerunt, imponi debet lini vel foeni Graeci ſemen ex mulſo coctum, aut ex cyprino ceratum.* BURM.

689. AUT FABA CUM TEPIDIS BACCHI DECOCTA FLUENTIS.] Non, ut viliores editi: *Aut faba cum tepuit.* KEUCH. *Cum tepidis* Reg. *Baccho* Lipſ. Ald. *cum tepuit* marg. Conſt.

690. RAMICIS] Ramex, hernia eſt, aut durities inſtar ſcirri, in carnoſis maxime locis proveniens. PICTOR.

691. FAR MADIDUM LYMPHA ET FERALIA FRONDE CUPRESSI:] Impreſſi codices, *far madidum lympha & ferali.* MS. *far madidum lympha, medica cum fronde cypreſſi.* WOLF. *Feralis*, funeſti, quod potiſſimum exequiis mortuorum haec arbor praeſens fuerit. PICTOR. Dioſcorides περὶ κυπαρίσσου I. 102 τὰ σφαιρία σὺν ἄλλοις ἐντεροκήλας καταπλασθέντα. καὶ τὰ φύλλα δ' αὐτὸ ποιεῖ. Quae tamen medice diſtincta ſunt. *ferali fronde cupreſſi*, Gryphius exhibuit. Ovidius III. Triſt. XIII. 21.

—— *ferali cincta cupreſſu.*

Horat. Epod. V. 18. *cupreſſus funebris.* Scholiaſtes: *Inferis conſecratas & funeri aptas, quia funeribus adhibebantur.* KEUCH. *Madidum lymphis ferali* Leid. Reg. Ed. Vet. *lymphis & fera fronde* Ed. Venet. Lipſ. *ferali a fronde* Humelb, qui exponit farinam & pulverem foliorum Cypreſſi. *lympha & ferali* Caeſar. Pictor. Pith. Torn. Gryph alii. *& feralis.* Aldus, *lympha, medica cum fronde.* ſed in Paderb. erat, *& feralis forma cypreſſi.*

692. UNDE ETIAM POTU FRONS HAEC MEMORATUR AMICA.] Libri collati & impreſſi:

*Unde etiam ex fotu frons haec memoratur amica.*

Scriptus avitus:

*Unda etiam tanto, frons haec memoratur amica.*

quae corruptiſſima ſunt. In ora libri: *Unde etiam tanto.* Quod ferri poſſet ex ingenioſa conjectura, ſed inepto ſenſu. mihi vero quid altius videtur hic deliteſcere, quam ut illo *tanto* tantus emendator abeam. Locus ſi divinando ſanari poteſt, ita forte corrigendus: *Un-*

Digitized by Google

Sin autem exiſtit durum tibi glandibus inguen,
Proderit induci cochleas cum melle minutas.
Obſcaenos ſi pone locos nova vulnera carpent,
Horrentum manſa curantur fronde ruborum.
At ſi jam veteri ſuccedit fiſtula morbo,
Muſtellae cinere immiſſo purgabitur ulcus,
Sanguine ſeu ricini, quem bos geſtaverit ante.

Her-

*Unde etiam tauro frons haec memoratur amica. taurus* eſt illa ſutura, quae teſtes interjacet. Gloſſae medicae; ταῦρος, *ſutura teſtium.* Apud medicos poſteriores enumerantur unguenta tentiginem moventia, pudendo & tauro inuncta. Myrepſus aliqua antidoto: ἀλειφόμενον τὸ αἰδοῖον, καὶ ὁ ὑπόταυρος. Quae verba indubie mendoſa ſunt. Scribo: ἀλειφόμενον τῷ αἰδοίῳ καὶ ὑπὸ ταῦρον. Ταύρου etiam meminit Auctor Introductionis. KEUCH. *Etiam ex fotu* marg. Conſt *amicae* Reg. *amice* Ed. Venet Lipſ. *amico* Voſſ. Cod. de tauro obſcaeno ſenſu pro parte virili egimus ad Petron. cap. XXV. BURM

693 GLANDIBUS] Id eſt ſcrophulis. PICTOR. *Durus tibi* Reg. *duratis glandibus* Paderb. quod minime diſplicet.

694. PRODERIT INDUCI COCHLEAS CUM MELLE MINUTAS] Plinius XXX. cap. 8. *Inguinum tumorem cochleae minutae cum melle illitae leniunt.* Marcellus: *inguinum tumorem cochleae minutae tritae cum melle illitae ſedant. Tumorem inguinum*, Graeci βουβῶνας vocant. Gloſſae medicae: βουβὼν, *inguen*, *tumor inguinis.* eum tumorem Serenus intelligit. KEUCH.

695. SI PONE LOCOS] Id eſt, ſi prope. PICTOR

695. OBSCOENOS SI PONE LOCOS NOVA VULNERA CARPENT, HORRENTUM MANSA CURANTUR FRONDE RUBORUM] Plinius libro XXIV. cap. 13. de moris ruborum: *vim habent ſiccandi adſtringendique, gingivis, tonſillis, genitalibus accommodatiſſimi.* Idem capite ſequenti de cynosbato: *eodem ſucco foventur ſedis atque genitalium ulcera. Locos* autem Serenus ipſa naturalia vocat. vetus gloſſarium: *loci muliebres*, ὕστερα κόλπος μήτρας. Cato de re ruſtica: *& ſi mulier eo lotio locos fovebit, nunquam ii viroſi fient.* Varro lib. de lingua Latina: *Sic loci muliebres, ubi naſcendi initia exiſtunt*, pro ipſo utero poſuit, ut etiam Lucretius: *Incitata tument loca ſemine.* Tertullianus de animâ cap. XXVI. *ecce duplex foetus in matris locis tumultuatur; & nuſquam adhuc populi duo.* Alii cum Sereno ponunt pro parte naturali. Murredius apud Senecam libro I. Controv. II *novimus*, inquit, *iſtam maritorum abſtinentiam, qui etiam ſi primam virginibus timidis remiſère noctem, vicinis tamen locis ludunt.* Caelius Aurelianus acut. paſſion. libro III. *indecenter ipſa in loca manus mittunt, prurientibus verendis.* Sic apud Dioſcoridem rectiſſime τοὺς τόπους accepêre in iis verbis: μαλάσσουσι τοὺς τόπους καὶ ἀναστομοῦσι. In obſcoeno carmine:

*Dum timet alterius vulnus inepta loci.*

KEUCH. *Carpant* Caeſar. Pictor. *ſeva vulnera carpent* Ed. Vet. *Horrentes m. c. f. rubores* Lipſ. de *locis*, vid. comment. ad Petron. cap. LXXIX. & videbis fontes, unde ſuos rivos deduxit Keuchenius; ſed omnes dolentes partes corporis locos vocant. ut cap. XL. & capite praecedenti, *ergo locum crinis vulſi continge cruore.* & ita paſſim. BURM.

697. AT SI] *Aut ſi* Leid. Ed. Vet. Ald. *Et ſi* Venet. Caeſar. Pictor. Lipſ.

697. FISTULA] *Fiſtulae* ulcera profunda ſunt & oblonga, ab inſtrumenti ſimilitudine dicta. PICTOR.

698. SANABITUR] Manuſc. *purgabitur.* WOLF. *Sanabitur* Leid. Ed. Vet. Humelb.

699. RICINI] *Ricinum* vermis genus eſſe novimus alati, ab Ariſtotele κυνοῤῥαιστὴν dictum. Sed hoc loco Serenum hic noſtrum animal intellexiſſe arbitror, quod ſemper infixo capite cuti ſanguine vivit, atque ex omnibus animalibus exitum non habet, & uſque adeo ſatietate intumeſcit, ut alimento rum-

Herba chelidoniae fertur cum melle mederi,
Herbaque cum ſevo foliis de mille vocata.

## CAPUT XXXVII.

*Iſchiae Articulari & Morbo.*

Saepius occultus victa coxendice morbus
Perfurit, & greſſus diro languore moratur.
Populus alba dabit medicos de cortice potus:
Nec non & tenerae gracili de fronde geniſtae

Adre-

patur denuo, *Acar* Philoſophus nominat. bobus & vaccis maxime inhaeret: vulgo *ein zeck*. PICTOR.

699. Sanouine vel ricini, quem bos gestaverit ante.] Impreſſi Codices *ſeu ricini* MS. *cum ricini*. WOLF. Nam *ricinus* proprie canum eſt. Gloſſae Cyrilli, *κρότων, φθεὶρ, ricinus*. Ita Suidas. *κρότων κυνῶν φθειρῶν*. Ariſtoteles *κυνοῤῥαϊστὴν* vocat. Vide Scaligerum exerc. CXCIV. Ideo differentiam notans, addidit: *quem bos geſtaverit ante*. vel: ut *ricinum* diſcerneret ab arbore ricino: Dioſcorides libro IV. cap. 164. *Κίκι ἢ κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι Κύπριον, οἱ δὲ κρότωνα· ὠνόμασται κρότων, διὰ τὸ αὐτῷ τὸ ζῶον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος*. KEUCH. *Vel ricini* Leid. Ed. Vet. Humelb. *tum ricini* Venet. Ald. *cum ricini* Caeſar. Pictor. *ſanguine que ricini* Reg. *vel ricini q. b. guſtaverit* Voſſ. Cod. & Paderb. niſi quod, *guſtaverat. ſang. cum ricini* Lipſ. ſyllabae penultimae modus hic diverſus ab ea in *ricino*, veſtis genere, ubi producitur. vid. Borrich. Ling. Pharmacop. de *ricino* vid. ſupr. ad vſ. 672. BURM.

701. Foliis de mille] Id eſt, mille folia. PICTOR. *Μυριόφυλλον*, *millefolium* Plin. XXIV. cap. 16. CONST.

SCHIAE ſcriptum in avito lemmate: Quam ſcripturam & alii veterum librorum confirmant. SCHIAE pro ISCHIAE, ut *σχίον* pro *ἰσχίον* in veteri Gloſſario. unde *ſchiatici* pro *iſchiatici*, & *ſchias* pro *iſchias* apud Martianum Capellam. Gloſſae, *ſchiatica*, *ἰσχίας*. Eſt autem *ἀρθρῖτις*, coxendicis. os enim, quod femoris caput excipit, *ἰσχίον*, vel *ἰσχίου ὀστοῦν*. Scholiaſtes Homeri: *ἰσχίον τὸ κοῖλον τῆς ὀσφύος ὀστέον, ἐν ὃ ἐγκεῖται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν*. Suidas: *ἰσχίον, τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται*. Julius Pollux: *ἰσχία μὲν ἐστὶν αἱ ἑκατέρωθεν μετὰ τὴν ὀσφὺν σφαιροειδεῖς συμβολαί*. KEUCH. *Scie* Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ. *ſchiae* Reg. *ſcies* Ald. *curando* addunt Pith. Caeſ.

702. Victa coxendice] Plinius coxendicem ſciathicam nominat, & eſt morbus vel in vertebris reſidens, vel ipſa coxa. Graecis *ἰσχίας* nominatur. PICTOR. *Vincta* Paderb.

702. Saepius occultus victa coxendice morbus Perfurit, et gressus diro languore moratur.] In iſchiade enim, ob pituitoſum humorem vincula laxantem & emollientem, ſaepe luxatio & claudicatio ſuboritur. KEUCH. *Victa conſendice* Reg. *coſendice* Lipſ.

704. Populus alba dabit medicos de cortice potus:] Dioſcorides I. 109. *Λεύκης δὲ δίδοται ὁ φλοιὸς ποθεὶς ὅσον οὐγγίας μιᾶς πλῆθος, ἰσχιάδας ὠφελεῖ καὶ στραγγουρίας*. Plinius ad verbum de alba populo lib. XXIV. cap. 8. *cortex potus iſchiadicis & ſtranguriae prodeſt*. Perperam igitur viliores editi: *Populus alta dabit*. Quod & alibi notamus. KEUCHEN. *Cum cortice* Leid. Ed. Vet. male: capit. X. *cedri de cortice ſucus*, & ita ſaepe. de *alba Populo* vid. cap. XII.

705. Genistae] *Ginſter*, oder *Pſriem*. PICTOR.

705. Nec non et tenerae gracili

CUM

Digitized by Google

Adreptos caules, acidoque liquore madentes
Sumere conveniet, rubiam quoque ducere potu:
Aut in aminaeo cochleas haurire Lyaeo,
Si vero articulos tabes inimica per omnes
Haeſerit. ex ficu betas ac melle ligabis.
Vel pelagi latices, ſimul & Bacchei̇a dona
Sumere curabis: nimio ſed parcito vino.

En-

CUM FRONDE GENISTAE] Legunt, *gracili de fronde.* WOLF. Dioſcorides περὶ σπαρτίου. lib. IV cap. 158 καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ῥάβδων ἐν ὕδατι βρεχθεισῶν, εἶτα κοπεισῶν καὶ χυλισθεισῶν, ἰσχιατικῶν καὶ συναγχικῶν ἐστι βοήθημα, ὅσον κύαθος εἷς πινόμενος νήστει. Plinius de geniſta ſive ſparto lib. XXIV. cap 9. *ramis cum fronde in aceto maceratis pluribus diebus & tuſis, ſuccum dant iſchiadicis utilem, cyathi unius potu.* Marcellus capite XXV. *Geniſtae rami plurimis diebus in aceto macerantur, deinde tunduntur & exprimuntur: ex eo ſucco cyathus unus ad diem iſchiadico, quo uſque ſanetur, offertur.* Idem de rubia: *rubiam, quâ pelles inficiuntur, quotidie bibere iſchiadicis utile eſt, & in balneo ferventi lavari* rubia Graecis ἐρυθρόδανον ejus radice rubrâ pelles & lanae tingebantur. Dioſcorides lib. III. cap. 160. ἐρυθρόδανον, ἢ ἐρευθέδανον. ἔστι δὲ τὸ [illegible] ... ῥίζα δὲ ὑπὸ ἐρυθρὰ βαφική. Idem de ejus medicina: ὅθεν ἐκπινομένη μετὰ μελικράτου ποθεῖσα βοηθεῖ, ἰσχιαδικοῖς τε καὶ παραλελυμένοις. Plinius libro XXIV. capite 11. *erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, quâ tinguntur lanae, pelleſque perficiuntur; in medicinâ urinam ciet, morbum regium ſanat ex aquâ mulſâ, & lichenas ex aceto illita: & iſchiadicos & paralyticos, ita ut bibentes laventur quotidie* Gloſſae, ἐρυθρόδανον, *robbia:* ſcribo, *rubia.* Item: ἐρυθρόδανον, *garancia, rubia garanciam* etiamnum Galli vocant. KEUCHEN. *Gracili cum fronde* Leid. Ed. Vet. Humelb.

706. ADREPTOS] MS. *abruptos.* WOLFIUS. Placere poſſet vel *abreptos*, pro *dereptos.* ſed & cap XLII. *adreptum ſalicis frondemque librumque tere* dixit. Ideoque tutius nihil mutare BURM.

707. RUBIAM] Rubeam tinctorum. PICTOR. Manuſcr. *rubia q. ducere potum.* WOLF. *Rubum* Leid. Ed. Vet. *rubiam q. d. potum* Pictor. *ducere* pro bibere illuſtravit Rhod. ad Scribon. Larg. Comp. CXXII. & Lexic. Scribon. in voce *perducere*, ubi hic legendum cenſet, *Rubiae quoque ducere potum.* vid & cap. XXVII. BURM.

708 AUT IN AMINAEO COCHLEAS HAURIRE LYAEO.] Amineas vites optimum vinum profundere Columella ſcribit, & Nomentano melius, de Re Ruſt. III. 2. PICTOR. Sic veriſſime ſcriptum. Quare libri, qui legendum exhibent:

*Aut in Bithyno cochleas haurire Lyaeo.*

vel: *Aut in irino cochleas haurire Lyaeo*, maniſeſte mendoſi ſunt. utrumque legitur in orâ libri Gryphiani, qui prodiit anno CIϽ IϽ XLII. Plinius libro XXX. cap. 8. *Iſchiadicis cochleas crudas tritas cum vino Aminaeo & pipere, potu prodeſſe dicunt.* Marcellus ubi ſupra: *Iſchiadicis cochleae crudae tritae in vino Aminaeo, ex pipere potae mire proſunt. Aminaeo* etiam retinet avitus. KEUCH. *Aut ex Bithynio* Voſſ. Paderb. *ex Bithymio* Leid. Ed. Vet. *ex Bithyno* Reg. Voſſ. Humelb. Venet. Lipſ. *ex irino* Ald. vid. ſup. cap. XXIX.

710. HAESERIT, EX FICU BETAS AC MELLE LIGABIS.] MS. *jugabis.* WOLF. Marcellus cap. XXXIV. *Beta cum melle & cum ficu arida contuſa atque impoſita medetur articulis.* KEUCH. *Ex fico* Leid. Ed. Vet. *betas cum melle* Voſſ.

712 SUMERE CURABIS: NIMIO SED PARCITO VINO.] Celſus de articulorum doloribus lib. IV. cap. 24. *Quidam, quum toto anno à vino, mulſo, Venere ſibi temperaſſent; ſecuritatem totius vitae conſecuti ſunt.* Unde Arthritidem antiqui ex Baccho & Venere genitam dixerunt. Vinum enim & immodica

Ve-

Ennius ipſe pater, dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

## CAPUT XXXVIII.

*Furunculo Medendo.*

Quum ſanguis nimius puri commixtus atroci
Aeſtuat, & papulas alte ſuſtollit acutas,
Reſinam miſces & ſaxis ordea fracta:
Conſperſa haec tepidis adponere convenit undis.
Vis & hyoſcyamum cerae ſevoque jugatum
Nectere? non minus haec poterit medicina juvare.

Prae-

Venus nervos maxime debilitant. unde & arthriticis vinum dandum, plerique medicorum negant: quod de morbi principio, non declinatione intelligendum. KEUCH.

713. ENNIUS IPSE PATER, DUM POCULA SICCAT INIQUA, HOC VITIO TALES FERTUR MERUISSE DOLORES.] Hunc verſum alibi quoque ſcriptum ſuſpicor. Tametſi parciſſimo ſumptu Q. Ennium vixiſſe conſtet, articulari tamen morbo hunc Cicero periiſſe ſcribit, & Romae, in Appia via, in Scipionis prioris monumento ſepultum. PICTOR. Utrumque prioris verſus membrum fere mutuavit ab Horatio: cujus exemplo Ennium *patrem* vocat: quod eam vocem mire Ennius amaret, ut Heinſius ad Horatium obſervavit. Erat autem vinoſus, qui nunquam niſi potus ad arma profiluit dicenda: ex qua intemperantia morbum articularem contraxit, eoque periit. *Iniqua ſiccare pocula*, ut apud eundem Horatium, libro II. Sat VI. 68.

*Siccat inaequaleis calices conviva, ſolutus*
*Legibus inſanis.* KEUCH.

De *iniquis poculis* vid. ad Valer. Flacc. III. 65.

FURUNCULO] MS. *furunculis medendis.* WOLF. *Adverſus papulas ſeu furunculos* Paderb.

715 QUUM SANGUIS NIMIUM] Legunt, *cum ſanguis nimius puri commixtus atroci.* WOLF. *Anguis iniquis urit puro c. a.* Reg. *cum ſanguis nimium fuerit combuſtus & ater* Leid. Ed. Vet. Humelb. *permixtus* Paderb. *puro comm.* Venet. Lipſ.

716. PAPULAS ACUTAS] Eſt enim furunculus, tuberculum acutum cum inflammatione & magno dolore, Graecis δοθιὴν dictum. PICTOR. *Suſtollit* dixit & Ovid. XIII. Met. 542. ubi vide. BURM.

617. RESINAM MISCES ET SAXIS ORDEA FRACTA:] Id eſt molendino. PICTOR. Infra:

*Simplice reſina miſcebimus hordea tuſa.*

ubi *tuſa*, quae *fracta*, τὰ ἄλευρα κριθῆς Dioſcoridi libri ſecundi capite 108. συμψηθέντα δὲ πρὶ τὰς σκληρίας μετὰ πίσσης καὶ ῥητίνης καὶ περιστερῶν κόπρου. KEUCH. *Ordea freſa* Heinſ. vide ſupra cap. III.

719 VIS ET HYOSCIAMUM CERAE SEVOQUE JUGATUM NECTERE? NON MINUS HAEC POTERIT MEDICINA JUVARE.] Impreſſi codices, *vis & hyoſcyamum caerae ſevoque jugatum.* manuſcr. *Vis & hyoſcyami cinerem, ſevumque jugatum & nectere non minus hoc.* WOLF. Ora libri Gryphiani:

*Vis & hyoſciami ſemen ſevumque jugatum.*

KEUCH. *Vis & hioſciami ſemen ſevoque jugatum* Leid. Ed Vet. marg. Gryph. *vis & hioſciam jungi ſaevumque jugatum* Venet. Lipſ. *hyoſciami caerae ſaevoque jugatum* Ald. *hioſciami ſemen ſaevumque* Humelb. *hioſcjamum*

*cerae*

Praetereaque fimum ex gallo quod legeris albo,
Imbribus ex acidis fidens adpone dolenti,
Auribus aut pecudum molles expromito ſordes,
Unguine quo fotis dabitur medicina papillis.

## CAPUT XXXIX.

*Carboni Medendo.*

Horrendus magis eſt, perimit qui corpora, carbo.



*cerae ſ. jugatum* Reg. *nectere non minus hoc* Ed. Venet. Lipſ. BURM.

721. PRAETERFAQUE FIMUM] *Praeterea fimum galli q. l. album* Reg. *praeter dicta fimum Galli q. l. album* Leid. Ed. Vet. *quem legeris album* Paderb. & Ald. niſi quod hic *albo.* eſt enim utriuſque generis. in modo primae ſyllabae ſaepe peccarunt librarii. vid. cap. XIII. & alibi. BURM.

722. TUNDENS] Lege *fidens.* WOLF. *Tundens* Leid. Ed. Vet. Humelb. imbres acidi ſunt *liquores acidi*, ut cap. v.

723. EXPROMITO] *Expellito* Leid. Ed. Vet. *expromito ſedes* Pictor.

723. AURIBUS AUT PECUDUM MOLLES EXPROMITO SORDES,] De ſtercoribus aurium, ut loquitur Marcellus Empyricus: alii legunt, *velleribus* (intelliguntur de aeſypo) *pecudum.* CONSTANT. Sordes aurium in medicinis adhibebantur. Ita Plinius lib. XXVIII. cap. 4. humano morſui ſordes ex auribus mederi ſcribit. Sed pauci medicorum earundem meminêre, quod difficilius colligerentur, & exiguae pararentur. Gloſſae: κυψελίς, *aurium ſordes.* Inde κυψελόβυσα nuncupantur, quae ſordium altitudine adobruta latent. Hippocrates & Galenus ὤτων ῥύπον appellant. Gloſſae medicae: κυψελίς, ῥύπος ὤτων, Item κυψέλη: nam & κυψέλη proprie ſordes aurium, ut λήμη oculorum. Gloſſae: γλάμα. *lippitudo, ſordes oculorum.* γλάμα Dorice pro γλήμη, unde λήμη. Etiam *pedora* vocantur. Balbus catholico: *pedora, pedum vel aurium ſordes.* Ajunt etiam has ſordes conferre ad παρωνυχίαν, quam *reduviam* vocant Latini, vel *rediviam*: nam *redivire* Feſto eſt reſolvere, quod in eâ cutis reſolvatur ab ungue. Gloſſarium: παρωνυχία, *redubiae.* Paulus Aegineta libro III. ἡ παρωνυχία ἀπόστημά τι ἐστὶ, παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνιστάμενον. KEUCH. Et *morbo regio reſiſtunt ſordes aurium* Plin. XXX. 11.

724. FOTIS] *Fortis* Cod. Voſſ.

724. PAPILLIS] *Papullis*, propter verſum geminato *l.* CONST.

CARBONI TOLLENDO] MS. *medendo.* WOLF. *Tollendo* ſcriptae membranae avitae: quod etiam in aliis exhiberi, palam teſtatur ora libri Gryphiani. Eſt autem *carbo*, carbunculus. ἄνθραξ de morbo & gemma Graecis, ut Latinis *carbunculus.* Omnes calidi tumores, & doloroſi, vocantur inflammationes; ſed pro materiâ differunt. Ex bono & moderato ſanguine ad aliquam corporis partem acervatim influente, & ob copiam impacto, privatim *inflammatio* fit, & appellatur: ex flavâ bile, ἕρπης: ex ſanguine & flava bile ſimul influente, ἐρυσίπελας: ex calido & craſſo ſanguine, ἄνθραξ ſive *carbunculus.* Vide Aeginetam libro IV. cap. 25. Is interius corrupta corporis parte naſcitur; & ſi circa ſtomachum fauceſque incidit, ſubito ſpiritum ſaepe elidit. Hoc duobus verſibus ad hunc modum exponendis Serenus eſt complexus. KEUCH. *Tollendo* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb.

725 QUI CORPORA] *Quia* Paderb. ſaepe haec diſcrepantia in ſcriptis codicibus occurrit, & quia ſaepe utrumque ſenſum aptum efficit, non temere hoc, vel illud ejiciendum, ſed manuſcriptis inſiſtendum. vid. ad Ovid. I.

Urit hic incluſus, vitalia rumpit acerbus:
Hunc veteres quondam variis pepulêre medelis.
Tertia namque Titi ſimul & centeſima Livî
Charta docet, ferro talem candente dolorem
Exactum, aut poto raptorum ſemine pulſum:
Infecti dicens vix ſeptem poſſe diebus
Vitam produci: tanta eſt violentia morbi.
Dulcacidum laticem cum lini ſemine junge,.

At-

Triſt. v. 41. & alibi paſſim. BURM.

725. CARBO] Carbo, vel ἄνθραξ, tumor eſt ex humore melancholico craſſo & fervente, cum magna inflammatione & rubedine, nigredine permixta, natus, unde & nomen *carbo* habet. PICTOR.

726. URIT HIC] Manuſcr. *rumpit apertus*. WOLF. *Puris hic incluſo v. r. acervo*, Scaliger legebat. & certe ſaepe *acerbus* & *acervus* a librariis fuiſſe permutata patet ex cap. XXVII. & Ovid. v. Triſt. II. 21. *vitalia rumpit apertus* MS. Geſn. *acerbis* Leid. *acer vis* Ed. Vet. BURM.

727. HUNC VETERES] *Huic v. q. v. cavere medelis* Leid. Reg. Ed. Vet.

728. TERTIA NAMQUE TITI SIMUL ET CENTESIMA LIVÎ CHARTA DOCET] Centeſimum tertium librum indicat. Notavit ὁ πάνυ Joſephus Scaliger ad illud Catulli Carm. I:

*Omne aevum tribus explicare chartis.*

KEUCH. vid. & Voſſ. ad Catulli locum.

729. FERRO CANDENTE] Cauterio actuali. PICTOR.

730. EXECTUM] *Exactum* Reg. Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. & probat Scaliger. jure: non enim exſecatur ferro candenti, ſed pellitur, tollitur, & exigitur: vid. ad Ovid. II. Art. Amator. 653. BURM.

730. AUT POTO RAPORUM SEMINE PULSUM:] Mendoſe veteres: *& paſſo raporum ſemine pulſum*. τὸ σπέρμα γογγύλης συμπινόμενον, ad id Graeci commendant. Nihil immutandum. Quae de *ſeptem diebus*, per quos vitam producere non poſſe hoc morbo infectum ſubjungit; eoſdem ad triduum contrahit Plinius libro XXVI. capite primo, de carbunculo loquens: *naſcitur in occultiſſimis corporum partibus, & plerunque ſub lingua, duritia rubens varicis modo, ſed nigricans capite, alias livida, corpus intendens, neque intumeſcens, ſine dolore, ſine pruritu, ſine alio quam ſomni indicio, quae gravatos in triduo aufert, aliquando & horrorem afferens, circaque puſtulas parvas, rarius ferens ſtomachum, fauceſque cum invaſit, ocyſſime exanimans.* KEUCH. *Aut potu raporum ſ. p.* Leid. Ed. Vet. *pulſus* Reg. *poto raptorem* Lipſ. *raparum* Ald.

731. INFECTI] Manuſc. *ni fieret*. WOLFIUS. Et ita Ald. *inficeret* Reg. Venet. Lipſ. *hinc iterum dicit v. ſ. p. diebus* Cod. Voſſ. qui notavit, alios legere, *Ni fieret dicens v. ſ. p. d.* ſed *infecti*, eſt qui eo morbo contagioſo laborat, & ita *infectus* ſimpliciter pro veneno infectus, Valer. II. 155. ubi vide notas: nam & hic credo mutaſſe, qui *infectum* abſolute, pro tabe, contagie infectum, non tolerabant dici. BURM.

732. PRODUCI:] *Perduci* Leid.

733. DULCACIDUM] Oxymeli. CONSTANT

733. DULCACIDUM LATICEM CUM LINI SEMINE JUNGE,] Vulgo ineptiſſime lectum: *Dulcacidum laticemque cumini ſemine junges.* Quomodo Gryphianis typis exhibitum. Non cumini, ſed lini ſemen omnem intus foriſque inflammationem diſcutit. Dioſcorides περὶ λίνου lib. II. cap. 125. λίνον γνώριμον, δύναμιν δὲ ἔχει τὸ σπέρμα τὴν αὐτὴν τῇ τήλει. διαφορεῖ γὰρ μαλάσσει πᾶσαν φλεγμονὴν ἐντός τε καὶ ἐκτὸς, σὺν μέλιτι, καὶ ἐλαίῳ, καὶ ὕδατι ὀλίγῳ ἑψηθὲν, ἢ ἑφθῷ μέλιτι ἀναληφθέν. Marcellus cap. XV. *lini ſemen & anethum cum ſale & oleo & aceto decretum, bene contra*

*fau-*

Atque fimum pariter Paphiae compone columbae:
Hinc line duratas partes, & clauſa venena.
Praeterea triti referant & operta lupini.
Nonnullus calcem vivam diſſolvit aceto,
Fumantemque nivem papulis adponit acerbis.

Eſt

*faucium dolores gargarizabitur.* capite I. *adea, quae ferveſcunt in capite cum rubore, lini ſemen contuſum & melle conſparſum, imponendum eſt dulcacidum* vocat, quod acidum ſimul, & quodammodo ſuave ſit, ὀξύγλυκυν Gloſſario Cyrilli, ὀξύγλυκυ, *dulcacidum.* KEUCH *Laticem cum lini ſemine junges* Leid. Ed Vet. marg. Gryph. Humelb. Conſt. ſed hic *junge. Laticem cumini ſ. jungens* Reg. reliquae, *laticemque cumini ſemine junge*, ſed Ald. *iunges*, Venet. & Lipſ. *jungens.*

734. PAPHIAE COLUMBAE ] Aut propter Venerem, ſub cujus tutela columbae ſunt, quae & ipſa *Paphia* iccirco dicta fuit, quod in Papho oppido minoris Aſiae habuerit fanum olim celeberrimum. vid. Plin II. cap. 98. CAESAR. Columbae a Venere, ſub cujus tutela credebantur *Paphiae* dictae: rationem invenies in Apotheoſi mea primo libro, capite *Venus.* PICTOR. Columba Veneri ſacra ob laſciviam. COSTANT. *Paphiae pariter* Leid. Ed. Vet. Humelb. Heinſ. apud Val. Fl. VIII. 32. *Paphiae de more columbae* reſcribebat, me non accedente, ut dixi in notis BURM.

735 DIRUPTAS ] Manuſc. *duratas partes.* WOLF. Al. *corruptas.* CONST. *Linito diruptas* Ed. Venet. *line duratas* Reg. Ald. & hoc melius convenit clauſis venenis, quae, ſi diruptae ſint partes, clauſa dici nequeunt. BURM

736. PRAETEREA TRITI RESERANT ET OPERTA LUPINI. ] Sic omnino legendum, *triti referant & operta lupini.* tritum lupinum, non θέρμον ἥμερον interpretor, ſed ἄλευρον τȣ̃ θέρμου, lupini farinam: De eâ Dioſcorides lib. II. cap. 132. χοιράδας μεταβάλλει σὺν ὄξει ἑψηθεὶς καὶ καταπλασθεὶς, καὶ ἄνθρακας περιῤῥήσσει. Plinius inverſo ordine lib. XXII cap. ult *lupini ſativi quoque rumpunt carbunculos impoſiti, panos & ſtrumas minuunt, aut maturant.* Aliae tamen editionum: *referant adoperta lupini.* quod haud minus inſanum. Sunt tamen inemendatae, quae perperam exhibuerunt: *triſtes referant & operta lupini.* quod defendi poſſet extra medicorum ſententiam. *triſtes lupini*, ut apud Poëtam primo Georgicorum 75.

*Aut tenues foetus viciae, triſtiſque lupini.*

ad quem verſum optime *triſtem*, amarum explicat Servius. Poſſet etiam *feralis* exponi, ut apud alios Poëtas. In mortuariis veterum coenis lupini manibus exhibebantur. Lucianus, ubi loquitur Menippus: θέρμους εἰ θέλεις καὶ τὸ Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. Inde praeceptum Rhadamanthos: ΜΗ ΘΕΡΜΟΥΣ ΕΣΘΙΕΙΝ. Etiam lupini *triſtes*, exponi poſſunt de viliſſimo pauperum cibo. Charon apud Lucianum ad Menippum Cynicum: δεῖξον τί σὺ τῇ πήρᾳ ἔχεις, Μὲν θέρμους εἰ θέλεις &c. Ea tamen non curantur à medicis poëtis & medicinae curatoribus. KEUCH. *Referant adoperta* Leid. Reg. Ed. Vet. Humel Ald. *tritis referant & operta lupinis* Scal. multa hic debet Barthii notis ad Calp. III. Ecl. 82. Keuchenius. BURM.

737. DISSOLVIT ] *Deſolvit* Lipſ.

738. FUMANTEMQUE ILLAM PAPULIS APPONIT ACERBIS. ] Legunt, *fumantemque nivem papulis apponit.* WOLF. *Fumantem nivem* vocat τὴν ἄσβεστον, calcem vivam, quae aqua injecta flagrat & fumat, ut vulgo notum. Corrupte legitur in avitâ & aliis membranis: *Fumantemque illam. nivem fumantem* de calce, ut *nivem ovi*, deteſta, Marcellus. *nix fumans* de calce candidiſſima, cujus in medicinis uſus. Dioſcorides: lib. V. cap. 133. Ἄσβεστος γίνεται οὕτω. τῶν θαλαττίων κοχλιῶν τὰ ὄστρακα λαβὼν, πυρὶ ἐγκρύψον, ἢ εἰς κλίβανον διάπυρον ἐνθεὶς αὐτοῖς ἐναπονυκτερεῦσαι. τῇ δ' ἐχομένῃ ἐὰν μὲν λευκοτάτη φάνηται, ἀνελε· εἰ δὲ μὴ, πάλιν καῦσον ἕως ἂν ἱκανῶς λευκανθῇ. Prudentius etiam *niveam pulverem* vocat illam calcem, Periſteph. carmine XIII. *Papulas* etiam bene



dixit

Eſt qui gallinae perducat ſtercore corpus.
Allia vel piperi parce commixta linuntur.
Pythagorae cognata levi condita cumino
Proderit, & madido fermentum polline turguens.

## CAPUT XL.

*Pano, Vomicae & Strumae Depellendis.*

Sunt alii, quos dura movet natura, tumores,
Non

dixit de carbunculis: Virgilius III. Georg. 564.

*Ardentes papulae, atque immundus olentia ſudor*
*Membra ſequebatur.*

ubi *papulas ardentes*, carbunculos interpretatur Servius. KEUCH. *Fumantemque illam p. impoms* Leid. Ed. Vet. Hum. Heinſius volebat,

*Nonnulla aut calcem vivam diſſolvit aceto,*
*Fumantemque lineus p. d. a.*

ut mox XLI. *mollitumque lines*. vide Joh. Rhod. ad Scribon. cap. 210. BURM.

740. PARCE] MS. *parco*. WOLF. *Piperi* in dativo. CONSTANT. *Juſte ſociata* Paderb. quod poſſet capi, ut *juſtum pondus* cap. XIX. *& injuſte adſurgere mammas* cap. XX. & quae plura in hoc poëmate. BURM.

741. PYTHAGORAE COGNATA] Id eſt familiaria in cibo. vid. Laert. in vita Pythagorae. CAESAR. Uſitata: nam in deliciis ea habuit, velut Diogenes Laërtius lib. VIII. indicat. PICTOR. *Linuntur. Pythagorae cumino Proderit*, Horat. II. Serm. VI. 63. *o quando faba Pythagorae cognata!* is enim *ventri indulſit non omne legumen*, ut dixit Juvenal. Sat. XV. lege Plinium lib. XVIII. cap. 12. CONST. Recte diſtinxiſſe puto Humelb. & Conſtant. poſt *linuntur:* non enim allia Pythagorae cognata, intellexit, ſed fabam, quae proderit. vide & Morgagn. Epiſt. pag. 85. *cognatam* autem familiarem & amatam Pythagorae an poſſit ſignificare, dubito: licet in hanc ſignificationem quaedam adduci poſſint ex illis, quae notat Barth. ad Claudiani Conſ. Olybrii vſ. 38. aliam certe dat rationem antiquus Horatii Scholiaſtes, quam interpretes fere omnes ſequuntur. BURM.

742. MADIDA] *Madido* Leid. Ed. Vet. Hum. *madula* Lipſ. an *pollis*, an *pollen* dicatur, & cujus ſit generis, vid. Voſſ. de Analog. lib. I. cap. 29.

PANI] *Panus* tumor eſt inguinis, & aliquando ſub alis naſcens, aut in vertice. Graeci φύγεθλον vocant. PICTOR. *Pano* Humelb. Caeſ. Pictor. *Panis* Lipſ. certe *Panus* Latine dicitur, ut ſaepe Plinio & aliis. Graecis φύγεθλον, de quo videndi Foeſius in Oecon. Hippocr. & Gorr. Definit. Medic. ſed in Gloſſis Labbaei mire redditur φύγεθλον *tagax:* vitioſe vero in Latinis Labbaei & onomaſtico Vulcani, φύγελθον. forte olim fuit *anthrax*, nam & Latini hac voce uſi: ſed credo, Gloſſatorem, cum ſciret, *furunculum* Latinis dici tuberculum cum inflammatione, de quo noſter cap. XXXVIII. egit, confudiſſe cum pano. & quia *furunculum* à *fure* derivari putabat, vertiſſe *tagax*, quo nomine fur vel furunculus deſignari ſolebat: vide commentatores ad Ciceron. VI. ad Att. 3. Gloſſae illae vero a Keuchenio laudatae, quas medicas, ſaepe ab eo advocatas, credo, recte *panus* φύγεθλον ediderunt. an vero *panus* an *panis* dicendum ſit, vide Rhod. ad Scribon. Larg. compoſ. CCLXIII. & *panum* praeſtare colligi poteſt, ex altero hujus vocis uſu, qua indicatur lana in globum formata & parata ad nendum, ſive tramae involucrum, quod Graecis πηνίον dicitur. & unde *panicum* derivatur,

Digitized by Google

Non minus horrendi, ſed non ita pernicioſi,
Vomica qualis erit, vel eidem proxima quaedam.
Simplice reſina miſcebimus hordea tuſa,
Et mulſos amnes, & purgamenta columbae.
His bene decoctis languentia membra foventur.
Mollis odorato faba jungatur coriandro,
Proderit adpoſitum, mollitque aperitque tumorem.

Aut

tur, de quibus late Salmaſ. Exerc. Plin. pag. 89. BURM.

VOMICAE] *Vomica* in altis viſceribus, pectore, jecore, liene, aut vulva collectio eſt, quod purulentum evomat, dicta: Graeci vomicam *Empyema* vocant. PICTOR.

STRUMAE] Struma notae ſignificationis eſt. ſignificat enim in gutture tumorem: Achivi χοιράδας dicunt. Hippocrates tamen in maxillis, ſub alis, ac pudendis quandoque oriri ſcribit libro ἀφορισμῶν. PICTOR.

743. SUNT ALII, QUOS DURA VOMIT NATURA, TUMORES,] Legunt, *movet*. WOLF. Scribo, dictantibus avitis:

*Sunt alii, quot dura movet natura, tumorum.*

*alii tumorum*, *alii tumores*, ut ſupra notamus. Inepte quidam hunc verſum legunt:

*Sunt ideo, quos dira movet natura, tumores.*

in quibuſdam tamen *vomit*, pro *movet* eleganter exaratum: ſic enim *vomicas* à *vomendo* deſcribit, quamvis extra veterum auctoritatem principem ſyllabam producat, monente Voſſio, qui tamen non *vomit*, ſed *movet* eum ſcripſiſſe putat, ut eſt in codd. quibusdam manuſcriptis. Simili trajectione Virgilius uſus uſus eſt in eo verſu, de quo legendo multae doctorum dividiae II. Georg. 22.

*Sunt aliae, quas ipſe vias ſibi repperit uſus.*

KEUCH. *Quos dura vomit* Leid. Ed. Vet. Humelb. *movit n. tumoris* Reg. de trajectione illa nominis, vid. ad Grat. Cyneg. 222. *dura natura* non debet in *dira* mutari. *Natura* enim *parens* vulgo dicitur. vid. ad Ovid. x. Metam. 352. & ubi bona confert, *benigna* eſt ut cap. x. ſed ubi mala parit, noverca, & dura eſt parens, ut vulgo apud comicos *pater durus* occurrit centies: ita cum natura expoſtulat cap. XXX. *diras* etiam novercas, aeque ut *duras* dici ſatis novi. vid. Ovid. XII. Ep. 188. BURM.

744. SED NON ITA] *Sed non ita pernicioſus* Leid.

745. VOMICA QUALIS ERIT, VEL EIDEM PROXIMA QUAEDAM.] *Vomicae proxima* ſunt ſtruma & panis. Panis eſt tumor non altus, latus, in quo quiddam puſtulae ſimile eſt. Gloſſae: *panus*, φύγεθλον. *panus* & *panis* pro eodem dicebant. *panis*, φῦμα. *panicula*, φυμάτιον. Aegineta libro IV. cap. 22. φύγεθλον, φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, ἢ ἐρυσιπελατῶδες φλεγμονὴ τῶν ἀδένων. KEUCH. *Erat* edidit Keuchenius, neſcio, an aliquo auctore, an vero vitio operarum: an etiam legendum, *vel eidem proxima ſtruma.* nam illud *quaedam* languidum eſt, niſi in plurali ſumere quis velit, ut videtur Humelbergius cepiſſe. BURM.

746. MISCEBIMUS] MS. *miſcebis.* WOLFIUS. *Miſcentur* & Ed. Venet. Lipſ. Ald. qui & *tunſa*, ut & Reg. & Leid. *ſupplici reſinae* etiam Reg.

747. ET MULSOS AMNES, ET PURGAMENTA COLUMBAE.] Id eſt fimum columbi. PICTOR. Marcellus cap. 15. *ſtercus columbinum tritum cum farina hordeacea ex melle ſubactum, & calide appoſitum, naſcentes parotidas comprimit.* KEUCH.

749. FABA PERLITA CUM COR.] Legunt, *faba jungatur coriandro.* WOLF. *Faba perlita cum cor.* Leid. Ed. Vet. Humelb. *jungitur & coriandro* Paderb.

750. PRODERIT APPOSITU, MOLLITQUE APERITQUE TUMOREM.] Legunt *appoſitum.* WOLF. Reſcribe ex aliis libris:

*Proderit appoſitu, mollitque aperitque tumorem.*

mollis faba, *freſſa*, ἐρεγμός. Aperte Dioſcorides

Aut de phaſganio radix decocta paluſtri,
Quae ſalis admixto tundetur condimento.
Proderit & manſum, quod traxeris arbore, viſcum.
Gramen hyoſcyami cerae ſevoque vetuſto
Concilia, mixtiſque locos perduce dolentes.
Exercere etiam corpus medicina potens eſt.
Ovum defundes in fictile, deinde putamen
Marrubii ſuco implebis: poſt melle liquenti
Omnia conſociata tepenti proſpera potu
Sumuntur, reſerantque malum, purgantque, levantque.

CA-

rides περὶ καρδίας. III. 71. μετ' ἰρυγμοῦ χαμαιδρύας καὶ φύμασι διαλύει. KEUCHEN *Appoſitu* marg. Conſtant. *appoſitu haec*, *mollitque* Leid. Ed. Vet Humelb. *prodeſt* Paderb.

751. Aut de phasganio radix decocta palustri,] *Phaſganium* herba gladii praebet ſpeciem, cum radice avellanae nucis inſtar. Plin. xxv. cap. 11. PICTOR. *Phaſganium* eſt gladiolus, ξιφίον, φάσγανον. CONST. MSS. *Phaſganio*. Geſnerus *cyperum* putat intelligendum. WOLF. Liber avitus:

*Aut de chaſcano radix decocta paluſtri.*

immo χάσκανον & φάσγανον dicebant, unde poſtea φασγάνιον. φασγάνιον etiam Aegineta dixit, φάσγανον & χάσκανον. Dioſcorides: περὶ ξανθίου. IV. 138. ξάνθιον, οἱ δὲ φάσγανον, οἱ δὲ ἀττίσιον, οἱ δὲ χάσκανον, οἱ δὲ χειμαδελεθρον, οἱ δὲ καὶ ποιητῶν ἀπειρείων ..... *phaſganium* ſemper Plinius appellat. KEUCH. *Fargoneo* Leid. Ed. Vet. *farganio* Ed. Venet. Lipſ. *decocta falaſca* vel *faliſca* Cod. Voſſ. multa de Xiphio, Gladiolo & Cypiro collegit Bodaeus a Stapel ad Theoph. pag. 508.

752 Quae salis] Legunt, *quae ſalis admixto tundatur condimento*. WOLF. *Sive ſalix miſto tundetur cum coriandro* Leid. Ed Vet. Humelb *tondetur condimento* Lipſ.

753. Traxeris] *Traxerit* Ed. Venet. Lipſ *quem traxeris* Paderb

754. Gramen hyosciami cerae sevoque vetusto Concilia,] Ejus compoſitionem habes apud Marcellum cap. xxxii. *Mirabile hoc medicamentum panniculis ſanandis ſic, hyoſciami foliorum viridium P. II. reſinae pityinae P. II. cerae P. II. adipis porcinae ſine ſale P. II. galbani P. II. omnia haec tunſa vel remiſſa in unum corpus rediges, & emplaſtri modo appones.* Igitur *conciliare* Sereno, quod *redigere in unum corpus* Empirico, jungere & miſcere. Inde *concilium* & *conciliatus* apud Lucretium pro conjunctione & coactione, libro ſecundo 934.

*Non fieri partum, niſi concilio ante coacto.*
*Nec quicquam commutari ſine conciliatu*
*Principium.*

KEUCH.

755. Locos perduce dolentes.] Legunt, *mixtiſque locos perduce dolentes.* WOLF. Et ita Paderb. *mixtumque loco perduce dolentis* Leid. Ed. Venet. Humelb. *conciliis mixtiſque locos p. dolentes* Lipſ.

756. Exercere etiam corpus medicina potens est.] Γυμναστική, quae pars medicinae ſanitatem exercitatione conſervans. indicat autem τὴν λιθεραπείαν. KEUCH.

757. Diffundis] Legunt, *defundes*. WOLF. *Diffundis* Leid. & Vet. Humelb. *defundis* Reg. Ed. Venet. Ald. Lipſ. qui & *potamen*, quod ex ſeq. *potu* irrepſit.

758. Repleas] Legunt *implebis*. WOLFIUS. *Repleas* Leid Ed. Vet. Hum.

760. Sumuntur,] MS. *ſumantur*. WOLFIUS. *Reſerantque* Pictor Lipſ.

IGNI

# CAPUT XLI.

*Igni Sacro Demovendo.*

Eſt etiam morbi ſpecies, quae dicitur ignis,

Lan-

Igni Sacro] Ἐρυσίπελας Graecis dicitur, vulgo ignis divi Antonii. CAERAR. Quidam ignem ſacrum & ἐρυσίπελας, quum tamen ſacrum ignem manifeſte diſtinguat Avicenna aut eriſipelate. Jul. Pollux puſtulam rubram, ignem eſſe cum dolore & magna inflammatione, & quandoque cum parvis veſicis. *Sant Antoni brand, gewilck oder lauffen.* PICT. Qui *ignem ſacrum* hic ἱερὰν νόσον, interpretantur, egregie falluntur. ἱερὰν νόσον Graeci μεγάλην vocarunt, τὴν ἐπιληψίαν, cum ejus magnitudinem deſignare vellent. Eorum exemplo Latini veteres omnia horrenda, *ſacra* dixerunt. Sic ἱερὸν ἔλαιον, ἱερὸν ἰχθὺν & alia ſexcenta. Quae fortaſſe Servium ad illud Virgilii III. Georg. 566. *Contractos artus ſacer ignis edebat*, tranſverſum egerunt, ut *ſacrum ignem*, ἱερὰν νόσον exponeret: quod ineptiſſimum. Latini *ſacrum ignem* appellant, quem ἕρπητα Graeci. Celſus de ſacro igne & ejus curatione lib. v. cap. 28. *Sacer quoque ignis malis ulceribus annumerari debet. Ejus duae ſpecies ſunt.* ubi duabus illis ſpeciebus comprehendit ἕρπητα *comedentem* (*formicam corrodentem* vocant Arabes, cujus Avicenna meminit capite de Pruna & Igne Perſico) & φλυζακώδη Graecorum. Gloſſae medicae, ἕρπης φλυκταινώδης, ἕρπης κεγχρίας. eſt enim κέγχρος, hoc eſt, *milio* ſimilis: unde *miliarem* quidam Latini vocarunt. Triplex autem à Graecis ἕρπης numeratur; ἐσθιόμενος, φλυκταινώδης, & ſimpliciter ἕρπης. ἕρπητα ſimpliciter vocarunt, quam *zonam* Latini. Gloſſae: *zona*, ζωστὴρ, ἕρπης. Marcellus capite XI. *Facit hoc medicamentum & ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad Zonam, quam Graeci herpetem dicunt.* capite XX. *Etiam papulas & ſacrum ignem, vel quam Zonam vocant, benefacit.* quae verbotenus, ut alia, à Scribonio tranſcripſit, capite XXIII. Idem Scribonius cap. centeſimo: *Ad Zonam* (*quam Graeci ἕρπητα dicunt*) *faciunt quidem ut ſupradicta omnia, praecipue cicuta viridis bene trita & impoſita.* Zona igitur ἕρπης, quae etiam à Graecis ζωστὴρ appellatur. Gloſſario ζωστὴρ, ζώνη exponitur. Inſtar enim zonae medium hominem ambit & cingit. Plinius libro XXVI. capite II. *Ignis ſacri plura ſunt genera, inter quae medium hominem ambiens, qui zoſter appellatur, & enecat, ſi cinxeris.* Inde etiam *circinum* vocarunt, τὴν ζώνην. *Circinus* etiam ζώνη in Gloſſis exponitur. Caeterum, quem *ſacrum ignem* hic Serenus appellat, à Graecis ἐρυσίπελας nuncupatur. Supra notavimus, omnes calidos tumores & doloroſos, vocari inflammationes; ſed pro materia differre. Alia proprie *inflammatio*, alia ἕρπης, alia *carbunculus*, alia ἐρυσίπελας. eryſipelas autem hic eſt *Ignis ſacer* Samonici. Vetus Gloſſularius in Samonicum, cujus etiamnum verba ad oram quarundam editionum leguntur, hujus capituli primo verſu notat: ἐρυσίπελας *Graecis dicitur, vulgo ignis divi Antonii.* Alii *ignem D. Antonii* τὸν σφάκελον interpretantur, ut Manardus. Atqui σφάκελος, perfecta partis inflammationem perpeſſae mortificatio: cum enim imperfecta, à Graecis γάγγραινα dicitur. σφάκελος etiam inſanabilis eſt, nec ejus aliud remedium, quam emortuum membrum quam proxime ſanae parti praecidere. Non igitur ἐρυσίπελας, *S. Antonii ignis* recte exponitur. Tumorem ex ſanguine fervente ac tenui conſiſtentem Galenus privatim eryſipelas, hoc eſt, ignem ſacrum appellat; eum, qui ex utriſque, ſanguine ac bile, conflatus, ex ſuperantis humoris nomine ducta affectionis appellatione, nominavit. Quum enim ſanguis ſuperat, inflammationem eryſipelatoſam; quum flava bilis, eryſipelas inflammatum appellat. In-

com-

Digitized by Google

Languida quo multo torrentur membra calore.
Vel tu vicino ſevum bovis igne remittis,
Mollitumque lines: vel oloris faecibus ova,
Sed non cocta, dabis, ſic torrida membra fovebis.
Lumbricus terrae mixto inducetur aceto,
Aut parili nova ruta modo, ſed jungis olivum;
Ovaque cum betis proſunt ſaepe illita tritis.
Allia dant cinerem ſociato oleoque garoque,
Unguine quo gliſcens deponet flamma furorem.
Saepe chelidoniae pars candida jungitur ovi,

Quae

communi vero, tumorem ex ſanguine ac bile calidioribus factis productum, eryſipelas nominat; *ignem*, vel *ignem ſacrum* hoc verſu Samonicus:

*Eſt etiam morbi ſpecies, quae dicitur ignis.*

KEUCH. Vide Mercur. IV. var. lect. IX. cui ſua fere debet Keuchenius.

DEMOVENDO] Manuſc. *medendo.* WOLFIUS. Removendo in ora Stephani typi editur. KEUCH. *Dimovendo* Leid. Ed. Vet. Humelb. *medendo* Paderb. Ed. Venet. Ald. Caeſ. Pictor. Pith. *tollendo* marg. Pith. *demovendo* Pith. Conſt. & in marg. *removendo.*

761. QUI DICITUR] Legunt *quae.* WOLFIUS. *Qui* Leid. Ed. Vet. Hum.

763. VICINO] *Vicinum ſ. b. i. remittes* Reg. *remittes* Caeſar. de *remittendi* verbo vid. ſupr. ad cap. XV. *vicinus* ignis, eſt admotus, adhibitus. ut mox cap. ſeq. *vicinus acervus*, qui prope aderat ad manum. BURM.

764. OLORIS FECIBUS] Id eſt excrementis, ſive pinguibus, hoc eſt adipe. CAESAR. Adipibus. PICTOR. Fimo. CONST. Manuſcr. *vel odoris.* WOLF. *Cinis vel odoris* Reg. *vel odoris foetus* Paderb. *lines vel oloris* Venet. Lipſ. *lines, dederis vel fotibus ova* Ald. ego haec vix intelligo, nam faeces pro adipe ſumi poſſe vix puto. Plin. III. 34. pro olore anſerem habet. *Anſeris adipe perungitur utiliter hoc vitium.* BURM.

765. FOVEBIS] *Fovebit* Cod. Reg. & mox, *lumbricos* id. *lumbricos terrae mixtos inducis aceto* Paderb.

767. AUT PARILI NOVA RUTA MODO, SED JUNGIS OLIVUM;] Dioſcorides περὶ πηγάνου lib. III. cap. 52. Ἐρυσιπέλατα καὶ ἕρπητας ἢ ἀχῶρας σὺν ὄξει καὶ ψιμμυθίῳ καὶ ῥοδίνῳ καταχριόμενον ἰᾶται. Plinius lib. XX. 13. ad verbum de ruta: *illita emendat ignem ſacrum ex aceto & oleo, vel pſimmythio.* Scribon. Largus cap. XCVIII. *Ad ignem ſacrum benefacit hoc medicamentum; rutae viridis pondo triens, ſpumae argenti pondo bes, aceti ſextarius unus, olei viridis ſextarius, cum aceti parte in ſpuma & ruta teruntur, donec levia fiant, poſtea quod ſupereſt aceti, vicibus cum oleo adjicitur.* KEUCH. *Jungis olivo* Leid. Ed. Vet.

768. SAEPE] *Super* Leid. Reg. Voſſ. Paderb. Ed. Vet. Hum. Ald. ita cap. XXXVI. *ac ſuper illinitur.* & hoc convenit Plinii Valer. menti, qui III. 34. ova cocta, trita imponi vult, & foliis betae operiri, & ita mox 786. in quibuſdam, *cohibet ſuper addita.* BURM.

769. ALLIA DANT CINEREM SOCIATO OLEOQUE, GAROQUE,] Forte legendum:

*Allia dant cinerem ſociandum oleoque garoque.*

ſic liber avitus & optimi manuſcriptorum. Legitur etiam in orâ quorundam:

*Allia dant cinerem hunc ſociato oleoque garoque.*

Plinius de allio: *lepras, lichenas, lentigines exulcerat ſanatque cum origano, vel cinis ejus ex oleo & garo illitus: ſic & ſacros ignes.* KEUCH. *Sociando* Reg. *cinerum hunc ſoc.* Conſt. qui in marg. alios *ſociandum* legere notat. ita vero Ald. *ſociando* Paderb. deinde *unguine quod* Reg. *deponit* Leid.

771. SAEPE CHELIDONIAE PARS CANDIDA JUNGITUR OVI,] *Pars ovi candida*, candidum ovorum: ita ſemper Plinius appel-

Quae modico potu, ſed vili, trita capeſſes.
Admiſcere memor lymphas amnemque falerni.

# CAPUT XLII.

*Podagrae Depellendae.*

Quaedam ſunt rabidae medicamina digna podagrae,
Cui

pellat, & λευκὸν τὸ ᾠὸν Ariſtoteles. Altero verſu *medico* pro *modico*, liber avitus. idem alibi notavimus. KEUCH. *Calx candida* Leid. Ed. Vet. Plin. Valer. III. 34. *ovi candidum* etiam dixit.

772. QUAE MODICO POTU, SEDULO DETRITA] Impreſſi codices, *ſed vili trita capeſſes* MSS. *ſed valde trita.* WOLFIUS. *Quem* Caeſ. Pictor. alii *in potu* marg. Conſt. *medico potu* Pictor. Ald. *ſed valde trita* Paderb. *ſedulo detrita capeſſes* Leid. Ed. Vet. Humelb. eadem diverſitas in *modico* & *medico* eſt ſupr. cap. XIIII. *ſedulo* peccat in metrum: forte, *valide ſed trita capeſſes.* & Gloſſator adſcripſerat *ſedulo.* ſed *valde* & *valide* ſaepe commutata, quia idem notant, vid. ad Phaedr. I. fab. 19. BURM.

773. FALERNI.] Optimi vini. PICTOR. Ita *mulſos amnes* dixit cap. praecedenti. ſed placet ſcriptura Paderb. Cod. *amnemque Falernum.* ut ita *vina Falerna* Horatio & aliis. BURM.

774. QUAEDAM SUNT RABIDAE MEDICAMINA DIGNA PODAGRAE, CUI TER TRICENAS SPECIES EPIDAURIUS IPSE DIXIT INESSE DEUS:] Hoc ſequor: ſed habetur in libris aliis:

*Quaedam haud ſunt rabidae medicamina digna podagrae,*
*Nec ther eni undenas ſpecies Epidaurins ipſe*
*Dixit ineſſe Deus:*

in avito: *Quaedam ſunt colidae medicamina digna podagrae. colidae* pro *calidae* ſcriptum à manu calida nimium pruriente. quod hic ineptiſſimum, nec aliud quid praeter illud *rabidae* reponendum. Scio, calidam & frigidam à medicis diſtingui podagram, ſed extra ſenſum horum verſuum, in quibus *rabidam* vocat *podagram* Serenus, quod intenſiſſimo dolore & acerbiſſimo cruciatu à multitudine nervorum illius partis, affectos quaſi rabidos torqueat & infeſtet. Nec enim calidae podagrae, ſed omnis, nonaginta ſpecies numeravit Aeſculapius, ut autor eſt Soranus medicus, qui Romae Trajani & Hadriani imperiis vixit. Exſtat apud Lucianum elegans dialogus, qui inſcribitur ΤΡΑΓΟΠΟΔΑΓΡΑ. ejus initio rabidum dolorem & immedicabilem deteſtans podagricus, ita Inſit:

Ω στυγνὸν ὄνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον,

vide ſequentia. KEUCH. *Medicamine digna* Reg. *medicamina ſumma* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. Quia vero hic Poëta contraria ſibi dicere videtur, cum adſeveret, quaedam remedia eſſe Podagrae, deinde ſolam requiem indere morbo, & mulcere dolorem fas eſſe, ſubjungat, alii legunt, *quaedam haud ſunt*, ut in margine Conſtantinus. At Scaliger olim in ora Codicis Voſſiani correxerat, *Quaenam ſint.* Cl. etiam Morgagn. in Epiſtol. pag. 95. conjicit, *quaenam ſunt?* Quod neſcio, an debeat monitori alii: certe potuit videre Ampl. Bynkershoekii Obſervationes juris, in quarum libro III. cap. I. vir Ampliſſ. legit per interrogationem, quae negantis vim habet,

*Quaenam ſunt rabidae medicamina digna podagrae?*

Id eſt nulla ſunt. ſed cum haec omnia aliquantulum coacta & dura mihi appareant, quia Serenus non videtur mihi negare, tolli poſſe omnem podagram, ſed tantum *rabidae*, (id eſt non incipienti & leviori, ſed quae ad ſummam venit, & acutiſſimo dolore adfectos

Vv quaſi

Cui ter tricenas ſpecies Epidaurius ipſe
Dixit ineſſe Deus: requiem tamen indere morbo
Fas erit, & triſtem ſaltem mulcere dolorem.

Eri

quaſi in rabiem agit) eſſe quaedam medicamina apta, quae ſi non tollant, mulceant tamen, & quietem quamdam & intervallum praeſtent doloribus inſanis, poſſe retineri vulgatam lectionem cenſeo. nam dicendo *quaedam*, ſubindicat, non eſſe multa, & certa medicamina, quibus medicus confidere poſſit, & ita imminuit eorum auctoritatem ipſe Serenus, nec jactare ſe hîc poſſe, oſtendit, vel, ut in aliis morbis, curam divinam, aut ſalutem promittere: eodem modo ut Gratius dixit vſ. 380. *noſtra quidam redit uſus ab arte*, ubi vide, quae diximus. & ita recte Humelb. explicat, *quaedam*, ut ſint aliqua, quae ſi non radicitus morbum tollant, ſaltem ad tempus dolorem leniant. Inſanabilem innuit ergo Serenus, ſi rabida, id eſt, inveterata & valida fuerit facta. *digna* vero hic apta, idonea debemus interpretari. ut apud Plin. XX. 14. *dignior e pulejo corona vertigini, quam e roſis.* & ita Donatus in Terent. Andr. I. 4. *digna cui committas primo partu mulierem*, explicat *idoneam*. Stat. III. Silv. IV. 52. *collo quod dignius aurum*, id eſt, magis conveniens. & ita alii: *apta* ſaepe dicuntur a noſtro remedia, ut cap. XLVII. & paſſim. Poſſit tamen elegantior, &, ut puto, verior lectio eſſe, qua omnes aeſtus de hoc loco componantur,

*Quaedam ſint rabidae medicamina digna podagrae* &c. *Requiem tamen indere* &c.

Ut, centies uſitato ſcriptoribus antiquis more, ſubintelligatur *licet*, *quamvis*; & dicat Poëta, licet quidam jactent circumforanei agyrtae, eſſe quaedam medicamina, quae rabidam podagram tollere poſſint, putem ego, illa minime univerſum depellere poſſe morbum, nec tamen ideo deſtituere pedibus laborantem fas eſſe cenſeo, ſed poſſe quibusdam remediis mulceri & leniri dolorem: nam illa particula *tamen* requirere videtur praecedens aliquod, *licet*, *quamvis* &c. quae voculae licet omittantur ſaepe, nihilominus *tamen* ſolet hoc intellectu poni. vide, quae diximus ad Ovidii XI. Epiſt. 1. & ad Gratii Cyneg. 336. quin & ſi hoc diſplicet, *tamen* poſſumus per *tantum*, *ſaltem* explicare, ut ſaepius a viris doctis monitum. vid. Donat. ad Terent. Hecyr. III. IV. 33. & Tennul. ad Frontin. I. I. 4. & multos alios. BURM.

775. CUI TER TRICENAS] *Nec Ther* (θὴρ pro θηριακὴ) *cui undenas ſpecies.* Haec eſt Theriaca Antiochi, quae inciſa fuit lapide in limine aedis Aſculapii, lege Plin. lib. XX. cap. ult. ſimplicibus undecim conſtat. CONST. MS. *ter tricenas.* WOLF. *Cui ter trigeminas* Leid. Ed. Vet. Humelb. *cui tetrigenas* Reg. *cuique tetrigenias* Venet. Lipſ. quarum quaedam lectiones peccant in metrum, *Tri* in vocibus compoſitis producendo. in Conſtantini lectione incredibile eſt, Latinum Poëtam *Ther* pro *Theriaca* dixiſſe, nec metri ratio ſalva eſt, niſi *cui* totum abſorbeatur, quale eliſionis exemplum ignoro. *ter trigeminas*, pro triplicem ſpeciem capit Humelb. ſed novem ſpecies deberent ex vi verborum explicari. ego vero numerum qualemcumque, ſive *ter tricenas*, ſive *ter tergeminas* legas, indefinitum caperem, ut Podagrae infinitas eſſe ſpecies dicat, quae cum varie afficiant aegrotos, non eodem etiam modo curari debent: *cui* enim ad *podagrae* debet referri, ut recte Humelb. & alii. BURM.

775. EPIDAURIUS DEUS] Hoc eſt Aeſculapius. CAESAR. In Epidauro honeſtatus eſt Aeſculapius ſumptuoſo templo, qui hinc Epidaurius Deus nominatur. PICT.

776. INDERE] *Addere* Cod. Vos. *hinc dare morbo* Ald. *mordo* Leid.

777. SALTEM] *Saltim* Reg.

777. FAS ERIT, ET TRISTEM SALTEM MULCERE DOLOREM.] *Saltem mulcere*, dixit ob immedicabile malum: Ovidius:

*Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.*

Podagricus apud Lucianum:

Ω δυσίμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος,
Ως οἱ μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν,
Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.

quod tamen ut poëtae, ſic medici judicio videtur exponendum: hi enim varia conſilia podagricis medentia praeſcribunt, quae impoſi-

ta

Ergo age, & adreptum ſalicis frondemque librumque
Cum vino tere, ſic contractos perline nervos.
At quum prima mali ſeſe oſtentabit origo,
Fervida non timidis tolera cauteria plantis:
Seminecisve hirci reſerato pectore calces
Inſere: ſic dirae reprimes primordia peſtis.
Aut ſi corruptus perſederit altius humor,
Trita cupreſſus ibi Baccho jungetur acerbo,

Pa-

ta dolorem levant, non omnino tollunt. Sic podagricum ſedato morbo, Olympico certamine viciſſe, tradidit Aretaeus. KEUCH.

778. ARREPTUM] *Arreptam* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. quod ſi ſequentes editores auctoritate Codicum mutarint, bene eſt. aliter audaciorem adſectationem crederem alicujus, qui exemplum forte noverat, in quo ita poſitis duobus ſubſtantivis diverſi generis maſculinum praevalere ſolet. ut exempla quaedam adduxi ad Ovid. IV. Met. 177. in Reg. Cod. hic verſus erat mutilus & legebatur,

*Ergo age & arreptum frondemque librumque.*

*Arreptum filicis* Lipſ. eodem. modo *arreptos caules de fronde geniſtae* dixit cap. XXXVII. BURM.

779. CUM VINO TERE, SIC CONTRACTOS PERLINE NERVOS.] Plinius XXIV. 9. de ſalice: *folia cocta & cum cera trita imponuntur podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foveri nervos utiliſſimum.* Dioſcorides περὶ ἰτέας I. 136. τὸ ἀφέψημα δ' αὐτῶν, ἐγκατάντλημα ποδάγραις ἄριστον. Avitus hoc verſu plane mendoſus; In eo ſcriptum: *ſic libantes pelline nervos.* poſſet ex ingenio emendari: *ſic liventes pelline nervos.* Gloſſae Cyrilli, πελίωμα ἐπὶ ποδάγρας, *livor.* editum tamen praetulerim. KEUCH. Vid. ad Phaedr. IV. 13.

781. TIMIDIS] *Timidus* Ed. Venet. Lipſ.

781. FERVIDA NON TIMIDIS TOLERA CAUTERIA PLANTIS:] Id eſt veſicatoria, quae humores ab intra trahunt. PICTOR. Non medicamenta, τὰ καυστικὰ φάρμακα, ſed καυτῆρα intellige, ferrum candens ad id factum. Lego tamen: *Fervida non tumidis tolera cauteria plantis.* vide ſis Aëtium tetr. III. Serm. IV. cap. 25. Pictorius hic per *cauteria*, veſicatoria interpretatur, quae humores ab intra trahant. Quod Anticyris digniſſimum. KEUCH.

782. CALCES] Hoc eſt, pedes podagrici. CAESAR. Nudos pedes. PICTOR. Ita & Humelb. interpretatur, ut ſtatim aperto pectore, & calente adhuc ſanguine pedes podagrici imponantur. ſed ſuſpicionem movet Plin. Valer. III. 14. qui, *pellibus vituli marini calceandos pedes* cenſet, cui conſentit Marcellus, an non & hic de pedibus non in ipſam pectoris hircini aperturam immittendis, ſed de calceandis poſſet capi. ſed tunc potius *indue*, quam *inſere* dixiſſet. ineptum vero eſt Keuchenii acumen in voce *reſecat*, quae ex verſu priori irrepſit. Keuchenius vero hic compilavit Scaligeri ad Catul. Carm. LXXII. notas. *reprimit* Leid. Reg. Ed. Vet. Lipſ. Humelb. *reſerato pectore* vero eſt pro *pectori*, quia inſerere alicui vel in aliquo dicimus, ut Ovid. XIV. Met. 630. ellipſis ergo eſt praepoſitionis. vel ablativus pro dativo, ut cap. III. *demtut teſtudine ſanguis* pro teſtudini. vel denique abſoluti poſiti ablativi eſſe poſſunt. BURM.

783. INSERE: SIC DIRAE REPRIMES PRIMORDIA PESTIS.] Non *durae.* lectio tamen optimi aviti:

*Seminecisve hirci reſecato pectore calces*
*Inſere, ſic dirae reſecas primordia peſtis.*

quod elegantiſſimum & genuinum; dolor enim podagrae & nervorum contractorum optime *ſecare* dicitur, quem tali remedio *reſecas*, id eſt, *reprimis*; ut infimi librorum exhibuerunt. Martialis: *podagra chiragraque ſecatur Cajus.* Graeci τέμνεσθαι ἀλγηδόσι non aliter dicunt. KEUCH.

784. AUT SI] *At ſi* Regius Cod.

784. PERSEDERIT] Habituatus fuerit. PICTOR.

Panibus & teneris: cohibebitque addita queſtus
Parva ſabucus item hircino collita ſevo:
Triticeaeque acido manantes amne farinae:
Aut nitido ranae decoctum viſcus olivo,
Sive chelidoniae ſucus ſale mixtus aceto.
Sunt quibus adpoſita ſiccatur hirudine ſanguis.
Non audita mihi ſit fas, ſed lecta referre,
Hoc quidam raptus morbo per tempora meſſis,

Vi-

785. TRITA CUPRESSUS IBI BACCHO JUNGATUR ACERBO, PANIBUS ET TENERIS :] Legunt *jungetur*. WOLF. Variat in hoc remedio Marcellus, cujus haec verba ſunt capite XXXVI. *folia cupreſſi contrita cum panis mollis partibus duabus, & axungia vetere ſubacta, medentur doloribus podagrae.* Idem de ſequenti, capite eodem: *utiliter in dolore perunguntur pedes oleo, in quo diu decocta ſunt inteſtina ranarum: ranae quoque rubetae exuſtae cinis cum ſambuci coliculis teneris, tritis & ſevo hircino vetere permixto, decocto, pariterque impoſito prodeſt.* Scribonius etiam ad frigidam podagram *ſabucum cum axungia vetere tritam & impoſitam* commendat cap. XLI. KEUCH. *Baccho jungatur*, Leid. Ed. Vet. Humelb. *turgetur* vitioſe Pict.

785. ACERBO] Id eſt aceto. M. Agrippa cum hoc morbo graviter admodum adfectus decumberet, ut amplius dolorem perpeti non poſſet, portentoſo cujusdam medici conſilio, ignorante id Divo Auguſto, in acetum calidum crura demerſit, & in totum liberatus eſt. PICTOR. *Acervo* Reg. *acidus Bacchus*, dictus, ut *acidus liquor* cap. I. v. XXXVIII. & alibi. Humelb. vinum adſtringens interpretatur BURM.

786. PANIBUS ET TENERIS COHIBET] Impreſſi, *cohibebitque addita*. manuſcr. *cohibebunt addita*. WOLF. Ita Ald. *cohibebit addita* Reg. *cohibet ſuper addita* Leid. Ed. Vet. Humelb. *cohibebit condita* Paderb.

787. ITEM SI HIRCINO CONDITA SEVO:] Legunt *hircino collita ſevo*. WOLF. *Si hircino eſt condita* Ed. Vet. Humelb. *item eſt hircino collita* Ald. ſi hiatus ſtatuatur, ſimilis erit illi cap. III. *vipereae pellis circum bis addito rebus:* ceterum Sambuci corona podagricos cingi finxit Lucianus in Tragopoda: ut notavit Bochart. Hieroz. lib. II. cap. 6. part. II. BURM.

789. AUT NITIDUM RANAE DECOCTUM VISCUS OLIVO,] Manuſcr. *aut nitido ranae decoctus viſcus olivo.* WOLF. *Aut nitido*, quidam typis editorum. *Viſcus* hoc numero frequens apud Celſum & alios, quicquid obſtrepant Soſipater & Diomedes. ſupra Serenus:

— *interno cum viſcere taenia ſerpens.*

de remedio modo probavit Marcellus. Podagra apud Lucianum:

Ἕψουσι φρύνας, μυγαλᾶς, σαύρας, γαλᾶς,
Βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.

KEUCH. *Aut nitido* Paderb. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. & marg. Conſt. rectius puto: oleum enim *nitidum*, unde & *nitida palaeſtra* Poëtis. *decoctus* Lipſ

790. SIVE CHELIDONIAE SUCUS SALE MIXTUS ACETO.] Ora Stephani:

*Sive chelidoniae ſuccus ſed miſtus aceto.*

KEUCH. Ita margo Conſtant. *ſale mixtus acetoque* Reg. *ſal mixtus aceto* Scaliger. forte *ſale mixtus acuto*, pro acri.

791. SUNT QUIBUS ADPOSITA SICCATUR HIRUDINE SANGUIS] Legunt, *hirundine*. WOLF. Scribo: *ſiccatur hirudine ſanguis.* Plinius de hirudine: *multi podagris quoque admittendas cenſuere.* libro XXXII. cap. 10. KEUCH. *Hirundine* Reg. Ed. Lipſ. Caeſ. Pictor. perperam. vide Morgagn. Epiſtol. pag. 75.

792. NON AUDITA MIHI SIT FAS, SED] *Non audita mihi, ſed fas ſit* Paderb.

793. HOC QUIDAM RAPTUS MORBO PER TEM-

Digitized by Google

Vicino plantas frumenti preſſit acervo,
Evaſitque gravem caſu medicante dolorem.

## CAPUT XLIII.

*Vulneribus Ferro Aut Verberibus Factis.*

Naturae vitiis medicas objecimus artes:
Nunc & fortunae jaculis obſiſtere par eſt.
Si cui forte lapis teneros violaverit artus,
Necte adipes vetulos, & tritam chameciſſon,
Nec pudeat luteae ſtercus perducere porcae.
Sin autem ſaevo laceratum eſt verbere corpus,
Tum lixiva cinis ceras diſſolvit & ova,

Ad-

TEMPORA MESSIS,] Manuſcr. *rabidus morbo.* WOLF. Optimus avitus: *Hoc quidam rapidus morbo.* Sic etiam margo libri Gryphiani. Prius tamen haud immutandum. Legit de Sexto Pomponio, de quo Plinius libro XXII. cap. 25. *Sextus Pomponius praetorii viri pater, Hiſpaniae citerioris princeps, cum borreis ſuis ventilandis praeſideret, correptus dolore prodagrae, merſit in triticum ſeſe ſuper genua: levatuſque ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hoc poſtea remedio uſus eſt.* KEUCH. *Captus* Leid. Ed. Vet. & Humelb. *rabidus* Reg. Paderb. Ed. Venet. Lipſ. (quae & *morbus*) Ald. marg. Pith. *raptus* Caeſar. Pict. Conſt. Plinii locum de Sexto Humelb. Pictorius & Conſtantinus jam adduxerunt.

794. PRESSIT] *Immerſit*, vel *impreſſit.* CONST. *Merſit* marg. Pith. *acervo* Reg. ſed mihi placet vehementer lectio Cod. Paderbor.

*Vicinum plantis frumenti preſſit acervum.* Sic *pedibus premere terram* obvium. vid. ad Ovid. I. Amor. IX. 13. & alibi. BURM.

VERBERIBUS] Scal. *vibicibus.*

798 LAPIS] MS. Paderborn. *calibs.* quomodo & legiſſe videtur auctor lemmatis, in quo, *ferro vulnera facta* refert. *chalybs* vero de ferro, gladio obvium apud Poëtas. vid. ad Val. Flac. V. 541. & VI. 342. BURM.

799. NECTE] MS. *necte adipes vituli ſimul & tritam chameciſſon.* WOLF. Et ita Voſſ. & Ald. *camismetiſſon* Reg. *chameciſſon* Leid. Ed. Vet. *chametiſſon* Venet. Lipſ. *chamaeciſſon* Caeſar. *necte hederamque adipes vituli & tritam camaetiſſon* Paderb.

799 CAMAESISON,] Id eſt hederam terreſtrem. lege Plin. lib. XX. cap. 10. & 15. Tamen Dioſcorides alteri herbae adjecit hoc nomen. lib. IV. cap. 121. PICTOR.

800. LUTEAE] Quod luto volutari gaudeat, unde & *amica luto ſus* dicitur ab Horatio II. Ep. II. 26. Ciceroni *lutulentus ſus.* CONSTANT. *Producere* Lipſ.

801. LACERATUM EST] *Eſt laceratum* Ald. *eſt* deeſt Reg. & Lipſ.

802. TUM LIXIVA CINIS CERAS DISSOLVIT ET OVA,] Id eſt cinis ex quercu, vide Galenum ad Patern. cap. CXLVI. & Dioſc. cap. V. PICTOR. Κονία στακτὴ, id eſt Lixivium, quo genere loquendi etiam utitur Plinius & Scribonius Largus. CONSTANT. Manuſcr. *tunc lixiva cinis ceras d. & ova.* WOLFIUS. στακτὴ κονία Graecis, ut alibi notavimus, id eſt, liquidus cinis & percolatus, διηθημένη. Gloſſario medico *lixiva cinis* exponitur κονία στακτὴ ἡ διηθημένη. *lixiva cinis* etiam appellatur à Scribonio Largo. KEUCH.

 Tunc

Admixtoque oleo vibices comprimit atras.
Si vero infrenus manat de vulnere ſanguis,
Purpura torretur conchyli perlita fuco,
Hujus & atra cinis currentem detinet undam.
Verrucae quoque defectae frenare cruorem
Dicitur ambuſtus Tyrio de vellere pulvis.
Praeterea nimios reſerati vulneris amnes
Peniculi cinis adſtringit, vel fimbria porri.

Si-

*Tunc ex lixivio ceras diſſolvis & ova*, Leid. Ed. Vet. Hum. *lexiva cinis* Venet. Ald. Lipſ. *tunc lexia cinis* Reg. *lixiva cinis*, *lixivius cinis*, *lixivia cineris*, & *lixivi cinis* reperitur apud medicae rei ſcriptores. vid. Rhodii Lexic. Scribon.

803. ADMIXTOQUE] *Admixtum haec oleo* Leid. *admixtum hoc* Ed. Vet. *comprimis* Reg.

804 INFRENUS] Vix cohibendus. PICT.

805. PURPURA] Purpura piſcis eſt ex concharum genere, qui annis vivit ſeptenis. PICTOR.

805. PURPURA TORRETUR CONCHYLIS PERLITA FUCO,] Legunt *conchyli*. WOLF. *Conchylis pellita fuco*, ſcriptum in avito libro. Sic infra: *Quod fuerit vero conchylis ſanguine tinctum*. quod idem ad Catullum LXIV. 49. obſervat Scaliger:

*Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco:*

quod ſi verum, *conchylis* eſt κογχυλὶς, κογχυλίδος: nec *ſucco* pro *fuco* reſtituendum eſt in Sereno, quod ad oram Gryphianae & Stephaneae legitur editionum. Mattius antiquus Poëta:

*Jam tonſiles tapetes ebrii fuco,*
*Quos concha purpurâ imbuens venenavit.*

*venenavit*, tinxit, infecit, ἐφάρμαξε. Gloſſae, *venenum*, *tinctura*. Graeci φάρμακον eodem modo ἀντὶ τοῦ βάμματος. unde φαρμακεῦσαι, τὸ βάψαι, & φαρμάσσειν *tingere*: inde *venenatum* flammeum, βαπτὸν φλογοβόλλον. De toſta purpura paria cum Sereno Dioſcorides libro II. cap. 4 πορφύρα καυθεῖσα δύναμιν ἔχει ξηραντικὴν, σμηκτικὴν ὀδόντων, ὑπὲρ σαρκωμάτων δὲ καθαιρετικὴν, ἀνακαθαρτικὴν ἑλκῶν, ἀπουλωτικήν. KEUCH. *Conchylis* Leid. Ed. Vet. Hum. *perdita* Lipſ. *fuco* Reg. *ſucco* Voſſ. Cod. Ald. Pictor. *fuco* vera eſt ſcriptura, vide Heinſ. ad Claud. I. in Rufin. 208. conchylium vero, licet ſaepe confundatur, diverſum eſſe a purpura docet Bochart. Hieroz. part. II. lib. IV. cap. 14. *conchyli* vero ſcribendum recte cenſet Scaliger ad Catulli d. l. vid. & infr. cap. LXIII. BURM.

806. HUJUS VIS CINERIS CURRENTEM UNDAM.] Hic affectus αἱμοῤῥοΐας, de quo Celſus lib. IV. cap. 20. CONSTANT. Legunt, *hujus & atra cinis* WOLF. *Hujus vis cineris currentem* Leid. Ed. Vet. Humelb. Morgagn. vero p. 89. non intelligit διαβήτην, ſed, quod mox dicit, *nimios reſerati vulneris amnes*, & ita Humelb. *ſanguinem* interpretatur. ita *fluvios cruoris* ex vulneribus dixit Lucanus VII. 292. & ita alii Poëtae. BURM.

807. VERRUCAE] Verrucae in corporibus ſupereminentes dicuntur globuli duriores, quos vulgo porros appellant. PICTOR. *Defectae* Lipſ.

808. TYRIO DE VELLERE] Tyrium vellus rubeum a loco dictum. PICTOR. *Tyrioque e vellere* Leid. Ed. Vet. *de vulnere* Lipſ.

809. RESERATI] *Reſerari* Caeſ. Pictor. Lipſ.

809. PRAETEREA NIMIOS RESERATI VULNERIS AMNES PENICULI CINIS ADSTRINGIT, VEL FIMBRIA PORRI.] Cinis è penicillis etiam alibi à Plinio commendatur. Inter τὰ ἔμμοτα veterum medicorum, numerabantur & penicilli, quibus vulnera ſtipabantur, ne praepropere clauderentur. Celſus alibi: *tum exigua penicilla interponenda*. *Vulneris amnes* eleganter dixit, ut ſupra: cap. XLI. *Admiſcere memor lymphas amnemque falerni*.

Vir-

Sive fimus manni cum teſtis uritur ovi,
Et reprimit fluidos miro medicamine curſus.

## CAPUT XLIV.

*Vulneribus Quibuſcunque Caſibus Factis.*

Tam varia humanae ſunt vulnera conditionis,
Ut nequeam proprias cunctis adſcribere curas.
Iiſdem igitur monitis caſus armabimus omnes.

Sic

Virgilius XI. 668. *Sanguinis ille vomens rivos cadit.* Aldhelmus de laudibus virginitatis: *cruorem ritu rivi rorantis deſpumare* dixit. Vulgo *deputare* male lectum. Virgilius IX. Aen. 456. *& plenos ſpumanti ſanguine rivos.* KEUCH. *Feniculi* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. hic verſus margini adſcriptus in Paderb.

810. FIMBRIA] Radicem opinari ſuſpicor. PICTOR. Fibrae & capillamenta porri: nam & fimbria quaevis extremitas Nonio. CONSTANT.

811. SIVE FIMUS MANNI CUM TESTIS URITUR OVI,] Id eſt fimus equi. PICTOR. *Mannus* (ut apud Horatium) & *mannulus*, ut apud Plin. ſec. eſt equuleus mitior a manus tractatione dictus. CONSTANT. *Sive fimus minni*, corruptum eſt in avito: *ninni* tamen ad ejus oram allevere. *ninnus* eſt pumilus equus. Heſychius: νίννον τὸ κορβάλιον. In Gloſſis *popus* νῖννος exponitur. immo *ninnus* eſt hinnus, γίννος, unde hinnulus. Gloſſae: *innuli*, νεβροί. Heſychius ἐνελίους interpretatur παῖδας ἐλάφου. Ita Graeci loquuntur, πῶλοι, παῖδες ἵππων. Iſidorus: *innuli filii ſunt cervorum, ab innuere dicti.* Gloſſae Latinorum Graecae: *innuli*, οἱ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. In Samonico tamen nihil opinor immutandum. nam *manni* ſunt βυῤῥίχοι. Martialis XII. 24.

*Nuſquam eſt mulio, mannuli tacebunt.*

Acron Horatii interpres ad Epod. IV. *manni, quod manſuetudine manum ſequantur.* KEUCH. *Manſi* Reg. de mannis vid. Savar. ad Sidon IV. Epiſt. 12. & Scheffer. de re Vehic. II. cap. 6.

FACTIS.] MS. pro *factis*, *actis* ſcribit. WOLF. *Quibuſcumque cauſſis factis* Paderb.

813. TAM VARIA] MS.

*Cum magna humanae mala pondera conditionis.*

Et hunc verſum mox alius ſequitur, qui in impreſſis non habetur: videtur autem initium hujus capitis eſſe, & locum primi verſus ſupplere poſſe.

*Cum multae innumeri ſpecies mihi vulneris aſſunt,*
*Ut nequeam* &c.

WOLFIUS. In Ald. hi duo verſus ita leguntur, *cum magna humanae ſins pond. cond. Tam multae* &c. *tam multae* etiam Venet. Lipſ. *quae & aſſint. Tum multa humanae* Leid. Ed. Vet. Hum. *Quam magna humanae mala pondera conditionis, tam multae innumerae ſpecies mihi vulneris adſint* Paderb.

815. IISDEM IGITUR MONITIS CASUS ARMABIMUS OMNES.] MS. *ſanabimus.* WOLF. Ita doctiſſimi viri reſcripſêre, cum ante legeretur:

——— *caſus armabimus omnes.*

quod editio Moliniana retinet, quam Gryphius exhibuit, & ex antiquis libris omnino probamus. KEUCH. *Armabimus* Leid. Paderb. Ed. Vet. Humelb. Caeſ. *animabimus* Venet. Lipſ. Scaliger volebat *curabimus.* ſed elegantius mihi *armabimus* videtur, nec quod a librario profluxiſſe putem. eadem fere metaphora *praemunire* medicamentis, & *antidotis* dixit Sueton. Cal. XXIX. & Ner. 34. & ut *muniri* vidimus dici de omnibus, qui aliquo tegu-

Sic tamen ut nullus medicinam clauſerit error.
Ergo, modus quicumque obtingit vulneris atri,
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus:
Herbaque, quae foliis nomen de mille recepit,
Adpoſitu prodeſt adipi permixta vetuſto.
Sucida cum tepido nectetur lana Lyaeo,
Ambuſtaeve cinis complebit vulneris ora.
Concludit vero vel frons vel ramus ab ulmo.
At ſucis hederae pulchreſcit foeda cicatrix.

CA-

tegumento aut praeſidio tuti ſunt, ad Phaedr. II. 6. ita & *arma* eo ſenſu Ovid. XV. Met. 470.

*Horriferum contra borean ovis arma miniſtret.* BURM.

816. SIC TAMEN UT NULLUS MEDICINAM CLAUSERIT ERROR.] Ut curato vulnere & extrinſecus obducto de tutiſſima cura conſtet. In ora Stephani *medicinam excluſerit error.* KEUCH. *Excluſerit* Conſt. marg. *cluſerit* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. Pictor. Pith.

818. CONTRITUS CUM MELLE DABIT MEDICAMINA BULBUS:] Bulbus ex mulſo, ut alibi loquitur. Plinius lib. XX. 9. de medicina bulborum: *vulneribus quoque mire proſunt per ſe, aut (ut Damion) ex mulſo, ſi quinto die ſolvantur.* altero verſu legit avitus:

*Ergo modus cuicunque obtinget vulneris atri.* KEUCH.

819. DE MILLE] Millefolium intelligit. PICTOR.

820. ADPOSITU PRODEST ADIPI PERMIXTA VETUSTO.] Aliter Dioſcorides περὶ μυριοφύλλου lib. IV. 115. τοῦτο τριφὺ ἀφλέγμαντα τὰ τέτρωτα τῶν ἑλκῶν, σὺν ὄξει χλωρόν τε καὶ ξηρὸν καταπλασσόμενον. KEUCH. *Appoſito* Lipſ.

821. CONNECTIT] Legunt *nectetur.* WOLF. *Connectit* Leid. Ed. Vet. Humelb.

822. AMBUSTAEVE CINIS COMPLEBIT VULNERIS ORA.] Cinis ambuſtae lanae cruſtas obducet vulneri & ad cicatricem perducet, Plinius de medicina lanarum lib. XXIX. 2. *cinis ejus illinitur attritis, vulneratis, ambuſtis.* Dioſcorides περὶ ἐρίων κεκαυμένων lib. II. 83. τὰ δὲ κεκαυμένα ἔρια, δύναμιν ἔχει ἐσχαρωτικὴν, ὑπερσαρκωμάτων σταλτικὴν, ἀπουλωτικὴν ἑλκῶν. quare libri quibuſdam collati:

*Ambuſtive cinis complebit vulneris ora.*

Sed extra ſenſum autoris, in quo τὰ κεκαυμένα ἔρια, non autem πυρίκαυστα ſive ambuſta vulnera intelliguntur. Gloſſae: *ambuſtus*, περιπεφλεγμένος, πυρίκαυστος. talem vocant, qui puſtulas ex igne vel aqua ferventi adſperſa in cute concepit. De iis ſub lemmate, COMBUSTURIS IGNE VEL FRIGORE, infra Serenus agit. *ora* autem *vulneris*, ut *ora ulceris*, *venarum* &c. apud Celſum & alios. KEUCH. *Ambuſtusve* Venet. Ald. Heinſius legebat, *Sambucive cinis. vulneris oras* Paderb. vid. ad Grat. 352. ſaepe difficile judicatu eſt, an *orae*, an *ora* vulnerum praeſtent. ſed hic *complebit* requirit *ora*, id eſt hiatum vulneris, non margines. BURM.

823. CONCLUDIT] Obducit cicatricem. CONST. Heinſius malebat *conducit*, quem vide ad Val. Flac. I. 480. & ad Ovid. IV. Met. 375. & ita inf. LXII.

*Lumbrici terrae poterunt conducere vulnus.* BURM.

824. AT SUCCIS HEDERAE PULCHRESCIT FOEDA CICATRIX.] Avitus:

*Ut ſuccis hederae polchreſcit foeda cicatrix.*

antiqui *polcher* & *pulcher* dicebant, ut notum & annotatum ab eruditis. KEUCH. *Aut ſuccis* Leid. Paderb. Ed. Vet. Humelb. *ut* Venet. Lipſ. Ald.

824. *Pulchreſcit*] Cicatricibus quoque decorem facit, inquit Plinius de edera lib. XXIV. cap. 10. CONST. *Pulchre ſit* Lipſ.

MOR-

# CAPUT XLV.

*Hominis ac Simiae Morſui.*

Sive homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis,
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum,
Betonicam ex duro prodeſt adſumere Baccho.

Nec

Morsui] MS. *ab homine v. ſ. morſis.* WOLF. Ita Ald. *morſibus* Leid. *Homini a ſimia morſo* Venet. Lipſ. *homini a ſimia morſo curando* Caeſar. *curando* addit etiam Pictor.

825. Homo] Hominis jejuni morſus multum venenoſus eſt, & difficilis curae. PICTOR.

825. Sive homo, seu similis turpissima bestia nobis,] Ex Ennii verſu: *Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis.* Plinius de ſimiarum ſimilitudine cum homine, libro XI. cap. 44. *nam ſimiarum genera perfectam hominis ſimulationem continent, facie, naribus, palpebris, quas ſolae quadrupedum & in inferiore habent gena. Jam mammas in pectore & bracchia, & crura in contrarium ſimiliter flexa: in manibus ungues, digitos, longioremque medium. Pedibus paullum differunt. Sunt enim, ut manus, praelongi, ſed veſtigium palmae ſimile faciunt. Pollex quoque his & articuli ut homini: ac praeter genitale tantum, & hoc in maribus, viſcera etiam interiora omnia ad exemplar.* Plerique veterum ſimiam cum homine compararunt aut deformi aut aſtuto. Arnobius libro III. *nam quid in homine pulchrum eſt, quid quaeſo admirabile, vel decorum, niſi quod & clurino cum pecore neſcio quis auctor voluit eſſe commune?* Sic ea verba legenda doctiſſimi viri viderunt ex Regiis & optimis membranis. libri de vulgo exhibebant: *niſi quod & veterino cum pecore.* Apud Plautum Truculento II. II. 14. Stratilax Aſtaphium, deformitatem ejus exprobrans, *clurinum pecus* appellat, in haec verba: *tu vero, clurinum pecus, adveniſti huc oſtentatum cum exornatis oſſibus*, quomodo ibidem legendum pro *ſiſtentatum* recte Salmaſius vidit. Gloſſae: *clura*, πίθηκος. inde *Pithecium* appellata Phroneſii ancilla in eadem Truculento. Lycophron Alex. 1000. πιθηκόμορφον invenuſtum hominem appellavit, cum dixit: πιθηκομόρφῳ πότμον Ἀιτωλῷ φθέρσει τάξω. Iſidorus lib. XII. 2. *ſimia cum cauda eſt, quam quidam cluram vocant.* quae futilis Iſidori mens eſt. non enim cum cauda ſimia, ſed animal ecaudium, ἡ κολούρα. Gloſſae Graeco Latinae: κόλουρος, *ſine cauda.* ἡ κολούρα, *clura.* κολούρα Graecorum fecit, *clura* Latinorum:- inde *clurinum pecus* apud Plautum & Arnobium. Papias: *clura vel clurinum ſimia dicitur.* Etiam aſtutos, *ſimias* vocabant. Inde Graecorum adagium: πίθηκος ἐν πορφύρᾳ, quod uſurpabant ὅτι οἱ φαῦλοι κἂν πολλοῖς περιβληθῶσιν, ὅμως δ' ὡς διαφαίνονται πονηροὶ ὄντες, ut interpretatur Suidas. κέρκωπες eodem ſenſu dicuntur. & Graeci πιθηκισμοὺς pro fraudibus expoſuerunt, ut Ariſtophanes Equitibus 885.

Κλ. οἴμοι τάλας. οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις.

Caeterum, cum de noxiorum animalium morſu ſcribere inducat Serenus, eorum medicorum exemplo, ab iis, qui ab homine morſi ſunt, initium facit. Quod etiam Archigenem feciſſe, tradit Aëtius. KEUCH. Et haec ex Meurſio fere deſcripſit Keuchenius.

826. Vulnera dente dedit, virus simul intulit atrum,] Nam omnis ferae morſus habet quoddam virus. Vide Celſum lib. V. cap. 27. KEUCH. *Vulnere* Lipſ.

827. Betonicam] *Vetonicam* Leid. Ed. Vet. Hum. Venet. Lipſ. vid. cap. ſeq.

827. Betonicam ex duro prodest adsumere Baccho.] *Ex duro Baccho*, id eſt, ex vino veteri, ſicut habet Plinius. *puro* tamen in margine quarundam editionum legitur. Graeci ſimpliciter adverſus venena ex

 vino

Nec non & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

## CAPUT XLVI.

*Serpentium Morſibus & Venenis Excludendis.*

Cuſpide non quiſquam, longae neque caede ſariſſae,
Fuſ-

vino potam convenire volunt. Dioſcorides κεφ. lib. IV. 1. μετ' οἴνου κοτυλῶν β'. καταπλασσομένη δ' ἡ πόα, ὠφελεῖ τοὺς θηριοδήκτους, καὶ αὐτὸ τὸ θανάσιμον ἀλλὰ μετ' οἴνου ποθεῖσα ἁρμόζει. KEUCH *Ex puro* Ald. Pictor marg. Pith. Conſt *exſumere* Venet. Lipſ. *inſumere* Caeſar. Pictor. inſ. cap. XLIX. *quatuor ut duri jungantur ſcrupula Bacchi.* illic etiam *puri* alii. vid. & cap. XXVI. BURM.

828 CORTEX DECOCTA ] Feminino genere dici multis oſtendit Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 375.

SERPENTIUM ] MS. *ſerpentium viperarumque morſibus, & venenis excludendis.* WOLFIUS. *Serpentium morſibus & viperae virus medendis*, Leid. ſed Ed. Vet. & Humel. *virus excludendis. ſerpentum morſus & viperae virus excludendi* Venet. Lipſ. *viperae viru excludendis* Pith. *ſerpentum morſibus & venenis pellendis* Ald. *ſ. morſibue & viperinis excludendis* Caeſar.

ET VENENIS EXCLUDENDIS. ] Fortaſſe ex libris reponendum: ET VIPERINIS EXCLUDENDIS. Quae diverſa ſunt in conſilio medico. Alio enim modo ſerpentium morſus, alio viperarum & aſpidum curantur. utrumque concernit hoc capite Serenus. Aliam lectionem tamen non improbamus, cum ſerpentium nomine & viperae comprehendantur, & a medicinae genere & demonſtratione non diſtinguantur. Celſus libro V. hoc ipſum innuit, capite 27. *Serpentium quoque morſus non nimium diſtantem curationem deſiderant, quamvis in ea multum antiqui variarunt, ut in ſingula genera anguium ſingula medendi genera praeciperent, atque aliis alia* Addit: *Sed in omnibus eadem maxime proficiunt.* docetque, imprimis morſum membrum ſuper vulnus deligandum eſſe, & deinde venenum extrahendum. Ad quod, ut ibidem tradit, & homines exſugentes adhibebantur. *neque hercules, ſcientiam praecipuam habent hi, qui Pſylli nominantur, ſed audaciam uſu ipſo confirmatam. nam venenum ſerpentis, ut quaedam etiam venatoria venena, quibus Galli praecipue utuntur, non guſtu, ſed in vulnere nocent.* Pſylli vocabantur, qui venenum exſugebant, cum quis à ſerpente morſus erat. Arnobius libro II. *adverſus ictus noxios & venenatos colubrarum morſus remedia ſaepe conquirimus, & protegimus nos labiis Pſyllis, Marſiſve dentibus, aliiſque inſtitoribus atque planis.* Sic ea Arnobii verba corrigenda, recte doctiſſimus Auratus, primus, quod ſciam, vidit: quae poſtea & Theod. Canterus & alii arripuerunt: quare miror, eam emendationem ſibi vindicare virum ſummum Claud. Salmaſium in notis ad Tertulliani Pallium. Pſylli in Africa ſerpentibus medebantur, ut in Italia Marſi. Plinius libro VII. cap. 2. *In Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, à Pſyllo rege dicta, cujus ſepulchrum in parte Syrtium majorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus, ut cujus odore ſopirent eas.* ibidem de Marſis: *Simile & in Italia Marſorum gente durat, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo ineſſe iis vim naturalem eam: & tamen omnibus hominibus contra ſerpentes ineſt venenum:* &c. Hoc & alii memorarunt. Pſyllos non tantum exſugendo veneno, ſed & ſopiendis carmine ſerpentibus valuiſſe. Perperam pro *labiis*, *laminas* in iis Arnobii verbis, de Pſyllis & Marſis eaſdem vendentibus expoſuerunt. KEUCH.

830. CUSPIDE NON QUISQUAM, LONGAE

Digitized by Google

Fulmine non gladii, volucris nec felle ſagittae,
Quam cito vipereo potis eſt adfligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, ſucoſque medentes.
Quum nocuit ſerpens, fertur caput illius apte



GAE NEQUE CAEDE CARISSAE,] Sariſſa eſt haſtae Macedonicae genus. PICT. Alii *lariſſae*, alii *cariſſae* legendum exhibuerunt. *lariſſae* etiam in avito libro manuſcriptum. indubie *ſariſſae* pro eo reſcribendum: *longae neque caede ſariſſae.* Livius libro XXXVII. 42. *ibi ſimul perturbati ordines, & impeditius incurſu ſuorum uſus praelongarum haſtarum (ſariſſas vocant Macedones) intulêre ſigna Romanae legiones, & pila inter turbatos conjecêre.* libro XXXVIII. 7. *per operculi foramina, praelongae haſtae, quas ſariſſas vocant, ad ſubmovendos hoſtes prominebant.* Leo imperator *τακτικῶν* cap VI. *αἱ δὲ σάρισσαι ἤγουν κοντάρια μακρὰ ἕως πηχῶν ιϛ'· καὶ ἄχρι πηχῶν ις. ταῦτα δὲ ἦσαν μάλιστα τῆς Μακεδονικῆς ὁπλίσεως.* KEUCHEN. *Longe* Leid. Ed. Vet. Ald. Pictor. *ſariſſae* Leid. Ed. Vet. Humelb. Caeſar. Pictor. marg. Conſt. *Lariſſae* Reg. Venet. Ald. Lipſ. *cariſſae* Conſt. Gryph. Tornaeſ. & Ed. Salign. Scal. legebat, *cuſpide nec quisquam conchae, nec caede ſariſſae: cuſpide* abſolute poſitum intelligo de haſta: ut ita ſaepe Poëtae. Ovid III. Faſt. 9.

*Palladis exemplo ponendae tempora ſume*
*Cuſpidis.*

antea vero verſu I. *haſtam* nominaverat. Ibidem vſ 71.

*Sic poſita dixit mihi cuſpide Mavors.*

Vide utrobique notas, ex quibus, &, ſi res exigeret, quae plura adduci poſſent, apparet nulla hic opus eſſe correctione. Ex editione vero Caeſarii, Cl. Morgaguium pag. 89 Epiſtolae, videbis proferre *cariſſam*, ut & alias in variis lectionibus notas ita exprimere. ſed hoc vitium incuriae librariorum, qui alteram Caeſarii Salingiaci 1537. prodidere, adſcribendum puto, nam ſi conſuluiſſet Cl. Vir, & ſequentium editionum curatores, primam Caeſarii A. 1528. cujus epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt Coloniae A. 1527. vidiſſent, illum recte edidiſſe *ſariſſae*. Unde docemur, non temere fidendum repetitis editionibus, ſed reſpiciendas illas, quae ab ipſis viris doctis ſunt curatae, antequam illis aliquid vitii adſcribamus. *Sariſſa* vero ſatis nota, & ſaepe a viris doctis illuſtrata, quae *longa* recte a noſtro dicitur. nam Polyaenus ſariſſae meminit XVI. cubitorum lib. II. cap XXIX. 2. vide & ad Gratium vſ. 117. BURM.

831. FULMINE] Vid. ad Val. Flac. III. 100. & 119. & VI. 230.

831. FELLE] Id eſt veneno, quo illitae ſagittae, vid ad Ovid. I. ex Pont. II. 18. & paſſim.

832 ADFLIGIER] MS. *affigier.* WOLF. Et ita Ed. Venet. & Lipſ. quae hunc verſum ſequenti praeponunt.

833. DICAMUS] Heinſ. malebat *doceamus*, ſed nihil opus.

834 QUEM NOCUIT SERPENS, FERTUR CAPUT ILLIUS APTE VULNERIBUS JUNGI: SANAT QUEM SAUCIAT IPSA:] *Quem nocuit* antique dictum. ſic Plautus in milite glorioſo v. ult. *jura, te non nocituram eſſe hominem de hac re neminem.* & in eodem item. *juro per Venerem & Martem, me nociturum neminem.* alias *cui nocuit* legendum. CAESAR. Legunt *quem.* WOLF. Non eſt ex vilioribus editis arrogandum: *Quum nocuit ſerpens.* vel *cui nocuit ſerpens.* earum lectionum architecti forſan fuêre, qui, ne vetuſta, vel omnium vetuſtiſſima, laboraret, ignaram latinitatis emendationem repoſuerunt. In optimis & avito libro ſcriptum, ut edidimus: *quem nocuit ſerpens.* Seneca libro v. controv. *dum filium vindico, ubi me graviſſime nocere poſſis, oſtendis.* In quibuſdam Plauti membranis, Mil Gloriol. act. V. *Jura, te non nociturum eſſe hominem de hac re neminem.* Barthius etiam altero verſu legit: *ſanet quos ſanciet ipſa:* quaſi velut imperantis longe acutior vox ſit, exponentis; moriatur, ipſamet opem ferat iis, quos laeſerit. nihil omnino reſumendum: KEUCH *Quem nocuit* Lipſ. *quae nocuit* Leid. Reg Ed. Vet. Hum. *qui* Voſſ. Cod. *cui nocuit* Ald. aliae *quem*, vel *cum*, habent: *quem nocuit* propugnat etiam

Vulneribus jungi: ſanat quem ſauciat ipſa;
Ut Lariſſaea curatus Telephus haſta
Proderit & caulem cum vino haurire ſabuci,
Aut coctum raphani librum tritumque ligare,
Sive etiam excelſa folium de mole cupreſſi:

Ma-

Vlitius ad Grat. Cyneg 354. & Salmaſius, quem Gudius ad Phaedr. IV. 18. adducit, qui & ipſe non alienus ab hac conſtructione videtur. nos vero tales delicias antiquariis relinquendas eſſe ad Phaedri d. l. declaravimus. neque etiam huic loco ſenſum conſtare, ſi *quem nocuit* legatur; ſed *cui*, vel potius *quum* legendum credimus. nam quo tunc referas repetitum illud ſequens *illius*? an illius caput, quem nocuit ſerpens, contra mentem auctoris, vel quo referas *quem ſauciat*? ſaltem tunc cum Ald. Venet. Lipſ. Humelb. debuiſſent legere, *ſanat quae ſauciat ipſa*: quare nos *quum* recepimus; licet & ex *cui* poſſet quis facere *qui*, & conſtruere, illius ſerpentis, qui nocuit, caput &c. in ſeq. *utque Lariſſaea* metro vis fit, prima enim longa eſt. ut apud Virgil. II. Aen. 197. & paſſim. quare cum Leid. Reg. Ed. Vet. Hum. Ald. & Heinſio ad Claudian. Epiſt. ad Hadrian. vſ. 48. legendum, *ut Lariſſaea*. ineptum vero eſt Caeſarii & Pictorii, *utque ſariſſaea*, quod non intelligo, nam a *ſariſſa* derivari *ſariſſaeam* neſcio, & quam pulchre diceretur *ſariſſaea haſta*? nec Achillis haſta ſpeciem ſariſſae habuit. ſed graviſſima fuit, ut multis, ſi id agere vacaret, locis Poëtarum oſtendere liceret; praeterea volebat Heinſius *curatus*, ut Venet. Lipſ. Ald. Humelb Caeſ. Pict. Conſt. & aliae, non *curatur*. BURM.

836. TELEPHUS] Herculis filius ab Achille vulneratus eſt, qui, dum ſanari non poterat, Oraculo accepit ſaltem ab haſta poſſe ſanari, qua laeſus fuerat. Facta igitur pace inter eum & Achillem, iterum ſariſſa hunc tetigit Achilles, & ſanatus eſt. PICTOR. De Telepho ab Achille vulnerato & curato nota fabula eſt. Eam aliquis apud Lucianum alludens, hanc expoſitionem dedit: ἐκεῖ τὸν τρώσαντα ἐλθόντας, ἰᾶσθαι παρ' ἀργαλῶ. Dixerat enim oraculum: ut eâdem haſta, quâ vulneratus erat Telephus, ab Achille ſanaretur. Plinius libro XXV. capite 5. *Invenit & Achilles diſcipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quae ob id Achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alii primum aeruginem inveniſſe, utiliſſimam emplaſtris; ideoque pingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque uſum medicamento volunt.* Ἀχίλλειον ab Achille inventam plerique medicorum tradidêre. eam σιδηρῖτιν appellat Dioſcorides libro IV. cap. 36. Ἀχίλλειος· καλοῦσί τινες καὶ τὴν Ἀχίλλειον σιδηρῖτιν, φύει δὲ ῥαβδία σπιθαμιαῖα. &c. Plinius aliam opinionem adjungens, aerugine curatum ab Achille Telephum tradit. libro XXXIV. cap 15. *rubiginem ferri* vocat, eam aeruginem. *Eſt & rubigo ipſa in remediis, & ſic Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſive id aerea, ſive ferrea cuſpide fecit. Ita certe depingitur eam decutiens gladio.* Inde Τηλέφιον ἕλκος de maligno & inveterato ulcere dicebant, cujus Aegineta meminit libro IV. cap. 46. KEUCH.

837. PRODERIT ET CAULEM CUM VINO HAURIRE SABUCI,] Dioſcorides περὶ χαμαιάκτης lib. IV. 175. ἡ ῥίζα δὲ αὐτῆς ἀφεψηθεῖσα σὺν οἴνῳ καὶ διδομένη παρὰ τὴν δίαιταν, ὑδρωπικοὺς ὠφελεῖ. βοηθεῖ καὶ ἐχιοδήκτοις ὁμοίως πινομένη. *viperarum morſibus*, ἐχιοδήκτοις, eodem modo pota prodeſt. Plinius ea verba ſic reddidit lib. XXIV. 8. *radicis ejus in vino decoctae duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt: Reſiſtunt folia & ſerpentium ictibus in vino pota.* IDEM.

838. AUT COCTUM RAPHANI LIBRUM TRITUMQUE LIGARE,] Plinius de raphano ſativo lib. XX. 4. *ſativi in poſca decocti, contra ſerpentium morſus illinuntur.* μετ' ὀξυμέλιτος Dioſcoridis, ille *in poſca* expoſuit. περὶ ῥαφανίδος lib. II. 137. ὁ δὲ φλοιὸς αὐτῆς μετ' ὀξυμέλιτος λαμβανόμενος βοηθεῖ καὶ ἐχιοδήκτοις. eandem ejus ſemini vim tribuit ex vino contra ceraſtis morſus epoto. Gloſſae medicae: *poſca*, ὀξύκρατον, *puſca*, ὀξύμελι, ubi forte & ὀξύκρατον reſtituendum. *puſcam* etiam Celſus

ap-

Manabit lactens caprifici ſucus ofellam.
Aut tithymallus atrox vulnus contrita perungit.
Carduus & nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Cervino ex foetu commixta coagula vino
Sumuntur, quae res membris agit atra venena.
Aut ferulae radix potatur in imbre Lyaei:
Betonicaeve leves, gallinae aut jura vetuſtae.

Si

appellat, quam alii *puſeam.* Φοῦσκα ſaepe legitur apud Aëtium & Aeginetam. IDEM.

840 MANABIT LACTANS CAPRIFICI SUCUS OFELLAM.] Omiſit hunc verſum Keuchenius, ſive hoc ſtudio fecerit, ſive vitio operarum interciderit: agnoſcunt enim antiqui multi praeter Conſtant. Caeſar. Pictor. Gryph. Torn. *manavit lactans* Leid. Ed. pr. Venet. Lipſ. Hum. *navabit lactens caprifici ſuccus opellam* Cod. Voſſ. *manavit lactens c. ſ. opellam* Reg & Paderb. *mandabit lactens c. ſ. opellam* Ald. *lactens* legendum vidimus ſupr. cap. XXIV. *manare* vero accuſativum regere oſtenderunt copioſe Heinſ. ad Ovid VI. Met. 312 Munker. ad Hygin. fab. IX. & Giſan. Ind. Lucret. *Ofella* hic ponitur pro conglobato & ſiccato lacte ſive ſuco, qui ſumitur pro medicamento; ut recte Humelb. eodem modo, ut *offam* ſumi docuit Salmaſ. Exerc. Plin. p. 90. quae *panus* & μᾶζα dicitur. BURM.

841. TITHYMALLUS] De Tythimallo Galenus Octavo ſimplicium cap CXXXVII. *ſpringkrut.* PICTOR. *Vulnus quae trita* Humel. *perungat* Leid. Ed. Vet. Hum. *perunget* Reg.

842. CARDUUS EST NONDUM APTUS,] Non maturus adhuc, & carduum intelligit, quem Veneris aut fullonum officinae nominant, vulgo *Hirten pfeif*, *Bübenſtrôl*, vel *Weber karten.* PICTOR. Carduus fullonum, labrum Veneris, δίψακος. lege *nondum tactis*, nempe podagra. Plin. XXVIII 6 *virilis urina podagris medetur argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant.* CONST. Non probat hoc Morgagn pag. 90. ſed cum Humelb. *nondum* conjungit τῷ *aptus*, & *doctos* fullones cum eodem exponit artis ſuae peritos. vide ad Phaedr. IV. 16. praefero *vero Carduus & nondum d. f. aptus.* ut Leid. Reg. Ed. Vet. & Humelb. *carduus eſt necdum* Paderb. BURM.

842. CARDUUS EST NONDUM DOCTIS FULLONIBUS APTUS,] Quem carduum hic intelligat, haud facile conſequor. Puto tamen ſpinam vulgarem Plinianam, *ex quâ cortinae fulloniae implentur*, ut ille ait lib. XXIV. 13. & cujus radicis uſus eſt in medicinis. inde Serenus eam ſpinam deſcribere volens, nondum doctis fullonibus aptam eſſe dixit, nimirum carrendae lanae. nam *carduus* à carrendo, unde & *carmen*, inſtrumentum ad carrendam lanam. Dioſcorides autem ſpinam altam intellexiſſe videtur, qui tamen de ejus ſemine, non radice, τοῖς ἑρπετοδήκτοις mederi tradit, libro III. cap. 14. KEUCH.

843. IN AMNI.] Ex aqua fluviali. CONSTANT.

845 MEMBRIS AGIT] Sine dubio pro exigit, expellit poſuit auctor, cum alii pro per corpus ſpargere ponant. Val. Flac. VI. 609. *vimque recentem ſenſit agi membris.* Grat. Cyneg. 368.

*Cum vitium cauſſae totis egere latentes*
*Corporibus.*

vid. mox cap. ſeq. BURM.

846. FERULAE] De ferula Dioſcorides lib. III. cap. 82. Columel. XIII. cap. 7. PICTOR.

846. AUT FERULAE RADIX POTATUR IN IMBRE LYAEI:] Dioſcorides libro III. cap. 91. νάρθηξ ... ἐχιοδήκτοις δίδοται σὺν οἴνῳ. Plinius de ferula lib. XX. 23. *radix denarii pondere in vini cyathis duobus, bibitur adverſus ſerpentes.* KEUCH. *In* deeſt Lipſ.

847. BETONICAEVE LEVES, GALLINAE AUT JURA VETUSTAE.] Vide Dioſcoridem

Si vero horrendum vulnus fera fecerit aſpis,
Urinam credunt propriam conducere potu.
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: nec non
(Plinius ut memorat) ſumpti juvat imber aceti.

Di-

περὶ κίρρυ lib. IV. 5. Celſus lib. V. 27. *Italia, frigidioreſque regiones hac quoque parte ſalubritatem habent, quod minus terribiles angues edunt. Adverſus quos ſatis proficit herba betonica*, &c. Plinius libro XXX. cap. 8. extremo: *morſibus imponitur vettonica praecipue: cui vis tanta perhibetur, ut incluſae circulo ejus ſerpentes, ipſae ſeſe interimant flagellando. datur ad ictus ſemen ejus denarii pondere cum tribus cyathis vini, vel farina drachmis tribus ſextario aquae imponitur.* quae poſtrema à Dioſcoride tranſcripta, capite laudato. *Vettonicae* etiam in avito libro ſcriptum, ſed altero membro indubie mendoſo: *Vettonicaeve leves, gallinae aut crura vetuſtae.* recte reſtitutum à correctoribus, *gallinae aut jura vetuſtae.* ζωμὸς τ῀ παλαιῶν ἀλεκτρυόνων. Plinius libro XXIX. capite 4.: *carnibus gallinaceorum, ita ut tepeant avulſae, appoſitis, venena ſerpentium domantur: item cerebro in vino poto. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis imponere. Jus quoque ex his potum praeclare medentur, & in multis aliis uſibus mirabile.* Sic Graecis eo remedio praeſcribitur ἐγκέφαλος ἀλεκτορίδων, gallinarum cerebellum: item integra gallina diſſecta, calens adpoſita. Dioſcorides περὶ ἀλεκτορίδων lib. II. 53. Ἀλεκτορίδες ἀποσχισθεῖσαι καὶ ἐπιτεθεῖσαι ἔνθερμοι, τοῖς ἑρπετῶν δήγμασι βοηθοῦσι. Vide eundem libr. VIII. cap. I. quare miror, nec tamen moror, ad oram illius aviti antiquam manum eam lectionem expoſuiſſe, *gigerias gallinarum.* Gigerias gallinarum Graeci vocant ἐνηρῶν, σπλάγχνα, ἔνδοσθεν ἀκρῶν. Ita interpretatur Heſychius. Gloſſae: *gigerus*, τὸ ἀκτίον τ῀ ὀρνίθων. ſic pro corrupto τὸ ἄκρον. Salmaſius emendavit. Vetus Poëta apud Chariſium ex ejuſdem emendatione:

*Gigeriis fumat calido cum farre catinus.*

antea legebatur: *Jugeribus fumat.* Sed de gigeriis nihil hic ex praeſcripto medicorum, qui juſcula gallinaceorum commendaverunt. KEUCH *Vetonicae* Leid. Reg Ed. Vet. Venet. Humelb. ut cap. praeced. & ad cap. XIII. *vetuſta* etiam Reg.

848. FECERIT] *Jecerit* Reg. Paderb. Ald. *fera contigerit* Venet. Lipſ.

848 SI VERO HORRENDUM VULNUS FERA FECERIT ASPIS, URINAM CREDUNT PROPRIAM CONDUCERE POTU.] Tres aſpidum ſpecies doctiſſimi medicorum cum Galeno numerarunt, χερσαίας, χελιδονίας & πτυάδας, quarum ultimam hoc loco Serenus intellexit, cum *feram aſpidem* vocaverit non omnem, ſed eam proprie, quae inſpuendo perimit πτυὰς ab Aëtio quoque vocatur. Plinius à Sereno adductus lib XXVIII. cap. 6. *magna & urinae non ratio ſolum, ſed etiam religio apud auctores invenitur, digeſta in genera. ſpadonum quoque ad foecunditatis beneficia. Verum ex his, quae referre fas ſit, impubium puerorum contra ſalivas aſpidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum exſpuant.* idem & contra ſerpentium morſus ſuam cuique urinam prodeſſe tradit, eodem capite. Poteſt & alia mens dari verſus iſtius Sereni, ut qui *feram aſpidem* vocaverit peregrinam, id eſt, quae in Europa non viſeretur. Ovidius IX. Met. 693.

*Plenaque ſomniferis ſerpens peregrina venenis.*

recte *ſomniferis* dixit, nam omnium commune σύμπτωμα dormiendi libido Aëtius: κοινὰ δὲ συμπτώματα καὶ σημεῖα συμβαίνουσι τοῖς δηχθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν. Gloſſae: ὑπνάλη ἀσπὶς, *ſomnifera.* Plinius lib. XXIX. cap. 4. *Aſpides percuſſos torpore & ſomno necant, omnium ſerpentium minime ſanabiles.* Cinna:

*Somniculoſam ut Poenus aſpidem Pſyllus.*

KEUCHEN

851. (PLINIUS UT MEMORAT) SUMPTI JUVAT IMBER ACETI] Plin. XXVIII cap. 6. CAESAR. & PICTOR. Lib XXIII. cap. I. Celſus etiam inſignem tradit hiſtoriam libr. V cap 27. CONST. Libro XXIII. capite I. extremo: *neſciêre medici, quantum* (acetum) *contra aſpidas polleret. Nuper ab aſpide calcata percuſſus, utrem aceti ferens,* quo-

Digitized by Google

Dicendum & quae ſit praecox medicina timenti:
(Cautio namque poteſt diros praevertere morſus)
Si jecur exſectum tardo de vulture portes.
Frucis aut ſi totos perduxeris artus,
Quas prius adtritas vehementi ſpargis aceto,
Aut tu cervina per noctem in pelle quieſces,
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum.

To-

*quoties depoſuiſſet, ſentiebat ictum, alias illaeſo ſimilis Intellectum ibi remedium eſt, potuque ſuccurſum.* Celſus libro v. capite 27. *Uſus tamen ipſe docuit, eum, quem aſpis percuſſit, acetum potius bibere debere. Quod demonſtraſſe dicitur caſus cujuſdam pueri, qui cum ab hac ictus eſſet, & partim ob ipſum vulnus, partim ob immodicos aeſtus ſiti premeretur, ac locis ſiccis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte ſecum habebat, ebibit, & liberatus eſt. Credo, quoniam id, quamvis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam diſſipandi. Quo fit, ut terra reſperſa, eo ſpumet. Eadem ergo vi veriſimile eſt, ſpiſſeſſentem quoque intus humorem hominis ab eo diſcuti, & ſic dari ſanitatem.* KEUCH.

852. PRAECOX] *Praecors* Reg. Paderb. Ed Venet. Lipſ. *praecorx* Ald. poteſt ita diſtingui, *quae ſit praecox medicina, timenti cautio: namque.* nam Pith. poſt *cautio* habebat diſtinctionem. *pervertere* etiam Leid. Ald. Lipſ.

853 (CAUTIO NAMQUE POTEST DIROS PRAEVERTERE MORSUS)] *Diros praevertere morbos*, liberavitus. Sed illud non invertendum Triplex autem medicinae ratio, ſalubris, praecavens, & ſanans; quarum elegans locus extat apud Dioſcoridem libro VII. cap. I. περὶ ἰοβόλων. ἀναλόγως οὖν πάντως τοῖς τρισὶ γυμνασάντων, εἰς τρία ἐμπεσῆναι τὴν τέχνην. εἴς τε τὸ ὑγιεινὸν, ὃ δὴ τηρητικόν ἐστι τῆς ὑγιείας. καὶ εἰς τὸ προφυλακτικὸν, ὅπερ κωλυτικόν ἐστι τῶν εἰς τὰς νόσους ἐμπεσόντων. καὶ εἰς θεραπευτικὸν, δι' οὗ λύεται τὰ πάθη. Et paulo ſupra eodem capite: οἱ δὲ πάτερες αὐτὴν ἐχώρισαν, προφυλακτικὸν καὶ προφυλακτικὸν ὀνομάζοντες. τὸ δὲ ὑγιεινὸν καὶ τὸ θεραπευτικὸν μόνον τάξαντες, μικρᾷ καὶ παντάπασιν ἐπιπολαίῳ πλανηθέντες πιθανότητι. KEUCH.

854. SI JECUR EXSECTUM TARDO DE VULTURE PORTES.] *Cor vulturinum* habet Plinius libro XXIX. cap. 4. *cor ejus alitis habentes, tutos eſſe ab impetu non ſolum ſerpentium, ſed etiam ferarum latronumque & regum ira.* KEUCH. In Edit. Pictor. *cardo*, ſed, ut multae, menda eſt operarum. mox *dirum* vocat. an *tardus* a volatu? ut Humelb. neſcio. *de vulture potes* Paderb.

855. ERUCIS AUT] *Portes Erucis, vel ſi* Ald. *pertinxeris* Leid. Ed. Vet. & Humelberg.

856. QUAS PRIUS ADTRITAS VEHEMENTI SPARGIS ACETO.] Ita libri, quod ſciam, omnes. In avito tamen exaratum: *vehementer ſpargis olevo.* Ex quo poſſet emendari: *vehementer ſpargis olivo.* σὺν ἐλαίῳ. Dioſcorides περὶ καρπῶν lib. II. 64. κάμπαι αἱ ἐπὶ τῶν λαχάνων γινόμεναι, περιχριόμεναι σὺν ἐλαίῳ ἀδήκτους ὑπὸ τῶν ἰοβόλων φυλάττειν λέγονται. KEUCH. Credo, voluiſſe Keuchen. *vehementi ſpargis olivo.* alias nulla emendationis differentia a codice ſcripto. nam illud *olevo* manifeſte vitioſum. ſed an olivum *vehemens* dici poſſit, vehementer dubito, cum *ferum* cap. 26. *acre* cap. IV. *triſte* cap. XVIII. vocet noſter acetum. & mox cap. XLVIII. *lene olivum* dicat, & *lentum* cap. I. unde poſſit fieri, *lento conſpargis olivo, ut lento olivo perungi* cap XLVIII. & *conſpargere* dixit cap. XLVII. *exiguo piperis cerebrum conſpergito galli. ſpargit* Reg. Lipſ. BURM.

857. QUIESCES] *Quieſcis* Leid. Reg. Ed. Vet. Venet Humelb. Ald. Lipſ.

858. AUT GENERE EX IPSO DENTEM PORTABIS AMICUM.] Vehemens antipathia notatur à rerum naturalium peritis inter cervum & ſerpentem: unde venenatis arcendis varia de cervo remedia notavêre medici; crudum cornu ſuffitum, dentes adalligatos collo, pellem cervinam, ſordes oculorum, quarum Scribonius Largus meminit capite XLII. ha-

Toxica praeterea qua ſint pellenda medela,
Expediam. Sanguis poterit prodeſſe caninus,
Qui facili potu antidotos imitatur honeſtas.
Vis & mirificos cautus praediſcere odores,
Accenſis quibus arcetur teterrima ſerpens?
Aut ſtyracem torres, aut diri vulturis alam,

Vel

*habere incinctum* (ſcribo *in cincto*) *oportet pencedanum, vel cervi, quum captus eſt, in oculi angulo, qui eſt ad nares verſus, quae inveniuntur ſordes viroſi odoris. has Siciliae venatores diligenter colligunt, & habent in cincto propter ante dictam cauſam.* Caetera paſſim obvia ſunt. KEUCH. *Geſtabis amicum* Paderb.

859. Toxica praeterea qua sint pellenda medela,] *Toxica* retinuit etiam avitus. alii *taxica* tamen legerunt ex idiotiſmo eorum temporum. Plinius de taxo arbore lib. XVI. 10. *Sunt, qui & taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus, quibus ſagittae tinguntur.* hoc ineptiſſimum, ut Scaliger & alii doctorum obſervarunt. Aegineta libro V. τὸ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ὀνομάζεσθαι, ἐκ τοῦ τὰ τοξεύματα ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐν αὐτῷ χρίεσθαι. Dioſcorides Alexiph. cap. 20 τὸ δὲ τοξικὸν, δοκεῖ μὲν ὀνομάσθαι ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίεσθαι. Caecilius in Gamo: *ut hominem miſerum toxico tranſegerit.* τῶν ἀνθρώπων φαρμάκῳ ἐξαναλωμένων ubi toxicon, telum eo infectum. Gloſſae medicae: τόξικον, δηλητήριον φάρμακον. Scribonius Largus cap. LXIII. *Toxicum cujus ſit guſtus, haud facile quivis dixerit: verum quum potum eſt, è veſtigio ciet dolorem omnium interaneorum infinitum, & velut telo trajectorum, concitatque mentis furorem, cogitque exululare, & palpitare lingua ſimiliter decollatorum capitibus. nihil enim poteſt intelligi ex voce eorum.* Idem capite XLV. *Antidotus Caſſii medici facit adverſus toxicon potum: eadem, ſi quis venenato telo percuſſus eſt.* KEUCH. *Quae ſint* Leid.

860. Expediam: sanguis poterit prodesse caninus,] *Caprinus*, ut ſupra etiam notavimus, pro *caninus*, gemino loco mendoſe ſcriptum in avito libro. Plinius libro XXIX. cap. 4. *ſanguine canino contra toxica nihil praeſtantius putatur.* poſſet tamen & illud lectionis ex Dioſcoride defendi περὶ τοξικοῦ. ἰδίως δ' ἐπ' αὐτοῦ ἁρμόζει καὶ ἡ τοῦ πεντεφύλλου ῥίζα, αἱμά τε τράγου, ἢ αἰγὸς ὁμοίως λαμβανόμενα. ſed alterum longe nobis ſatisfacit. KEUCH.

861. Antidotos imitatur honestas.] *Quod facili potu* Caeſar Pictor *antidotus medicatur honeſta* Leid. Reg. Ed. Vet. *antidotus medicatur honeſtus* Venet. Lipſ. *imitatur honeſtos* Ald. *antidotos imitabitur hauſtas* Heinſius.

861. Honestas.] Hoc eſt bonas & laudabiles, & probabiles. CAESAR. Utiles. PICTOR. Ego *honeſtas* interpretor confectas a medicis peritis, & qui auctoritatem habent, non ab agyrtis circumforaneis, qui ſordidae plebi jactant & venditant medicamenta ſua. vide de hac voce ad Petron. cap. LV. & ad Quinct. I. 8. nam varias jactatas fuiſſe Antidoti compoſitiones patet ex cap. LXI. ubi *ſyntheſin vilem & vulgata medicamina* memorat. BURM.

862. Odores] *Odoros* Leid.

863. Teterrima] *Veterrima* Lipſ.

864. Aut styracem torres, aut diri vulturis alam,] Styrax arboris, malo cotoneo ſimilis, lacryma eſt. Dioſc. I. cap. 70. PICTOR. Plinius de ſtyrace, lib. XII. cap. 17. *eundem ad ſerpentes fugandas urunt in odoriferis ſylvis frequentiſſimas.* Sic Herodotus ſtyracem ab Arabibus incendi ſcribit, cum thus colligunt, ut ejus odore ſerpentes pinnatas abigant, qui thuris arbores cuſtodiunt. Agatharchides & Diodorus ſerpentium πλῆθος ajunt eſſe κατὰ τοὺς εὐωδεστάτους δρυμοὺς Arabum. Sed in illo avito: *Aut ſtoracem torres. ſtoracem* pro *ſtyracem*, ἀρχαϊκῶς. Virgilius in Scylla 168.

*Et ſtorace Idaeo vinctos perfuſa capillos.*

Plinius idem de vulturina penna notavit libro XXIX. capite 4 *ex volucribus in auxilio contra ſerpentes primum vultur eſt. annotatum quoque* mi-

Digitized by Google

Vel nepetam, aut frondem rigidae ſtirpemque myricae.

## CAPUT XLVII.

*Ictibus Scorpii, & Morſibus Muris Caeci vel Aranei.*

Sunt minimae ſpecies, ſed dirae vulnere peſtes,
Quae magis in tenui latitantes corpore fallant:
Scorpius ut gravis eſt & araneus: haec mala ſemper
Captant ſecuros multa jam nocte ſopores,
Et documenta dedit nobis proſtratus Orion,
Magna quod exiguis perimantur membra venenis.

At

*minus virium eſſe nigris: pennarum ex bis nidore, ſi urantur, fugari eas dicunt.* KEUCH. *Aut ſtyracem uras* Leid. Ed. Vet. *ſtyracen ures* Humelb. *thyracen* Paderb. *ſiracem* Lipſ. *aut atri vulturis* Leid Ed. Vet. Humelb. *duri vul.* Reg. Venet. Ald. Lipſ. *alas* etiam Scaliger. ſecundam ſyllabam in *ſtyrax*, ſive *ſtorax*, corripi docuit Borrichius in lingua Pharmac. ubi verſum ex Virgilii Ceiri citat 168. *Aut ſtorace Idaeo flagrantes picta capillos.* ſed Pithoeus & Heinſius vere ediderunt, *Non ſtorace.* late de ſtorace agit Bodaeus ad Theophr. lib. IX. cap. 7 pag. 1029. *ſtoraceam virgam*, quae in arbuſculum excreverat, memorat Sulp. Sever. Dialog. I. cap. 19. BURM.

865. NEPETA,] Eſt herba nota. *Ackermüntz*, vel *Katzenkrut*. PICTOR.

ICTIBUS] Geſnerus ſic emendavit, *de ictibus ſcorpii & morſibus aranei & muris caeci.* WOLF. *Muris caeci & aranearum* Leid. Ed. Vet. *muris & araneorum* Reg. *morſibus muriſcae vel aranei* Paderb.

866. VULNERE] *Vulnera peſtis* Leid. Paderb. Ed. Vet. Lipſ. Humelb. credo legendum, *ſunt minimae ſpecie, ſed dirae vulnere, peſtes*, id eſt, non videntur, non apparent tam facile, ut ſerpentis, ſed vulnera graviſſima imponunt. *s* geminatum fuit ob ſequens *ſed.* ut ſaepe. BURM.

867. LATITANTES CORPORE] *Latitantem* Leid. Ed. Vet. *fallunt* fere vulgati. at Heinſius corrigebat *corpora fallant.* Conſtantin. in margine habet, *fallant*, *Ut gravis ſcorpius eſt & araneus, haec* &c. quae non capio, nec, quomodo verſus conſtare poſſit, video. niſi more priſco ultima in *gravis* corripiatur. *fallunt. ſcorpius & gravis eſt*, Caeſar. & Pictor. *aut gravis* Scalig. male: exemplum enim, quo confirmat praecedentia, dat in ſcorpio & araneo. *gravis* hic eſt venenatus, peſtilens, ut ita *graviſſimum & peſtilentiſſimum annum* dixit Cicero V. ad Famil. Epiſt. 16. vid. ad Ovid. II. Art. 231. & ita quidam apud Virgil. III. Georg. 415.

*Galbaneoque agitare gravis nidore chelydros.*

Ubi recte noxios interpretantur viri docti. alia exempla dabit Rhodius in Lexic. Scribon. & Graevius Lect. Heſiod. cap XIV. BURM.

869. CAPTANT SECUROS MULTA JAM NOCTE SOPORES,] Non *ſopore.* De ſcorpione ſacro vide Lucianum de Deâ Syria. KEUCH. *Multa tam nocte* Caeſar. & Pictor. *muta jam* Paderb. *ſopore* Conſt. marg. *ſapores* Lipſ.

870. ET DOCUMENTA] *Haec doc.* Leid. Ed Vet. Humelb.

870. ET DOCUMENTA DEDIT NOBIS, PROSTRATUS ORION, MAGNA QUOD EXIGUIS PERIMANTUR SAEPE VENENIS.] Orion ex urina Jovis Neptuni & Mercurii genitus, quod vim Dianae intuliſſet, a ſcorpione occiſus eſt, & ſideribus adſcriptus. PICTOR. Proſtratus a ſcorpionis ictu, teſte

 Lu-

At qui vulnus atrox incuſſit ſcorpius ardens,
Continuo capitur, tunc digna caede retuſus,
Vulneribusque aptus, fertur revocare venenum.

Aut

Luciano. CONSTANT. Alludit ad Orionis fabulam, quem à ſcorpione ictum periiſſe Poëtae paſſim memorant, cum Dianae vim inferre conaretur. Palaephatus cap. v. ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸ ἀστράγαλον, ἀπέκτεινεν. Exſtat de eadem elegans Orphei epigramma περὶ λίθων, cujus hi verſus etiamnum adducuntur:

*Σκόρπιε, σοῖο δὲ λᾶαν ὁμώνυμον ἱμερόεντα ἥρως*
*Ἀγλαὸς Ὠρίων ὃν ἔκλυσε. ὁ γὰρ οἶον*
*Πικρῇσιν τότε γυῖα πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσι,*
*Μᾶλλον σφωιτέρων κεν ἐκεῖνα θελεσκέμεν ἄστρων.*

altero Sereni libri quidam:

*Magna quod exiguis perimantur membra venenis.*

quod neſcio, cur eruditi viri non auſi fuerint reponere. Diocles in eo commentario, quem Pliſtarcho dicavit, apud Dioſcoridem Theriac. capite primo, venuſte ad hunc modum loquitur: γνοίη δ' ἄν τις τοῦτο καὶ ἐπ' ἄλλων ἐξ ὀλίγων, καὶ ὑπὸ τῶν ἐχιδνῶν ἢ σκορπίων, καὶ ἑτέρων τοιούτων, ἀπολοῦσι δὲ ὡς ἄδηλα καὶ μικρὰ τὸ γένος ὄντα, μεγάλων αἴτια κινδύνων καὶ πόνων γίνεται. vide ſequentia. Etiam Hebraei ſapientes, cum ſuos monerent, ut ab odio hominum ſibi, quantum poſſent, caverent; cauſſam addebant: *ſaepe magnum hominem à parvâ muſcâ ſtrangulari.* KEUCH. *Perimantur membra* Ald. & marg. Pith. & Gryph. & recte. oppoſitio enim concinnior inter *magna membra*, & *exigua venena*. vid. ad Ovid. III. Amor. I. 40. & *membra* pro toto corpore & homine ſaepe ponuntur apud Poëtas. Ovid. XII. Met. 501.

*— Quid membra immania proſunt?*
*Quid geminae vires?*

iterum XV. Met. 845.

*Caeſaris eripuit membris, nec in aëra ſolvi*
*Paſſa recentem animam.*

IV. 497.

*——— ——— nec vulnera membris*
*Ulla ferunt, mens eſt, quae diros ſentiat ictus.*

& ita *mea membra* pro me dixit Propert. III. XIV. 6.

*Ut timeam audaces in mea membra manus.*

ubi vide Paſſerat. & ita *artus*. vid. cap. XV. ſupr. cap. XXXIX. dixit *perimit qui corpora carbo*. BURM.

872. At qui vulnus atrox incuſſit scorpius ardens,] *Et quum vulnus atrox*, in aliis libris. Celſus libro v. cap. 27. *In quibuſdam etiam aliis ſerpentibus, certa quaedam auxilia ſatis nota ſunt. Nam ſcorpio ſibi ipſe pulcherrimum medicamentum eſt. Quidam contritum cum vino bibunt, quidam eodem modo contritum ſuper vulnus imponunt, quidam ſuper prunam eo impoſito vulnus ſuffumigant, undique veſte circumdata, ne is fumus dilabatur, tum carbonem ejus ſuper vulnus deligant.* Plinius de ſcorpionibus: *homine icto putatur eſſe remedio eorum cinis potus in vino.* Dioſcorides περὶ τῶν ὑπὸ σκορπίου δεδηγμένων. Theriac. cap. 23. αὐτός τε ὁ πλήξας σκορπίος λειοτριβηθεὶς καὶ ἐπιτεθεὶς τῷ πληχθέντι τόπῳ, τῆς ἰδίας πληγῆς γίνεται βοηθὸς κατά τινα ἀντιπάθειαν, ὡς ἔοικε. μετὰ δὲ τοῦτο ἁρμόζει λεῖος ἐπιτιθέμενος ὁ σκορπίος σὺν ἅλατι καὶ λινοσπέρμῳ καὶ τῇ ἀλθαίᾳ βοτάνῃ. Nec ſcorpionis ictui ſcorpion ſolum, ſed & aliis venenatis ſerpentibus ſerpens remedio creditur. Serenus ſupra de ſerpentium morſibus: *ſanat quem ſauciat ipſa.* Dioſcorides de mure araneo morſis cap. 26. καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ἡ δακοῦσα μυγαλῆ, ἀναπτυσσομένη καὶ ἐπιτιθεμένη, τῆς ἰδίας πληγῆς ἀντιφάρμακόν ἐστι. & paullo poſt: τινὲς δὲ ἀναγράφουσιν, ὅτι καὶ αὐτὴ λειοτριβηθεῖσα ἡ μυγαλῆ, αὐτὸς τὸ ἴδιον πλῆγμα ποιεῖται. Idem de ſcorpionibus ἀντιφάρμακον in oleo ſubmerſis contra eorundem ictus hodierni Americani uſurpant, ut ex Batavis inde reverſis accepimus. KEUCH. *Quod ſi vulnus* Cod. Voſſ. & *quod* Reg. Paderb. Lipſ. & *quum* Caeſar. Pictor. Pith. Heinſ. malebat, *Ergo ut vulnus atrox. ſcorpion* Reg. lege, *ſcorpios*: vid. ad Ovid. II. Met. 196. III. Faſt. 715. & aliis in locis ſaepe: ſcabri aliquid in hac periodo eſt, quae rotundior exiret, ſi legeretur,

*At ſi, vulnus atrox qui incuſſit ſcorpios ardens,*
*Continuo capitur*, &c. BURM.

873. Retusus] *Retunſus* Ald. *recluſus* Paderb.

Aut calidis pelagi lymphis loca laeſa foventur:
Sive meri potu diſſolvitur improba peſtis.
Ad cunctos autem morſus ictuſque minorum
Caſeus aptus erit ſimae de lacte capellae,
Cumque hoc abſumi debebit origanus herba:
Haec duo mirificis curabunt icta medelis.
Nec non foeniculo calidum adnectatur anethum,
Aut vivum ſulphur ſicca cum faece Lyaei.
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli;

Quo

derb. *crede recluſus* Venet. Lipſ. Reg. *caede reculus* Voſſ. *vulneribusque aptus* Venet. Caeſ. Pictor. Conſt. & ſeqq. etiam Keuchen. *actis* Leid. veteres *actus. vulneribus actus* Reg. *aptus* poteſt ſumi, ut *impoſitus, nexus, ligatus*: quibus verbis ſaepe utitur noſter, ab antiquo *apere*, de quo vid. ad Petron. XXXIV. ſed & *actum* bonum efficeret ſenſum, ut ſcilicet venenum actum vulneribus, id eſt ex vulnere iterum extractum & expulſum intelligatur: ut cap. praecedenti: vel *actum venenum*, id eſt adactum, incuſſum revocare ex vulneribus: ſed & vulgata poteſt explicari, ut ſit medicamentum aptum ad ſananda vulnera, ut cap. XLVI. *aptam dicamus opem, ſucoſque medentes*, & mox *caſeus aptus*. BURM.

875. AUT CALIDIS PELAGI LYMPHIS LOCA LAESA FOVENTUR:] *Περὶ θαλασσίου ὕδατος* Dioſcorides lib. V. 19. *καὶ αὐτὸ πρὸς τὰ τῶν θηρίων δήγματα ὅσα τρόμους καὶ ψυγμοὺς φέρει, μάλιστα δὲ σκορπίων καὶ φαλαγγίων, καὶ ἀσπίδων, καὶ εἰ συμβαίνει τις εἰς θερμὸν αὐτὸ, ὠφελεῖ.* Plinius de aqua marina lib. XXXIII. 6. *quin & ad ictus venenatos ſalutaris intelligitur, ut phalangiorum & ſcorpionum, & ptyade aſpide reſperſis: Calida autem in his aſſumitur.* KEUCH. *Loca foeta foventes* Leid. Ed. Vet. *laeſa foventes* Humelb.

878. CASEUS APTUS ERIT SIMAE DE LACTE CAPELLAE,] Ora Gryphiani libri: *pavidae de lacte capellae.* in eo non ſunt poſitae medicorum opes. Plinius eodem remedio lib. XXVIII. 10. *caſeum caprinum cum origano impoſitum, vel ſevum cum cera.* iſtum caſeum Graeci vocant *τυρὸν αἴγειον.* Athenaeus: *Σὺ μὲν φησὶ κεχηνμένος πῖνε, καὶ ἐπιξύοντα τυρὸν αἴγειον.* KEUCH. *Faetidae de lacte* Leid. Ed. Vet. *rabidae* Reg. Paderb. *pavidae* Ald. & marg. Ed. aliquot. Voſſ. *rapidae* alios habere notat; ſed praefert *foetae* Humelb. quod probat Heinſius, vid. ad cap. XIII. BURM.

879. ABSUMI] *Aſſumi* Ald.

879. ORIGANUS] Nota eſt origanus, *Wolgemüt.* PICTOR.

881. NEC NON FOENICULO CALIDUM ANNECTATUR ANETHUM,] In aliis, quod ſciam, libris editur.

*Nec non peniculo calidum annectetur acetum.*

KEUCH. *Peniculo & acetum* Leid. Reg. Voſſ. Ed. Vet. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Pith. & aliae. deinde *annectatur* Leid. Ed. Vet. Hum. Ald. Conſt.

882. SICCA CUM FAECE] Heinſ. ad Sil. Ital. VII. 169. legit, *ſucci cum faece Lyaei*, ut Horat. III. 3. *nectaris ſucos ducere.* & ita noſter alibi. *ſicci cum f.* Lipſ.

883. EXIGUO PIPERIS CEREBRUM CONSPERGITO GALLI.] Parthi gallinae cerebrum plagis iſtis adhibebant, ut habet Plinius, qui & cerebrum in vino potum commendat. *ἐγκέφαλοι ἀλεκτρυόνων ἐσθιόμενοι* à Dioſcoride praeſcribuntur. neutrum tamen Serenus expreſſit, qui & ambigue hoc loco quibusdam in libris exhibetur: *cerebrum conſpergito melis.* KEUCH. *Cerebrum aſpergito mele* Leid. Ed. Vet. *melli* Reg. Paderb. *conſpergito melis* Humelb. qui de mele capit. de quo animali vid. inf. cap. ſeq. *melle* Venet. Lipſ. vide Morgag. pag. 84.

Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore.
Sin autem muris nocuit violentia caeci,
Quae ſola ſignavit volvendis orbita plauſtris,
Illinc: mira datur vili de pulvere cura.

# CAPUT XLVIII.

*Subitaneo Dolori, Febri, Atque Oſtocopo.*

Nonnumquam exiſtit ſubiti nova cauſa doloris,
Cujus origo latet, veris reprimenda medelis.
Namque chelidoniam mixto ſale nectere prodeſt,
Velleraque infuſo recalentia ſulphure ſanant.
Oſtocopon lento conducit melle perungi.
Sin autem calidae depaſcent corpora febres,

Tunc

884. SANESCUNT] *Saneſcent* Reg.

885. MURIS CAECI] Murem caecum videtur author id dicere animalculum, quod Plinius & alii *murem araneum* appellant. nam eadem medicina, quae hic ab authore deſcribitur, adverſus ejus morſum a Plinio proditur lib. xxx. cap. 1. CAESAR. Araneum intelligit, cujus Plinius mentionem facit lib. VIII. cap. 50. PICTOR. Plinius lib. VIII. 58. *Muribus araneis venenatus eſt morſus.* Idem, *ubicumque ſint, orbitam ſi tranſiere, moriuntur.* Quod tamen falſum eſſe ſcio, ut & quod caeci vocentur. Excuſo autem, quia minus oculati. CONSTANT.

886. QUAE SOLA SIGNAVIT VOLVENDIS ORBITA PLAUSTRIS,] Plinius de mure caeco vel araneo, libro XXIX. cap. 4. *Eſt & contra morſum ejus remedio terra ex orbita. Ferunt enim, non tranſiri ab eo orbitam torpore quodam naturae.* KEUCH. Conſtrue, *illine ſola* (id eſt pulverem, terram) quae orbita ſignavit plauſtris volvendis. forte rectius foret *volventibus.* ut ita anni *volventes* & *vertentes* paſſim. BURM.

889 CUJUS ORIGO LATET, VERIS REPRIMENDA MEDELIS.] *Cujus cauſa latet,* alii librorum, notantibus aliis: quod hic nimis geminum. KEUCH. *Cujus cauſſa* marg. Gryph. *veneris* Reg. *vera* illa remedia quidem explicari poſſunt, probata uſu & experientia. ſed ſcripſerit forte *feris*, quia initio latuit cauſſa morbi. ſed nec hoc ſatis placet: an *certis*, quae vox cum *verus* confunditur ſaepe, ut apud Ovid. II. Met. 669. an *miris*, ut cap. praeced. *mirificis curabunt ista medelis.* & cap. LII. *miranda potentia*, & has voces permutarunt librarii apud Naſonem XV. Met. 620. ſed valeat ſcriptorum & editorum auctoritas prae conjectura. BURM.

892. OSTOCOPON LENTO CONDUCIT MELLE PERUNGI.] *Oſtocopos* Graecanica vox eſt ὀστόκοπος, & compoſita ex duobus nominibus, quorum alterum ὀστῶν, alterum κόπος laborem, ſive dolorem Latinis interpretatum ſignificat. CAESAR. Oſſis dolorem quidam interpretantur. PICTOR. Oſſium dolor. CONSTANT. Liber avitus: *Hoſtocopon.* ſic *hoſtus* pro *oſtus*, & ſimilia veterum Latinorum, quae tamen Graecis adverſantur. ὀστεόκοπος, *oſſa tundens dolor* in gloſſario medico exponitur. KEUCHEN. *Oſtocopum* Leid. Reg.

893. CALIDAE] Galenus febrem dicit eſſe calorem naturalem mutatum in igneum. PICTOR. *Calide* Leid. Ed. Vet. Venet. Lipſ.

Cae-

Tunc apii ſucus leni ſociatur olivo.
Membra lines, fotuque ferus mulcebitur ignis.
Nec ſpernendus adeps, dederit quem beſtia melis.
Seminecis cervi lacrimam miſcere liquori
Convenit, atque artus illinc mulcere calentes:
Sic lacerat morbum bilemque revolvit in alvum.
Praeterea chymum ſtomacho deſiccat iniquum,
Quae magis atque magis promittunt corpora claudi.
Febribus at longis galli nova jura vetuſti



Caeſar. ſed in MS. *e* millies pro *ae*, in Leidenſi numquam erat diphthongus *ae*.

894. SUCUS LENI] *Lenis ſolvatur olivo* Leid. Ed. Vet. *leni ſolvatur* Humelb. *ſociatus* Paderb.

895. MEMBRA LINES, FOTUQUE FERUS MULCEBITUR IGNIS.] *Ignis* non proletario intellectu hic poſitus eſt. Etenim febris ex re nomini ſuo reſpondens, hoc eſt, aeſtuoſa ac fervens notatur: quam ſignificantiſſimâ *ignis* appellatione inſignibant veteres. non enim aliam naturam, quam ignis habet, nempe calore & ſiccitate, duabus ignis qualitatibus, praeditam. Hippocrates in epidemiis & alibi, πῦρ ἔλαβε, ſaepe dixit: ad cujus loca Galenus, ὅταν ὀνομάζῃ αὐθαὶς τὸν πυρετὸν ὅπου ἡ σφοδρότατος. Et alibi: ἴσμεν ὅτι πῦρ ὀνομάζει τὸν πυρώδεστατον πυρετόν· Ac ſic paſſim πῦρ ὀξὺ, πυκινὸν, & ſimilia Hippocrati. *fotuque ferus mulcebitur ignis.* Nonius: *febris proprietatem habet à feritate morbi vel mali, ut à calendo calorem vel caldorem. Var. Andebatis: Aperiendum putat: idque alterum appellamus à calendo calorem, alterum à fervore febrim.* quare undecimo verſu legendum: *atque artus illinc mulcere calentes.* in quibusdam eſt mendoſum: *atque artus illo hinc mulcere dolentes.* ſupra, *calidae depaſcent corpora febres.* KEUCH. *Line* Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. *fotu forrus mulc.* Leid. *fotu ferus* Lipſ.

896. ADEPS MELIS.] Id eſt taxi. PICT. *Quam beſtia meles* Reg. Paderb. *quem beſtia meles* Leid. Voſſ. Ed. Vet. *melus* Ald. *melos* Venet. Lipſ. vid. Morgagn. Epiſt. pag. 63. & notas ad Grat. Cyneg. 402. Scaliger huc referebat illa Celſi 11. 33. *adeps ex felle junctu oleo*, & legebat, *ex fele.* BURM.

897. SEMINECIS CERVI LACRIMAM MISCERE LIQUORE CONVENIT,] *Seminecis vitis*, habet ora Stephani. KEUCHEN. *Vitis* ora Conſtantini. *immiſcere* Paderb.

898. ILLINE] *Illo hinc* Conſt. marg male. *illinc* id eſt, ex eo medicamento vid. ad cap. XV. & XXXIV. *mulcere dolentes* marg. Pith.

899. SIC LACERAT MORBUM] Hic turbant libri: in Regio Ed. Caeſar. & Pictor. tres verſus hi deerant, & in Paderb. Ed. Venet. & Ald. Lipſ. quatuor, & poſt *convenit*, ſequebatur *Febribus aut* &c. & ibi finis capitis. BURM.

900. CHYMUM] *Chylum* alios legere, ſed perperam; quia *Chylus* eſt in ſtomacho, Chymus in vaſis aliis, docet Borrich. in lingua Pharmacop. in *Diachylon.* Heinſius tamen *Chylum* praeferebat. BURM.

900. INIQUUM,] —— *iniquum*
*Febribus at longis galli nova jura vetuſti*
*(Quo magis haudque magis permittunt corpora claudi)*
*Subveniunt* &c.

Plinius lib. XXIX. 4. *Jus alvum ſolvit: validius e vetere Gallinaceo. Prodeſt & contra longinquas febres, & torpentibus membris tremulisque* &c. CONSTANT. *Et magis atque* Leid. Ed. Vet. *febribus aut* Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Pith. Gryph. *febribus ante novis* Ed. Leid. Ed. Vet. *Galli des jura* Ald. *medicantia membra* Leid. Ed. Vet.

902. FEBRIBUS AT LONGIS GALLI NOVA JURA VETUSTI] Geſnerus *febribus & longis.* WOLF. *At:* non *aut longis.* KEUCHEN.

Subveniunt, etiam tremulis medicantia membris.

# CAPUT XLIX.

*Quartanae Typo Medicando.*

Nec tu crede levem dilato tempore febrem,
Quae ſpatium ſibi dat, magis ut ceſſando caleſcat,
Lethali quae graſſatur quartana calore,
Ni medicas adhibere manus curemus & herbas.
Allia non pudeat terno cum cimice trita,
Et diluta mero, mediis haurire diebus,

Aut

TYPO ] Sunt inter medicos non parvi nominis, qui *typum* pro horrore, cujusmodi in febribus accidere ſolet, interpretentur. alias forma, figura & modus dicitur Latinis. CAESAR. Pro *medicando* eſt *remediando* in Reg. Leid. Ed. Vet. Venet. Humelb. & ita in titulo duorum ſeq. capitum iterum. *quartano typo remediando* Lipſ.

904. DILATO ] *Delato* Leid. Ed. Vet.

906. GRASSATUR ] *Craſſatur* Leid. Ed. Vet. Ald. Venet. Lipſ. *letali quoque gr.* Paderb.

907. NI MEDICAS ADHIBERE MANUS CUREMUS ET HERBAS. ] In veteri libro ſcriptum: *diſcamus & herbas.* ſic etiam margines quarundam editionum: nihil tamen opus movendum. Falſus autem eſt Mercurialis, qui quartanam, veterum *zerzeram* eſſe putaverit. nulla veterum *zerzera*, quam Lucilii & Plauti teſtimonio palam adducit libro v. cap. 11. med. pract. In Lucilii verſu *querquera*, non *zerzera* legitur.

*Querquera conſequitur febris capitiſque dolores.*

κέρκερον à tremore & rigore Graeci vocarunt, unde *querqueram* Latini. Gloſſae: *quercera*, κέρκερος: alſae: *querquera*, πυρεταῖος. κερκαίρειν Graecis eſt cum ſonitu tremere & jactari, quod accidit febricitantibus. Homerus Iliad. ν. κέρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν Ὀρνυμένων ἄμυδις. Idem Lucilius altero verſu: *Jactans me ut febris querquera.* Apulejus etiam in ea voce quibuſdam editionibus exhibetur inemendatus: Apolog. *teſta ad teſtamentum, cancer ad ulcera, alga ad quercaram.* recte *ad querqueram*, doctiſſimi viri repoſuerunt, vel *querceram*, nam *quercera*, pro *querquera*, ut *arcus* & *arquus*, *anticum* & *antiquum*, in veteribus membranis. Sic *quercera* appellatur ab Agellio libro xx. cap. 1. noct. Atticarum. Plautus etiam male à Mercuriale productus, *querquerae*, non *zerzerae* meminit. In fragmentis:

*Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.*

gravis ac dura febris. Perperam ſunt illi, qui *querqueram* à quercu dictam voluere. Melius à Graeco derivat Santra, quemadmodum annotavit Feſtus. KEUCH. *Nos m. ad. m. diſcamus &* Leid. Ed. Vet. *ne & diſcamus* Reg. *ut & diſcamus* Paderb Ald. ſed in Venet. verbum ſive *curemus*, ſive *diſcamus* deerat, verſu mutilato. De *querquera* ſive *querquero.* vide P. Petiti Miſc. 1. 22. & de querquero veterum eruditam ſatis diſſertationem ſcripſit Samuel Jaenichen Francof. ad Viadr. A. 1710. BURM.

908. ALLIA NON PUDEAT TERNO CUM CIMICE TRITA, ET DILUTA MERO MEDIIS HAURIRE DIEBUS. ] A Sereno diſſentit in hoc conſilio Dioſcorides, qui cimices cavis fabarum incluſos, & ante febrium ſignificationes ſeptenos devorandos, quartanae pellendae praeſcribit. Ejus verba περὶ κόρεων libro ſecundo cap. 36. ex veteri codice meo male legebantur, κόρεις οἱ ἀπ' κλίνης ἑπτα-

θι-

Aut facilem jecoris murini ducere fibram,
Quatuor ut duri jungantur ſcripula Bacchi:
Mira eſt abſinthi cum ſimplice potio lympha.
Sume tribus digitis adprenſum ſemen anethi,
Tantumdem marathri, mulſum nec deſit aceti,
Uno ſed cyatho praedicta ſalubriter hauris.
Maeoniae Iliados quartum ſuppone timenti.

Aut

θήμενοι βρώμασι μετὰ κυάμων τὸν ἀριθμὸν ζ. καὶ περὶ τὰς ἐπισημασίας, ὠφελοῦσι τοὺς τεταρταΐζοντας. libri meliores optimam vocem inſerendam exhibuerunt, καὶ κρατούμενοι περὶ τὰς ἐπισημασίας, &c. quomodo legendum & à Plinio docemur in haec verba libro XXIX. capite 4. *caetera quae de iis* (cimicibus) *tradunt, vomicae & quartanarum remedia, aliorumque morborum, quanquam ovo aut cera aut faba incluſos cenſeant devorandos, falſa nec referenda arbitror.* KEUCHEN.

909. Et diluta] *Ac diluta* Reg.

909. Mediis diebus] Intermediis. PICTOR. Id eſt, quibus remittit febris, ut ſolent in quartana diebus duobus liberi a febre eſſe.

910. Aut facilem] Hic & ſequens verſus deſideratur in Leidenſi Ed. Vet. & Hum.

911. Quatuor ut duri jungantur scrupula Bacchi,] *Quatuor ut puri*, legit ora Stephani. Plinius *ex vino* ſimpliciter, ſed alio quoque remedio libro XXVIII. cap. 16. *modeſtiores jecur felis decreſcente luna occiſae inveteratum ſale, ex vino bibendum ante acceſſiones quartanae dixere.* KEUCH. *Et duri* Pictor. *puri* margo Conſt. vid. cap. XLV. *ſcropula* Lipſ. *ſcripula* Paderb. recte. vid. ad Rhemn. de Ponderib. vſ. 9.

913. Sume tribus digitis adprensum semen anethi,] Placet emendandum: *apprenſum ſemen aniſi.* Sic contra veterum auctoritatem diſertim legit avitus. Plinius eandem lectionem corroborat libro XX. cap. 17. extremo: *Tlepolemus ad quartanas trinis digitis ſeminis aniſi & foenieuli uſus eſt, in aceto & mellis cyatho uno.* etiam alibi notamus, *aniſi* pro *anethi* ſcriptum. KEUCH. *Compreſſum* Leid. Ed. Vet. Humelb. Plin. Val. III. 5. *ſemen aneti tribus digitis comprehenſum & foenieuli tantundem, & aceti mulſi cyathus unus potui datur:* ſuperſtitionis cauſa & ominis ſaepe tribus digitis aliquid apprehendiſſe certum eſt. vid. Ariſtoph. Veſp. vſ. 195. Ovid. II. Faſt. 573. & ſupr. cap. II. & infr. cap. LVII. Non tamen ſemper putem, ſuperſtitionem indicari, ſed aliquando modum & quantitatem; tantum nimirum, quantum tribus digitis comprehendi poteſt. ut Scribon. Larg. comp. LXXVIII. *Abrotoni quod tribus digitis comprendi poſſit.* & *pugillum* explicat Rhodius in Lexico Scrib. in *digitis.* Celſus VI. 7. *ut croci quantum tribus digitis comprehendi poteſt, ſumatur.* Plinius XX. cap. 15. *quantum adprehenderint tres digiti*, & ita medici veteres ſaepe: plus continet manipulus, ſive *quantum manus capit.* v. eumdem Rhod. in Lex. in *manus.* BURM.

914. Mulsum nec] *Mulſum nec deſit acetum*, id eſt Oxymel. CONST. *Nec mulſum deſit aceto* Leid. Reg. Ed. Vet. *aceto* etiam Ald. ſed *acetum* Humelb.

915. In cujus cyatho] *Uno ſed cyatho* Paderb. Ed. Venet. Caeſar. Pictor. Lipſ. quod confirmat Plinii Valer. d. l. certe illud *cujus* quo referas, non video. BURM.

916. Maeonidae Iliados quartum suppone timenti,] *Meoniae*, hoc eſt Homericae ſive Homeri, qui patria Meonius creditur fuiſſe. & apud Perſium *Meonides* a Meone patre dictus. CAESAR. Id eſt Homeri, nam patria Maeonius fuit, licet ſeptem urbes, Gellio teſte, de ejus patria certaverint. ſicut his verſiculis oſtendit lib. XII. cap. II.

*Septem urbes certant de ſtirpe inſignis Homeri;*
*Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chius, Argos, Athenae.*

PE-

Digitized by Google

Aut leporis trepidi diluta coagula trade.
Prodeſt & potus, ſed mulſus, Doridis humor.
Quidam etiam miranda ferunt, veniente calore
Jurantes ludum Veneris munuſque petendum.
Sed prius eſt oleo partus ferveſcere ranae,
In triviis, illoque artus perducere ſuco.

CA-

PICTOR. *Maeonii* nempe vatis, id eſt Homeri CONSTANT. De vi verſuum Homericorum notavimus ἐν τοῖς ἀναλεγομένοις. KEUCH. *Maeoniae Heliados quartam* Leid. Ed. Vet. *quartum Maeoniae Iliados* Reg. *Ilia quin etiam ſpartum ſ. t.* Ald. *Principium Iliados* Paderb.

917. **Aut leporis trepidi diluta coagula trade.** ] Ille Plinius de medicina magorum lib. xxviii. 16. *leporis coagulum ante acceſſionem quartanae propinant.* KEUCH. *Leporis timidi* Leid. Ed. Vet. Humelb. *tepidi* Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.

918. **Prodest et potus, sed mulsus, Doridis humor.,** ] Aqua marina: nam Doris quandoque pro mari ponitur. Virgil.

*Doris amara ſuam non intermiſceat undam.*

PICTOR. *Mulſus Doridis* (id eſt maris) *humor* eſt Thalaſſomeli, de quo ſupra cap. xxviii. CONSTANT. Non ita legendum, ſed, ut alii, *vel mulſus Doridis humor*, totuſque verſus ex antiquis reconcinnandus:

*Prodeſt vel potus, vel mulſus Doridos humor.*

& ita Barthio viſum. *mulſus Doridis humor* eſt θαλασσόμελι. *Doridos* pro *Doridis*, ut apud Claudianum, Conſ. Mallii 45. *aſſiduo cum Dorida viceris uſu. Doridos* etiam exhibuit avitus. a Virgilio quoque *Doris* pro aqua marina ponitur, Ecloga decima:

*Doris amara ſuam non intermiſceat undam.*

*Doris amara*, id eſt, aqua marina ſalſa: nam ſalſum amarum, quae duo ſunt alias diverſa, ut πικρὸν & ἁλυκὸν apud Graecos. KEUCH. *Vel mulſus* Leid. Pictor. *vel multus* Ed. Vet. Humelb. *& mulſus* Paderb. Lipſ. quae mox, *quidam mirandum feriant.*

920. **Ludum Veneris** ] Sic Horat. lib. iii Od 12. *nec amori dare ludum* CONSTANT.

920. **Jurantes ludum Veneris munusque petendum.** ] *Icetidas medicus, quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menſtruis ſpopondit.* autor eſt Plinius libro xxviii. cap. 7. KEUCH.

921. **Sed prius est,** ] Pro melius eſt. PICTOR. *Partus ranae*, id eſt Gyrini. lege Plin. ix. cap. 51. CONSTANT. Ideſt, melius eſt, ut alias obſervamus. KEUCH. *Parvas ſ. ranas* Leid. Ed. Vet. Humelb. *partus ſ. rana* Reg *foetus ſ. ranae* Voſſ. *prius eſt* vidimus ſupra cap. xxviii. per partus Ranae vel parvas ranas hic recte *gyrinos* intelligit Conſtantinus, de quibus ſupr. cap. xxxvi. BURM.

922. **In triviis, illoque artus perducere suco.** ] Male legit ora Stephani: *ex triviis*, &c. Plinius xxxii. cap. 10. *ranae vero in trivio decoctae oleo abjectis carnibus, perunctos liberant quartanis.* ſed illud *ex triviis* omnino gloſſam olet, neque aliter accipiendum. KEUCH. *Sin triviis* Reg. *ex triviis* ora Conſt. Heinſ. malebat *intritos*, ſed Plinii locus *in triviis* poſtulat. & alter Plinius Val. iii. 5. *Ranae in trivio decoquuntur cum oleo, carnibus earum projectis, & oleo utuntur ad unctionem.* BURM.

923.

# CAPUT L.

*Tertianae Typo Medicando.*

Eſt etiam alternis febris rediviva diebus,
Tempora diſcernens, quaſi juſtae pondere librae.
Ut poſſis igitur talem prohibere furorem,
Involves cera pallentis grana cumini,
Puniceaeque indes pelli, colloque ligabis.
Puleii ramus lanae velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos praebebit odores.

923. REDIVIVA] Heinſius *recidiva*; ut hanc vocem ubique obtrudere amabat. vid. ad Sil. Ital. I. 106. & ſupr. cap. V. & XXXV. *alterius* Lipſ. *alterna* Pictor. *alterni* Caeſar.

924. PONDERA] *Pondere* Caeſar. Pictor. nec male. *tempora d. q. j. tempora librae* Venet. Lipſ. *diſcernens juſtae per pondera* Paderb.

926. INVOLVES CERA] *Involves ceram ſine claudis grana cumini* Leid. Ed. Vet. *involvens cera ſine caldis gr.* Venet. Lipſ. *ſine caudis* Reg. Paderb. *Tu volves cera ſine caudis gr.* Ald.

927. PUNICEAEQUE INDES PELLI, COLLOQUE LIGABIS.] Hoc eſt malicorio, quae teſta eſt mali Punici. CAESAR. Id eſt, corio mali granati. PICTOR. Indes malicorio, τῷ σιδίῳ. *pellem puniceam* non omnem colore dixit, ſed eam, quae ex malo Punico, quam malicorium vocabant. Graeci quoque σίδια vocant, unde *pſidia* Latini medici. Dioſcorides libro primo, cap. ſupra centeſimum quinquageſimo & quarto: καὶ τὸ λέπος ἢ τῆς ῥόας ἅ τινες σίδια καλοῦσι. &c. Totus hic in ſuperſtitione cubat Serenus. KEUCH.

928. RAMUS] *Ramum* Reg.

929. AMICTU TEMPORE SUSPECTO MEDICOS PRAEBEBIT ODORES.] *Tempore ſuſpecto*, hoc eſt, ante acceſſionem: quo etiam Xenocrates apud Plinium lib. XX. cap. 14. pulegii ramum lana involutum, in tertianis olfactandum dari, aut ſtragulis ſubjici, & ita collocari aegrum inter remedia, tradidit. Talia remedia paſſim à ſuperſtitioſis adhibebantur. Auctor incertus de virtutibus herbarum, ad tertianas: *Pulegii ramulos tres lanâ involutos odoret ante acceſſionem. Quod ſi quis coronam Pulegii in capite habuerit, dolorem ſedat.* hoc eſt, quod ſupra Serenus: *Pulegiumve potens unà ſuper aure locabis.* Ejusmodi remedia fuêre quaſi ſtemmata, καὶ [illegible] ἱερὸν τοῦ θανάτου. Interque φυσικὰ περίαπτα numerantur à Tralliano lib. I. cap. 15. ὡς φυσικῶν δρῶν δυνάμεσι. Suetonius in Galbâ cap. III. *Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit, cur, & unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hiſpaniae fruſtra diu oppugnatum illitis demum galbano facibus ſuccenderit: alii, quod in diuturna valetudine galbeo, id eſt, remediis lanâ involutis aſſidue uteretur.* Ubi perperam ſunt quidam eruditi, qui τὸ *galbeo* ſuſpectum habent. Gloſſae: *galbucalbeum*: (legendum puto, *galbeum, calbeum, κόσμοι, κόσμια*) *Galbeum & calbeum*, armillae fuêre triumphantium. Ex Graeco κάρπιον factum eſt Latinorum *carpeum*, unde *calbeum* & *galbeum*. Vide Feſtum in *calbei*. Cato libro VII. Orig. inter ornamenta muliebria recenſet: *coronas aureas, ruſſeas faſcias, galbeos, pelles, redimicula. Galbei igitur armillae, & galbeum, armilla: quâ in diuturnâ valetudine remedii ſimul & ornatus cauſa Galba utebatur.* Gloſſae medicae *galbeos* exponunt ψελίδας. à Tralliano numerantur inter φυσικὰ περίαπτα. quales aureae lami-

Praeterea tritus cimex potatur in ovo,
Horridus adtractu, ſed guſtu commodus apto.

# CAPUT LI.

*Quotidianae Typo Medicando.*

At qui continuis non ceſſat adire diebus,
Sed tantum certas morbus diſcriminat horas,
Triticeum metuit granum (ſi credere dignum eſt)
Quod latitans fracto fuerit ſub pane repertum.
Nec non oſſa juvant ſeptis inventa domorum:
Convenit haec tereti pendentia ſubdere collo.

Mul-

nae & armillae ſuperſtitioſorum. KEUCH. Plin. Valer. III. 5. *Pulesi ramus in lana involutus ante acceſſionem olfaciendus dicitur, aut ſtratis ſubditur* quae hic de *Galeo* habet Keuchenius, ſubiegit Salmaſio ad Lamprid. Alex. Sever. cap. XLII. vide & comment. ad Suetonii d. l. BURM.

930. PRAETEREA TRITUS.] *Praeterea cimex aſſo p. in ovo* Leid. Vet. Ed. Humelb. *tritus cum expotabitur* Lipſ. *praeterea cimex potatur tritus in ovo* Ald. *cimex ſcribenans in ovo* Paderb.

931. HORRIDUS ATTACTU] *Attractu* Leid. Conſtant. Caeſar. Pictor. *attactu* Ed. Vet *attactus* Reg. *ad tractum* Venet. *attractum* Lipſ. *commodus apte* Pictor

936 NEC NON OSSA JUVANT SEPTIS INVENTA DOMORUM:] Sic aliae, quod ſciam, editiones, quas cum exaratis ſuis doctiſſimi viri contulerunt. In avito libro plane ſcriptum: *ſeptis inventa deorum.* Quod non placet arrogandum *ſepta domorum* ſunt ϖερίβολοι τ͂ οἴκων, ſive templorum. nam τοὺς οἴκους Graeci de templis dicebant, ut *domos* Latini. Euſebius Eccleſ. hiſtor. libro VIII. cap. ultimo) in interpretatione diplomatum Caeſareorum: ἵνα αὖθις ὦσι χριστιανοί, καὶ τοὺς οἴκους, ἐν οἷς συνήγοντο, συνθῶσιν. Zeno Veronenſis: *conventus quidem eccleſiarum, ſive templi, quos ad ſecr ta n ſacramentorum religionem aedificiorum ſepta concludant, conſuetudo noſtra vel domum Dei ſolita eſt nuncupare, vel templum.* nihil igitur in Sereno mutandum. nam *ſepta domorum* vere ſcripſit, quamvis *deorum* alii reſcripſerint. Apulejus miloſia XI. *aedibusque conductis intra conſeptum templi, larem temporarium mihi conſtituo.* intra conſeptum templi, ϖερίβολον τ͂ ἱερῶν. Gloſſae: ϖερίβολος, *ſeptum, conſeptum.* Arnobius libro VI. *conditi ſcribuntur Dairas & Immarus fratres in Eleuſino conſepto, quod civitati ſubjectum eſt.* ubi perperam eſt vir doctus; qui *conſeptum Eleuſinum* de templo exponit. aliud templum, aliud templi conſeptum. Pollux lib. I. 9. οἱ ἀνειμένοι θεοῖς τόποι, ἄλσος τε καὶ τέμενος, καὶ ἱερόν. καὶ ὁ περὶ αὐτὰ κύκλος, ϖερίβολος. In Graeco Clementis, unde tranſtulit Arnobius, ſcriptum erat: ἐν τῷ ϖεριβόλῳ τ͂ Ἐλευσινίου, τ͂ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, quod non de ipſo templo, ſed ejus conſepto interpretandum. KEUCHEN. *Domos* hoc modo ſimpliciter pro templis poni vix credo. *Deorum domus*, aut aliqua alia voce addita docui ipſe de Jove Fulgerat. cap. XIV. pag. 103 quia vero magae oſſa ex buſtis, rogis & ſepulchris colligere conſueverant, forte hic *rogorum* ſcripſerit. Ovid. VI. 90.

*Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.*

& haec notiſſima. BURM.

937. CONVENIT HAEC TERETI PENDENTIA SUBDERE COLLO.] Oſſa pro amuletis etiam collo appendebant, ut quibus-

vim.

Multaque praeterea verborum monſtra ſilebo:
Nam febrem vario depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit, tremulaeque parentes.

# CAPUT LII.

*Hemitritaeo Depellendo.*

Mortiferum magis eſt, quod Graecis hemitritaeum Vul-

vim magicam ineſſe crederent. Paſſim exempla ſunt apud Plinium & Marcellum Empiricum. KEUCH.

938. Multaque praeterea verborum monstra silebo: ] *Moſtra ſilebo*, liber avitus. hoc frequens in aliis autorum membranis. KEUCH.

939. Nam febrem vario depelli carmine posse ] De verborum & carminum potentia. vid. Plin. XXIX. 2. CAESAR. Quantam vim habeant verba non ſolum contra febres, ſed etiam contra quaſcunque moleſtias itinerum, aquarum, incendii, hoſtium, daemonum aut armorum, dilucide Rabi Hama in libro ſpeculationis indicat. PICT. Scribo, volentibus avitis membranis:

*Nam febrem magico depelli carmine poſſe.*

*magico* ſcriptum erat in iis ſchedis, unde *magico*, puero patet reſcribendum. *magica carmina*, quae ignotis arcaniſque effectibus conſtant, qualia vulgo febribus adhibebantur expellendis. omne enim, quod occulta vi fit, antiqui *magicum* vocavêre. Sibyllina oracula libro octavo, de Adriano principe curioſiſſimo:

Χρυσὸν μὲν πάμπλειστον ἔχων, καὶ ἄργυρον ἐχθρῶν
Πλεῖστα συλλέξας, καὶ γυμνώσας ἀναλύσει.
Καὶ μαγικῶν ἀδύτων μυστήρια πάντα μεθέξει.

Marcellus Empiricus in carmine medicamentorum libro ſubſcripto:

——— *namque eſt res certa ſaluti*
*Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.*

KEUCH. *Varios* Lipſ. *crimine* Leid. Ed. Vet. at liber Keuchenii non male *magico carmine*: ita Val. Flac. VIII. 351. *at hos nobis magico nunc carmine ventos Ipſa movet.* & ita ſaepe Poëtae. BURM.

941. Mortiferum magis est, quod Graecis ἩΜΙΤΡΙΤΑΙΟΝ Vulgatur verbis: hoc nostra dicere lingua Non potuere ulli, puto, nec voluere parentes. ] Componi febres multipliciter conſtat. Famoſiſſima tamen omnium compoſitarum ſpecies ἡμιτριταῖος, ſemitertiana. PICT. Omnes antiqui ſcriptores, quod Graeci vocabant ἡμιτριταῖον, non per *ſemitertianam*, ut poſteriores, expreſſerunt; ſed eandem vocem retinuerunt. Nec enim per ſemitertianam, vel mediam tertianam ἡμιτριταῖος πυρετὸς exponi debet aut poteſt, ut qui major & periculoſior ſit ipſa tertiana. Celſus libro III. cap. 8. *Aut ubi id genus tertianae eſt, quod hemitritaeon medici appellant, magna curâ opus eſt, ne id fallat. Habet enim plerumque frequentiores acceſſiones deceſſioneſque, ut aliud morbi genus videri poſſit, porrigitque febris inter horas viginti quatuor & trigintaſex, ut, quod idem eſt, non idem eſſe videatur.* Idem ejuſdem libri capite tertio: *Tertianarum vero duo genera ſunt. alterum eodem modo, quo quartana & incipiens & deſinens, illo tantum interpoſito diſcrimine, quod unum diem praeſtat integrum, tertio redit. Alterum longe perniicioſius, quod tertio quidem die revertitur, ex octo & quadraginta horis fere ſex & triginta per acceſſionem occupat, interdum etiam vel minus vel plus, neque ex toto in remiſſione deſiſtit, ſed tantum levius eſt. Id genus plerique medici hemitritaeon appellant.* Unde etiam Galenus libro I. Epid. comm. 3. miratur, cur veteres huic febri nomen ἡμιτριταίῳ impoſuerint; quos ut excuſet, quatuor ejus nominis cauſas adjungit: quarum prima eſt,

Vulgatur verbis: hoc noſtra dicere lingua
Non potuere ulli, puto, nec voluere parentes.
Inſcribis chartae, quod dicitur Abracadabra,
Saepius: & ſubter repetis, ſed detrahe ſummae,

Et

quod febris tertiana duas conditiones habet, ſcilicet, tertia quaque die invadere, & in febricitationem deſinere: harum duarum conditionum una tantum ineſt hemitritaeo, ſcilicet invaſio tertia quaque die, quaſi cum ex duabus conditionibus unam tantum habeat, jure dici poſſit ſemitertiana, ſive dimidia tertiana. haec nobis ceteris eſt potior, quas lubens praetereo. haemitritaei mentio frequens occurrit apud Martialem. KEUCH. Definitiones & opiniones diverſas de hemitritaeo excutiunt Foeſius in Oeconom. Hippocratis, & Gorraeus in definit. medicis in hac voce, & Zarottus de medica Martialis tractatione ad lib. 11. Epigr. 40. cap. 2. in Paderb. & editis pluribus Latinis eratiiteris *hemitritaeum*, &, *mortiferum genus eſt*. non malc. BURM.

942. Hoc nostra] *Hunc* Leid. Ed. Vet.

944. Inscribis chartae, quod dicitur Abracadabra] Exemplum ſic pono

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | a |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | | | |
| a | b | r | a | c | a | d | | | | |
| a | b | r | a | c | a | | | | | |
| a | b | r | a | c | | | | | | |
| a | b | r | a | | | | | | | |
| a | b | r | | | | | | | | |
| a | b | | | | | | | | | |
| a | | | | | | | | | | |

Habemus in hac noſtra Alſatia agyrtam quendam, non vere Necromantium, qui hac ſuperſtitioſa dictione multos febricitantes curat. primo deglutire eas faciens dictionem integram, junctis de eodem foro parum intellectis verbis, hinc dietim ſchedulam abbreviatam; & ſic credulis tam ſortem imprimit imaginationem, ut quoque caſum faciat. PICTOR. Monſtra verborum confingunt magi, talibusque ineptiis ſcatet Marcellus Empiricus Novusque Dioſcorides. Haec inter Phyſica remedia reponit etiam Trallianus, a quibus nec abhorret Cato, ejuſque generis multa habet Conſtantinus Caeſar in Geoponicis, nonnulla & ipſe Plinius. Feſtiva vero ſuperſtitio in aequali numero literarum morbi & remedii, ut aeque terminentur. CONSTANT. Ad hunc nimirum modum & figuram chartae inſcribes *Abracadabra*, & collo annectes, dietim ordine retrogrado minuens.

A B R A C A D A B R A
A B R A C A D A B R
A B R A C A D A B
A B R A C A D A
A B R A C A D
A B R A C A
A B R A C
A B R A
A B R
A B
A.

nos de ea medicina pluribus ἐν τοῖς ἀπηλλαγμένοις ad hunc autorem. Parile quid ad profluvium narium ſedandum à Marcello praeſcribitur capite decimo, hiſce verbis, quae repetendo ſubter diminuuntur: SICYCUMA, CUCUMA, UCUMA, CUMA, UMA, MA, A. Vide & alia Hebraeorum ex Rabbi Hama, lib. ſpeculationis. KEUCHEN. *Abracatabra* Leid. Ed. pr. Humelb. *Abraca Cabra* Ald.

945. Detrahe summam] Legendum, *ſummae*, *ut magis* CONST. Credo etiam *ſummae* cum Heinſio ſcribendum: ſcilicet detrahes primo verſui, vel ſummae literarum, quae in primo verſu plenae & omnes ſunt. Ut contra, licet in alia re, *adjicere ſummae* Horat.

Et magis atque magis deſint elementa figuris
Singula, quae ſemper rapies, & cetera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum.
His lino nexis collum redimire memento.
Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis.
Curalium atque crocum corio connectito felis.
Coralium vero ſi collo nectere velles,
Ne dubites illi virides miſcere zmaragdos:
Talia languenti conducent vincula collo,

Le-

rat. IV. Od. VII. 17. & II. Sat. III. 124. *quantulum enim ſummae curtabit quiſque dierum.* & ita paſſim. BURM.

947. FIGES,] Vix intelligo, niſi in tabella vel charta velit imprimi. forte *finges*, id eſt duces calamo vel ſtilo: vel *pinges*, ut *chartam litera pingere* dicitur cap. LV. ſenſum puto, ex verſibus ſequentibus, ſingulas & ultimas literas eſſe rapiendas, ſed reliquas eſſe ſcribendas, donec in unicam literam deſinat figura, quae conum faciet. BURM.

951. CORALIUM ATQUE CROCUM CORIO CONNECTITO FELIS.] *Curalium* liber avitus, gemino loco: ſcribe *curalium*, κουράλιον. Ovidius: *Sic & curalium, quo primo contigit auras Tempore dureſcit.*
vulgo vitioſe, *coralium*. Dionyſius:

Πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο.

Dioſcorides κοράλλιον habet, more recentiorum. Heſychius: κουράλιον, λίθος. θαλάσσιος, ἐρυθρός. Gloſſae: κουράλιον, *margella*. Gloſſae medicae: κοράλλιον, λιθόδενδρον. Dioſcorid. V. 139. τὸ δὲ κοράλλιον, ὅπερ ἔνιοι λιθόδενδρον ἐκάλεσαν, δοκεῖ μὲν εἶναι φυτὸν ἐνάλιον, σκληρύνεσθαι δὲ, ὅταν ἐκ τοῦ βυθοῦ ἑλκυσθῇ, ἔξαλον γινόμενον ὥσπερ ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου ἡμῖν ἀέρος. Lege Oribaſium, Al. Trallianum & Aeginetam KEUCH. Vide ad Ovid IV. Met. & 749. & Grat. Cyneg. 406 ubi *curalia* legendum eſſe diſcet lector. *connectite* Leid. deinde *corallum vero ſi cocto nectere velis* Venet. *Corallum vero ſi collo nectere velles* Ald. & Conſt. (niſi quod hic, *Coralium vero ſ. c. n. velles*,) *ſi cocco nectere velis* Pith *coralum vero ſi cocto n. velis* Lipſ. quae praecedenti verſu caret. ut & Ald. ſed Caeſ. & Pictor. & Humelb. hoc verſu carent. BURM.

953. NE DUBITES ILLIS VIRIDES MISCERE SMARAGDOS,] *Nec dubites*, aliae vulgatarum editionum. Plinius de ſmaragdo, libro XXXVIII. cap. 5. *nullius coloris aſpectus jucundior eſt. nam herbas quoque virentes frondeſque avide ſpectamus. Smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.* nihil tam viride, quod ſmaragdo comparatum, vivere dici queat: male legitur, *nihil omnino viridius.* recte Salmaſius emendavit, *nihil omnino viridis.* Graeci πράζειν τῷ χρώματι & πρασίζειν dicunt. σμάραγδος, λίθος πράσινος, χλωρίζων καὶ πάσας φύσει πρασιὰς τῇ χρόᾳ ὑπερβάλλων. *praſinam gemmam* paſſim vocat Anaſtaſius, id eſt, late virentem. Epiphanius: λίθος σμάραγδος, ὅντος πολλῶται καὶ πράσινος. KEUCHEN. *Nec dubites* Leid. Ed. Vet. Venet. Caeſ. Pictor. Pith. *illo veros miſcere* Reg. Venet. Lipſ. Ald. *illo* non male. nam & *miſcere* ſexto caſu jungi vidimus ad Ovidii VI. Faſt. 170. & alibi. *illi virides* Conſtant. *virides* ne mutes. vid. ad Ovid. II. Amor. VI. 21. Voſſius in margine adſcripſerat hunc verſum,

*Adſit bacca teres vineo pretioſa colore.*

An ex codice, non monuit. Paderb. *At ſi baga teres niveo pretioſa colore.* Voſſianus, ſi pro *vineo*, legas *niveo*, non facile verſus repudiandus videtur. per *baccam* margaritam intelligit, cujus pretium ex colore niveo: vid. ad Petron. cap. LV. qui & mox *Zmaragdum viridem* jungit. vide & ibi notas. BURM.

954. TALIA LANGUENTI CONDUCENT VINCULA COLLO,] Gemmas olim pro amuleto geſtabant. Cujus rei teſtis eſt locupletiſſimus ſive Orpheus, ſive quis alius autor libelli περὶ λίθων, qui ſub ipſius nomine cir-

955 Lethaleſque abigent (miranda potentia) morbos.

## CAPUT LIII.

*Fracturis, & Luxis Sanandis.*

Infandum dictu cunctis procul abſit amicis,
Sed fortuna potens omen convertat in hoſtes.
Vis indigna novo ſi ſparſerit oſſa fragore,

Con-

conſertur. Vide Ariſtotelem de Lapidibus, & Auctorem libelli de incantatione. Dionyſius ἱερώτατον eſſe canit hoc verſu:

Ἐχθρῶν ἱμπτόμενοι ἢ ἄλλοις εἰδώλοισι.

nos alibi multa de earum potentia & felicitate narrabimus. KEUCH. *Conducere* Reg. Paderb. Lipſ. *languentis* omnes, praeter Gryph. Tornaeſ. & Conſt.

955. LETHALESQUE ABIGENT (MIRANDA POTENTIA) MORBOS.] Perperam in avito ſcriptum:

*Lethaleſque abiget miranda potentia morbos.*

*miranda potentia*, θαυμαστικὸν eſt. ut illud Catulli Carm. 1.

*Doctis, Jupiter, & laborioſis!*

Philemo apud Athenaeum lib. XIII. 3.

Σὺ γὰρ λέγεις πρῶτον αὐτὸ τοῦτ' ἰδού,
Δημοτικόν, ὦ Ζεῦ, πρᾶγμα καὶ σωτήριον.

KEUCH. *Lethaleſque abiget mirand. p. m.* Paderb. Leid. Ed. Vet. Ald. *abiges* Reg. Lipſ. *abigit m. potentia* Scaliger.

LUXIS] Lege *luxatis*. WOLF. *Vel luxis* Leid. & *luxatis membris* Caeſ. Pict. ſed *luxa* dicuntur membra: ut mox vſ. 952. vid. Rhod. Lexic. Scribon. in *Luxum*. & hinc egregie vir Ampliſſimus Bynkershoekius lib. III. Obſerv. Jur. cap. I. reſtituit hanc vocem leg. 101. §. 2. de V. S. *veluti ſi talum excuſſit, nam & luxus eſt, itaque vitioſus*. ubi ante *luſeus* legebatur, & ideo pro *talum* ab aliis *oculum* intruſum, quia ſcilicet magis obvium eſt *excutere oculum*. quo loquendi genere utitur Suetonius in Caeſ. 68. & Tiber. 53. & alii. BURM.

956. DICTU] *Dictum* Lipſ.

957. SED FORTUNA POTENS OMEN CONVERTAT IN HOSTES.] Veteres rem infelicem & abominandam deteſtaturi, quemadmodum amicis procul abeſſe vovebant, ita ſuis hoſtibus imprecabantur: HOSTIBUS MEIS ID EVENIAT. Sic laudanti delicias Antiſthenes: HOSTIUM, inquit, FILII DELICIENTUR, Ἐχθρῶν παῖδες, ἔφη, τρυφήσειαν, ut habet Laërtius libro VII. Aeſchylus Prometheo:

Τοιά δ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι τύχη:

Theognis:

Εἴη μοι τὰ μὲν αὐτὸν ἔχειν τὰ δὲ πολλ' ἐπιδοῦναι
Χρήματα τῶν ἐχθρῶν τοῖσι φίλοισιν ἔχειν.

Achilles Tatius libro IV. ἐχθρ. τοιαῦτά σοι, ἔφη, γένοιτο δυστυχήματα οἷά μοι χαρίζεσθαι παρεῖ. Ovidius Epiſt. XVI. 217.

*Hoſtibus eveniant convivia talia noſtris.*

libro III. Eleg. XI. Amorum. 16.

*Eveniat noſtris hoſtibus ille pudor.*

Item ad Liviam 450.

*Hoſtibus eveniat longa ſenecta meis.*

Horatius III. Od. 27.

*Hoſtium uxores puerique caecos*
*Sentiant motus orientis Hoedi, &*
*Aequoris nigri fremitum, & trementes*
*Verbere ripas.*

Tacitus I. Hiſtoriar. de Antonio: *converſus ad ſigna & bellorum duces, hoſtium potius exercitibus illum furorem, illam diſcordiam injicerent, orabat.* KEUCH. Alios & *fortuna* legere notat Conſtantinus. de omine in hoſtes convertendo ad faſtidium egere viri docti: & potuiſſet lectores ad Briſſonium de Formulis lib I. p. 113. Lambinum ad Horat. III. Od. 27. & alios, unde ſua corraſit Keuchenius, remittere. BURM.

958. FRAGORE] Lucretium imitatur, qui

hac

Conveniet cerebrum blandi canis addere fractis,
Lintea deinde, ſuperque inductas nectere lanas:
Saepius & fucos conſpergere pinguis olivi:
Bis ſeptem credunt coaleſcere cuncta diebus.
Aut veteri Baccho caprae fimus inde petulcae,
Hoc aperit clauſum trahit haerens, ſanat apertum.
Si vero caput infeſtus colliſerit ictus,
Ex oleo necti veſtis debebit arachnes:

Ne

hac voce etiam utitur pro fractura a frango, lib. I. 748. *nec panſam ſtare fragori.* BURM.

959. BLANDI] Ut Grat. 398. *blanditur menſis.* & hinc *adulari* proprie de canibus dici notum eſt. IDEM.

960. INDUCTAS] *Inducta* Leid. Reg. Ed. Vet. Lipſ.

961. CONSPERGERE] *Conſpargere pinguis olivae* Leid. Reg. eadem varietas apud Ovid. X. Met. 176. ubi *olivi* praefert Heinſius, quo pro oleo veteres frequenter uſi. Servius ad Virg. II. Georg. 63. differentem uſum cognatorum vocum tradit optime. *Olea eſt arbor ipſa, unde derivatio eſt oleum. Oliva vero fructus ipſe, unde Oivum dicitur.* (forte *ducitur*) *legimus tamen & olivam de arbore.* & ita poſſet *olivae* ſervari; quia *ſuccus olivae* eſt *olivum*; ſupra XLVI. Keuch. ex ſuo Codice, *vehementer ſparges olivo.* & cap. II. *in lento madefacta terentur olivo.* & alibi. apud Virgilium II. Georg. 466.

*Nec caſia liquidi corrumpitur uſus olivi.*

Ubi Leidenſis codex habebat *liquidae olivae,* Ecloga etiam V. verſ. 68.

*Craterasque duo ſtatuam tibi pinguis olivi.*

Moreti duo codices habent *olivae*: at jam nimii in voce obvia Samonico. ſed arbitrio ſuo quisque eligat, quod placet: *conſpargere* Lipſ. BURM.

962. COALESCERE] *Revaleſcere* Leid. Ed. Venet. Lipſ. *invaleſcere* Reg.

963. AUT VETERI BACCHO CAPRAE FIMUS INDE PETULCAE, HOC APERIT CLAUSUM, TRAHIT HAERENS, SANAT APERTUM.] Plin lib. XXVIII. 16. *coſtis quidem fractis laudatur unice caprinus fimus ex vino vetere, aperit, extrahit, perſanat.* lege *caprae fimum & inde.* CONST. Alterum verſum liber avitus non habet: videtur autem à ſequioris aetatis manu adſcriptus. eum tamen librum meum tanti non aeſtimo, ut ſine caeterorum auctoritate quicquid Sereno derogem, aut verſus ejiciam. KEUCH. *Fimum inde* Scal. ſed primae ſyllabae modus repugnat. vid. ſup. cap. cap. VI. & XIII. *fimus* neutro genere quis dixerit, neſcio, ſed ita corruperunt & locum capite XXXII. ubi vide, & alibi ſaepe. BURM.

665. SI VERO] *Sin vero* Paderb.

966. EX OLEO NECTI VESTIS DEBEBIT ARACHNES:] Veſtem Arachnes, telam aranei dicit. CAESAR. Arachne Lydiae puella, quod ſe ſuſpendiſſet, per Palladem converſa eſt in araneum. Ovid. Transf. lib. VI. PICTOR. *Veſtis Arachnes* de telâ venuſte dictum. ſic *vieta aranei veſtis* habetur apud Lucretium. Sic alibi *veſtem ovi* de tella Marcellus, & *veſtem allii*, de tunica exteriore Plinius Valerianus. Marcellus Empiricus cap. I. *Fracto capiti tela aranei ex oleo & aceto impoſita non recedit, niſi ſanaverit.* Plinius Valerianus libro I. cap. 2. iiſdem fere verbis: *fracto capiti aranea tela impoſita ex oleo & aceto non recedit, niſi ſanato capite.* ſic veteres illi loquebantur, *aranea tela*, pro *araneae tela.* nam *araneam telam*, caſſes ipſos araneae dixêre. diſtinguebant autem inter *araneam & araneam*; ut alterum telam, alterum beſtiolam ipſam deſignaret; ut habet Iſidorus in differentiis: ideo *telam* addidit ille Plinius. Idem Marcellus capite XXXIV. *incuſſos articulos aranearum telae cum oleo impoſitae ſaluberrime ſanant.* Exemplum habes apud Petronium Satyrico cap. XCVIII. *Giton longe blandior, quam ego, primum araneis oleo madentibus vulnus, quod in ſupercilio factum erat,*

coaſ-

Digitized by Google

Neſciet haec illinc (niſi quum ſanarit) abire.
Quod ſi luxa ſuo decedant membra tenore,
Urere femineos crines, ac jungere ſevum
Congruet, ac tali medicamine mota ligare.
Aut malum ex pingui tritum adpoſuiſſe juvabit.
Aut ſi concluſum ſervavit tibia vulnus,
Stercus ovis placidae junges, adipeſque vetuſtos,
Pandere quae poterunt ulcus, patuloque mederi.

# CAPUT LIV.

*Nervis Inciſis & Dolentibus, Atque Contractis.*

Haud quiſquam credet disjectos vulnere nervos

Ad

*coartavit.* Veſtis aranearum, à Graecis vocatur ὄρδημα, ἡ τολύπη τῶν ἐρίων, item ὀρδικόν, χιτωνίσκος, melius & ſimplicius ὕφος, ut apud Dioſcoridem libro II. cap. 68. περὶ Ἀράχνης. τὸ δὲ ὕφος αὐτῆς ἐπιτιθέμενον αἷμα ἵστησι, καὶ ἀφλεγμάντα τηρεῖ τὰ ἐπιπόλαια τῶν ἑλκῶν. KEUCH De voce *veſtis* vid. ad cap. XXVI.

967. Nesciet abire.] Id eſt, non deponetur. CAESAR. *Haec illic* Leid. & Edit. Vet.

968. Quod si] *Quid ſi* Leid. Ed. Vet. *decedent* Lipſ. *decedunt* Paderb.

969. Urere femineos crines, ac jungere sevum Congruet,] Marcellus: *articulis luxatis ſevum pecudis cujuſcunque cum cinere de capillo muliebri facto medetur.* KEUCHEN. *Crines adjungere* Leid. Ed. Vet. *ac ungere* Pictor. *congruit* etiam Leid. Ed. Vet. Venet.

970. Mota] Id eſt loco ſuo mota, luxata.

971. Aut malum] *Aut malvam ex p. tritam* Cod. Voſſ. Ald. *Punicum aut malum tritum ap. j.* Heinſ. *aut mala ex pingui trita* Paderb.

972. Aut si conclusum servavit tibia vulnus,] Multa in veteri avito nobis exhibentur, quae in aliis membranis aut emendata ſunt, aut ignorantur ut hoc verſu, qui rectus legitur in omnibus exaratis & excuſis, ſcriptum erat:

*Aut ſi confuſum ſervarunt flagmina vulnus.*

quod interpretis eget, nec temere videtur exponi poſſe. Unde conjicio corrigendum:

*Aut ſi concluſum ſervarunt flemina vulnus.*

quid *flemina* ſint, nos optime Feſtus docet hiſce verbis: *flemina, quum labore viae ſanguis defluit circa talos, & tumorem facit. flagmina* ſcriptum pro *flegmina*, unde *flemina*, certo patet legendum. Gloſſarium: ὀπτὰς πόδας φλεγμαίνει. inde φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια Graecis medicis vocantur, quae in tumorem ſublata ſunt. ejuſmodi *flemina*, quae labore viae ſuboriuntur, ab Hippocrate vocantur τὰ κίδματα. Gloſſae medicae: κίδματα, φλεμόδια. In Abſyrti libro de equis, etiam φλεμόδια leguntur. Adfert Erotianus ex Hippocrate, κίδματα appellari τὰς χρονίας περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις, ſive vetuſtas in articulis affectiones. aliis tamen *flemina* & κίδματα confunduntur. KEUCH. *Servavit* Lipſ. Ald. Caeſar. Pictor. Conſt. Gryph. Torn. *aut ſicut cluſum* Reg. *flemina* ſive *flegmina* videbis illuſtrata a commentatoribus Plauti in Epidic. V. II. 5.

973. Junges] *Jungis* Leid. Ed. Vet. de *adipis* genere vid. ad cap. XXV.

Et dolentibus] *Vel dolentibus* Leid.

957.

Ad ſolitum rurſus revocari poſſe vigorem:
Sed prodeſt terrae lumbricos indere tritos,
Quîs vetus & rancens ſociari axungia debet.
Si vero occultus nervos dolor urit inertes,
Vulturis exciſos adipes, rutamque remitte,
Aut ceram, & tali recreabis languida fotu,
Convenit & pelagi calidis perfundier undis:
Carica vel betis lento cum melle jugatur:
Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupreſſi,
Quo poteris fotu recreare rigentia membra.

Sin

975. HAUD QUISQUAM CREDET DISJECTOS VULNERE NERVOS AD SOLITUM RURSUS REVOCARI POSSE VIGOREM:] Scribe fide meliorum, *defectos vulnere nervos.* in ipſo lemmate legitur: NERVIS INCISIS. KEUCHEN. *Disjectos* in omnibus praeter Paderb. & Edit. Humelb. & Pith. quae *diſſectos.* marg. Conſt. *defectos.* quae varietas, credo, orta ex inſcriptione capitis de *nervis inciſis.* quae obvia locutio. ſin illis contentio in loco Valer. Flac. III. 139. hic tamen *diſſectos* praeferam: niſi nimis grave verbum videatur, pro re: an *defectos.* ut apud Lucan. III. 625. *defectis robore nervis.* ubi alii *defectis.* vid Gud. ad Phaed. I. fab. 21. ſed nec hoc ſatis vulneri convenit. quare *disjectos* maneat. BURM.

977. SED PRODEST TERRAE LUMBRICOS INDERE TRITOS, QUEIS VETUS ET RANCENS SOCIARI AXUNGIA DEBET.] Ineptiſſime liber Gryphianus:

*Queis vetus & ranae ſociari axungia debet.*

Marcellus capite penultimo: *vermes terrenos, aut exuſtos aut ſiccatos contere cum axungia vetere.* in multis remediis nervorum ea praeſcribitur. KEUCH. *Et ranae ſociari* Leid. Ed. Vet. Humelb. Gryph. Torgaeſ. Pith. & *rances* Venet Lipſ. & *ranis* Caeſar. Pictor. *ſancens* Paderb. *rancens* Ald. Conſt. ita *rancenti viſcere* Lucret. III. 719. Gloſſ. *Ranceo*, εὐρωτιῶ, de *axungia*, quae ex adipe ſuillo fere conſtabat, vide Scheffer. I. de re vehic. cap. 15. ex ranis factam nemo dixit, nec credidit. BURM.

979 OCCULTUS] *Occultos nervo dolor urit,* Leid. Ed. Vet. *occultos nervos* Reg.

980. REMITTE] *Rutamque remitte Ac ceram.* CONSTANT. Cum vero *remittere* pro laxare & liquefacere noſter ſoleat uti, ut cap. XV. & alibi ſaepe, nec hoc rutae conveniat, videtur Conſtantinus ad ceram referre voluiſſe; ſed forte, quia hoc durum in hac verborum poſitione, ſcripſerit Poëta, *remiſce.* de quo verbo vid. ad Ovid. VII. Met. 278. niſi, ut ſaepe fit, uno verbo defungi voluit, cum duo requirantur. ſed *remiſce* ſcripſiſſe Samonicum, praeterea veriſimile inde fit, quia Arabes ſuffimen ex carne Rachamae (quam vulturem eſſe probat Bochartus) cum ruta mixta Iſchiadico morbo mederi docent. vid. Bochart. Hieroz. part. II. lib. II. cap. 26. BURM.

982. CONVENIT ET PELAGI CALIDIS PERFUNDIER UNDIS:] Dioſcorides περὶ θαλασσίου ὕδατος lib. V. 19. θερμὸν δὲ καταντλούμενον, ἐπισπᾶται καὶ διαφορεῖ. ἁρμόζον τοῖς περὶ νεῦρα πάθεσι καὶ χιμέτλοις πρὸ τοῦ ἑλκωθῆναι. KEUCH.

983. CARICA] Id eſt ficus. PICTOR. *Cum betis* Leid. *cum betis lento vel melle* Ald. *Garicalis betis* Ed. Vet. Lipſ.

984. CERES] Per Metonymiam panem ſignificat. PICTOR.

985. QUO POTERIS POTU RECREARE RIGENTIA MEMBRA.] Non *fotu*, quod in ora Gryphiani codicis impreſſum. & perperam ſunt, qui τὸ *potu* ad compoſitionem referunt: non enim eo potu membra recreanda, ſed potu rigentia debent accipi, quod multos egit transverſos. ex potu enim rigor & vitium nervorum: nam nervis, quibus πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογεῖται, inimiciſſimum eſt vinum nimium potum. Itaque temulentorum & οἰνοφλύγων, fatales ſunt morbi nervorum, pa-

Sin autem ſubito replicantur corpora morbo,
Contractos revocat nervos caro ſumpta columbae.

## CAPUT LV.

*Aegris Somno Adſciſcendo.*

Non ſolum miſeros teterrima febris adurit,
Sed ſuper optato pergit viduare ſopore,
Ne proſint placidi, coeleſtia munera, ſomni.
Charta igitur, variis quam pinxit litera verbis,
Uritur, inde cinis calido potatur in amni.
Proderit & magnum capiti ſubſternere fulcrum,

Pro-

ralyſes, arthritides, alii. Graeci latiſſimo nomine *μαλακίας σώματος* & *ἔκλυσιν* intelligunt; ut habes in Baſilii homilia *κατὰ μεθυόντων*. KEUCHEN. *Fota* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. & hoc defendit Cl. Morgagn. in Epiſt. pag. 103. & merito.

986. REPLICANTUR ] Curvantur. intelligit *ἀγκύλας*, id eſt articulorum contractiones, quod vitium *ἀγκύλωσις* Aeginetae. *contractos articulos* dixit Celſus lib. v. cap. 18. CONSTANT. Ut ita *duplicata* corpora vulneratorum, de quibus ad Ovid. VI. Metam. 293. qui & ibid. vſ. 245. *incurvata dolore membra* dixit. Plin. XXXIV. 8 *replicata cervix*, & idem notant *contracti* nervi, qui quaſi duplicantur; ita & *contractos nervos* dixit XLII. qui iterum explicantur, & in ſuum ſtatum redeunt his remediis. BURM.

Hoc & ſequens caput ſubjiciendum eſſe Capiti LII. de Hemitritaeo, cenſet ex primo verſu Cl. Morgagn. Epiſt. pag. 110.

AEGRIS SOMNO ADSCISCENDO. ] Ὑπνωτικόν. CONST. Adde titulo, *praeſertim in febri*. WOLF.

989. SUPER ] Id eſt praeterea, ut haec vox, & ut praepoſitio, & ut adverbium, ſumi ſolet: vid. ad Phaed. III. 11. & IV. 23. alio paullum ſenſu occurrit ſupra cap XLI. BURM.

990. NE PROSINT PLACIDI COELESTIA MUNERA SOMNI. ] Achilles Tatius libro IV. *ἰατρὸν. ὕπνος γὰρ πάντων νοσημάτων φάρμακον*. Plura in eam rem congeſſere poëtae. KEUCH. *Ne proſit* Ed. Venet. Ald. malim diſtinguere, *placidi, coeleſtia munera, ſomni.* ut ſit appoſitio. reſpicit vero ad illa Virgilii II. Aen 268.

*Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris*
*Incipit, & dono divum gratiſſima ſerpit.*

ubi vide interpretes. niſi quis ex Homeri *ὕπνω δώρῳ*, *placidi ſomni* caperet in genitivo, quod tamen minus arridet. *coeleſtia dona* Aeſculapii vocat medicamina noſter cap. XIX. & cap. XVIII. *divinum munus*, & ſimilia paſſim. BURM.

991. CHARTA IGITUR ] Lege Plin. lib. XXIV. cap. 11. CONST.

992. POTATUR ] *Potatus* Paderb.

993. PRODERIT ET MAGNUM CAPITI SUBSTERNERE FULCRUM, ] *Et morion* (eſt autem ſpecies mandragorae) *capitis ſubſternere fulcro.* vel *capiti ſub. fulcri.* Alii, *Proderit* (*ut magi*) *caprae ſubſt. fella.* Plin. lib. XXVIII. cap. 19. CONST. Sic ineptiſſime repoſuerunt, & depravarunt antiquam lectionem. Scriptum enim erat in libris melioribus:

*Proderit, ut magi, caprae ſubſternere fella.*

in avito, qui eandem fere lectionem repraeſentavit,

*Proderit, at magnum, caprae ſubſternere fella.*

*at* pro *ut*, in illo libro non ſemel exaratum,

*ma-*

Digitized by Google

Prodeſt & mixtam lymphis potare cupreſſum:
Palladiis itidem ſucis, quos flore roſarum
Jungis, & immiſces madidum tritumque papaver,
Quo lita frons facilem praebebit nocte quietem.
Nec non mandragorae guſtu ſopor additur altus.



*magum* etiam in ceteris vetuſtis ſcriptum, unde male *magnum* fecere correctores. Verſus ut legendus erit, etiam ſomniculoſo patebit, modo Plinio conſenſerit, qui libro XXVIII. cap. 19. *magi felle caprae ſcarificatae duntaxat illito oculis, vel ſub pulvino poſita, ſomnum allici dicunt.* nihil igitur refingendum, quamvis in aliis de genere eodem mendoſis exhibeatur:

*Proderit & morion capitis ſubſternere fulcro.* altera mandragorae ſpecies, quam *morion* vocat Dioſcorides, hoc magico remedio non praeſcribitur. In Dioſcoride male νόμιον pro μόριον legitur: περὶ μανδραγόρου: ἡ δὲ ἄρρενος ἢ λευκὴ, ἣν ἔνιοι νόμιον ἐκάλεσαν, &c. lege μόριον ex eodem capite, & Plinio de mandragora: *album hoc alii arſen, alii morion, alii hypophlomon vocant.* KEUCHEN. *Prod. & m. c. ſubſterne puleium* Reg. Paderb. *ſubſterni pulejum* Leid. *capiti ſubſternere polejum* Venet. *polegium* Lipſ. *Prodeſt Pulejum capiti ſubſternere ſaepe* Ald. *magnum* illud *fulcrum* non intelligo. facile quidem eſſet *magicum* ſubſtituere, ſed, quale id fuerit, prius eſſet oſtendendum. quare ἐπέχω. & de Pulejo ſuſpicionem firmat locus Plinii lib. XX. cap. 14. *Xenocrates Puleji ramum lana involutum, in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari, aut ſtragulis ſubjici, & ita collocari aegrum, inter remedia tradit.* ex Aldina lectione poſſet fingi. *Prodeſt pulejum capitis ſubſternere fulcro.* nam ſaepe inter magica illa & mira remedia legimus, herbas quaſdam & alia pulvinari ſubdita, ut *Puleji ramum ante tertianae acceſſionem ſtratis ſubdi* jubet Plinius Valer. III. 5. BURMANN.

993 FULCRUM] Id eſt pulvinar. PICT.

994. PRODEST] *Proderit &* Ald.

995. PALLADIIS ITIDEM SUCIS, QUOS FLORE ROSARUM JUNGIS, ET IMMISCES MADIDUM TRITUMQUE PAPAVER,] Placet antiqua lectio:

*Palladios itidem ſuccos cum flore roſarum*
*Jungis, & immiſces madidum tritumque papaver.*

KEUCH. *Palladiis idem ſuccis* Reg. *item* Leid. *iterum* Venet Lipſ. lectio, quam Keuchenius probat, eſt in margine Conſtantini: non antiqua tamen, ſed orta ab illis, quibus *jungere flore* non videbatur Latine dici, ſed *flori* debere, vel *cum flore*. & certe ignoro hujus conſtructionis adhuc exemplum nec apud noſtrum, cui frequens hoc verbum, reperi. nam aliam rationem eſſe puto in *fiſtulam jungere cera*, apud Virgilium III. Ecl. 25. & alios: ibi enim vinculum, quo junguntur arundines, cera ipſa eſt. BURM.

998. NEC NON MANDRAGORAE GUSTU SOPOR ADDITUR ALTUS.] Mandragora radix eſt bifurcata, hominis pedes referens, & non in hominis figuram delineata, ut radicularii circumforanei mentiuntur. De quorum vano commento in noſtris ſucciſivis lectionibus tertio dialogo ſatis oſtendimus: de hoc Galen. VII. Simplic. cap. 92. Dioſcorid. IV. cap. 74. ſomniculoſos mandragoram bibiſſe, proverbio dicimus: admodum eſt ſomnifera. PICTOR. Eſt enim mandragoras θανάσιμον φάρμακον καὶ ὑπνωτικόν, cujus inter venenum & ſoporem media vis eſt. Vide, quae notavimus ad Cornel. Nepotis appendicem, & Frontinum. In libro Sereni corruptiſſimo perperam hic verſus exhibetur:

*Nec non mandragorae guſtu ſopor additur albi.*

τῆς λευκῆς μανδραγόρου. quod non eſt νόθικῶς hic arrogandum: etiam ipſe Serenus obſtat ſequenti capite:

*Ut conjungatur laeto ſopor altus acerbo.*

*altus ſopor* eſt θανάσιμος, qui opponitur naturali: talis plerumque ſolet ex mandragorae uſu ſuboriri. Dioſcorides περὶ μανδραγόρου lib. IV. 76. καθεύδει γὰρ ὁ ἄνθρωπος ὃν ἂν τις ἂν φάγοι χήματι, ἀναισθητῶν ὥρας τρεῖς ἢ τέσσαρας ... 

Dilue praeterea glomeramina, quae gerit intus
Clauſa aries inter geminae coxendicis umbras,
Inde ſoporati ducentur gutture potus.

## CAPUT LVI.

*Lethargiae Expellendae.*

Diximus hanc ſortem miſeris mortalibus eſſe,
Ut ſaepe inter ſe mala ſint contraria morbi.
Denique nonnumquam ſomno ſic membra gravantur,
Ut conjungatur letho ſopor altus acerbo.

Er-

*ἀφ' ὧ μὴ ἂν ἀπεγείρωνται.* Plinius libro XXV. capite 13. *Vis ſomnifica pro viribus bibentium, remedia potio cyathi unius.* & ante: *potu quidem largiore etiam moriuntur.* igitur *altus ſopor* omnino retinendum: Apulejus V. Metamorph. *Nox erat & maritus aderat, primiſque Veneris praeliis velitatus in altum ſoporem deſcenderat.* Ovidius VII. Met. 667.

*— adhuc regem ſopor altus habebat.*

Idem III. Art. Am. 647.

*Sunt quoque, quae faciunt altos medicamina ſomnos,*
*Vinctaque Lethaea lumina morte premunt.*

KEUCH. *Sapor* alios legere notat Voſſius. ſed ſeq. capite iterum *ſopor altus* occurrit, & centies apud alios. de Mandragora vid. Bodacum ad Theoph. VI. 2. pag. 583. BURM.

999. GLOMERAMINA] Id eſt pilulas ex fimo ſive excrementorum. CAESAR. An renes Arietum intelligit, non liquido patet. PICTOR. Globulos (inſtar pilulae) ſtercoris, qui è villis dependent. CONSTANT. Humelbergius utramque explicationem profert. ſed vide Reineſ. II. var. lect. 8. & ſupr. cap. XIV.

LETHARGIAE] Lethargus morbus ab oblivione omnium rerum dictus eſt, cum dormiendi inexpugnabili neceſſitate. PICTOR. *Lesbargo expellendo.* WOLF. Et ita Caeſ. & Pictor. *Lui Lethargiae exp.* Reg.

1003. UT SINT] *Ut ſaepe inter ſe mala ſint* Leid. Reg. Paderb. Ed. Humelb quae lectio numeroſiorem facit verſum.

1004. DENIQUE NONNUMQUAM SOMNO SIC MEMBRA GRAVANTUR,] *Gravantur*, opprimuntur. Livius libro XXV. *gravatis omnibus vino ſomnoque:* id eſt, oppreſſis & quaſi ſepultis, ut ille loquitur. Heſychius: καταφορεῖ, ὑπνοῖ, male: lego καταφορεῖσθαι, ὑπνοῦν. unde καταφέρεσθαι ὕπνῳ, *ſomno premi*, vel *gravari.* ἄγρυπνον κῶμα Graeci medici vocarunt hunc ſomnum, unde τὸ κῶμα Linacer *marcorem*, vertit, Erotianus vero interpretatur τὸν ὕπνον, καὶ ὑποκοίμημα, & κωματώδεις, τοὺς μετά τινος νωθρείας ἐν καταφορᾷ ὄντας. Vide Galenum, initio comment. I. εἰς τὸ προῤῥητ. Celſus libro III. cap. 20. de Lethargo: *in hoc marcor, & inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas (λήθαργον Graece nominant) atque id quoque genus acutum eſt, niſi ſuccurritur, celeriter jugulat.* Poëtae etiam *veternum* vocarunt: unde & *veternus* Virgilio ſumitur pro lethargo. Plautus à Servio laudatus: *Opus facere nimio quam dormire mavolo, veternum metuo.* KEUCH. De veterno vid ad Grat. Cyn. 477.

1005. CONJUNGATUR LETHO SOPOR] Petron. cap. LXXXIX. *continuat in mortem ultimam ſomnos.* ubi videndi interpretes. ſed, ut ſaepe alias, Claudianum hic ante oculos habniſſe videtur Serenus. nam ita ille libr. II. in Eutrop. 437. *alii leto junxere ſoporem.* Liv. XLI. 4. *aliis ſomno mors continuata eſt.* & hinc recte *gravari* membra dixit, ut

cen-

Ergo levi flamma torrentur cornua caprae,
Quo nidore gravem depellent lumina ſomnum.
Aut Veneris labrum quae dicitur herba, bibetur:
Quae teritur prius & vino confuſa liqueſcit.
Conveniunt acidis euphorbia mixta fluentis,
Gramina vel rutae, gemina ſi nare trahantur.
Quidam dira jubent, ſepteno cimice trito
Ut vitientur aquae, cyathuſque bibatur earum:
Haec potiora putant, quam dulci morte perire.

CA-

centies poëtae *graves ſomno* & *premi* dixerunt. vid. ad Ovid. Epiſt. VI. 96. BURM.

1006. LEVI] *Lenem* ignem alii dicunt, de quo Keuchen. ad cap. I. vide ad Ovid. XI. Metam. 811. qui & III. Met. 488. *levem* dixit. & II. Art. 439. unde patet, non temere in proſa has voces eſſe permutandas, ſed in verſibus metri ratio dijudicandi dat facultatem. ſic apud Gell. VI. 9. recte viri docti, *levi pruna percoctus* pro *leni*; ut in MSS. quibusdam eſt, reſtituerunt. & alibi ſaepe. BURM.

1007. DEPELLENT] *Diſpellent* Leid. Reg. Voſſ. Ed. Vet. vid ad initium hujus Poëmatis.

1007. QUO NIDORE GRAVEM DEPELLENT LUMINA SOMNUM] Celſus ubi ſupra: *hos aegros quidam ſubinde excitare nituntur, admotis his, per quae ſternutamenta evocantur, & his, quae odore foedo movent, qualis eſt pix cruda, lana ſuccida, piper, veratrum, caſtoreum, acetum, allium, cepa, juxta etiam galbanum incendunt, aut pilos, aut cervinum: Si id non eſt, quodlibet aliud. Haec enim, cum comburuntur, odorem foedum movent.* eum *odorem foedum*, *nidorem* vocat Serenus. Sic alibi Plinius cap. 10. lib. XXVIII. *carnem recentem hoedorum pilo ſuffiunt, eodemque nidore fugant ſerpentes.* κνίσσα Graeci vocant nidorem, fumum pinguedinis, qualem dant toſtae cornua caprae. In Ithyphallico: *nidorem puto profecuta fumi.* verbum ſacrificum. Virgilius XII. 301.

*Nidoremque ambuſta dedit.*

Servius: *nidorem*, *putorem*. male *odorem* ad Arnobium corrigit Elmenhorſtius. Gloſſae: κνίσσα, *nidor*. Arnobius: *venerabiles cniſſas carbonibus excitamus exſtinctis:* Theodoretus adverſ. Graecos libro ſeptimo: σφόδρα γὰρ αὐτοὺς χαίρειν οἱ ποιηταί φασι τῇ λοιβῇ καὶ τῇ κνίσσῃ. inde κνισσῶν ἀγυιὰς optimis poëtis: de lautis ſacrificiis ita loquebantur, unde jocus de iiſdem & cantoribus; *eorum jus eſſe, ut ſine fumo & nidoribus ſacrificent*, quia τὸ πῦρ διαχίας σημεῖον. KEUCHEN. Vid Gronov. ad Plaut. Moſtell. I. I. 5.

1008. AUT VENERIS LABRUM QUAE DICITUR HERBA, BIBETUR:] Hujus herbae meminit Plinius lib. XXX. 3. & Aegineta. PICTOR. Δίψακος. Veneris labrum, ut Veneris capillus, umbilicus, & alia. Sic etiam gemmas vocabant: ut Ἀδάδυ ὀφθαλμὸς, νεφρὸς & δάκτυλος. Adadus autem Syrorum Deus. Vide Heſychium. KEUCH.

1010. CONVENIUNT ACIDIS EUPHORBIA MIXTA FLUENTIS,] Euphorbium gummi notum, eſt quod Latine bonum formidari videtur ſignificare, propter ſuam violentiam: de hoc Dioſc. III. 85. Plin. XXV. 7. Serap. cap. 373. PICTOR. De euphorbia vide ſis Dioſcor. lib. III. cap. 88. Plin. lib. XXV. cap 7. Serap. cap. CCCLIII. *acidis fluentis*, ut ſupra: *acido fluore*, de aceto.

*Saepe chelidonia ex acido perducta liquore Sanavit.*

KEUCH. *Convenient* Leid.

1011. TRAHANTUR.] *Trahentur* Reg. *trabuntur* Venet. Lipſ. Ald. Caeſar. Pictor.

1013. EARUM:] *Eorum* Caeſar. Pictor.

1014. PERIRE.] *Periſſent* Paderb.



Co-

Digitized by Google

# CAPUT LVII.

*Comitiali Morbo.*

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſant.
Saepe etenim membris atro languore caducis,

Con-

Comitiali ] Comitialis hic morbus dictus eſt, id quod & author quoque innuit, quod in comitiis ſaepenumero ii, quibus ſuffragia negabantur, ſubito in terram cadere conſueverunt. Graecis *ἐπιληψία* dicitur. Vulgo *morbus caducus* appellatur. CAESAR. Sic dictus eſt, quod candidati in terram (ſicut auctor quoque innuit) cadere ſolebant, ſi turpem repulſam paſſi forent. unde quidam *caducum* quoque dixerunt, & *bieranoſon*, quaſi ſacrum morbum, eo quod ſacram corporis partem obtineat: vel *comeſſalem*, quia comeſſationes & crapulae, ut plurimum ſunt ejus cauſſae. PICTOR. Ἐπιληψία comitialis morbus. CONSTANT.

1015. Est subiti speceies morbi, cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia justa recusant.] Quidam librorum: *Quod fieri nobis ſuffragia juſta recuſent.* Sed altera lectio longe melior. Ad veterem ritum alludit, quo concidente epileptico, comitia interrumpebantur. Cato: *quod comitia prohibere ſolet, nec id quidem mihi vitium fuit.* Ulpianus l. 1. ff. de auct. tutor. *neque enim praeſentia corporis ſufficit ad auctoritatem, ut ſi ſomno aut morbo comitiali occupatus tacuiſſet.* Inde *ſonticum morbum* vocarunt XII. Tab. comitialem, τὴν ἱερὰν νόσον. Gloſſae: *ſonticus morbus, comitialis.* aliae: ἱερὰ νόσος, *ſonticus morbus.* Plinius de Gagate lib. XXXVI. 19. *deprehendit ſonticum morbum & virginitatem ſuffitus.* Alio ſenſu θεήλατον νόσον, morbum ſonticum vocabant. Feſtus: *ſontica cauſa dicitur à morbo ſontico, qui quid gerendum agere non permittit. Cato de regis Attali vectigalibus.* mox citat verba. in epitoma Pauli: *ſonticum, juſtum.* Iſidori Gloſſae: *ſonticus, verax.* Graecorum: *ſonticus*, ἀληθής. Alii *comitialem* exponunt, quod in commitiis eo correpti maxime infeſtarentur, & detegerentur. hanc etiam rationem medicorum filii maxime amplexantur. KEUCHEN. *Recuſant* Leid. Reg Ed Vet. Venet. Ald. Caeſar. Pictor. & al. *recuſet* Humelb. marg. Conſt. *juſſa* etiam Leid. Ed. Vet. vid. Rhod. ad Scribon. Compoſ. XCIX. pag. 161. ſenſus tamen obſcurior in hoc verſu. forte *fieri* ſimpliciter dicitur, pro conſulem, praetorem &c. *fieri.* nam ita uſurpaſſe veteres docebunt notae ad Vellej. Paterc. II. 17. & Quinctil. V. 10. Senec. Epiſt. CXVIII. *Catones repelli, Vatinios fieri.* Quinctil. Decl. CCLII. *cum de comitiis conſentiunt rumores, de ſe quiſque dicit, haec fiet.* ſi *juſta* retinendum, intelligendae leges, quas juber populus in comitiis, & conſtruendum hoc modo, *cum ſuffragia fieri nobis juſſa*, id eſt leges, *recuſant.* quod idem eſt, quod perferri prohibent. BURM.

1017. Saepe etenim membris atro languore caducis,] Habetur in aliis: *acri languore caducis.* ἱερὰν νόσον & μεγάλην ex inde Graeci vocarunt. ἱερὸν enim omne *magnum* dixerunt, ut ἱερὸν ἰχθὺν, ἱερὰν θάλασσαν, ἱερὴν Ἴλιον, Homerus ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο. & ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο, apud eundem. Sic ἱερὰν νόσον Graeci medici nominarunt, quod *ſacrum* Latini, ob ejus magnitudinem. Celſus lib. III. cap. 23. *inter notiſſimos morbos eſt etiam is, qui comitialis vel major nominatur.* quare *ſacro languore caducis*, indubie reſcribendum. & propritim *caducis:* ſic Theophraſti librum περὶ ἐπιληψίας, *de Caducis* in apologia inſcripſit Apulejus. Gloſſae veteres novi Teſtamenti: *lunaticos vulgus vocat, quod per lunae curſus comitentur eos inſidiae daemonum: haec*

*paſ-*

Digitized by Google

Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipſe deus memorat dubiae per tempora lunae
Conceptum, talis quem ſaepe ruina profudit.
Prodeſt cum veteri Baccho tel vulturis ampli:
Sed cochlear plenum guſtu tibi ſufficit uno.
Aut cruor ex Progne mixtus cum polline turis:
Aut apium elixum, aut conditum melle fel agni:

Mar-

*paſſio caduca dicitur & larvatio: cujus tanta vis eſt, ut homo valens in terram concidat, ſpumetque.* Celſus de epileptico: *homo ſubito concidit, ex ore ſpumae moventur, deinde interpoſito tempore ad ſe redit, & per ſe ipſum conſurgit.* Inde quidam veterum philoſophorum, cauſam ἐπιληψίας naturalem ad lunam ſimpliciter referebant. Lucianus, qui Toxari, de quodam, qui eodem ſubinde affligebatur morbo, ἐλέγετο δὲ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην αὐξανομένην: *ad creſcentem concidere lunam dicebatur.* Alii etiam, ut Theophylactus, δαιμονῶντας exponunt, ejuſque cauſam plenilunio, quo abuti volunt diabolum, qui tum invadit miſeros, aſſignant. Gloſſae medicae doctiſſime *comitialem* interpretantur σεληνιαζομένων. Sic Trallianus cum Sereno σεληνιαζομένους, *comitiales* eſſe vult, eundemque morbum cum ſacro. Inde σεληνιακὸν antiqui medici vocarunt illud amuletum, quod puerorum collo adverſus hunc morbum appendebant. Gloſſae: σεληνιακὸν, σεληνίς. Heſychius, ΣΕΛΗΝΙΣ, φυλακτήριον, ὅπερ ἐγκρεμᾶται τοῖς παιδίοις. & veriſſime τοῖς παιδίοις. eſt enim πάθος παιδίων, ut ab Hippocrate vocatur in libro de aëre, locis & aquis. Ariſtoteles ſectione XXXI. probl. 26. diſertim refert, quod homo ὁ μόνον, ἢ μάλιστα διαστρέφεται, ὅτι μόνον ἢ μάλιστα λεπτὸς ἐν τῇ νηπιότητι γίνεται. KEUCHEN. *Acri* Caeſar. Pictor. Lipſ. & non improbat Rhodius, quamvis & *atro* poſſe defendi judicet: *acrem* tamen *languorem* vix probem, cum ille remiſſos & tardos homines faciat. rectius *ſacro*. nam ita morbus dicitur, ut conſtat. & has voces commutari inter ſe, doceri poſſumus ex loco Ovidii X. Met. 349.

*Nec metues ſacro crinitas angue ſorores.*

ubi meliores ſcripti *atro*. BURM.

1018. CONSILIUM] Heinſius malebat *concilium.* & ita citavit Rhodius, & verum puto. Ovid. XV. Met. 645. *Concilium Grajos patresque adiere.* ubi etiam *conſilium* Codices. Feſtus, *Concilium dicitur a populi conſenſu, ſive a concalando*, id eſt vocando. ubi malim *concilium populi dicitur a conſenſu.* vide Calpur. I. Ecl. 51. & Urſini Animadv. cap. IV. BURM.

1019. DEUS] Aeſculapium intellexiſſe arbitror. PICTOR.

1019. DUBIAE LUNAE] Unde morbus quoque lunaticus vocatur, quia pro lunae curſu movetur. PICTOR. Lunae ſilentis & inter-menſtruae. CONST. *Dubia* Reg. *Dubia luna* quid ſit, vide ad Rutil. I. 217.

1020. TALIS QUEM] Vide Jul. Firmic. lib. IV. Mathem. CONST. *Talis quae* Leid. Reg. Ed. Vet. *profundit* Reg. Paderb. totus vero verſus deeſt Venetae & Lipſ. Ed. an ruinam dixit, ut fulmen, quo attoniti jacere ſolebant vitae neſcii? vid. ad Phaedr. IV. 17. BURM.

1021. PRODEST CUM VETERI BACCHO FEL VULTURIS AMPLI:] Malim: *fel vulturis atri.* KEUCHEN. Ita edidit jam Aldus & Pith. & alii in margine habent. & ita hoc epitheto uſus eſt cap. XIII. & XXXIII. & medicos libentius atro vulture in pharmacis ſuis uti, praeterquam contra ſerpentes, docet Bochart. in Hieroz. part. II. lib. II. cap. 9. ubi de *vulturibus nigris* agit. BURM.

1022. GUSTU TIBI] *Guſtatu* Leid. Paderb. Reg. Ed. Vet. Humelb.

1023. EX PROGNE] Id eſt hirundine. Progne enim Pandionis regis Athenienſis filia, Terei uxor, in hanc avem eſt mutata. vide Ovidium. PICTOR. Ex hirundine. CONSTANT.

1025.

Digitized by Google

Marrubiumve pari confuſum pondere mellis,
Cui tu terna dabis guſtu cochlearia in uno.
Aptus muſtellae cinis eſt & hirundinis una.
Praeterea pluvias, hominis quas calva ſupina
Excepit projecta ſinu, conſumere prodeſt.
Aut lapis ex nido, vaga quem congeſſit hirundo,
Vellitur, & nexu fovet attollitque jacentem.
Pellitur (ut fama eſt) guſtu quoque languor anethi.

## CAPUT LVIII.

*Regio Morbo Pellendo.*

Regius eſt vero ſignatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam celſa curatur in aula.

Huic

1025. CONFUSUM] *Contuſum* Leid. Ed. Vet.

1026. CUI TU] *Tu* deeſt Reg. *cuiter terna* Leid. Ed. Vet. *cujus terna* Hum. Caeſar. Pictor. de numeri ternarii ſuperſtitione ſupr. cap. XLIX.

1027. CINIS EST] *Eſt* deeſt Lipſ.

1028. CALVA] Calvaria. CONST.

1028. PRAETEREA PLUVIAS, HOMINIS QUAS CALVA SUPINA EXCEPIT] Prodeſt aqua in calvam mortui hominis excepta. PICTOR. Ex praecepto Artemonis, quod allegat Plinius lib. XXVIII. cap. I. *Artemon calvaria interfecti, neque cremati propinavit aquam è fonte noctu comitialibus morbis.* Vide ſis Fernel. libro II. cap. XVI. de abd. rer. cauſſ. KEUCH. *Supinas* Reg. Ed. Venet. Lipſ. *ſupinos* Paderb. *ſupino* Caeſ & Pictor. Heinſ. malebat, *pluvias h. q. c. ſupernas excepit projecta ſiti.*

1030. AUT LAPIS] *Et lapis* Leid Ed Vet. Humelb.

1030. CONGESSIT HIRUNDO,] De lapide Chelidonio multa reperiuntur in mea Dactylotheca cap. 14. PICTOR. Et in ventre hirundinum pullis lapilli candido aut rubente colore inveniuntur, qui Chelidonii vocantur a Plinio XI. cap. 37. CONSTANT. Dubium eſt, an *quem* ad *nidum*, an ad *lapidem* referas. *congerere* vero proprie de avibus nidum fabricantibus dici oſtendit Virgilius Ecl. III. 68.

——— ——— *namque notavi*
*Ipſe locum, aëriae quo congeſſere palumbes.*

ubi de hoc verbo agemus. BURM.

1033. REGIUS] *Regius* hic morbus cur dicatur, vide praeterea & Celſum III. 24. dicitur & morbus *arquatus*, quem & nonnulli *auriginem* appellari tradunt. Unde & Graecis ἰκτερός, ſive morbus ictericus dicitur, a colore aviculae ejus nominis. CAESAR. *Areulanus.* ab icteri ave, quae croceum colorem habet, dictum hunc morbum ait Plinius: *Icteris*, inquit, *avis eſt, quam ſi ictericus inſpiciat, ſanatur, & avis moritur* lib. XXX. cap. II. *Gal-ſubt.* PICTOR.

1033. EST VERO] *A vero* Leid. Ed. Vet. forte *ex vero.* Ovid. III. Art. IX. 4.

*Ab nimis ex vero jam tibi nomen erit.*

II. Faſt. 859.

*Ex vero poſitum permanſit Equiria nomen.*

& ita ſaepe. BURM.

1034 MOLLITER HIC QUONIAM CELSA CURATUR IN AULA.] *Curandus:* utendum enim ludis, laſcivia, per quae mens exhilaretur. Ob quae morbus regius dictus videtur, in-

1035 Huic rubia ex mulſa fertur conducere lympha.
Allia trita dabis vino madefacta calenti.
Vellera cum vivo ſuffiri ſulphure prodeſt.

# CAPUT LIX.

*Infantibus Dentientibus, vel Strige Inquietatis.*

Nudum hominem primum mater natura profudit:
In-

inquit, Celſus lib. III. cap. 24. CONST. Sic quidem pars major librorum, at alii: *celſa curandus in aula.* Celſus de regii morbi curatione: *Per omne vero tempus utendum eſt exercitatione, frictione, ſi hyems eſt, balneo, ſi aeſtas, frigidis natationibus, lecto etiam & conclavi cultiore, clauſo loco uti, ludis, laſcivia, per quae mens exhilaretur. ob quae regius morbus dictus videtur.* KEUCH.

1035. HUIC RUBIA EX MULSA FERTUR CONDUCERE LYMPHA.] Μετὰ μελικράτου πινομένη ἰκτερικοῖς βοηθεῖ, ut ait Dioſcor. περὶ ἐρυθροδάνου lib. III. 160. Plinius ad verbum, ut alia: *in medicina urinam ciet, morbum regium ſanat ex aqua mulſa.* Olim etiam hic morbus mulſo, quod genus potionis in regum delitiis erat, curabatur: proinde regius dictus eſt. vide Varronem. KEUCH *Ex multa* Caeſar. Pictor. Lipſ.

1037. VELLERA CUM VIVO SUFFIRI SULPHURE PRODEST.] Non, ut mendoſiſſimi:

*Vellera cum vino, ſuffiri ſulphure prodeſt*

ſic etiam habet à Stephano curatus. KEUCH. *cum vino* Ed. Vet. Venet. Lipſ. Ald.

DENTIENTIBUS] Alias *ſtridentibus*. CONSTANT. Ita Membranae legunt avitae: Sic etiam Pithoeanae, caeteraeque veteres. Recte tamen emendatores repoſuere *DENTIENTIBUS.* Ipſe Serenus: *niveis cum dentibus armat. STRIGA* tamen pro *STRIGE*, non ineptum eſt ex iiſdem ſchedis. In veteri Gloſſario, *ſtriga*, λαιστρυγών, καὶ γυνὴ φαρμακὶς exponitur. Feſtus: *Strigas, ut ait Verrius, Graeci σύρνια appellant, quod maleficis mulieribus nomen inditum eſt, quas volaticas etiam vocant. Itaque ſolent his verbis eas velut avertere Graeci.* σύῤῥιντα πόμπειν νυκτικόμαν στρίγγα τὸ λαον ἔξιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας. Geſnerus putat tres aves diverſas, omnes inauſpicatas notari illis verbis, quae apud Feſtum corrupta ſic legit: Συρία πομπεύειν νυκτικόμα στρίγγα τ' ἐλαον ἔρνιν ἀνώνυμον, ὠκύπορόν τε πλοῖον. nempe *ſyrniam* alibi non nominatum, ſtrigem & pnica, quae pnix dormientibus ſuffocare conaretur. Scaliger ex alia ſua emendatione: στρίγγ' ἀπόπομπον, νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ', ἀπὸ λαοῦ Ὄρνιν ἀνώνυμον ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας ἐλαύνειν. Turnebus ex aliâ XIV. adv. cap. I. στρίγγ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, στρίγγ' αὐτῇ λαῶν, Ὄρνιν ἀνώνυμον εὐθεῖαν ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας. στρίγγα φθορόλαον. Placet ea correctio, ſed non ex toto ſufficit. Ego non ambigo reſtituere: στρίγγ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ' ἀγελαίαν Ὄρνιν ἀνώνυμον, εὐθεῖαν ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας. Et ita quidem Heſychii verba depravata legenda ſunt, ut jam alii praeceperunt: στριγγὸς, τοῦ νυκτικόρακος, νυκτιφοίτου. καλεῖται δὲ καὶ νυκτιβόα. οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Vulgo corruptiſſime legitur: στρίγλος τὸ αὐτὸ τοῦ κόρακος, νυκτίφοιτον, καλεῖται δὲ καὶ νυκτοβόα: οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Graeci νυκτιφοίτους obinde *ſtrigas* vocabant, quas *volaticas* Latini. Plinius libro XI. cap. 49. *Fabuloſum arbitror de ſtrigibus, ubera eas infantium labris immulgere. Eſſe enim in maledictis jam antiquis ſtrigem convenit: ſed quae ſit avium, conſtare non arbitror.* Ovidius VI. faſtorum:

*Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes.*

Iſidorus libro XII. cap. 7. *Strix nocturna avis, habens nomen de ſono vocis, Quando enim cla-*

Inſuper excruciat, niveis quum dentibus armat.
Collo igitur molli dentes nectentur equini,
Qui primi fuerint pullo creſcente caduci,
Aut teneris cerebrum gingivis illine porci:
Aut leporis niveum bibitur cum lacte caprino.
Praeterea ſi forte premit ſtrix atra puellos

Vi-

*clamat, ſtridet. de qua Lucanus: Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna queruntur. Haec avis vulgo Amma dicitur, ab amando parvulos, unde & lac praebere dicitur naſcentibus.* Auſonius in technopaegnio:

*Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus ſtrix.*

ubi *ſecus* eſt ſexus, ἀρχαϊκῶς, & ſaepius apud eundem. KEUCH. *Dentibus vel ſtrige inquietantibus* Leid. Ed. Vet. & Humelb. niſi quod *inquietatis. ſtridentibus vel ſtriga inquietatis* Venet. Lipſ. *dentibus vel ſtrigis inquietatis infantibus* Ald *inquietatis, curandis* Caeſ. *inf. d. vel ſtrige curandis* Pictor.

1038. NUDUM HOMINEM PRIMUM MATER NATURA PROFUDIT:] *Mundi natura profudit*, libri nonnulli. quod non immutandum. KEUCH. *Mater* deeſt haec vox Venet. *mundi natura* Leid. Reg. Paderb. Ed. Vet. Humelb. Ald. quod forte nonnullis non diſplicebit, qui norunt Plinii *Hiſtoriam* vulgo *naturalem* dici ſolitam, in codicibus veteribus vocari *Hiſtoriam Mundi*, & ita paſſim *rerum*, id eſt mundi, *natura* occurrit. ſimiliter Lucan. IX. 303. *primam mundo Natura figuram cum daret.* aliter *naturam mundi* pro ipſo mundo & hoc univerſo capit Lucret. I. 1153. & paſſim Cicero ſed & *natura parens* paſſim dicitur. vid. ad Ovid. X. Met. 352. & ſupr. ad cap. XL. & hinc *benignam* vocat ſupr. cap. XI. *profundet* Caeſar. Pictor. de quo verbo vid. ad Phaedr. III. 15. BURM.

1039. INSUPER EXCRUCIAT, NIVEIS QUUM DENTIBUS ARMAT.] Non *ornat*, ut in avito. Lactantius cap. II. de opif. *quibuſdam in ore arma ſunt dentes.* Apulejus VIII. miles. *beſtias armatas dente vel cornu.* & ſaepe ſimiliter alii. KEUCH. Recte *armat.* nam ideo Poëtae etiam *albos* & *niveos dentes* dant animalibus ferocibus & pugnacibus. Nemeſ. Cyneg. 171.

*Tunc etiam niveis armantur dentibus ora.*

Ubi vide adnotationes noſtras, & de armis ferarum vide quae diximus ad Val. Flac. VII. 597. BURM.

1040. DENTES EQUINI] Dentes, qui equis primum cadunt, facilem dentitionem praeſtant infantibus &c Plin. XXVIII. 29. CONSTANT.

1043 NIVEUM] Supple cerebrum potius, quam coagulum. CONST. *Niveo* Aldus. Scaliger tranſponebat verba, & priori verſu legebat, *aut teneris niveum &c.* & hic, *aut leporis cerebrum.* egit quoque operoſe de hoc loco Morgagn. in Epiſt. pag. 115. quem vide. BURM.

1044. PUELLOS] *Puellis* Reg. *puellas* Leid.

1044. PRAETEREA SI FORTE PREMIT STRIX ATRA PUELLOS] Strix hoc loco maleficam mulierem ſignificat, quae noctu ſanguinem infantium ſugendo exhauriat. PICTOR. Fabuloſum hoc de ſtrigibus Plinius arbitratur lib. XI. cap. 39. CONST. Avitus: *ſi dente premit.* quod dubie rectum, & extra fidem aliorum ſcriptorum. Lamias quidem & ſtriges puerorum tortrices opinabantur. Lucilius:

*Ilio quid fiet Lamia, & Pytho oxyodontes.*

mihi tamen religio eſt, alterum amovere. Striges enim venenata ſua ubera infantibus praebere, exiſtimabant, atque ita perimere ſpecie pietatis. Inde στρὶξ in vetuſtiſſimo Gloſſario Graeco παιδοφιλοτέρα χίεχυ exponitur. Tales fuerint Acco, Gilo, de qua Nicephorus lib. XVIII. hiſt. cap. IX. & illa Gello, de quâ proverbium: Γελλὼ παιδοφιλοτέρα. *Atram* etiam venuſte ſtrigem dixit. *maſcam* Longobardi vocant in ſuis legibus. vel *atram*, id eſt, nocentem: Sic *atrum* magis & maleficis eſt θανάσιμον: ſic *atri pulveres*, qui necabant

aſſumpti

1045 Viroſa immulgens exſertis ubera labris,
Allia praecepit Titini ſententia necti,
Qui veteri claras expreſſit more togatas.

CA-

aſſumpti vel aſtricati, *θανάσιμα φάρμακα.* vel *atram*, reſpectu albarum, quas *albas nymphas* antiqui vocabant, quae puerperas cum infantibus ſaepiſſime in abdita & ſubterranea ſubducebant. Striges autem *λαιστρύγονες* & antropophagae, quae nonnunquam puerulis virulenti quippiam inſtillabant, unde morerentur vel ſtatim, vel tabe paulatim invaleſcente. Interdum & ſanguinem exſugebant ex opinione de Freſaia vel Strigibus, ad quam hic alludit Serenus: vel mammas infantulis oſtentabant, quaſi eos à fletu lactaturae. Sic habes in Eſaiae XXXIV. *nudaverunt Lamiae mammas ſuas.* Sed altero Sereni verſu mage diſſentit idem avitus:

*Bromoſa immulgens fallebribus ubera labbis.*
*bromoſa* pro *viroſa*, veteres dixerunt, obſervante ad Solinum Salmaſio. Iſidorus: *bromoſus, immundus.* Notat Heſychius *βρόμον* appellari *τ̀ νόσμον ὃν ὑγρὸν ἢ ἀφοδεύουσιν οἱ ἔλαφοι*, inde *exbromare* pro emundare dixit Apicius. igitur *bromoſa* rectum eſſe poſſet: ſed illud *fallebribus* omnino mendoſum eſt. poſſet tamen *felebribus* ex eo corrigi, idoneo ſenſu & vocabulo. nam *felebre τὸ θηλάσιμον, θηλαστόν.* Iſidorus appoſite *felebrem*, *adhuc lacte viventem* exponit. Varro: *lupam alumni felarunt olim.* haec expoſitio verſus illius, in aliis membranis aliter comparentis, dari poſſet: ego autem arbitrario jure pro genuino tantum defendam. habet enim aliquid illud ex eo Poëtae libro XI. 572.

*Teneris immulgens ubera labris.* KEUCH.

1045. ALLIA PRAECEPIT TITINI SENTENTIA NECTI, QUI VETERI CLARAS EXPRESSIT MORE TOGATAS.] Titini cujusdam mentio fit ſubinde in Plinio & Lactantio: Apparet quidem ex hoc loco eum ſcripſiſſe de claris foeminis Romanis. Certum eſt autem ex Lactantio eumdem ſcripſiſſe ſpectaculorum libros, ſi modo idem author eſt. CAESAR. *Vecti* pro *vectis* poſitum arbitror: nam Plinius lib. XXIX. cap. I. Vectis alicujus eloquentiae affectatoris meminit, qui Claudii Caeſaris adulterio nobilitatus fuit. *claras togatas*, id eſt claras matronas. PICTOR. Titinius Setina (licet hoc alii Afranio tribuant) *Paula mea amabo, poſt tu ad laudem addito praefiſcine Ne puella faſcinetur.* lege Eruditiſſimi adoleſcentis Scaligeri conjectanea in Varronem. CONSTANT. In hiſce verſibus, qua legendis, qua interpretandis, pueriliter hallucinati fuêre doctiſſimi viri: Meurſius lib. IV. Miſcel. 30. alterum emendans:

*Qui Veneris claras expreſſit amore togatas.*
*claras togatas* exponit adulteras matronas alba toga Indutas, additque, Titinium hunc libidine victum eaſdem Imitatum, ut qui Tiberii Caeſaris adulterio nobilitatus eſſet, narrante Plinio libro XXIX. cap. I. Cujus interpretationi hac quidem in parte non obſequimur. Non enim, ſi Vectius Valens Meſſalinae Claudii (metu, opinor, magis quam animi cauſa) libidinem praeſtitit, quod nec Tacito omiſſum, propterea tam proſtituti pudoris fuiſſe exiſtimandus, ut meretricio habitu incederet. Ego potius cum Barthio & Gronovio, de comoediis togatis, quam matronis acceperim hunc verſum; nec enim alius Titinius, quam comicus ille antiquus. Veteres etiam *togatas* dixerunt de fabulis Romanis, vel Romano more & habitu in ſcenam introductis. Horatius in Arte:

*Vel qui praetextas, vel qui docuêre togatas.*
ubi perperam eſt, vir ingenioſus, qui fabulas tabernarias & plebejas exponi putat. Juvenalis Sat. I. *recitaverit ille togatas.* Prior etiam Sereni verſus non eſt immutandus, quamvis aliter olim ſenſerim legi debere:

*Allia praecepit Titini ſententia Vecti,*
quibuſdam in libris:

*Allia praecepit tundi ſententia Vecti.*
quomodo in avito & Gryphiano ſcriptum. Nec enim *tundi* voluit *allia* Titinius, ſed inſtar ſertorum & corollarum *necti*, contra invaſionem ſtrigum. Paris medicinae contra maleficia multa narrantur à Plinio & Marcello. Supra Serenus:

*Vel quae ſeptenis cenſentur gramina nodis*
*Utiliter nectis, vel corno ex arbore ſertum.*

Bbb 2 KEU-

Digitized by Google

# CAPUT LX.

*Combuſturis Igne vel Frigore.*

Sunt diverſa quidem mala frigoris atque caloris:
Sed tamen amborum ſimili nocet ulcere virus.
Illa quoque uſta putes, quae ſunt nive laeſa rigente.
Converſa in cinerem platani pila curat utrumque.
At vero ambuſtum flammis, qui candidus ovi
Sucus ineſt, penna inductus, ſanare valebit.
Aut tu ſucoſae cinerem perducito lanae,
Aut vivam ex oleo veteri componito calcem,
Ordea vel franges, atque ovi candida junges.
Adſit adeps porcae (mira eſt haec forma medelae)
Junge chelidoniis, ac ſic line vulnera, ſucis.
Quodque recens uſſit glacies, axungia ſimplex
Mulcet, & ex facili grata eſt medicamine cura.



KEUCHEN. *Ti . . . ſententia necti* Reg. *Titini ſ. necti* Lipſ. Ald. *tundi ſententia Vecti* Leid. Ed. Vet. Humelb. *Titini ſententia Vecti* Caeſar. Pictor. vid. Barth. xxi. Adv. i. & Meurſ. ad Theocrit. & Exerc. Crit. part. ii. pag 248 de Titinio conſule Fabric. ſupplem. biblioth. Latin. lib. iv. cap. i. pag. 265. qui *Vecti* ſuppoſuere, forte *Vectium Valentem* medicum hic indicari crediderunt. BURM.

1047. More] Heinſ. malebat *in urbe.*

1047. Togatas.] Claras matronas. PICTOR.

Frigore] *Penetrabile frigus adurit*, inquit Poëta. CONST.

1048. Divisa] *Diverſa* omnes praeter Conſtantini Ed. quam ſecutus eſt Keuchen. ſed male, ut puto. *diverſa* enim contraria notat, ut centies,. & hoc ſequens *ſimili* exigit. vid. ad cap. ii. *quaedam* Reg. BURM.

1049 Virus] *Virtus* Leid.

1050. Illa quoque usta putes, quae sunt nive laesa rigente.] Sic habes apud Lucanum libro v. *Urebant montana nives.* Gloſſae Graeco-latinae: *χιόνι, frigore combuſta.* KEUCH. *Putas* Reg. Venet. Ald. Lipſ. pro *puta* credo.

1051. Platani pila] Baccas intelligo, quae rubeas habet, aut ſubcitrinas. PICTOR.

1052. At vero] *Aut vero* Lipſ.

1054 Succosae lanae] Id eſt ſuccidae. CONST.

1055. Aut vivam ex oleo veteri componito calcem,] Membranae: *ex oleo lini componito calcem.* Dioſcorides περὶ ἀσβέστου lib. v. 133. δύναμιν δ᾽ ἔχει πᾶσα κονία ἄσβεστος πυρωτικὴν, δηκτικὴν, καυστικὴν, ἐσχαρωτικήν. μιγνυμένη δὲ τισιν ἑτέροις ὡς στέατι ἢ ἐλαίῳ; γίνεται πεπτικὴ, μαλακτικὴ, διασκεδαστικὴ, κατα-λυτικὴ KEUCH. *Olei lini contundito* Leid. Ed. Vet. Humelb. *oleo vini* Reg. Paderb. Venet. *componite* Reg.

1056. Junges.] *Junge* Reg.

1057. Est haec] *Eſt nam* Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.

1058. Chelidoniis] *Chelidonias* Venet. Caeſ. *chelidonas* Pictor. *jungo* Lipſ.



Digitized by Google

# CAPUT LXI.

*Venenis Probibendis.*

Ut tutus fias infeſtae fraude novercae,
Vel quicumque tuo carpetur lividus auctu,
Non exſpectatis eat obvia cura venenis.
Ante cibos igitur juglandis foetus edatur.
Produnt electri variantia pocula virus.

Prae-

1061. UT TUTUS FIAS INFESTAE FRAUDE NOVERCAE,] Neſcio, cur illud *infeſtae* quidam in *injuſtae* mutaverint? Alio ſenſu *injuſta* noverca dicitur apud Virgilium, alio *infeſta* apud Samonicum. *infeſta*, crudelis & funeſta. Ceſtius Pius apud Senecam Controv. lib. IV. *Sed adhuc crudelis & pertinax noverca, poſt omnia devicta nihilominus ſaevit.* Seneca Hippol. act. V. *funeſtam* vocavit, & alibi *terribilem*. Tacitus I. Annal. *Cajum remeantem Armenia, & vulnere invalidum, mors fato propera, vel novercae Liviae dolus abſtulit.* Idem paulo infra: *Livia novercalibus odiis ſuſpecta.* Harum perſidia, dolus, & erga privignos odium patet ex Diocler. & Maximiani reſcripto, lib. I. *Cod quib. cauſſ. ceſſ. long. tem. praeſcriptio.* Adde leg. IV. *D. de Inof. teſt.* & Silv. Aldobrandinum ad §. *Sororum quoque. Inſt. de nupt.* KEUCH. Heinſ. malebat, *infeſtae a fraude*, & ita Conſtaninus jam conjecerat in marginem. Ovid Epiſt. XVI. 344.

*Tuta ſed a bello Biſtonis ora fuit.*

ubi aliae editiones, *tuta tamen bello.* Auctor belli Alexandr. cap. I. *nam incendio fere tuta eſt Alexandria.* mollior eſſet verſus, ſi ſcripſiſſet Serenus, *Tutus ab infeſtae fias ut fraude novercae.* BURM.

1062. QUICUNQUE] *Quaecumque* Reg. qui & *actu*. Ellipſis eſt, vel a fraude ejus, quicumque &c.

1063. NON EXSPECTATIS] Ideſt cura utere praeſervativa. PICTOR. Ovidius VI. Epiſt. 82.

*Non exſpectato vulnus ab hoſte tuli.*

& ſaepe. Sed ſi non exſpectata ſint venena, cur praemunire docet Serenus? quod induxiſſe Heinſium videtur, ut legeret, *noſtra exſpectatis eat obvia cura venenis.* ſed *non exſpectata* venena poſſunt capi eo tempore data, quo minime exſpectas. cum vel blanditur noverca, vel invidus, & tamen fraudes molitur: vel licet non exſpectes, & credas meliora de noverca, tamen praemunire te debes. BURM.

1064. ANTE CIBOS IGITUR JUGLANDIS FOETUS EDATUR.] Plinius libro XXIII. cap. octavo: *nuces juglandes Graeci à capitis gravedine appellavêre.* & addit denique: *eaedem praeſumptae venena hebetant.* Graeci *juglandes*, hoc eſt, Jovis glandes, Διὸς βαλάνους appellavêre, quae ſunt κάστανα veterum. Heſychius: Διὸς βάλανοι· Ἕρμιππος φορμοφόροις.

Τὰς δὲ Διὸς βαλάνους, καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα.

τὰ καστάνια, τινὲς δὲ Ποντικὰ λέγουσιν, οἱ Ἡρακλεωτικά. Pollux de caſtaneis lib. I. 233 ἔνιοι δὲ ταῦτα καὶ Διὸς βαλάνους ὑπὸ τῶν ποιητῶν κεκλῆσθαι νομίζουσιν. igitur recte Dioſcorides περὶ καστάνων lib. I. 145. carnem (*foetum* appellat Serenus) iis, qui ephemerum biberunt, convenienter dari tradit: ἡ δὲ σὰρξ καὶ τοῖς ἐφήμερον πεπωκόσιν ἁρμόζει. *ephemeri* nomine caetera venena comprehendit. Sed de eo remedio videlis Aëtium tetr. IV. cap. 48. KEUCH.

1065. PRODUNT ELECTRI VARIANTIA POCULA VIRUS.] Id eſt, electrum, quod eſt ſuccinum, potum venena manifeſtat: de Electro Dioſcor. lib. I. cap. 134. Avic. lib. II. cap. 351. Galen. VII. Simpl.



Digitized by Google

Praeterea coctae querno cum cortice lymphae
Conveniunt potu, demerſave ficus olivo.
Saepe etiam raphanum praedixit numen edendum.
Antidotus vero multis Mithridatia fertur
Conſociata modis, ſed Magnus ſcrinia regis
Quum raperet victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, & vulgata ſatis medicamina riſit;
Bis denum rutae folium, ſalis & breve granum,
Juglandeſque duas, totidem cum corpore ficus:

Haec

cap. 21. PICTOR. Electri (metallum eſt, in quo quinta argenti portio) nativi calices venena deprehendunt. Nam diſcurrunt arquus caeleſtibus ſimiles &c. Plin. lib. XXXIII. cap. 4. CONST. *Variantia* ad ſimilitudinem arcuum coeleſtium. ita haud dubie legendum. Plinius de electro: *Quod eſt nativum, & venena deprehendit. namque diſcurrunt in calcibus arquus coeleſtibus ſimiles, cum igneo ſtridore, & gemina ratione praedicunt.* libri tamen: *rorantia pocula virus:* ſic etiam avitus. KEUCHEN. *Profunt El. manantis* Leid. Ed. Vet. Humelb. *profunt* etiam Ald. *viris* Paderb. *vires* Venet. Lipſ. *rorantia* Caeſar. de electro vid. Bochart. Hieroz. part. II. lib. VI. cap. 16.

1067. DEMERSAVE] *Dimerſave* Pith. Caeſar. *diverſaque* Venet. Lipſ.

1069. ANTIDOTUS VERO MULTIS MITHRIDATICA FERTUR CONSOCIATA MODIS,] Hujus Antidoti & ejus compoſitionis meminit Plin. lib. XXXII. 8. Cujus perinde verba hinc ſubſcribam, *in ſanctuariis,* inquit, *Mithrydatis maximi regis devicti Cn. Pompejus invenis in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem Antidoti, e duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem & rutae foliis viginti ſimul tritis, addito ſalis grano, & qui hoc jejunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die.* CAESAR. Alias *Mithrydatia.* CONST. *Multis Mithridatia fertur*, admittemus ex avito, caeteriſque vetuſtis. Gloſſae: *Mithridatia*, Μιθριδάτειον. Μιθριδάτειοι ἀντίδοτοι à Graecis vocantur. Omnes prope medici diverſam ſyntheſin ejus antidoti tradiderunt, ut habes apud Galenum ex Antipatro, Cleophante, Domocrate, Xenocrate, Andromacho. Graeci quoque & Arabes aliam ac aliam ejuſdem miſcellam compoſuere. Simpliciſſimam habes apud Plinium libro XXIII. cap. 8. à quo Serenus deſcripſit. *In ſanctuariis Mithridatis maximi regis devicti, Cn. Pompejus invenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti, è duabus nucibus ſiccis, item ficus totidem, & rutae foliis viginti ſimul tritis, addito ſalis grano: & qui hoc jejunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die.* eam ſcripturam, ex optimis etiam libris, in Sereno admiſimus: *totidem cum corpore ficus.* vulgo, *terno cum corpore ficus*, legi ſcio, quod omnino mihi ſuſpectum videtur. KEUCH. *Mithridatica* Leid. Ed. Vet. Humelb. & aliae. ſed *Mithridatia* Paderb. Lipſ. Ald. & ita Scrib Larg. Comp. CXCIV. *antidotum Mithridatiam.* BURM.

1071. CUM RAPERET] Pompejus cum Romanis. PICT. Vid. Plin. lib. XXIII. 8 & XXV. 2. CONST *Caperet* Leid. Ed. Ven. Hum.

1072. SYNTHESIN] Id eſt appoſitionem nutrimenti in membra. PICTOR.

1072. MEDICAMINA RISIT,] Nam cum Mithridates Rex Ponti, a Magno Pompejo & Romanis obſeſſus erat, deſperans, uxori & liberis venenum tribuiſſet potandum, medicaminis beneficio Rex, uxor & liberi indemnes conſervati ſunt. Unde cuidam Gallo rex gladium dedit, quo ſe necaret, ne in hoſtium manus veniret, qui riſum movit. de hoc Mithridate Plinius lib. XXV. 2. PICT.

1073. BIS DENUM] *Bis denas rutae frondes, ſalis & tria grana* Leid. Ed. Vet. *Bis denas r. f. ſalis & breve granum* Humelb.

1074. TOTIDEM] *Terno* Leid. Ed. Vet. Ald.

Digitized by Google

Haec oriente die parco conſperſa Lyaeo
Sumebat, metuens dederat quae pocula mater.

## CAPUT LXII.

*Venenis Datis.*

Si nequit infandum praevertere cautio virus,
Proximus ille gradus, data pocula pellere curâ.
Lac aſinae placidaeque bovis prodeſſe loquuntur.
Betonicam ex parvo ſumunt plerique Lyaeo.
Quod ſi hederae ſucos, quae truncos implicat altos,
Inſtilles pateris, poterunt haud ulla nocere
Pocula, quae quiſquam ſaevis vitiaverit herbis.
Siquis hyoſcyamum guſtarit lacte capellae
Exhauſto, rabidos poterit mulcere furores.

## CAPUT LXIII.

*Vulneribus ex re Dubia Curandis.*

Vulnera tabeſcunt ſpatio vitiata dierum,

Cu-

Ald. Pictor. *tereti cum* Venet. Lipſ. *teret* Reg. vid. Morgagn. pag. 73. *teret binas cum corpore* Paderb. *cum cortice* malebat Heinſius, vel „*juglandiſque duas trito cum corpore ficus.*

1075. PARCO] *Pariter* Paderb.

1076. QUAE POCULA MATER.] Alii *matri.* meus codex *tutor*, cui adſtipulatur Juſtinus Trogus. CONST. Rectius dixiſſet Juſtinus, qui Trogi hiſtorias contraxit. *quod pocula matri* Leid. Ed. pr. Lipſ. Ald. Humelb.

1077. SI NEQUIT] Hic non erat novum caput in Leid. Ed. Vet. Humelb. *cantio virtus* Pith. vitioſe.

1079. LAC] *Lacte* Leid. Reg. Ed. Vet. ut ſit antiquo modo dictum pro *lac*. vid. Rhod. ad Scrib. Compoſ. XXII. pag 61. & Petron. cap. XXXVIII. & LXXI. BURM.

1080. BETONICAM] *Vettonicam* Leid. Ed. Vet. *Vetonicam* Reg. Lipſ. Venet. Humelb. *Parco* volebat Heinſ. ut cap. praecedente. *Lyaei* alios legere notat Conſtantinus.

1081. TRUNCOS IMPLICAT] Hederam muralem intelligit. PICTOR. *Quod ſi vis hederae, quae truncos mollicat altas* Paderb. *ſuccum truncos mollicat altos.* Reg. *ſuccos quae truncas mollicat altos.* Venet. Lipſ. an, *truncas impl cat alnos.*

1082. INSTILLES PATERIS, POTERUNT HAUD ULLA NOCERE POCULA,] Sic legendum, non, ut alii: *Inſtilles parvis.* KEUCHEN. *Parvis* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. Humelb. Venet. Ald. Lipſ.

1084. GUSTARIT] *Vitiaverit* Lipſ. ex verſu praecedenti. mox *poterant* Lipſ.

VULNERIBUS] Lege, *vulneribus*, vel *ulceribus inveteratis curandis.* WOLF. Hic

de

Curaque nil prodeſt, nec ducitur ulla cicatrix.
Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet,
Ulceris annoſi ſinus ut coaleſcere poſſit,
Marrubium ſi tu recoquas, illoque liquore
Vulnus atrox foveas, cineres vel hirundinis altae
Inducas, leporiſve adſperſa coagula vino:
Aut hederam Baccho decoctam, & ſemen anethi,
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
Lumbrici terrae poterunt conducere vulnus,
Aut facilis lapathi coma latior ulcera purgat,
Et commixtus adeps, ſed nonnullo ſale tactus.
Pinea praeterea vivo cum ſulphure cortex,
Et pice cum ſpiſſa, jam perdita membra reponit.



de ulceribus, etiam ſi caoethe ſint (quae tardiſſime ad cicatricem perveniunt) legendumque, *Ulceribus & redivivis.* Codex, *& reduviae.* at hic de *reduviis* ſive *reluviis*, vel *ſubluviis* (ut habet Marcellus) tractari non videtur. CONSTANT. *Vulneribus ex r. d. curandis*, retinet exaratus avitus, ita plerique veterum librorum: in uno, quod ſciam, Pithoeano: VULNERIBUS ET RUDUBIAE CURANDIS, unde conjicit ille ſcriptum: VULNERIBUS ET REDUVIAE. nihil hic de reduviis: nec placet ejus vocis expoſitio, quam ille fingit libro 1. cap. 19. Adverſ. KEUCH. *Vulneribus & rei dubiae curandis* Leid. Ed. Vet. Humelb. Ald. *& crudubie curandis* Venet. *vulneribus etiam dubie curandis* Caeſar. *vulneribus curandis* Pictor. *& reduvia* volebat Scaliger.

1087. ULLA CICATRIX.] Epidermis. PICTOR. Imitatur noſter Prudentium lib. 1. contra Symm. vſ. 16.

*Vir ſolus cui cura fuit, ne publica morum*
*Plaga, cicatricem, ſumma leviter cute clauſam,*
*Duceret*, &c.

Producit Barthius hunc quoque Prudentii locum ad ſimilem fere Claudiani 11. in Eutrop. 15. BURM.

1088. POLLET,] *Pellet* Reg. Lipſ.

1089. SINUS UT] *Sinus & coaleſcere poſcit* Venet Lipſ.

1090. MARRUBIUM SI TU RECOQUAS, ILLOQUE LIQUORE] *Marrubium* id eſt praſſium: *Andorn.* PICTOR. *Si melle coquas* Plin. XX. cap. 22. CONST. Libri nonnulli: *Marrubium ſi thure coquas.* alii meliores: *Marrubium ſi melle coquas.* Dioſcor. III. 119. τὰ δὲ φύλλα καταπλασσόμενα σὺν μέλιτι ῥυπαρὰ ἕλκη ἀνακαθαίρει. KEUCH. *Si thure coquas* Paderb. Leid. Ed. Vet. Humelb. *ſi tu coquas* Reg.

1091. HIRUNDINIS ALTAE] In altum aedificantis. PICTOR. *Atrae* Leid. Ed. Vet. Humelb. *alte inducas* Ald. Lipſ. mox *leporis vel ſi aſpera coagula vino* Venet. Lipſ. ſaltem *aſpra* dediſſent. *leporiſque coagula & aſpera vina* Paderb. deinde, *aut ſemen* Leid.

1095. LUMBRICI TERRAE POTERUNT CONDUCERE VULNUS,] Alii, *obducere vulnus.* KEUCH. Ita Conſtantini margo. *conducere* verum eſt. vid. ſupr. ad cap. XLIV.

1096. AUT FACILIS LAPATHI COMA LATIOR ULCERA PURGAT,] De Lapatho dictum eſt, & plura habentur in Macro, quem Scholiis illuſtravimus. PICTOR. In avito & Gryphiano: *cumulatio vulnera purgat.* KEUCHEN. *Cumulatior ulcera purgat* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. *cumulatio vulnera purgat* Venet Lipſ. Humelb. & aliae. *labati* Lipſ. Ἱππολάπαθον Scal.

1097. ET COMMIXTUS] *Et* deeſt Reg. *aut c. adeps ullo ſed non ſale* Leid. Ed. Vet. *ſed non ullo* Conſt. margo.

1099. CUM SPISSA,] *Conſpiſſa* Reg.

# CAPUT LXIV.

*Verrucis Tollendis.*

Interdum exiſtit turpi verruca papilla.
Hinc quondam Fabio verum cognomen adhaeſit,
Qui ſolus patriae cunctando reſtituit rem.
Id poterit vitium ſanguis curare lacertae,
Aut urina canis cum terra inducta madenti.
Aut herbae ſucus, quae fertur nomine lathyr,
Et tithymallus item tali ſatis apta medelae.
Si rupta immenſos fundit verruca cruores,
Purpureo triti cineres de vellere proſunt,
Quod fuerit vero conchyli ſanguine tinctum.



1101. HINC QUONDAM FABIO VERUM COGNOMEN ADHAESIT, ] Fabium cunctatorem intelligit. PICTOR. Fabii Verrucoſi meminit Plin. lib. XXXIV. cap. 7. & Cicero de Clar. Orat. Q. Maximi Verrucoſi. CONSTANT. A verruca in labris. Auctor de viris illuſtribus: *Q. Fabius Maximus, cunctator, ut verrucoſus à verruca in labiis, ita ovicula à clementia morum.* recte Schottus ex manuſcr. emendavit: *Q. Fab. Maximus, cunctator, verrucoſus a verruca in labris ſita, ovicula a clementia morum.* Plinio eſt Fabius Verrucoſus; in veteri inſcriptione: Q. FABIUS. MAXU. VERYCOSUS. KEUCH. Hic verſus praeponitur praecedenti in Leid. *Hic quondam* Reg. *Huic* Venet.

1102. QUI SOLUS ] Citatur & hic verſus apud Ciceronem in Catone Majore, in hunc modum ex Ennianis ſcriptis: item apud Maronem VI. Aeneid.

*Unus, qui nobis cunctando reſtituit rem.*

Ambobus ſuffragatur Plinius lib. XXII. cap. 5. PICTOR.

1104. AUT URINA CANIS CUM TERRA INDUCTA MADENTI. ] Marcellus cap. XIX. *Verrucarum genera omnia fimi canini exuſti cinis curat impoſitus: urina quoque canis cum ſuo recenti luto inlita plurimum prodeſt.* KEUCH.

1105. AUT HERBAE SUCCUS, QUAE FERTUR NOMINE LATHYR; ] *Lathyr* mihi quidem legendum omnino videtur, ut ſit, tamen *Lathyr* dictum pro *Lathyris* per apocopen, de cujus herbae medicina Dioſcorides: *ſuccus*, inquit, *ejus modo, quo de Tithymallo, excipitur ad eoſdem effectus.* Caeterum de ſucco Tithymalli, ſive de lacte, qui eſt ejus ſuccus, ita idem Dioſcorides ait, *formicas verrucaſque ſanat.* CAESAR. Herbam lactucae foliis; Plin. ſcribit lib. XXVII. cap. 11. PICTOR. *Succus, Lathyris quae nomine fertur.* CONST. Male *lichen*, in ora quorundam librorum. *lathyr* pro *lathyris*, vox decurtata eſt, ut aliae apud Serenum. λαθυρὶς verum nomen eſt, alii τιθύμαλον appellant. ἄιρει μυρμηκίας (id eſt, verrucas minores congeſtas) καὶ ἀκροχορδόνας, καὶ θύμους, λειχῆνας, ἐπιχεόμενος. Vide Dioſcorid. IV. 165. KEUCH. *Lether* Paderb. Leid. Reg. Ed. Vet. *lecther* Venet. Lipſ. *lichen* Ald. *lathris* Pictor.

1106. EST TITHYMALLUS ] *Et Tith.* Paderb.

1107. IMMENSOS ] *Inverſos* Leid. Ed. Vet.

1107. FUNDIT VERRUCA ] Ut θύμος, vel θύμιον. CONST.

1108. PURPUREO TRITI ] De purpura. PICTOR. *Purporeo* Reg.

1109. VERO CONCHYLI ] De murice.

# CAPUT LXV.

*Haemorrhoidibus Medendis.*

Excruciant turpes anum ſi forte papillae,
Agreſtis prodeſt radix ſuperaddita porri,
Ne violet ſannm, juglandis fragmine clauſa.
Sal niveum ſumes, Beticum quod nomine dicunt,
Dulcia cumque nigra junges fuligine mella,
Adponeſque ſuper: pellit medicina dolorem.

PICTOR. *Vero* deeſt, & *concili* habet Reg.

1109. QUOD FUERIT VERO CONCHYLI SANGUINE TINCTUM.] *Conchylis ſanguine*, liber avitus: ſupra cap. XLIII. idem notavimus. KEUCHEN.

1110. PAPILLAE] Id eſt condylomata. PICTOR. *Pupillae* Reg.

1111. AGRESTIS RADIX PORRI,] Porrum agreſte ἀμπελόπρασον, de quo & Plin. CONSTANT. *Radix* deeſt Venet. *radix prodeſt* Caeſ. Pictor. Lipſ. *ſuper addita* Leid. Ed. Vet. Ald. & marg. Conſtant.

1112. NI VIOLET, SANAT JUGLANDIS FRAGMINE CLAUSA.] Juglandis putamine corticiſque ſucco ſanantur haemorrhoides caecae, ſed violentum eſt remedium. lege.

*Ni violent, ſanant juglandis fragmina clauſas.*

CONST. De margine quorundam:

*Ni violent, ſanant juglandis fragmina clauſas.*

Nihil mutandum. KEUCH. *Ne violet ſanum juglandis fragmine clauſa*, Leid. Ed. Vet. Humelb. & Reg. niſi quod *ſana*..

*Ne violet, ſana, in juglandis fragmine clauſum.*

Ald. ex his Morgagn. pag. 113. duabus diverſis lectionibus conficiebat.

*Ne violet ſana, in juglandis fragmine clauſa.* BURM.

1113. SAL NIVEUM SUMES, BETICUM QUOD NOMINE DICUNT,] Autoritas in metro. Martialis XII. 66.

*An Beticarum pondus acre lanarum.*

KEUCHEN. *Sed niveum ſ. B. quem n. d.* Leid. *Sal n. ſ. B. quem* Reg. Ed. Vet. Humelb. Ald. *bericum quem* Lipſ. peccat certe in metrum noſter. nam *Baetis* dicitur prima longa, & ita ſemper Martial. ut VI. 38. VI. 71. & alibi. an, *quod Baetis nomine*? BURM.

1113. BETICUM] Ego ſal nitri intelligo, ut *Sal Bethicum* in lingua Germana vocabulum ſit corruptum, *Salbeter*. PICTOR. Sal Baeticum apud Plin. lib. XXXI. cap. 7. cap. 7. CONSTANT.

1115. ADPONESQUE] *Apponiſque* Lipſ.

*Quae*

*Quae ſequuntur, ex Aldino codice ſumpta, indigna ſunt Sereno, & pro ſpuriis habenda.*

# PARALYSI DEPELLENDAE.

*Prima die ita agendum.*

Hunc quicumque cupis citius depellere morbum,
Protinus antidotum ſtudio tu perfice mirum:
Scilicet ut valeas languenti ferre medelam,
Caſtoreas ſiliquas bis ſex perquirere cura,
Triſtis item digitis lympham metire duobus:
Denique tunc capies phialam, quae juſtior exſtat,
Aut equidem flammas: ſed prunas ſubjice ſollers:
Proderit interea tepidum petentibus illud:
Jejunis ſed enim potius praebere memento.

*Secunda ita medendum eſt.*

Quumque ſecunda dies orbi pervenerit omni,
Haud aliis rebus prudens adjungere cures.
Caſtoris atque nomen ſiliquas adpendito ſtatim,
Atque duos ſemis digitos metire memento
In calice atque probo lympham miſcere duobus,
Qui patitur, tepidum languens hinc ſorbeat ipſe.

1. Hunc] Addiderunt Gryphius, Conſtantinus, & deinde alii haec ſuis editionibus. ſed alterius auctoris eſſe ſatis diverſitas ſtyli prodit, & ſcabritudo.

6. Justior] Id eſt menſurae legitimae vid. ad Samonic. cap. xix. & xxxix.

7. Aut] Forte, *haud*.

8. Petentibus] Lege, *potantibus*.

11. Haud] Forte *hoc*, ut *tepidum illud* modo dixerat.

12. Nomen] Puto *novem*, ut & verſ. 28. & in *ſtatim* Lex Pedia temeratur.

*Tertia die ita curandum eſt.*

Gratior atque dies ternus quum venerit imo,
Rurſus in aegroto conſtanter fer medicamen,
Caſtoreas ſiliquas iterum quae pondere ſint ſex:
Hinc etenim binos digitos metire memento
De lympha liquida: ſed enim ſubjungere cura
Et ſimili debes tepidum praebere modo tunc.

Ita peragendum eſt a quarta die uſque ad ſextam, & à ſeptima uſque ad nonam, à decima uſque ad duodecimam, & mirifice prodeſt.

*Quid Quarta die & Reliquis peragendum ſit.*

Quartus & ille dies conſentit: necne priori
Quintus, & eſt ſimili percellens namque ſecundo,
Sextus: itemque ſimul concordat denique terno:
Septimus uſque nonum percurritur ordine primo:
Sic decimas currens conſcenditur ad duodenum.

MAR.

Digitized by Google

# MARCELLI V. L. EX MAGISTRO OFFICIORUM THEODOSII SENIORIS, IMPERATORIS

## DE

# MEDICINA.

## CARMEN.

Quod natum Phoebus docuit, quod Chiron Achillem,
Quod didicere olim Podalirius atque Machaon
A genitore ſuo, qui quondam verſus in anguem,
Templa Palatinae ſubiit ſublimia Romae:

Quod

MARCELLUS ] Huic adſcribendum carmen hoc, non Vindiciano, dicit Keuchenius ad Samonici prooemium vſ. 7. & Barthius ad Statii Theb. IV. 725. ſed tamen ipſe ſaepe citat alibi ſub Vindiciani nomine. Conſtantino vero viſa eſt eſſe peroratio Sereni, & finis Poëmatis. ſed longe caſtior, & modorum obſervantior Serenus hoc Poëtaſtro. alii Marcelli Empirici poëma, quo libros ſuos de medicamentis clauſit. vid. Fabricium de Plagiariis no. LX. & praecipue Barth. adverſ. L. 6. ubi hoc carmen ſub Vindiciani nomine illuſtrat. addit vero, cum Scribonio Largo a Ruellio editum, quod ego in Baſileenſi 1529. non reperi. idem ad Claudiani Epithal. Palladii in fine, quaedam ſe reperiſſe in Schedis, narrat, quae ad Marcellum pertinebant, ſed ea non promit. *Vindiciano*, qui Senioris Theodoſii tempore vixit, tribuit Borrichius in lingua Pharmacop. BURM.

MARCELLI ] Emenda, *Marcelli V. I. ex magiſtro Theodoſii A. carmen de medicina.* PITHOEUS.

1. NATUM ] Aeſculapium, quem per Phoebigenam intelligere Samonicum vidimus cap. XII. & XX. BURM.

1. CHIRON ] Graecis eſt ω, quare hic, ut ſaepe, peccat in metrum auctor, licet quosdam inter recentiores huic errori adfines producere liceret. vid. Maſerii notas ad Valer. Flac. III. 198 ſed veteres religioſiores fuere. Ovid. VIII. Met. 307. *Nec Telamon aberat.* ubi naſutuli librarii *deerat* repoſuere. I. Art. 17.

*Aeacidae Chiron, ego ſum praeceptor amoris.* & ita ſemper. vide Servium ad Virgil. I. 100. ubi *Sarpedon* ultima producta. Barthius ad Claudiani III. Conſul. Honorii 64. & ad Pap. Stat. II. Achill. 445. legebat, *Chiron quod Achillem.* BURM.

3. ANGUEM, ] *Anguen* Ed. Conſtantini & Tornaeſ.

Quod Cous docuit ſenior, quodque Abdera ſuaſit,
Quod logos, aut methodos, ſimplexque empirica pangit,
Hoc liber iſte tenet, diverſo è dogmate ſumtum.
Namque ſalutiferas diſponit pagina curas.
Iſtic reperies per nomina, perque medelas,
Deſcriptas ſpecies, & pondera menſurarum
Congrua, quae ſapiens ſumes moderamine certo.
Ne fallare vide, neu quae ſunt parta ſaluti,
Vertat in exitium non ſollers cura medentis.
Sume igitur medicos pro tempore, proque labore,
Aetatisque habitu, ſumma ratione paratos;
Gramine ſeu malis aegro praeſtare medelam,
Carmine ſeu potius: namque eſt res certa ſaluti
Carmen, ab occultis tribuens miracula verbis.
Quae curis hominum phyſicorum inventa pararint,

Quae-

4. TEMPLA] Vid. ad Samonici prooemium vſ. 7.

5. ABDERA] Peccat in metrum: Graecis enim Ἄβδηρα. Mart. x. Epig. 25.
*Abderitanae pectora plebis habes.*
Sed ſic ſolent poſterioris aevi Poëtae: vid. ad Samonic. cap. VII. BURM.

6. PANGIT,] Malim *pandit*. vid. ad initium Nemeſiani Cyneget. IDEM.

7. DIVERSO E DOGMATE] Pro dogmatibus inter ſe ſaepe contrariis. *diverſus* enim centies eſt contrarius. ſic *diverſa ſententia* Quinctil. III. de Inſt. Orat. 6. & ita pro oppoſita, *diverſa auris*, apud Samon. cap. II. ubi vide. IDEM.

8. CURAS.] Vid. ad Samonic. cap. II.

10. MENSURARUM] Neſcio, quis umquam *menſurarum pondera* dixerit. forte, *pondera, menſuraſque*. BURM.

11. SAPIENS] Conſtantinus edidit *ſaepius*. Barthius eaſcam lectionem eſſe adfirmat, *ſaepe accipies*. tandem tamen Pithoeanam lectionem *ſapiens* probat. *quae ſi plus* in codice Caſauboni erat notatum. IDEM.

14. MEDICOS] Hoc non ſatis capio. an aegrum adloquitur, monens, ut medicos advocet? ſed quinam ſunt iſti *medici ſumma ratione parati: paratos* dici poſſe ſatis ſcio, qui expediti, promti ſubvenire poſſunt; ſed mox ſequentia illa, *ſeu malis*, ad medicum referri, non aegrotum debent: quare haec non ſatis cohaerere puto, niſi legatur, oratione ad medicum univerſa continuata,
*Sume igitur medicos, pro tempore, proque labore,*
*Aetatiſque habitu, ſucos ratione paratos.*
*medici ſuci* ſunt potiones, quas parat pro tempore, labore, (id eſt morbo) & habitu aetatis aegroti. *ratione* vero abſolute poſitum ſufficit. vid. ad Calpurn. v. Ecl. 96. Conſtantinus edidit *paratus*, ut ſint *medici paratus*, medicamina, quod & Barthius profert, & poterat tolerari: etſi hac voce potius de ornamentis, aut epulis utantur. BURM.

16. GRAMINE] *Gramina* Pithoeum edidiſſe dicit, & rejicit Barthius. ſed *gramine* ego lego in Catalectis Pithoeanis An. 1590. ſed in Genevenſi editione Anni 1506. depravarunt in *gramina:* quod ſi placet, debet & *carmina* in ſequenti verſu legi, hac conſtructione, ſive mavis gramina praeſtare medelam aegro, ſeu carmina: ſed praeſtat *gramine*. & ſemper principes editiones eſſe conſulendas jam antea monui. BURM.

18 TRIBUENS] Vetus codex Barthii, *edens*. an, *namque eſt res certa ſaluti Carmen, & occultis addens miracula verbis.* BURM.

19. PARARINT,] Scribe *pararunt*. PITHOEUS, *Curis* eſt curationibus, medelis

Quaeque ſuis natura bonis terraque marique
Edidit, illa ſuis altrix ſimul, atque creatrix
Foetibus omnigenis, quos parturit. ergo ſalubres
Suggerit impenſas ponto & tellure creatas,
Angue, fera, pecude, & fruge, alite, murice, piſce,
Lacte, mero, pomis, lymphis, ſale, melle, & olivo,
Sucis, unguinibus, taedis, pice, ſulphure, cera,
Polline, farre, fabis, lino, ſcobe, vellere, cornu,
Baccis, & balanis, lignis, carbone, favilla;
Floribus, & variis herbis, holere atque metallis,
Sandice, & creta, pſimmyto, pumice, gypſo,
Cadmia, chalciti, chalcantho, chalco, & aduſto,
Caſſitero molli, lepide Cypria, atque atramento.

Pro-

lis vid. ad Samonic. cap. II.

20. QUAEQUE] *Quotque* & *terraeque* Cod. Barthii. & ita edidit Conſtantinus.

20. SUIS NATURA BONIS] Id eſt quae ſponte edidit, non induſtria & cultu hominum coacta; ita *naturae* & *naturale bonum* etiam in hominibus. vid. ad Petron. cap. LXXV. Conſtantini Editio diſtinguebat, *Edidit illa ſuis, altrix ſimul, atque creatrix:* certe ſuſpecta eſt repetitio illa τῦ *ſuis*. BURM.

22. PARTURIT.] Id eſt parit, Columella lib. 10.

*Atque habilis natura ſoli, quae gramine laeto*
*Parturit.*

BART.

23. IMPENSAS] Id eſt, res in victum & medicinam utiles. IDEM.

24. ET FRUGE,] *Pecude*, *fruge*, legendum hoc verſu, qui cum iis, qui ipſum ſequuntur, ſummo & ſingulari artificio, omnem proventum copiamque victui aptam extulit, & comprehendit. vulgo inepte, *pecude & fruge*, quae vocula enervat omnem elegantiam. Et alioquin duae iſtae literae ſyllabam norunt reddere extenſiorem. Ut apud Auſonium Idyllio XII.

*Aut de frunde loquens cur dicit populea frons.*

BART. Talia jam a Barthio notata vidimus ad Nemeſian. Ecl. III. 69. & alibi. ſed ſi ſine codicibus ejicere liceat talia, cur non in ſequentibus verbis idem tentat? ut vſ. 30. *Sandice*, *creta*. ubi ante *cr* etiam *ce* produci poterit: & in rebus ſingularibus enumerandis Poëta pro arbitrio copulas omittit, vel addit, etiam ſaepe geminat, ut vſ. 36. & 37. & 39. ter copulam habet uno in verſu. ſequamur ergo codices. BURM.

27. LINO, SCOBE,] Ita editum ab laudatiſſimo Pithoeo. Scriptus codex, *farre-ſcobis*. quod tamen nullius pretii eſt prae illo altero, quod optime etiam Tornaeſii editiones agnoſcunt. BART.

30. SANDICE, ET CRETA] *Sandice cum creta* vetus liber. IDEM. Ita Conſtantinus edidit, ſed ſi corripienda eſt ſyllaba, ſcribendum foret *Sandyce*. Propert. II. XIX. 8.

*Illaque plebejo vel ſit ſandicis amictu.*

Et hinc patet doctrina & ſollertia ſingularis editoris Gratii, qui in Cyneg. v. 86. nos plane contrarium docet, & calcat omnes leges metricas. vide, quae ibi notavimus. BURM.

31. CADMIA, CHALCITI &c.] In veteri libro ſic iſta concepta viſuntur.

*Cadmia, calcilide, chalcantho, calce, camino,*
*Caſſitero molli, lepido cypro, atque atramento.*

Ego vocem *atque* nequaquam ab auctore eſſe exiſtimo; ſed ab aliquo, qui verſum fulcire volens corruperit univerſum. BART. *Chalcitide*, *cumino* & *cupro* Conſtantinus. in *Cadmia* corripit mediam, quae produci debet, nam Graecis Καδμεία. vid. Borrich. in lingua Pharmac. BURM.

32.

Prome etiam, ſeu tunde prius, ſeu contere gyro
Quod viride hortus habet, vel quod carnaria ſiccum,
Allia, ſerpyllumque herbas, thymbramque ſalubrem,
Braſſicaque & raphanos, ac longis intyba fibris,
Et mentam, & ſinapi, coriandrum, prototomumque,
Erucam, atque apium, malvam, betamque ſalubrem,
Rutamque & naſturcum, & amara abſinthia miſce,
Pulciumque potens, nec non & lene cyminum.
Palmula nec deſint Idumes, nec pruna Damaſci:
Quae cum multiplici contriveris orbe terendo
In patinis excocta dabis, aut grandibus ollis

Pal-

32. Lepide Cypria] Scrib. Larg. Comp. cxxxiii. *Squama aeris, quam* λεπίδα *Graeci vocant:* ubi vid. Rhodii notas, & Foeſii Oeconom. Hippoc. in λεπίς. ſed hic iterum offendit Poëta in modorum legem, niſi ſi caeſurae beneficio ultima in *lepide* producatur. BURM.

34. Carnaria] Sunt loca, ubi ſiccabantur carnes in uſum domeſticum. Fumo autem durabantur, & ſiccabantur tales trunci carnium. Septimius in Moreto vſ. lvi. ſale etiam ſparſos docet:

*Non illi ſuſpenſa focum carnaria juxta*
*Durati ſale terga ſuis, truncique vacabant.*

Juxta focum videlicet ad fumum combibendum. Furcis autem ſuſpendebantur tales. Petronius Satyrico xcv. *Alius veru extis ſtridentibus plenum in oculos ejus intentat, alius furca de carnario rapta, ſtatum proeliantis componit.* Suilla quo modo fumo in carnario debeat ſiccari, de qua ſermo eſt Septimio Sereno, habes apud Columellam lib. xii. cap. 53. BART. De carnariis vide ad Petronium xlv. ſed hic agit de herbis ſiccandis in apothecis, quas vel *carnaria* ob ſimilitudinem uſus vocat, vel quia ſaepe in iiſdem repoſitoriis diverſa ponebantur, ut ita fabam de carnario defert anus apud Petron. cap. cxxxv. unde ſimul cum carnibus alia ibi repoſita diſcimus. furca vero illa ſimilis fuſcinae videtur fuiſſe: ita enim Gloſſae in auctuario Almelovenii poſt Iſidori Gloſſas. (quod deſcriptum ex Grotii notis ad Mart. Capell. pag. ult. licet Cl. Graevius ad Iſidorum voce *creagas* ex Papia proferat) *Creagae fuſcinae, ad carnes de caldariis proferendis*, ubi malim, de *carnariis*: Caſaubonus notabat in ora codicis, *carnaria* eſſe vocem recentem. an in ſingulari cepit? ut *hortus*, & *carnaria, ae*, τὸ *habet* conveniant. contra mox *braſſica* dixit quaſi a *braſſico*, cum *braſſicam* dicant alii. & verſ. 40. videtur etiam *palmula* pro *palmulae* dixiſſe. ſed jure ſuo ſaepe barbarizat. BURM.

37. Sinapi] Et hic peccat in metrum: σίναπι Graecis. forte ſcripſerit, *mentam & ſinapi*, &c. nam hic potius abjicienda erat particula. BURM.

39. Rutamque &c.] Vetus liber ſic habebat,

*Rutas & naſturtia, amara abſinthia miſce,*
*Puleginmque potens, nec non & vile cuminum*
*Palmula nec deſint Dymes, nec poma Damaſci*

*Idymaeum*, quidem altera ſyllaba extenſa, dicit infra vſ. 66. Extundat hinc quiſque, quod volet, nobis nunc in conſilium de apicibus ſingulis ire non videtur conſultum. ſatis moleſtiarum alioquin nobis parit, iſtas quisquilias tacita diligentia enotare. BART. *Rutam & naſturtium*, Conſtantius. *rutamque, abſturcum &*, Keuchenius ad Samonic. cap. i. qui & mox, *Palmula nec deſint Idumes nec pruna Damaſci. poma* etiam Conſtantinus. vide ad Samonicum capite xxviii. BURM.

42. Terendo] Heinſ. mallet *rotundis in patinis.*

43. Grandibus ollis] Imitatio Juvena-

Verum adoperta coques, ne fumida jura ſaporem
Corruptum reddant, quae mox faſtidiat aeger.
Adde & aromaticas ſpecies, quas mittit Eous,
Vel quae Judaicis fragrant bene condita capſis,
Tus, coſtum, folium, myrrham, ſtyracem, crocomagma,
Aſpalathum, gallam, elleborum, nigrumque bitumen,
Et nardum, & caſias, & amoma, & cinnama rara,
Balſama, peucedanum, ſpicam, crocum atque bedellam,
Irim, caſtoreum, ſcillamque, opium, panaceam,
Reſinam, lepidum, euforbium, git, atque pyretrum.
Zingiber & calidum, mordax piper, & laſer algens,
Agaricumque, aſarumque potens, aloën, aconitum,
Galbana, ſandaracam, ſamſucum, pſoricum, alumen,
Acaciam, propolimque, & adarchen, cnicon, acanthum,
An-

nalis, apud quem Satyr. xiv. 171.
—— *grandes fumabant pultibus ollae.*
BURM.

44. Adoperta] *Adaperta* Editio Tornaeſii & Conſtantini. dubia lectio, ſi *adoperta*, intelligas, ne contrahant ſaporem ex fumo carbonum vel lignorum, quibus ollae imponuntur. ſi *adaperta*, ut evaporare poſſint jura, & ne vapor ille incluſus corrumpat jura. videant medici. nos certe Apothecarios apertis patinis plerumque potiones medicas coquere videmus. ſemper vero variant codices in his duobus verbis. ut apud Sueton. Aug. LIII. BURM.

47. Judaicis] Pro Orientalibus capit Heinſius ad Claudiani lib. 1. in Eutrop. 357. ſed an non Balſama, quae mox vſ. 51. vel Opobalſamum poſſet intelligi, de quo vid. ad Samonici cap. 1. odores etiam illos ex Arabia & vicinis Orientis regionibus deferri ſolitos in Judaeam poſſimus intelligere, unde mari devehebantur in alias orbis oras. ſic Azotum Palaeſtinae urbem, portum & emporium mercium Arabicarum facit Mela lib. 1. cap. 10. & ita ab *Idumaeis vectum*, dicit mox vſ. 66. *flagrant* etiam Tornaeſius & Conſtantinus ſollemni permutatione. IDEM.

49. Aspalathum &c.] Vetus ſcriptura eſt,

*Aſpalathum, altumque belleborum, nigrumque bitumen.*

Neſcio, utra melior ſit. ſane *nigrum* bitumen dici non puto. puto vero utrumque helleborum; nec tamen Gallae etiam ſit ſupervacua mentio. BART. *Aſphaltum, albumque belleborum*, Torneſii & Conſtantini Editio.

51. Crocum] Legendum *crocon*. ut apud Ovid. iv. Met. 283.

*Et crocon in parvos verſum cum Smilace flores.*

52. Scillamque] *Scillam* ſimpliciter, demta particula *que* vetus Codex. BART. Ita Tornaeſ. & Conſtantinus.

53. Euforbium] *Euforbum* V. C. Barthii *Euphorbum* Tornaeſ. & Conſtant. *lepidum* contractum puto pro *Lepidium*; niſi ſit vox corrupta.

54. Algens] *Albens* Tornaeſii & Conſtantini Ed.

55. Agaricumque,] *Agaricum* Torn & Conſt. *aloënque* etiam citat Borrichius in lingua Pharmacop. in *aſarum*.

56. Psoricum] *Pzozon* Codex Barthii. *ſporon* Tornaeſ. & Conſtant. Edit.

57. Propolimque] Scripta lectio *Acaciam, propolem, adarchen, cicnon, acantum.* BART. *Propolen* & *cicnon* Torn. & Conſtantin. *propolin* Borrichius in lingua Pharm. in *acacia*, cujus vocis primam licentius producere docet. *adarcen* idem.

Andrachnen, acoronque, opopanaca, pompholygemque,
Cyperum, ladanum, ſagapenonque, & tragacanthum,
Scammoniam, cypen, malabathron, ammoniacon.
Denique reperies iſtic quod lucis in ortu,
Indus, Arabs, Seres, Perſis, diveſque Sabaeus,
Vicino ſub ſole legunt, quod praebet Orontes,
Eximium ignoto mittit quod Nilus ab ortu,
Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virga,
Quodque ab Idumaeis vectum ſeplaſia vendunt,
Et quidquid confert medicis Lagaea cataplus.
Haec quicumque leges, poteris diſcernere tecum,
Agnoſcenda magis, ſive exercenda rearis;
Quiſque tamen noſtrum hoc ſtudium dignabere, quaeſo

Prae-

58. ACORONQUE] Vetus liber. *acorumque*. BART. *Acorum, opopanaca* Tornaeſ. & Conſtant.

58 OPOPANACA,] Penultima eſſet producenda, nam *panax, panăcis*. vid. Borrich. in lingua Pharmacop. BURM.

59. CYPERUM] Hi verſus ita legendi.

*Cyperum, Ladanum ſagapenumque, & tragacbantum,*
*Scammoniam, cyperon, malabathron & ammoniacon.*

SALMAS. Exerc. Plin. p. 703. *Sagapenon & tragacanthum, Scammoniam, caepam, malabathron, ammoniacum*, Torneſ. Conſtant. *Scammoniam, cepen* vetus ſcriptura codicis Barthiani. Salmaſius *Cyperon* legendo bis eandem vocem repetit, & diverſis ſyllabarum modis.

62. PERSIS,] Legendum *Perſes*, credo.

66. IDUMAEUS] Scriptura priſca, *Quodque ab Edymis vectum*. putem, aliud aliquid a vulgato hic deliteſcere. BART. Ita Conſt. *Elymis* Torn.

66. SEPLASIA VENDUNT,] An *vendit*? An plurali numero utitur, quia ſeplaſia multos dat ſeplaſiarios, hic ſubintelligendos? vel cum *ſeplaſium* fuerit Capuae locus, ubi ſeplaſiarii habitabant, inde *ſeplaſia* in genere dixit: ſeplaſiarii vero ſunt, qui ſpecies aromaticas vendunt. vid. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 739. & ad Lamprid. Elagab. cap. 30. ubi & unguentarios hoc nomine appellatos docet. vide & ad Petron. cap. LXXIV. BURM.

67. LALAGEA] Lege *Lagaea*. SALM. In Solin. pag. 443. Cataplus eſt appulſus navium, claſſis onerariarum navium, quae varias opes aliarum provinciarum Romam advehebat, quae ordinaria erat, veniebat ſtato tempore ex Aegypto Oſtiam, portum urbi proximum. Martialis XII Epig. 75.

*Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus,*
*Accipe de circo pocula Flaminio.*

appulſum claſſis pro ipſa claſſe dixerunt, voce plebis ex uſu in ſcriptorum etiam devecta. Mirum vero, quam viri docti in hujus expoſitione caecutiverint, qui collatis horum duorum ſcriptorum locis nulla ratione poterunt dubitare. BART. Vide Caſaubonum ad Suetonii Aug. XCVIII.

68. DISCERNERE] Malim *decernere*, id eſt judicare, ſtatuere, utrum ſint agnoſcenda, an excernenda: facile perſuadebitur lector, ita legendum, ubi de confuſione, & diverſitate ſignificationis horum verborum legerit ſummum Gronovium diſputantem lib. III. Obſerv. cap. 13. BURM.

69. SIVE EXERCENDA] Non differre puto multum ab *agnoſcenda*: qui agnoſcit enim & probat medicamina, ille etiam re poſtulante exercet. Sed hic requiritur verbum, quod contrarium notet τῷ *agnoſcenda*. ſenſus enim debet eſſe, lector, poteris tecum decernere, an ſint probanda, an rejicienda, huncque videbis, ſi legas; *Agnoſcenda magis, ſive excernenda rearis. ſeu exercenda* Tornaeſ. & Conſtant. BURM.

70.

Praeſtes judicium purum, mentemque benignam.
Sic tua perpetuo vegetentur membra vigore,
Et peragas placidam per multa decennia vitam.
Sic non incuſes validam placitamque ſenectam.
Nec tibi ſit medicis opus unquam, nec tibi caſus
Aut morbus pariant ullum quandoque dolorem:
Sed procul à curis & ſano corpore vivas,
Quotque hic ſunt verſus, tot agant tua tempora Janos.

70. QUISQUE ] *Quisquis* Tornaeſius, quod nulla verſus ratione inita exhibuit etiam Conſtantinus. *Quiſque* vero pro *quicumque*. vid. ad Rutil. I. 276. debuiſſent certe, ſi antiqui Codicis corruptionem emendare voluiſſent, corrigere, *Quisquis at hoc noſtrum*. BURM.

73. DECENNIA ] Seculis numerabant antiqui longa ſpatia aetatis, quod decenniis facit Vindicianus. *Seculum* autem pariter aliquando *decennium* indicabat, ſi ſatis lectionis memini, aliquando tricennium, de quibus alibi. BART. An non ad vota decennalia reſpexiſſe potius credendum eſt? BURM.

74 SIC NON INCUSES VALIDAM PLACITAMQUE SENECTAM. ] Melius leges, puto, cum libro ſcripto, *placidamque*. Quod ſane pro re eſt melius. Nec obſtat jam eadem voce uſum, cum non ſit tantae curae, alioquin tamen non ineruditum carmen, ut modo etiam diximus. BART. *Sic non incuſet v. placidamque* Tornaeſ. & Conſtant. *placitam* Pithoeus edidit. non male, quia omnes fere homines optant ſenectam, deinde incuſant. vide ad Nemeſiani Ecl. I. 43. ubi *cunctis ſperata ſenectus*, ex conjectura legendum credidimus. ſed tamen ex priori verſu hanc vocem irrepſiſſe credam pro alia, quam conjectura aſſequi difficile putem. BURM.

78. TOT AGANT TUA TEMPORA JANOS.] Vita longa pro felicitate vovetur, quot hic verſus ſunt. Cum centum verſibus conſtet id doctiſſimi Poëtae Idyllium. BART. Ego modo octo & ſeptuaginta numero.

# Q. RHEMNII FANNII PALAEMONIS DE PONDERIBUS ET MENSURIS LIBER.

Pondera Paeoniis veterum memorata libellis
Noſſe juvat: pondus rebus natura locavit
Corporeis: elementa ſuum regit omnia pondus.
Pondere terra manet: vacuus quoque ponderis aether

In-

Q. Rhemnii fannii &c.] Sunt, qui hujus opuſculi Priſcianum auctorem eſſe putent. ſed reclamat eruditorum magna pars. CAESARIUS. *Remum Favinum* appellant hujus imperfecti poëmatis auctorem vetuſta exemplaria; ſed corrupta nomina exiſtimantes Politianus, Lilius Ferrarienſis, & alii quidam, *Rhemnium Fannium Palaemonem* pro *Remo Favino* appellaverunt. Proſtitit autem aliquamdiu ſine titulo inter Priſciani ſcripta carmen hoc: unde ejusdem Priſciani opus eſſe multi putaverunt. VINETUS. Alii *Remi Favini*. CONST: Et ita Hotomannus ſecutus Vinetum Titulum edidit, *Remi Favini, ſive, ut quidam volunt, Rhemnii Fannii Palaemonis carmen de Ponderibus & menſuris*. In codice Thuan. erat, *incipiunt verſus Priſciani de Ponderibus*. in Codic. Reginae Sueciae, *Priſciani liber de ponderibus & menſuris, ex opere Rufini vel Faviani*. in S. Germani Codice nulla erat inſcriptio. BURMANN.

1. Paeoniis libellis] Id eſt a medicis conſcriptis, unde Paeoniae artes & ſimilia obvia. *Paeonis* Cod. S. Germani.

4. Manet] Id eſt firma & immota ſubſiſtit. CAESAR. Reſpicit illa Ovid. 1. Met. 13.

*Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus*
*Ponderibus librata ſuis.*

ubi

Digitized by Google

Indefeſſa rapit volventis ſidera mundi.
Ordiar à minimis, poſt haec majora ſequentur.
Nam majus nihil eſt aliud, quam multa minuta.
  Semoboli duplum eſt obolus, quem pondere duplo
Gramma vocant, ſcriplum noſtri dixere priores.
Semina ſex alii ſiliquis latitantia curvis,
Adtribuunt ſcriplo, lentes veraciter octo,
Aut totidem ſpeltas numerant, triſteſve lupinos
Bis duo: ſed ſi par generatim his pondus ineſſet,
Servarent eadem diverſae pondera gentes:
Nunc variant. Etenim cuncta haec non foedere certo
Naturae, ſed lege valent hominumque repertis.
In ſcriplis ternis drachmam, quo pondere doctis

Ar-

ubi vide. poſtquam ergo inſtabilis antea, preſſa gravitate ſua locum accepit, manet pondere ſuo ſtabilis: deinde Caeſar. edidit, *vacuus neque ponderis aether*. in Thuaneo erat, *pondera terra manet*. BURM.

7. MINUTA] *Minora* Cod. Regin.

8. SEMOBOLI] *Semioboli*, vel *ſemi oboli* ſcripti & editi plerique. *Semi obolum* Cod. Regin.

9. SCRIPULUM NOSTRI] Quia primam ſyllabam *ſcripulum* producit, ut in citatis ad Priſcianum de nummis illis tribus locis Martialis, id debet triſyllabum legi in hoc poëmate per eam, quam ſyncopen vocant grammatici. VINET. De *ſcrupulo* accurate agit Agricola in fine libri IV. & dixiſſe veteres *ſcriptulum*, *ſcripulum*, *ſcribulum* & *ſcrupulum* docet: cum vero in *ſcrupulus* prima ſit brevis. & cum a Graeco γράμμα deberet duci *ſcriptum*, maluerunt *ſcriptulum*, quod mox *ſcripulum* vulgus dixit. *ſcrupulum* vero longe quid diverſum eſſe, calculum nempe, docet: quare cenſet vel *ſcriplum* vel *ſcruplum* in verſu eſſe enuntiandum. Rhodius de Ponder. pag. 26. *ſcriptlum* ſcripſiſſe Fannium ait, vel *ſcriplum*, ut edidit Pithoeus & Vinetus, & Conſtant. in margine. v. & Sammon. cap. XLIX. BURM.

10. SEMINA SEX ALII] Georgius Agricola libro de reſtituendis ponderibus & menſuris. VINET.

10. SILIQUIS LATITANTIA] Semina latitantia in ſilquis, hoc eſt gramina ſiliquae, quae ſena ſcrupula ſingula pendent, hoc eſt diobolum. CAESAR. *Latentia* Cod. S. Germ.

11. LENTES] Vide Agricol. de reſtituend. Pond. & Menſ. pag. 237. *lentes vergantur in octo* Thu. Lipſ. & Venet. Cajetani.

13. GENERATIM] *Generandi* Ed. Caeſar. & Venet. & ita citat Agricol. de reſtit. pond. p. 238.

15. ETENIM CUNCTA NON FOEDERE CERTO] Sic habuerunt omnia noſtra exemplaria, ſyllabamque brevem ſic producunt: quum ſic legi poſſit, ſi quis malit: *Etenim non certo foedere cuncta*. Agricola vero Georgius libro de reſtituendis ponderibus & menſuris legit, *etenim non omnia foedere certo*. VINET. Et ita Edit. Caeſar. *etenim nunc foedere coepto* Cod. S. Germ. *etenim nunc foedera coepto* Thuan. ſed a manu ſecunda. Cod. Reg. *etenim cuncta haec non ſedere certo*: ſed a. pr. m. erat *cepto*. *foedus certum* ex Virgilio I. Aeneid. 62. habet. eſt vero lex & perpetuus ordo naturae. vid. ad Val. Flac. I. 213 & II. 357. Ovid. X. Met. 353. *naturae pollue foedus*. *hominum reperta* dixit Lucretii imitatione. BURM.

17. SCRIPLA TRIA DRACHMAM FACIUNT] Sic fuit in antiquo libro, pro, *In ſcripulis ternis drachmarum*. Poteſt autem *a* in *tria* ideo productum videri, quod ſequatur muta cum liquida. VINET. *In ſcrupulis trinis drachmam, quae*. Venet. *drachma eſt, quo pondere* Conſt. marg. *qua pondere* Agricol.



pag.

Argenti facilis ſignatur nummus Athenis.
Holceque à drachma non re, ſed nòmine differt.
Drachmam ſi gemines, aderit, quem dicier audis,
Siciliquus: drachmae ſcripli ſi adjectio fiet,
Sextula quae fertur: nam ſex his uncia conſtat.
Sextula quum dupla eſt, veteres dixere duellam.
Uncia fit drachmis bis quattuor: unde putandum
Grammata dicta, quod haec viginti quattuor in ſe
Uncia habet: tot enim formis vox Graeca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.
Unciaque in libra pars eſt quae menſis in anno.
Haec major Latio libra eſt, gentique togatae:

At-

pag. 105. Si illa lectio *ſcripla tria drachmam faciunt*, quae ſenſum rotundiorem facit, ſit ab auctoris manu, malim primam in *drachmam* corripere, quam *a* in *tria* producere, & legere,

*Scripula trina drachmam faciunt.*

Ut ita in *Cygnus*, *Prognes*, *Tecmeſſa*, & ſimilia paſſim occurrit. vid. ad Ovid. VI. Met. 468. & V. Faſt. 9. & alibi. in Thuan. erat, *in ſcrupulis trinis dragmam, quam &c. ſign. n. aenis.* in Regin. *ſcrupula tria drachmam faciunt, quam p. doctus.*

*Arg. f. ſignatur pondus aenis.*

*dragma* vero ſemper eſt in Cod. Regin. deinde *ſignatur pondus Athenis* Ed. Venet. Lipſ. *ſignatur pondus* Caeſar. Gryph. Tornaeſ. ſed duae hac in marg. *nummus.* ſine dubio rectius: *facilis* enim *nummus* eſt quotidiano in uſu, non *facile argentum.* ita *cibus facilis*, vid. ad Petron. cap. XCIII. ſic *facile pretium* Mart. X. 36. *facilis potus* Samonic. cap. XLVI. & ita ilic ſaepius. BURM.

19. HOLCEQUE] Ὁλκὴ apud Galenum & alios. VINET. *Oleaque* Ed. Venet. Lipſ. *Holce quae a* Cod. S. Germ. de Holce v. Agric. lib. V. pag. 131.

20. ADERIT, QUEM] *Erit is quem* Ed. Pith. *erit quem* Cod. S. Germ. *erit is, q. d. audes* Regin. corrupte Ed. Venet. & Lipſ. *aggerit, quem.*

21. SICILIQUUS:] *Sicilius* Cod Reg. *ſiliquus* Ed. Ven. & Lipſ. deinde, *drachmae ſcriplum ſi adjecero, fiet*, ſcripti Codices & edit. Pith. de ſicilico & ſextula vid. Agricol. lib. IV. p. 98. & ſeq. *ſextola* Cod. Regin.

22. NAM SEX HIS] Sextulis. VINET.

23. DUELLAM] *Duveliam* Cod. Reg.

25. GRAMMATA DICTA] Graeci γράμματα dicunt, quas Latini *literas*, & viginti quatuor habent: quot diei civilis horas numeramus. VINET. *Vox Graeca* ſane legendum conjecto, ut ſit ſingulare poſitum pro plurali, & hic ſenſus ſit. *Vox Graeca*, id eſt *voces Graecae* tot formis *notantur*, id eſt ſcribuntur: tot enim literis Graeci utuntur, nempe quatuor & viginti. CAESAR. *Viginti quatuor* Cod. S. Germ in quo ſequens verſus deſideratur Sed in Edit. Venet. & Lipſ. hic deerat. in codice Regin. poſt verſum 27. relictum ſpatium unius verſus vacuum: praeterea in illo & Thuan. erat. *vox noſtra notatur.* Ut Conſt. in marg. etiam, *vox namque notatur* Venet. & Lipſ. ſed recta eſt vulgata. *formas* vocat literas Alphabeti Graeci diverſas figura & forma numero XXIV. ſic *eburneas literarum formas* Quinctil. I. de Inſt. Orat. I. recte Caeſarius *notatur* explicat, ſcribitur. ita Ovid. IX. 522.

——— *ſcribit, damnatque tabellas,*
*Et notat, & delet.*

ubi vide notas. *Graja vox* eſt tota lingua Graeca, quae XXIV. literis abſolvitur, ut ita *Graja & Latina vox* Ovid. III. Triſt. XII. 39. & V. II. 67. BURM.

28. IN ANNO] *In annum* Cod. Thuan. Ed. Venet. & Lipſ.

29. HAEC MAGNO LATIO] Latina, Italica,

Digitized by Google

Attica nam minor eſt: ter quinque hanc denique drachmis
Et ter vicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, parvo quam nomine Graii
Mnam vocitant, noſtrique minam dixêre priores:
Centum hae ſunt drachmae. quod ſi decerpſeris illis
Quattuor: efficies hanc noſtram denique libram:
Attica quae fiet, ſi quartam dempſeris hinc, Mna.
Cecropium ſupereſt poſt haec docuiſſe talentum,
Sexaginta minas ſeu vis, ſex millia drachmas,

Quod

lica, Romana libra, eſt ex duodecim unciis: quae ſunt drachmae nonaginta ſex. VINET. *Haec magna Latio* S. Germ. & Regin. *haec major Latio* Caeſar. Venet. Hottom. Gryph. & Conſt. & Agricol. pag. 121. quam vocem adripuiſſe credo, quia in ſeq. verſu legebatur, *Attica nam major eſt*, in Edit. Venet. Lipſ. ſed mihi *magno in Latio* placet, ut intelligat totam Italiam, & per *gentem togatam* urbem; hanc libram eſſe urbis Romae & totius Latii, ſub quo Italiam comprehendit, unde toties apud ſcriptores Italicae menſurae & pondera memorantur apud Graecos medicos, ne confunderentur cum Graecis, ut in Amphora & Metrete oſtendit Agricola de Menſ. Graec. p. 48. certe *major* in nullo codice extat. in ſeq. verſu omiſſis illis, *nam minor eſt*, legebatur, *Attica ter quinque faciens hanc d. d.* in Cod. S. Germ. pro *hanc* in Thuan. *hac.* ſed in Regin. vox illa deerat. vide de Libra Attica Agricolam d. l. ubi *libram* improprie hic Atticam dici oſtendit. BURM.

30. Ter quinque hanc] Ter quinque, quindecim, & ter viginti, ſexaginta. Quindecim autem & ſexaginta, ſeptuaginta quinque. VINET.

31. Vicenis] *Vigenis* Thuan. Ed. Venet. Lipſ. Caeſ.

32. Quam] *Quem* Regin. *patrio* Vinet. Conſtant. neſcio, quid praeſtet. *parvo*, id eſt contracto in unam ſyllabam *mnam.* labi vero in his vocibus ſcribas, indicio eſt locus Ovidii xv. Met. 34.

*— patriumque ſimul transferre parabat*
*In ſedes penetrale novas.*

Ubi in Codice Regio legebatur *parvumque:* quaedam editiones hic Graecis formis praeferunt Μνᾶν. BURM.

34. Quod si decerpseris] Ex centum drachmis ſi quatuor drachmas ſubduxeris, reliquae erunt nonaginta ſex drachmae: quae Romana libra eſt. VINET. *Centum erunt drachmae* Cod. S. Germ. *quod ſi deſcripſeris illis* Conſtant. quod neſcio, unde petierit, vel placere potuerit.

35. Quatuor: efficies hanc nostram] *Noſtram* id eſt Romanam, quae nonaginta ſex drachmas continebat, ſicut Attica ſeptuaginta quinque, quemadmodum & id a Leonhardo Portio annotatum eſt. Hinc paullo ſuperius author Romanam majorem, Atticam minorem appellavit libram, quae efficitur (ut hic tradit) ex Mna, ſi quartam partem demſeris, hoc eſt ex centum Drach. CAESAR. Sed vid. Agricol. pag. 120. & Rhod. de Ponderib. pag. 21.

36. Si quartam dempseris hinc,] Id eſt, ſi ex centum drachmis, quae Graja mina eſt, detraxeris quartam partem, quae drachmae ſunt viginti quinque, fiet Attica mna: quam dixit ex ſeptuaginta quinque drachmis conſtare. VINET. *Demſeris enam* Regin. *emnan* Thuan. *ſi quartam indempſeris ennam* S. Germ.

37. Cecropium] Atticum, Athenienſe talentum. VINET. Hoc eſt Atticum a Cecrope Athenienſium rege. CAESAR. *Nunc ſupereſt magnum* Regin. *nam ſup. magnum* S. Germ.

38. Sexaginta minas] Sexaginta minae Grajae ſunt ſex millia drachmarum, poſtquam mina centum drachmas valet. Si quis autem contendat, *a* longum ſemper eſſe in fine

ha-

Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis:
Nam nihil his obolove minus, majusve talento.
  Nunc dicam, ſolidae quae ſit diviſio librae,
Sive aſſis: nam ſic legum dixêre periti:
Ex quo, quod ſoli capimus, perhibemur habere,
Dicimur aut partis domini pro partibus hujus:
Uncia nam librae ſi deeſt, dixêre deuncem:
At ſi ſextantem retrahas, erit ille decuncis:
Sed nullum reliquo nomen ſemuncia certum
Dempta dabit: neque enim eſt hujus ſeſcuncia triplex.
Dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto:
Quumque triens deſit, beſſem dixêre priores.
Iidem ſeptuncem dempto quincunce vocarunt.
Poſt haec ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.
Nam quae dimidium ſuperat, pars eſſe negatur,
Ut docuit tenui ſcribens in pulvere Muſa.

Cae-

horum nominum *triginta*, *quadraginta*, *quinquaginta*, *ſexaginta:* id ut *a* hic quoque producatur, *mnas* pro *minas* legere potes. VINET.

38. Seu vis] *Seu bis* Regin. & S. Germ. *ſeu vix* Ed. Venet. Lipſ. ſed vulgata recta: *ſi vis* enim utimur, cum ſententiae alicujus accedimus; ſi potius numerare velis per drachmas, ſunt ſex millia. illuſtrabimus haec ad Suet. Tiber. LIX. ſoloeciſſat vero hic verſus, non enim dicimus, *ſex millia drachmas*, ſed *drachmarum*, ut poſt ſummi Gronovii ſententiam omnes fatentur, loquendum eſſe, quem vide lib. I. de Pecun. Vet. cap. 9. ſi dixiſſet *ſex millia drachmûm*, pro *drachmarum*, tolerari potuiſſet. BURM.

39. Athenis:] Et hic *aenis* Cod. S. Germ. Reg. & Thuan.

40. Nam nihil his obolo] Budaeus, Porcius, Alciatus, Agricola, de his quaeſierunt diligentius ex Polluce, Galeno, Suida & aliis. VINET. *Majusve talentum* S. Germ. *obolo minus eſt* Venet. Regin.

41. Seu assis] Heinſius legebat, *ſive aſſis*.

42. Nam sic] Aſſem. VINET. *Dixere priores* Thuan.

43. Quod soli] *Quid ſoli* Thuan. marg. Conſt. *coepimus* Regin. *probibemur* Venet. Lipſ. hactenus *ſoli* lectum eſt. ſed legi poteſt, *ſolidi*. BURM.

45. Uncia nam librae si deest,] *Uncia ſi librae deeſt* Reg. S. Germ.

46. Erit ille decuncis] Quo caſu *decuncis*? Pro *decunceis* legitur & *decunces*. VINET. *Deuncis* pro *decunceis*, qui & dextans dicitur, poſitum eſſe videtur. CAES. *Erit illa* Regin. *ac ſi* Thuan. *detrabas* Regin. *decunces* Thuan *decuntes* Venet. Lipſ.

47. Sed nullum reliquo] Semunciam, id eſt dimidium unciae, ſi ex aſſe ſuſtuleris, reſtabunt undecim unciae & ſemis. VINET. *In reliquo* S. Germ. Regin

48. Dempta] *Tenta* Venet. Lipſ. *namque eſt* Regin. & S. Germ. & marg. Conſt. & edit. Vineti, quod refutat Gronov. IV. de Pecun. 17. qui in veteri editione, *neque eſt* reperit: Villalp. *nec enim eſt*. Gron. legit, *quaeque eſt hujus ſeſcuncia triplex. ſemuncia* S. Germ.

50. Bessem] *Biſſem* Regin. *beſſen* Thuan.

51. Quemcunce] *Cineunque* S. Germ. & Regin.

53. Nam quae] *Nam qui* Venet. Lipſ. *quod* Ed. Pith. Vinet.

54. Tenui scribens in pulvere] Geometriae peritus. Sed quis hic? VINET.

Du-

Caetera dicta prius quibus eſt ſemuncia major.

*De Ponderibus & Menſuris Humidorum & Frugum.*

Et de ponderibus ſupereſt pars altera nobis,
Humida metiri ſeu frugum ſemina mavis,
Cujus principio nobis pandetur origo.
Pes longo ſpatio latoque notetur in anglo.
Angulus ut par ſit, quem claudit linea triplex:
Quatuor ex quadris medium cingatur inane.
Amphora fit cubus, quem ne violare liceret,
Sacravêre Jovi Tarpejo in monte Quirites.
Hujus dimidium fert urna. ut & ipſa medimni

Am-

Dubitari poteſt, an hic Muſa medicus ille fuit Auguſti Caeſaris, cujus meminit Celſus uno alteroque loco, & poſt hunc Plinius, & inter Graecos ſcriptores Galenus, an alius quiſpiam. CAESAR. *Scribens e pulvere* Venet. & Lipſ.

56. Et de] *Haec de* ſcripti & Ed. Pith. & marg. Conſt.

58. Pandetur] *Pandatur* S. Germ. & Regin. a manu ſecunda.

59. Pes] Hic te non pigeat recurrere, lector candide, ad quintum doctiſſimi Budaei librum de Aſſe & partibus ejus, ut in quo horum verſuum ille luculentam explanationem tradit & breviter, & eleganter. CAESAR.

59. Pes longo spatio latoque notetur in anglo.] Ineptus fuit, qui hoc *in anglo* ſubjecit ad complendum verſum, quem ſic mancum invenerat:

*Pes longo ſpatio latoque notetur.*

Petrus Daniel Aurelianenſis codicem antiquum miſerat: in quo etiam mutilus erat hic verſus, ſicut in omnibus aliis noſtris. De hoc ergo eum rogaveram, ſcripſeramque, ſic potius legi poſſe:

*Pes longo ſpatio latoque notetur & alto:*

Quum reſcripſit, ſe codicem habere ex impreſſorum antiquiſſimis, in quo ſic legeretur:

*Pes longo ſpatio, atque alto latoque notetur.*

VINET. *Longo ſpatio latoque notetur in anglo.* Regin. & S. Germ. qui *angulo.* in Ed. Venet. & Lipſ. relicta lacuna erat, *pes longo ſpacio . . . latoque notetur.* Vineti lectionem Conſt. in marg. habet & Pithoeus.

60. Angulus ut par sit,] Ut angulus ſit aequabilis, & rectus: quem jungunt tres lineae trium dimenſionum, longitudinis, altitudinis, & latitudinis. Sed de fabrica Amphorae, Quadrantis, Cubi, lege Budaeum libro quinto de Aſſe, & Georgium Agricolam de reſtituendis ponderibus & menſuris. in fin. VINET. *Et par ſit q. claudat* Thuan. *ut pars ſit, quam* S. Germ. *par ſit quam* Venet. Lipſ. mox, *quatuor ex quadris* Venet. Lipſ. Caeſar. & Conſt. *& medium quadris* Regin. S. Germ.

62. Cubus] *Cujus* Thuan. *cibus* Reg *Amphora fit cubus . . . ne violare liceret* Venet. & Lipſ.

62. Quam ne violare liceret] Locum hunc explicavit Georgius Agricola libro primo de menſuris Romanis. VINET.

63. Tarpejo in monte] In monte Capitolino: ubi fuit arx Tarpeja & Jovis Capitolini templum. VINET. Vid. Agric. lib. 1. de Menſ. p. 18.

64. Fert urna] *Fertur nam ut* S. Germ. & Regin. *fertur velut ipſa* Thuan. Venet. Lipſ.

Amphora, terque capit modium: ſextarius iſtum
Sex decies haurit, quot ſolvitur in digitos pes.
At cotylas, quas, ſi placeat, dixiſſe licebit
Heminas, recipit geminas ſextarius unus,
Qui quater adſumptus fit Grajo nomine choenix.
Adde duos, chus fit, vulgo qui eſt congius idem,
A quo ſextarî nomen feciſſe priores
Crediderim, quod eos capiat ſex congius unus.
At cotyle cyathos bis ternos una receptat.
Sed de abaco nobis id pondus ſaepe notatur.
Bis quinque hunc faciunt drachmae, ſi adpendere tentes:
Oxybaphus fiet, ſi quinque addantur ad illas.
At myſtrum cyathi quarta eſt, ac tertia myſtri,
Quam vocitant chemen, capit haec cochlearia bina.
Quod ſi menſurae pondus componere fas eſt,

Sex-

65. TERQUE CAPIT MODIUM:] Amphora. VINET.

65. SEXTARIUS ISTUM] Hoc eſt, modius capit ſextarios ſedecim. IDEM. *Seſtarius* Reg. Ed. Caeſar. ſemper. *ſextarius unum* Thuan.

66. SEX DECIES] *Sedecies* Pith. & marg. Conſt.

66. QUOT SOLVITUR IN DIGITOS PES] Pedem, quo res metimur, in ſedecim partes aequales dividimus: quos appellamus digitos. Dividitur idem & in duodecim, quos vocamus pollices. VINET.

67. COTYLAS] *Cotilas* Reg.

68. HEMINAS] Ἥμισυ dimidium ſignificat: unde *heminam* dictam putant. Feſtus: *Hemina* ex Graeco ἥμισυ: quod eſt dimidia pars ſextarii. VINET.

69. FIT GRAJO] *Sit* Venet. *Grajo fit n. χοῖνιξ* Pith.

70. ADDE DUOS] Ad quatuor ſextarios, qui χοίνικα faciunt, adde duos ſextarios, fient ſex ſextarii: qui χόα complent. VINET. *Χοῦς fit* Pith. diſtinctionem mutavi, *chus fit, vulgo qui eſt congius idem.* χοῦς Graecis, Romae vulgo *congius* dicebatur. BURM.

71. A QUO] Ita omnes, praeter Pith. qui *e quo.* eadem diverſitas apud Ovid. IV Faſt. 80. ubi vid. & Amor. I. VIII. 3. IDEM.

73. COTYLE] *Cotyla* S. Germ. & Reg. *Cotylas* Thuan.

74. DE ABACO] *De bato* S. Germ. Regin. *nobis pondus quoque ſaepe* Regin. *ſed pondus nobis de vato ſaepe notatur* Thuan.

75. BIS QUINAE] Docuit Agricola, hoc intelligendum de pondere olei. Senſus ergo hujus loci erit, cyathum olei pendere decem drachmas. VINET. *Bis quinque* Caeſar. Conſt.

75. HUNC] Deeſt Put. & S. Germ. deinde, *ſi appendere velis* ſcripti & Pith. *velles* Venet. Lipſ.

76. OXYBAPHUS] *Oxybatum erit ſ. q. ad. ad iſta.* Thuan. *Oxybaphum* S. Germ. *ad iſta* Regin. a m. ſ. *ad illas* Caeſar. Conſt. Gryph. Torn.

76. SI QUINQUE ADDANTUR] Si quinque drachmae ad decem addentur, fient quindecim drachmae: quod continet cyathus ſemis. VINET.

77. AT MYSTRUM] *Ad myſtrum c. q. e. ad tertia* Regin. *ad myſtrum* &c. *ac tertia* Venet. Lipſ. *at tertia* Thuan.

78. QUAM VOCITANT CHEMEN] Χήμη eſt rectus hujus: quod varie corruptum fuit in noſtris exemplaribus. De *cheme* & *myſtro* Agricola libro III. VINET. *Chiam* Thuan. *gamen* Regin. *Cyamen* Caeſar.

79.

Sextarî cyathus pars eſt, quae eſt uncia librae:
Nec non oxybaphi ſimilis ſeſcuncia fiet.
Siciliquumque tibi myſtro ſimulare licebit.
Cochlear extremum eſt, ſcriplique imitabitur inſtar.
Attica praeterea dicenda eſt amphora nobis,
Seu cadus: hanc facies, noſtrae ſi adjeceris urnam.
Eſt & bis decies quem conficit amphora noſtris
Culleus: hac nulla eſt major menſura liquoris.
Eſt etiam terris quas advena Nilus inundat,
Artaba, cui ſuperat modii pars tertia poſt tres:
Namque decem modiis explebitur artaba triplex.

*De Ponderibus Variorum Liquorum, & Aquarum.*

Illud praeterea tecum cohibere memento,
Finitum pondus varios ſervare liquores.
Nam librae (ut memorant) beſſem ſextarius addet,
Seu puros pendas latices, ſeu dona Lyaei.

Ad-

79. Pondus ] Deeſt Regin.

80. Sextari ] *Sextario c. p. e. quam uncia libras* S. Germ. *ſextario* Regin. *quae eſt unica librae* Caeſar.

81. Oxybaphi ] *Exobaphi* Regin. *Exobaſi* S. Germ. *ſexcunica* Thuan. Regin.

82. Simulare ] *Similare* Venet. Lipſ. Pith. Vinet. *ſimilare* vel *aſſimilare* marg. Conſt.

84. Dicenda ] *Diſcenda* Regin. S. Germ. & Ed. Venet. Lipſ. Pith. Vinet.

85. Hanc facies ] *Hunc* Regin. S. Germ. vid. Agricol. de menſuris Graecis pag. 37.

85. Nostrae ] Romanae amphorae, quae continere duas urnas dicta eſt, ſi unam urnam addideris, fiet Attica amphora, tres complectens urnas. VINET. *Nos* & *noſtra* cum Latini ſint ſcriptores, de Romanis capiendum, ſi Graeci ſint, de Graecis intelligendum. vid. Rhod. Lex. Scribon. in *nos*. BURMANN.

86. Nostris ] *Noſtro* Venet. Lipſ. *noſtra* Ed. Vinet. Pith.

87. Hac ] Deeſt Thuan. *major nulla eſt* Thuan. Regin. S. Germ.

89. Artaba ] Ἀρτάβη. Hesych. ἀρτάβη (inquit) μέτρον Μηδικὸν οἶον; Ἀττικὸς μέδιμνος. Suidas item. CAESAR. Ἀρτάβη, menſura Aegyptiaca, Perſica, Medica: de quaplura Georgius Agricola in libro priore de externis menſuris. VINET.

90. Namque etiam ] *Namque decem* ſcripti & Ed. Pith. Vinet. & Hottom.

91. Illud praeterea ] Idem Agricola libro tertio de ponderibus. VINET.

91. Illud praeterea tecum cohibere ] In Ed. Venet. Lipſ. & Caeſar. *illud praeterea . . . cohibere m.* relicta lacuna. nec Thuan. vocem exhibet. *illud praeterea veteres perhibere memento* Regin. non male. ita vſ. 123.

*Ex ipſis veterum poteris cognoſcere chartis.*
& ita ſaepe medici. vid. Rhod. Lexic. Scrib. in *autores antiqui*. BURM.

92. Finitum ] Hic verſus deeſt Venet. & Lipſ.

93. Bessem ] *Biſſem* Regin. *beſſen* Venet. & Lipſ.

Addunt ſemiſſem librae labentis olivi,
Selibramque ferunt mellis ſupereſſe bilibri.
Haec tamen adſenſu facili ſunt credita nobis:
Namque nec errantes undis labentibus amnes,
Nec merſi puteis latices, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent: non denique vina,
Quae campi aut colles nuperve aut ante tulere:
Quod tibi mechanica promptum eſt depromere muſa.
Ducitur argenti, tenuive ex aere cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis producit arundo,
Cui cono interius modico pars ima gravatur,
Ne totus ſedeat, totuſve ſupernatet undis.
Lineaque à ſumma tenuis deſcendit ad ima,
Ducta ſuperficie: tot quaeque in fruſta ſecatur,
Quot ſcriplis gravis eſt argenti aeriſve cylindrus:
Hoc cujuſque poteſt pondus ſpectare liquoris.
Nam ſi tenuis erit, majori immergitur, unda:

Sin

95. LABENTIS ] Ita ſcripti & editi plerique. *liventis* Ed. Pith. Vinet. forte *flaventis* Heinſius. *labens oleum* in palaeſtrae mentione ſaepe occurrit, ſed hic locum vix habet.

96. SELIBRAMQUE ] *Sed libramque* Thuan.

99. PUTEIS ] *Putei* Thuan. Regin.

100. DENIQUE VINA ] *Denique a* Venet. Lipſ.

101. NUPERVE AUT ANTE ] *Nuper dant tanta tulere* Reg. a m. pr.

102. PROMPTUM EST DEPROMERE ] *Eſt promptum* Thuan. *deprendere* Regin. S. Germ. non male.

102. MECHANICA MUSA ] Id eſt operoſo ingenio, μηχανικῇ. CAESAR. Τῇ μηχανικῇ τέχνῃ, mechanicae artis inſtrumenti artificio & experientia. CONST.

103. DUCITUR ] *Dicitur* Regn. *cylindris,* Thuan. Regin. & ita mox vſ. 109.

104. QUANTUM ] Id eſt quantum arundinis internodium. CONST.

105. CONO ] Conus e ligno cylindrum ſubiens baſi obturat. vide in noſtro Lexico βαρύλκου. IDEM. *Tono* Venet. Lipſ.

106. SEDEAT ] Heinſ. malebat *ſidat.* ut marg. Conſtantin.

107. A SUMMO ] Sic habent hic ſcripti calamo codices, & ſic legendum, non *à ſumma.* VINET. Lege, *à ſumma ad imam ducta ſuperficiem, quaeque in tot fruſta:* fruſta ἀκύρως pro ſegmentis, interſtitiis, ac intervallis diſtinctae lineae. CONST. *Deſcendat* Regin. dein *ſuperſacie totque quam* idem. *ſecetur* Thuan. *tot quaequa* S. Germ.

108. TOT QUAEQUE ] Et quae linea ducta in ſuperficie cylindri ſecundum longitudinem, a ſummo ad imum ejus in tot partes dividitur, quot ſcripula pendit cylindrus. VINET.

110. HOC ] Hac re, cylindro. IDEM.

110. POTEST ] *Potes* Ed. Pith. Vinet. *peccare* S. Germ.

111. SI TENUIS ] Si liquor tenuis rarique corporis atque conſiſtentiae, plus immergitur, ſiditque Cylindrus: ſin denſioris ſpiſſioriſque ſubſtantiae, is ipſe liquor magis reſiſtit ponderi, magiſque hoc ſuſtinet, pluresque moduli (id eſt partitae lineae diſtinctiones) exſtant extra liquorem. CONST.

111. MAJORI IMMERGITUR ] Subaudi pondere. CAESAR. Legitur & *majori mergitur.* Senſus autèm eſt, ſi aqua, in quam cylindrum injeceris, fuerit tenuis & levior, ea cedet oneri: & in eam cylindrus altius deſcen-

Sin gravior, plures modulos ſupereſſe notabis.
Aut ſi tantumdem laticis ſumatur utrimque,
Pondere praeſtabit gravior: ſi pondera ſecum
Conveniunt, tunc major erit, quae tenuior unda eſt.
Quod ſi ter ſeptem numeros texiſſe cylindri
Hos videas latices, illos cepiſſe ter octo,
His drachma gravius fatearis pondus ineſſe.
Sed refert aequi tantum conferre liquoris
(Ut gravior ſuperet drachma) quantum expulit undae
Illius aut hujus teretis pars merſa cylindri.
Haec de menſuris, quarum ſi ſigna requires,
Ex ipſis veterum poteris cognoſcere chartis.

*De Inventione Argenti auro in una maſſa permixti.*

Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fulvo ſi quis permiſceat auro,

Quan-

ſcendet, majoreque pondere. Sed confer huc, quae de aqua marina & fluviali diſputat Ariſtoteles in problematibus, & Macrobius ſeptimo Saturnaliorum. VINET. *Major ſubmergitur* Thuan. *major mergitur* Regin. *major immergitur* Venet. Lipſ. *majori mergitur*. Caeſar. Gryph. *immergitur* Vinet. Pith.

112. PLURES MODULOS] Id eſt partes, in quas Cylindrus intelligitur diviſus. CAESAR. Plura, quae dixit, fruſta & partes cylindri, ſuper aquam exſtabunt. VINET.

113. AUT SI TANTUMDEM] Ut cyathum aquae fontanae, verbi gratia, & cyathum puteanae. Quanquam ſcribit Plinius libro triceſimo primo, levitatem deprehendi aliter, quam ſenſu, vix poſſe, nullo poene momento ponderis aquis inter ſe diſtantibus. VINET. *At ſi* Regin. Thuan.

114. GRAVIOR] Id eſt denſior. CONST.

114. SI PONDERA SECUM] *Pondere* pro *pondera* quaedam exemplaria, ſed eodem, puto, ſenſu. Si aquarum & aliorum liquorum pondera, inter ſe conveniunt, aut ſi aquae pari inter ſe conveniunt pondere; ut ſi fuerit, exempli cauſſa, aquae pluviae libra, & libra aquae fluvialis, major erit quantitas aquae pluviae, quam alterius: quod aqua pluvia ſit tenuior & levior. VINET. *Pondere* S. Germ.

115. MAJOR] Loci plus occupabit. CONSTANT.

116. TER SEPTEM NUMEROS] Viginti unam earum partium, in quas diviſa ſit linea longitudinis cylindri. VINET. *Ac ſi ter* Regin.

117. ILLOS] Alteros latices, alterum liquorem. VINET.

118. HIS DRACHMA GRAVIUS] Longitudinem cylindri diviſit in ſcripula. Sunt autem tria inter viginti unum & viginti quatuor, quae drachmam faciunt. IDEM. *Levior* liquor, in quo plus pondus mergitur; *gravior*, cui minus. CONST.

122. QUARUM SI SIGNA] Menſurarum, ponderum, numerorum notae exſtant, ſed corruptae pleraeque, apud Cornelium Celſum, Valerium Probum, Voluſium Metianum, Scribonium Largum, Priſcianum, Bedam, Paulum Diaconum. VINET.

122. REQUIRES] *Requiris* Thuan & Regin. a m. ſ.

125. ARGENTUM FULVO] Scribitur & *flavo*. VINET.

Quantum id ſit, quove id poſſis deprendere pacto,
Prima Syracoſii mens prodidit alta magiſtri.
Regem namque ferunt Siculum, quam voverat olim
Coelicolûm regi, ex auro ſtatuiſſe coronam:
Compertoque dehinc furto (nam parte retenta,
Tantumdemque argenti opifex immiſcuit auro)
Oraſſe ingenium civis, qui mente ſagaci
Quis modus argenti fulvo latitaret in auro
Reperit, inlaeſo, quod diis erat ante dicatum:
Quod te quale ſiet paucis (adverte) docebo.
Lancibus aequatis, quibus haec adpendere mos eſt,
Argenti atque auri, quod edax purgaverit ignis,
Impones libras, neutrum ut praeponderet: haſque
Submittes in aquam, quas pura ut ceperit unda,
Protinus inclinat pars haec, quae ſuſtinet aurum.
Denſius hoc namque eſt, ſimulari & craſſius unda.

At

127. PRIMA SYRACUSII] Archimedem Syracuſanum, Mathematicum ſignificat. Habes autem hujus rei hiſtoriam apud Vitruvium lib. IX cap. 3. cujus initium hujusmodi eſt. *Archimedis vero cum multa miranda inventa varia fuerint* &c. deinde ſequitur. *Hiero Syracuſis auctus regia poteſtate, rebus bene geſtis, cum auream coronam votivam Diis immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam.* reliqua apud ipſum Vitruvium quaere, ac lege. CAESAR. *Syracoſio* ſunt, qui ſcribere malint in Sileno Virgilii, quam *Syracuſio*. Syracuſanus autem Archimedes quomodo deprehenderit argenti in aurea corona miſſionem, & manifeſtum artificis furtum, exponit pluribus Vitruvius libro nono. VINET. *Syracoſii* ſine dubio ſcribendum, ſi metri ratio ſit habenda. vid. ad Ovid VI. Faſt. 277.

128. SICULUM,] *Siculo* S. Germ. *Siculam* Venet. Lipſ. & Gryph. Conſt. Keuch. neſcio, quo ſenſu. nam *Siculam coronam* dicere ineptum videtur. *quam moverit* Regin. & S. Germ. *noverat* Venet. Lipſ.

130 COMPERTOQUE DEHINC] *Comperto dehinc* Reg. *dein* S. Germ. mox *retenta Argenti tantundem* Ed. Vinet. Pith. & marg. Conſt. *tantundem argenti* Regin.

134. INLAESO, QUOD DIIS ERAT ANTE DICATUM:] Corona illa aurea, jam facta. VINET. *Illaeſum quod* Conſtant. Keuch. *in laeſo q. d. er. an. dicato* Thuan. S. Germ.

135. QUALE SIET] *Fiet* Regin. *ſciet* Venet. Lipſ.

136. ADPENDERE] *Perpendere* Thu. Reg. *hoc perpendere* S. Germ.

137. QUOD EDAX] *Quae edax* Regin. mox, *imponens libras neutro ut* Thu. *neutro* etiam S. Germ. *imponens libras neutro praep.* Venet. Lipſ mox *ſummiſtis* Thua. *ſummittens in aqua* Venet. Lipſ. *quam pura* Thuan. Venet. Lipſ.

141. DENSIUS HOC] Hic quaedam exemplaria *P* pro *D* habent, & *Penſius* pro *Denſius*. Sunt autem haec magis etiam corrupta apud Palladium in libro de Architectura. VINET. *Penſius* Venet. Lipſ. Caeſar. Gryph. ridicule Keuchen. ad Samon. cap XV. quaſi primus hoc prodidiſſet, emendare ſe ait *Denſius*. an ergo nullas editiones, in quibus ita diu ante eum natum ita legebatur, vidit? *ſimulari greſſior* Regin. *ſimulare craſſius* Venet. Lipſ. *ſimilari & craſſius* Conſt. *ſimilari craſſius* Pith. Vinet.

142.

At tu ſiſte jugum, mediique è cardine centri
Intervalla nota, quantum diſcerpſerit illinc.
Quotque notis diſtet ſuſpenſo pondere filum:
Fac drachmis diſtare tribus. Cognovimus ergo
Argenti atque auri diſcrimina. Denique libram
Libra tribus drachmis ſuperat, quum mergitur unda.
Sume dehinc aurum, cui pars argentea mixta eſt,
Argentique meri par pondus, itemque ſub unda
Lancibus impoſitum ſpecta: propenſior auri
Materies ſubſiſtet enim, furtumque docebit.
Nam ſi ter ſenis ſuperabitur altera drachmis,
Sex ſolas libras auri dicemus ineſſe,
Argenti reliquum: quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis quum mergitur undis.
Haec eadem puro deprendere poſſumus auro,
Si par corrupto pondus pars altera geſtet.
Nam quoties ternis pars inlibata gravarit
Corruptam drachmis ſub aquam, totidem eſſe notabis
Argenti libras, quas fraus permiſcuit auro.
Pars etiam librae quaevis ſi forte ſuperſit,
Haec quoque drachmarum ſimili tibi parte notetur.
Nec non & ſine aquis * *

*RELIQUA DESIDERANTUR.*

142. MEDIIQUE E CARDINE] *E* deeſt Regin.

144 QUOTQUE] *Quodque* Regin. Venet. & Lipſ. quae & *diſtat*.

148 SUME DEHINC] *Sume hinc* Regin.

150. SPECTA] *Exſpecta* Regin. S. Germ. Venet. Lipſ.

151 MATERIES]. Alias ſub aquis fiet. CAESAR.

157. CORRUPTO] *Corrupti* ſcripti & Venet Lipſ. Pith. Vinet. *correpto* marg Conſt.

159. CORRUPTAM] *Correptam* Venet. Lipſ. Caeſar. Gryph. *corruptum* Vinet. *ſub aquis* Regin. a m. pr. *ſub aqua* Caeſar. Pith.

160. PERMISCUIT] *Promiſcuit* Regin. S. Germ. Vinet.

162. SIMILIS] *Simili* S. Germ. & Reg. in quo deerat *parte*.

163. NEC NON ET SINE AQUIS] Extremum carminis hoc hemiſtichium, in omnibus noſtris exemplaribus. Quod autem per aquam docuit, id etiam ſine aqua deprehendi poſſe deinceps docebat Fannius, ſi forte carmen abſolvit: quod ad nos venit imperfectum. VINET.

SUL-

# SULPICIAE SATYRA,

## DE

## CORRUPTO STATU REIPUB. TEMPORIBUS DOMITIANI, PRAESERTIM CUM EDICTO PHILOSOPHOS URBE EXEGISSET.

Muſa, quibus numeris heroas & arma frequentas;

Fa-

Sulpicia] Sulpicia Poëtria iisdem floruit temporibus Romae, quibus Decimus Julius Juvenalis, Statius, & Martialis, ſub Domitiano Tyranno, ſub Nerva & Trajano: cujus carmina interciderunt omnia, extra hoc unum mendoſum & mutilum: quod forte inter Auſoniana adhuc ſervatum eſt: ejus etiam feminae ſuavitatem, ingenium, pudicitiam miris efferunt laudibus Valerius Martialis, & Apollinaris, Sidonius. Hic in Hendecaſyllabo ad Felicem Carm. ix. vſ.

*Non Gaetulicus hic tibi legetur,*
*Non Marſus, Pedo, Silius, Tibullus,*
*Non quod Sulpiciae jocus Thaliae*
*Scripſit blandiloquum ſuo Caleno.*

Martialis vero lib. x. Epig. 34.

*Omnes Sulpiciam legant puellae*
*Uni quae cupiunt viro placere* &c.

& Epigr. 38.

*O molles tibi quindecim, Calene,*
*Quos cum Sulpicia tua jugales*
*Indulſit Deus* &c.

VINETUS. Sulpitiae Poëtriae Romanae Satyram, quae de Edicto Domitiani inſcribitur, ad finem noviſſimae Petronianae Editionis adpenſam, percurſitare obiter ſtat ſententia: facto (quod bonum fiet) ab ipſis uſque carceribus auſpicio. Sic igitur illa condigna Caleno conjunx. DOUZA.

Satyra] Haec Sulpitiae Romanae, quam explicandam ſumpſimus, tam erudita, elegans, & nervoſa eſt, tantique eo nomine à viris maximis ſemper habita, ut non tantum cum ejus generis virorum ſcriptis poſſit contendi, ſed & nonnullis eorum debeat praeferri. Foeminae quidem opus eſſe nolim inficiari. At vero ita ſemper exiſtimavi, ad ſapientiae arcana, & haec ſtudia litterarum nullius induſtriae aditum praecludi. Ut virtutis, ita eruditionis omnis capaces. Nec ſexum fas eſt, nec naturam eâ in parte calum-

luminiari. Saepe foeminarum animis maſculam quandam & divinam mentem, erectoſque ſpiritus ſupremus ille ingeniorum artifex incluſit. Animus noſter, pars illa & ſpecies divinitatis, ab externo corporis habitu fatigari quidem poteſt, ſed non opprimi aut evelli. Saepe ibi vires exſerit, ubi minime exſpectatur; & ibi claudit, ubi vigere oportebat. Mitto abdita fabularum, & Aeſopi regnum, in quo Rempub. bruta fecerunt. De ſequiore illo ſexu diſceptamus. Ut Sol radios ſuos per caliginem nebularum ſubinde diſpargit, ita illa mortalium regina ratio, vim ſuam per foeminas non ſemel expandit. Palladem ſapientiae praeſidem, & tamen foeminam, Muſas, cultrices ingeniorum, & tamen virgines, fabulati ſunt antiqui. Nec inter Deos tantum, ſed & inter homines id uſu venit. Primo occurrit Sappho Lesbia adoleſcens, quae multis Graecis vatibus inferior, & docte & ſuaviter verſus ſublimi ingenio ceciniſſe non contenta, etiam Sapphici carminis inventrix fuit. Sapphon tanquam magiſtram imitata eſt Erynna Rhodia, cujus poëma Doricum excellentia carminis etiam cum Homero contendiſſe ferunt. Pariter quoque Corinna, ut Suidas tradit, Thebis de poëſi cum Pyndaro contenderat, quem quinquies rara gloria ſuperarat. Aretia etiam Cyrenaica Ariſtippi patris Socratici dogma ſecuta, adeo excelluit, ut mortuo patre, idonea haberetur, quae in Philoſophia patris Scholam regere poſſet, quam & ingenti gloria, quamdiu vixit, moderata eſt. A Graecis ad Latinas venio. Nam nec Roma infoecunda fuit eruditarum foeminarum. Cicero quippe Corneliam Gracchorum matrem, Laeliam etiam, Mutiam & Liciniam rari cujuſdam ingenii & doctrinae nomine paſſim commendat. Pollam etiam Argentariam, Poëtae Lucani uxorem tantis animi & doctrinae dotibus inſtructam fuiſſe ſcriptum eſt, ut coeptos permultos à viro verſus ipſa maritalis ſtyli gravitate atque elegantia perfecerit. Quod de ſua quoque conjuge Calpurnia Plinius Secundus teſtatur. Ad Sulpitiam noſtram venio, quae Domitiani temporibus praecipue inclaruit. In Poëſi ad invidiam excelluit. Libros amorum, & epiſtolarum ſcripſit, qui temporum iniquitate ſunt intercepti. Duorum tantum verſiculorum reliquiae conſervatae ſunt apud veterem Juvenalis Scholiaſten. Cum tamen plurima ſcripſerit, ut ipſa non obſcure de ſe teſtatur, cum inquit,

*Caetera quin etiam, quot denique millia luſi,*
*Primaque Romanas docui contendere Grajis,*
*Et ſalibus variare novi, &c.*

In ſcribendo fere Phalaecos & Jambos, & Schazontes uſurpavit, ut ex prioribus Satyrae verſiculis diſertim patet. Porro omittendum non eſt, Sulpiciae poëmata fere Auſonio, Tibullo, & Juvenali in veteribus libris à Philologis ſubjecta fuiſſe. Unde non levis conjectura deſumi poſſet, deleto Sulpitiae nomine plurima ejus poëmata Auſonio atque Tibullo adſcripta eſſe. Sane in MSS. Tibulli codicibus Epigramma, cujus initium, *Parcè meo Juveni*, Sulpitiae claro adſcribitur his verbis, SULPITIA AD CHERINTHUM DE VENATIONE PERMITTENDA: verſiculos à ſingulari genio & amoenitate maxime commendat Martialis, qui eiſdem illis temporibus vixit. Verſus ejus exſtant lib. x. Epigramm. trigeſimo & quinto.

*Omnes Sulpitiam legant puellae,*
*Uni quae cupiunt viro placere,*
*Omnes Sulpitiam legant mariti,*
*Uni qui cupiunt placere nuptae.*
*Non haec Colchidos aſſerit furorem,*
*Diri prandia nec refert Thyeſtae,*
*Scyllam Byblida nec fuiſſe credit.*
*Sed caſtos docet & pios amores*
*Luſus, delitias, facetiaſque.*
*Cujus Carmina qui bene aeſtimarit*
*Nullam dixerit eſſe ſanctiorem.*
*Tales Egeriae jocos fuiſſe*
*Udo crediderim Numae ſub antro:*
*Hac condiſcipula, vel hac Magiſtra,*
*Eſſes doctior & pudica Sappho:*
*Sed tecum pariter, ſimulque viſam*
*Durus Sulpiciam Phaon amaret:*
*Fruſtra: namque ea nec Tonantis uxor*
*Nec Bacchi, nec Apollinis puella,*
*Erepto ſibi viveret Caleno.*

Dignum profecto eruditâ & caſtâ foeminâ elogium. Sed roget hic aliquis, quomodo caſtos amores ſcripſiſſe foemina potuerit? Praeter decorum enim eſt, ſi foemina viro amorem & ardorem ſuum palam teſtetur. Sulpicia jam viro ſua elocata amatorios ad ipſum verſiculos ſcripſit, quibus amorem ſuum, & benivolentiam ipſi teſtabatur. Quod caſte fieri potuit. Quanquam ſane, ut verum fatear, fragmentum illud apud Juvenal. Scholiaſt.

liaſt. *Ne me cadurcis deſtitutam faſciis Nudam Caleno concubantem viderit*, ſatis petulans & laſcivum ſit. Caſtos igitur Sulpitiae verſus Martialis appellavit reſpectu ſuarum nequitiarum. Extat & aliud apud eumdem Martialem, elogium Epigrammate XXXVIII. ejusdem libri, ubi Calenum, amoeniſſimi, ut videtur, ingenii virum felicem fortunatumque Poëta exclamat, quod Sulpitiam uxorem haberet.

*O molles tibi quindecim Calene,*
*Quos cum Sulpitia tua jugales*
*Indulſit Deus, & peregit annos.*
*O nox omnis, & hora, quae notata eſt*
*Caris littoris Indici lapillis.*
*O quae proelia, quas utrinque pugnas*
*Felix lectulus, & lucerna vidit,*
*Nymbis ebria Nicerotianis!*
*Vixiſti tribus, ô Calene, luſtris,*
*Aetas haec tibi tota computatur,*
*Et ſolos numeras dies mariti.*
*Ex illis tibi ſi diu rogatam*
*Lucem redderet Atropos, vel unam*
*Malles, quam Pyliam quater ſenectam.*

Nihil dici poſſet venuſtius. Vixerat jam Calenus cum Sulpitia ſua annis totis quindecim, quo tantum tempore illum vixiſſe teſtatur Martialis. Reliquum enim vitae anteactae tempus ne quidem vitam fuiſſe. quippe deerat ſuave illud Sulpitiae conſortium. Unde apparet, feſtivi admodum excitatique ingenii foeminam fuiſſe. Sulpitia autem praeter illa, quae jam diximus, Heroico etiam carmine, & ſatyrico ſcribendi genere illaudata Domitiani, peſſimi Imperatoris, tempora deflevit, ſumptâ ſcribendi occaſione ex eo, quod Domitianus Philoſophos, & bonarum omnium artium Profeſſores crudeli edicto urbe exegiſſet. Hoc enim praecipuum argumentum eſt hujus Satyrae; ad quam accedamus BOXHORNIUS. Vide Barth LIX. Adv. ult. unde multa hauſit Boxhornius. adde & Broukhuſium ad Tibull. IV. 2. haec vero Satyra inter Auſoniana carmina reperta primum, ut credebat Heinſius, edita a Roberto Conſtantino in editione Auſonii apud Tornaeſium A. 1558. & inde ſequentes Auſonii editiones repetiverunt: deinde Pithoeus Catalectis inſeruit. ſed falli Henſium patet, quia jam A. 1516. Aldus cum Auſonio edidit, & deinde in plerisque Auſonii editionibus occurrit. edeſe etiam cum notis voluiſſe Joh. Weitzium didici ex maniſſa Epiſtolarum adjecta Richterianis Epiſt. v. pag 769. BURM.

SATYRA] Satyra haec varie inſcribitur. Quidam Satyrae elogio exornant, quidam vero non item. Vidi, qui *Eglogam* inſcriberent. Non male. Ita Satyras pleraſque Horatianas in antiquioribus libris Eglogarum nomine praeſcribi notat erudititiſſimus Crucquius. Et ſane *Egloga* eadem, quae Satyra. Habeo MS. Theoduli Caeſarienſis Eglogam, de veritate Religionis Chriſtianae, & ineptiis gentilium. In cujus initio interpres ejus haec verba de Eglogae ſignificatione collocavit. *Tres*, inquit, *eglogarum ſpecies legimus exſtitiſſe. Primam tradit Virgilius, quum loquitur de vaccis, capris & ovibus. Unde dicit*; Dic mihi Dameta, cujum pecus, an Meliboei? & *alibi*, Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus. *Secunda ſpecies eglogarum eſt, quae conſiſtit in conviciis & reprehenſionibus, & invenitur in Epiſtolis Horatii, non quod ipſe loquatur de capris & de ovibus, ſed quia verba ejus reprehenſiva foetida erant ad modum hirci & caprae* (inepte.) *Tertia egloga eſt praeſenti volumine, quia actor iſtius operis utitur humili ſtylo.* Satyrae igitur etiam Eglogarum nomine venerunt. Porro egregie falluntur, qui Satyram hanc potiſſimum de Philoſophis à Domitiano Urbe exactis ſcriptam opinantur. Profecto, ſi quid hic video, nihil minus. Tota Reſpublica, ut quidem ſub Domitiano corruptiſſima fuit, hic perſtringitur. BOXH.

1. MUSA] O Calliope. VINET. Orditur Sulpitia Satyram ſuam ab invocatione, more poëtarum. Ea enim veterum paganorum relligio & pietas fuit, ut, quemadmodum rerum agendarum, ita dicendi quoque initium à precationibus caperetur, quod nihil providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore auſpicarentur. Cum autem Muſae bonarum artium praeſides habeantur, non alienum erit ab hoc loco deſpicere, cur à poëtis tantum Muſae invocentur. Sciendum igitur eſt, duplex artium genus eſſe. Quaedam enim in ſimplici narratione, quaedam autem in rerum, quae non ſunt, inventione conſiſtunt. Ad primam illam artium claſſem, nempe quae in narratione conſiſtunt, Philoſophos, Hiſtoricos, & Oratores revocamus. Philoſophi enim inculcant illa, quae in rerum natura ſunt, aut

quae

Digitized by Google

quae fieri debent. Hiſtoricus illa tradit, quae geſta ſunt. Orator illa perſuadet, quae aut facta ſunt, aut fieri debent. Ad ſecundam claſſem Poëtas revocamus. Poëtae enim ejuſmodi fere tradunt, quae nec fuere, nec ſunt, aut certe non ita, quemadmodum ſunt. Adeo ut allatum tantum ſit diſponere, Poëtices ſit & invenire, & ea, quae jam inventa ſunt, diſponere. Nam quae omnium opifex condidit, ea reliquae artes repraeſentant. Poëtica vero cum res aliter, quam revera ſunt, aut eorum, quae non ſunt, ſpeciem ponit, videtur tane res ipſas non narrare, ut aliae artes, ſed formare & condere. Cum ergo inventio praecipua ſcientiarum pars ſit, Muſae autem praeſides ſcientiarum, hinc factum eſt, ut Muſae pro peculiari Poëtarum numine habitae ſemper fuerint. Ergo ſoli Poëtae ſibi Muſarum tutelam vindicant atque patrocinium, quarum beneficio quae alios latent, & quae non ſunt, ab illis inveniuntur. Sulpitia autem cum hic Muſam invocat, non omnes novem intelligit, ſed vero unam tantum earum nempe Calliope. Hoc enim innuit, cum inquit, *Muſa, quibus numeris Heroas & arma frequentas, Fabellam permitte mihi detexere paucis.* Id eſt, O Muſa, concede mihi & permitte, ut illo verſu jam canam, quo magnorum heroum facta & arma deſcribuntur, id eſt carmine Heroico. Calliope autem carminis Heroici Praeſes eſt, ut Melpomene Tragici, Polyhymnia Lyrici, Thalia Comici, & ita porro. Nam ſingulis Muſis ſingula carminum genera ſacra ſunt & dicata. Unde & Calliope pro verſu Heroico, Polyhymnia pro Lyrico, Melpomene pro Tragico, Thalia pro Comico uſurpatur. Muſa igitur hic eſt Calliope. Sic Virgilius lib. IX. 525.

*Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.*

*Quas ibi tum ferro ſtrages, quae funera Turnus*

*Ediderit.*

Sulpitia autem Calliopen hic invocat, quia hactenus Lyricos verſus conſcripſerat. Hoc autem primum opuſculum erat, quod Heroico carmine conſignaverat. Invocat ergo Calliopen tamquam in re nova, & verſu hactenus ſibi inuſitato. BOXH.

1. Quibus numeris] Heroico ſeu hexametro verſu. VINET. *Numeris*, id eſt, verſibus, in quibus pedes ſinguli & ſyllabae ad artis normam numerantur. Unde & *numeroſus* dictus Horatius, quod cum in Satyris materiam quam maxime à Poëtarum amoenitate alienam tractaret, ad ſtylum & numeros oratorios quam proxime acceſſerit. BOXH.

1. Heroas et arma frequentas,] *Frequentas*, pro *concelebras*, proinde ut Carus loquitur, hoc eſt celebres concinnas, reddiſque honoratos ac inſignes. DOUZA. Haud dubie alludit hic Sulpitia ad illud Virgilianum, *Arma virumque cano.* Ut autem, qui Heroes apud gentes fuerint, recte intelligamus, ſciendum eſt: Primum mundi ſaeculum fuiſſe, quod aureum dicebatur, quo, regnante Saturno, Deos hominesque natos eſſe fabulati ſunt antiqui: qui Daemones poſt mortem facti. Secundum deinde hominum genus natum eſt, qui poſt mortem propter impietatem terra donati & ſepulti ſunt. Tertium hominum genus, ſaeculo nempe aeneo, fuit, quod ipſum etiam propter impietatem aeternis ſub terra tenebris Saturnus damnavit. Sequutum deinde eſt quartum hominum genus, juſtum, & magnificum, qui Semidei aut Heroes appellati. Heroes autem nomen habent non à Junone, ut fabulantur Grammatici, ſed vero ab amore, ut eleganter alibi diſſerit Plato; quod videlicet Heroes, vel ex amore Deorum erga mulieres humanas, vel ex amore hominum erga Deas geniti ſint. Unde & Semidei dicuntur, quod partim ex Diis, partim ex hominibus eſſent oriundi. Primis enim illis temporibus Dii adhuc inter homines verſabantur. Hinc Virgilius in Ecloga, cui nomen Pollio, Heroas Divis permiſtos appellat.

*Ille Deûm vitam accipiet, Diviſque videbit*
*Permiſtos Heroas, & ipſe videbitur illis.*

Nihil dici poſſet elegantius. Permiſti Divis Heroes, quia ſemen hominum, Deorumque ſimul ad generationem Heroum defluxit. Porro Heroes animas ex igne habuiſſe fabulantur Veteres. Unde; *Vigor igneus olli.* Quamobrem paſſim apud Homerum & Virgilium videmus, Heroes tantopere ab aquis & naufragio abhorrere, quod nempe metuerent, ne contrario elemento ille animi ignis & ardor, ex quo conſtabant, extingueretur. Ait igitur Sulpitia noſtra.

*Muſa, quibus numeris Heroas & arma frequentas.*

*Frequentas* hic ponitur pro, concelebras, hoc



eſt

Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Nam tibi ſeceſſi, tecum penetrale retractans

Con-

eſt celebres facis, reddiſque honoratos ac inſignes. Niſi potius *frequentare* hic idem ſit, quod frequenter & plurimum facere. Ut ſit ſententia Sulpitiae: Muſa, inſpira mihi illos numeros & verſus, quibus magnorum Heroum res & arma ut plurimum ſoles celebrare. Nam aliquando etiam alio carminum genere praeclara Heroum geſta ſolent conſignari, ut in Pyndaro aliiſque auctoribus videmus. BOXHORN. *Frequentare* pro celebrare, frequenter memorare, ſaepe occurrere docuit ſummus Gronovius ad Senecae Conſolationem ad Marciam cap. III. & Barthius Adv. XI. 23. qui Juvenco hac ſignificatione ſollemne eſſe docet; male vero conſarcinatores Theſauri Fabri, Sedulium frequenter uſum hoc verbo Barthium docere tradunt. de Juvenco enim id verum, de Sedulio neſcio. vid. notas Koenigii & Omeiſii ad Juvenci praefat. vſ. 7. & additum Indicem in verbo *Frequentare.* non multum diverſo ſenſu Ovidius Ep. XII. 143.

*Turba ruunt, & Hymen clamant, Hymenaee, frequentant.*

BURM.

2. FABELLAM PERMITTE MIHI DETEXERE PAUCIS.] Eleganter ſane, pro *pertexere*, & ad exodium uſque perducere, eſtque metaphora à tela, ad rei patrandae conſilium. Titinnius Fullonib.

*Quae inter decem annos nequiſti unam togam detexere.*

Adde à Comico noſtro.

*Neque exordiri primum, unde occipias, habes;*

*Neque ad detexundam telam certos terminos.*

DOUZA. Fabellam, id eſt, ſermonem. Quemadmodum nonnullas Satyrarum ſuarum Horatius Sermones appellavit. Quod nempe ſtylus in illis eſſet non magnificus, ſed humilis, depreſſus, & familiari confabulationi quam ſimillimus. Fabula autem à fando dicta non ſolam fictitiam narrationem, ſed etiam veram & certam denotat. Sic *fabuloſus* apud Apulejum pro memorabili uſurpatur. Plauto *fabulari* paſſim eſt loqui. Sic Flavius Vopiſcus dixit; *non inepta, neque inelegans fabula eſt, ſcire quemadmodum Imperium Probus ſumpſerit.* Non inepta fabula, id eſt, non ineptus ſermo. Sic *lupus in fabula* idem eſt, ac lupus in ſermone. Poſſet tamen fabella hoc loco etiam figmentum interpretari. Quia Sulpitia fingit, Calliopen velut Coelo deſcendere, & reſpondere ad illa, quae rogantur. Ergo

*Fabellam permitte mihi detexere paucis.*

Metaphora deſumpta eſt à lanificio vel textura, unde *textus*, *contextus* aliaque adhuc in uſu. Eleganter autem dixit Sulpitia *detexere*, non autem *pertexere.* Quia hoc minus eſt. Pertexere enim eſt pannum aut telam perficere; detexere autem eſt, telam jam perfectam de machina textoria deponere. Adeo ut *detexere* hic ſit, perficere, abſolvere, & uſque ad extremum finem perducere. BOXHORN. Heinſ in ora codicis ſui conjecerat, *fabellam permitte mihi detexere pacis.* propter vſ. 55. & hanc conjecturam cum Munkero communicaverat, qui eam prodidit ad Hygin. fab. CXXVI. & videtur probaſſe Broukhuſius, qui ita citat ad Tibull. IV. I. ult. de verbo *detexere* vid. ad Ovid. Remed. 12. BURM

3. NAM TIBI SECESSI,] Elegantiſſime dictum. *Tibi ſeceſſi*, id eſt, totam me tibi conſecravi Calliope, tota tua ſum. Solam te complecti, ſolam te ſequi, & divini carminis tui majeſtatem excolere mihi eſt animus. Seceſſi autem, dixit, quia, ut ait Poëta,

*Carmina ſeceſſum ſcribentis & otia quaerunt.*

Et ſane Poëta magnum aliquid & memorabile conditurus, neceſſe eſt, ut ſe extra res humanas in ſolitudinem rapiat, vacuus curarum, & ab aliis omnibus laboribus alienus. Et veteres ideo Muſis ſylvas & nemora attribuerunt, ut ſignificarent, amoenos ſeceſſus iis quaerendos eſſe, qui Muſis & Apolline dignum ſcripturi ſint carmen. Poëtae tamen eo nomine reprehenduntur apud Quintilianum in Dialogo de oratoribus, qui Tacito vulgo

ad-

Digitized by Google

Conſilium. quare nec carmine curro Phalaeco,
Nec trimetro jambo, nec qui pede fractus eodem

For-

adſcribitur, *Adjiee*, inquit, *quod Poëtis, ſi modo dignum aliquid elaborare & efficere velint, relinquenda converſatio amicorum, & jucunditas Urbis, deſerenda caetera officia, utque ipſi dicunt, in nemora & lucos, id eſt in ſolitudinem recedendum eſt.* Sed criminationi illi apud eundem Quintilianum elegantiſſime reſpondet Maternus quidam: *Nemora*, inquit, *& luci, & ſecretum ipſum, quod ab aliis increpatur, tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod nec in ſtrepitu, aut ſedente ante oſtium litigatore, nec inter ſordes ac lacbrymas reorum componuntur: ſed ſecedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque ſedibus ſacris.* Et ſane Poëtae, cum res faciant plus quam humanas, neceſſe eſt, ut ad condendum tam divinum opus, relicto hominum conſortio, in ſe ad ſolitudines ſuas ſecedant. Ibi liber animus vim ſuam expandit, & nulli rei intentus eſt, niſi quam quaerit. Tunc collecta, ut loquitur Claudianus, mens, relicto velut paululum corpore, ad maximarum rerum contemplationem ſe accingit. Ergo Sulpitia Muſae ſuae ſeceſſit, & animum ſuum, ſedatum jam & compoſitum, ad praeſens opus praeparavit. BOXH. *ſeceſſit* Aldina Editio.

3. Tecum penetrale retractans, Conſilium.] *Penetrale*, id eſt occultum & ignotum conſilium. Penetralia, ſunt occulta quaevis, & non ita obvia in aedibus loca. Unde & Penates Dii *Penetrales* appellantur, quod in illis colerentur. Sed quod eſt illud *penetrale conſilium*, quod cum Calliope retractaſſe ſe hic dicit Sulpitia? Nihil aliud vult Sulpitia, quam ſe cum Calliope egiſſe, quo conſilio Domitianus urbe Philoſophos exegiſſet, & ſimul bonas omnes artes proſcripſiſſet. Eleganter autem dixit *retractans*. Retractare enim nihil aliud eſt, quam unum & idem ſaepius repetere, & expenſis in utramque partem rationibus, nunc hoc, nunc illud animo ſuo perſuadere. BOXHORN. De verbo *retractare* vid. ad Ovid. vi. Met. 16.

4. Quare nec carmine curro Phalaeco, Nec trimetro jambo, nec qui pede fractus eodem Fortiter iraſci didicit duce Clazomenio.] Hoc vult Sulpicia; ſe jam totam ſeſe Calliopae addixiſſe, ac proinde animum ſibi eſſe, omiſſis Phaleccis, Iambis, Ioniis, aliiſque carminum generibus, in Heroici carminis majeſtate vires ſuas experiri. BOXHORN.

4. Phalaeco,] *Phalaecio* de quo in Epiſtolam Auſonii v. VINET.

5. Trimetro jambo,] Neſcio, quo bono auctore Sulpicia I. conſonantem fecit in *Iambo* triſyllabo. de quo in Epiſtolam Auſonii xxi. IDEM.

5. Nec trimetro jambo,] Dolendum, tam doctos procul dubio verſus periiſſe, & ex quibus tantum unicum ſupereſt hoc fragmentum, quod a veteri commentatore Juvenalis Sat. vi. citatur.

*Ne me cadurcis deſtitutam faſciis*
*Nudam Caleno concubantem proferat.*

Eſt autem *cadurcus* funis, quo lecti intendebantur antiquitus, qui & *inſtita* dicitur. Gloſſae Iſidori, *inſitae grabati reſticulae*. Interpretatur etiam membrum mulieris obſcoenum, ut & Gloſſae Iſidori. ſed ibi *cadurda* legitur, non *cadurca*. LINDENBROCHIUS.

5. Nec qui pede fractus eodem] Metrum Iambicum intelligit, habens poſtremo loco Spondeum pro Iambo: quod Graeci Σκάζον & χωλὸν, Latini *Claudicans* & *Claudum* appellant. Clazomenae urbs eſt Ioniae in Aſia, uti ſcripſimus in Epigramma Auſonii cxxiii. unde Κλαζομένιος, hoc eſt *Clazomenius*, ſeu *Clazomenêus*. Dux & auctor dicitur hoc loco Hipponax Poëta, qui quum eſſet Epheſius (ejuſdem provinciae civitas Epheſus) propter Athenagorae & Comae Tyrannidem Clazomenas ſe contulit, & illic habitavit. de illo plura Lilius Gregorius ex Suida, & aliis. Ceterum ſcribit Plinius lib. xxxvi. Hipponacti notabilem foeditatem vultus fuiſſe; quamobrem imaginem ejus laſcivia jocorum, quum pictores propoſuiſſent ridentium circulis, indignatus Hipponax a-

Fortiter iraſci didicit, duce Clazomenio.
Cetera quin etiam, quot denique millia luſi,

Pri-

maritudine carminum diſtraxit eos in tantum, ut aliquos ex iis ad laqueum compuliſſe creditus ſit. Uſus ergo in illos carmine Jambico Scazonte & Claudo Hippoaax, cujus modi eſt illud.

*Nec fonte labra prolui Caballino*,

quod ab ipſo ἱππονάκτειον, Hipponactium, ſive Hipponactêum fuit cognominatum. VINET. Elegans circumſcriptio. Intelligit autem carmen Ionicum, quod in Clazomeniis, quae pars Ioniae eſt, ſit inventum. *Fortiter*, id eſt valde, *iraſci* didicit. Nam quemadmodum in Heroico carmine efferre ſe poteſt animus, in elegis triſtari, in Jambico & Ionico egregie poteſt ſtomachari. Porro patet ex hoc loco, magnum in Sulpitia ingenium fuiſſe, quod non in Lyricis tantum, ſed & in Heroico ſcribendi carminis genere excelluerit. Raro enim fit, ut in omnibus quis excellat. Sic Virgilius melior eſt in Heroico, quam Elegiaco, Ovidius melior Elegiaco, quam Heroico. Horatius gravis & elegans in Odis, in Heroicis ſubinde jacet, atque languet. Nempe humanum ingenium hic aut ibi excellit, & omnes formas ſimul non capit. In aliis enim atque aliis carminum generibus, alii atque alii affectus requiruntur. Unus autem & idem animus eodem fere modo ſemper eſt comparatus. Etenim ridiculus futurus erat Ariſtophanes, ſi jocoſum ingenium ad Tragoedias ſcribendas tranſtuliſſet, contra ridiculus Euripides, ſi moroſum animum ad Comoedias applicuiſſet. Magni igitur ingenii in Sulpitia argumentum eſt, quod & in Lyrico & Heroico verſu pangendo excelluerit, quod & Amores & Satyram ſcribere potuerit, quae quam maxime diverſa. BOXHORN.

5 FRACTUS] Verſiculum hunc Sulpitiae ſtatim in initio;

*—— nec qui pede fractus eodem*
*Fortiter iraſci didicit duce Clazomenio.*

alii aliter, atque aliter interpretantur. Elias Vinetus de verſibus Hipponacteis interpretatur. Verba ejus in commentario ad Sulpitiam, in Auſoniana Editione, iſta ſunt. *Clazomenae* &c. Sed & locum hunc enodandum tibi duxit Hadrianus Junius cap. 16 lib. 1. Animadverſorum. Ubi de Scazonte Hipponactio itidem accepit his verbis adjectis. *Illud adnotare pretium eſt operae, quod fractum* verſum *vocet Scazontem Hipponactium: ſiquidem teſtimonio Halicarnaſſaei conſtat, Hipponactem infregiſſe trimetrum Archilochium in Scazontem, quo inimicos pungeret acerbius*, σκάζοντι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη, *ut ait Epigrammatarius.* Nos de verſu Iönico interpretabamur. Forſan non inepte. Clazomeniae enim Urbs Iöniae. Vide Praelectiones noſtras, ſive commentarium uberiorem. BOXHORN.

6. DIDICIT] *Diſcit* Ed. Aldin Pulmani, Plantin. de τῷ *fortiter* vide ad Quinctil. 11. 12. & v. 10.

7. CAETERA QUIN ETIAM, QUOT DENIQUE MILLIA LUSI, PRIMAQUE ROMANAS DOCUI CONTENDERE GRAJIS, ET SALIBUS VARIARE NOVIS, CONSTANTER OMITTO.] Hoc vult Sulpitia. Non Phalecum, & Jambicum & Iönicum tantum omittam, ſed & caetera poëmata mea, quae prope infinita, quibus ego Romana cum Graecarum foeminarum elegantia uſque ad invidiam contendi, deinceps non attingam. Sunt autem verſus illi profecti ex animo, qui tam rigido Domitiani de exigendis Philoſophis edicto haud leviter erat perturbatus. Oſtendit enim Sulpitia, illo ſe tempore vivere, quo Muſae, innocentiſſimae Deae, contemnerentur, quo bonae omnes artes, & earum Profeſſores proſcriberentur; ac proinde animum ſibi eſſe, amatoriis illis relictis, in Domitianum, ſcientiarum omnium & diſciplinarum hoſtem, ſtylum ſtringere. BOXHORN.

7. QUOT DENIQUE MILLIA LUSI,] Quot millia, id eſt, infinita, innumera. Numerus enim certus hic ponitur pro incerto. IDEM. Scaber verſus & ſententia intricata: in Aldina editione legitur, *quo denique millia luſi.* ſed *quo* illud, quo referri poſſit, non video. Heinſius volebat

Cae-

Digitized by Google

Primaque Romanas docui contendere Grajis,
Et ſalibus variare novis, conſtanter omitto:

Te-

*Caetera quin etiam quo tot pede millia luſi.*
Ut ſit conſtructio, omitto quin etiam pedem illum, quo tot caetera millia luſi. ſed quis ille pes? intricant etiam duae illae particulae *quin etiam* & *denique*, quibus uti utriſque ſolemus, poſt enumerata alia in compendium reliqua contrahentes. cogitabam aliquando.

*Caetera quinetiam, quae mollia denique luſi,*
*Primaque &c.*

Ut ultima ſua ante hanc Satyram facta carmina innuat. nam *denique*, notat poſt illa, quae Phalaeco, Jambo & Scazonte ſcripſi. & forte Elegos ſcripſerat, quod genus carminis mollius. ſic Ovidius II. Triſt. 345.

*Sic ego delicias, & carmina mollia feci.*

& hinc Thalia molli Poëſi, ut Calliope forti praeeſſe credebatur, unde Sappho apud Ovid. XV. Ep. 84.

*Ingenium nobis molle Thalia facit.*

& ita contra *durum verſum* Heroicum vocat Propertius II. 141.

*Nec mea conveniunt duro praecordia verſu.*

ubi vide Broukhuſium. & ſic ſaepe Propertius nil ſibi eſſe air cum Heroico carmine, quo canuntur res geſtae magnorum ducum, ſed mollia carmina ſibi canenda. vid. III. I. 19. & II. 18. & infinita poſſent in hanc rem congeri: facilis vero permutario in his vocibus, *millia* & *mollia.* ſic apud Ovid V. Triſt. I. 32.

*Mollia quot Martis gramina campus habet.*

ubi Leidenſis codex, *millia*, ut in notis eſt videre. poſſet & de Lyricis carminibus intelligi. nam & illis *molles modos* dat, & opponit Heroicis Horat. II. Od. 12. quae tota reſpici poterit. Quidquid ſit, ſi ſupereſſent variorum generum carmina Sulpitiae, judicare liceret, an & amatoria fecerit Lyrica, aut Elegiaca. Verum ſuſpicionem hanc noſtram facile abjiciemus, ſi quis probabiliora protulerit. BURM.

8. PRIMAQUE ROMANOS] *Romanas* legendum putaverim, ut de feminis femina loquatur. de viris certe non poteſt hoc eſſe verum Fuerunt Catullus, Ennius, & innumerabiles alii ante Sulpiciae & Domitiani Caeſaris tempora. Fuerunt etiam ante eadem tempora Romae nobiles Poëtriae, veluti Cornificia illa ſub Octavio Auguſto, cum Cornificio fratre Poëta, cujus inſignia epigrammata vidiſſe ſe ſcribit Hieronymus in Chronicis. ſed videntur priores illae Romanae, uno aut altero genere carminis contentae fuiſſe, quum Sulpicia cunctis generibus cum Sapphone, Corinna, & aliis Graecis auſa ſit prima contendere. VINET. Verſiculus hic primâ quidem fronte innuere videtur, quaſi Sulpitia prima fuiſſet ex Romanis foeminis, quae animum diſciplinis & famam ſcriptis tradidiſſet. Verum enim vero ante Sulpitiam ſub Auguſto Cornificia verſus ſcripſit. Cur ergo, roget aliquis, primam hic ſe dicit Sulpitia? Duas ob cauſſas. Primo, quia Sulpitia prima foeminarum Romanarum Amorum libros conſcripſit. Deinde prima Iambos compoſuit, & Phalaecos, & Iönicos, quibus praecipuam doctrinae & ingenii famam accepit Ergo

*Primaque Romanas docui contendere Grajis.*

Id eſt, illa ego prima ſum, quae exemplo meo probavi, Romanarum ingenia Graecis non eſſe inferiora. Alludit autem praecipue ad Sapphon, quae Lyrico praeſertim carmine apud Graecos inclaruit. BOXHORN.

9. ET SALIBUS VARIARE NOVIS,] Intelligit hic Sulpitia libros, quibus varii generis & argumenti carmina ſua inſeruerat. Cujuſmodi variorum Poëmatum libri *Sylvarum* nomine à Statio Papinio appellantur. Niſi *variare* hic potius idem ſit, quod varietate elegantiarum & inventionis illuſtrare & exornare. BOXHORN.

9. CONSTANTER OMITTO:] Primam ſyllabam in hoc verbo corripi conſtans eſt inter eruditos opinio, & docebunt notae noſtrae ad Ovid. II. Amor I. 17. ſcrupulum tamen mihi injecit locus Horatii lib. III. Od. XXIX. II.

*Omitte mirari beatae*
*Fumum, & opes, ſtrepitumque Romae.*

Ad quem neminem interpretum, ne ipſum quidem Bentlejum, qui hanc ſibi praecipuam provinciam ſaepe ſumit, ut modorum & numero-

rum

Teque, quibus, princeps & facundiſſima, calles,

Ag-

rum rationem doceat, haeſiſſe miror. quod mihi indicio eſt, omnes crediſſe, poſſe produci. ſed cum ipſe Horatius ſeptem aliis diverſis in locis, quae in indice Havemanni videre poteris, conſtanter corripiat, quis credat, illum hoc unico in loco voluiſſe producere. in Editione veteri repperi *obmitte*, quod fulciendo metro excogitatum puto: an ſcribendum credemus, *O* (ſc. Maecenas) *mitte mirari*. ſed vix hoc placet, licet *mitte* hoc modo noſter ſoleat uti, ut I. Od. XXXVIII. 3. Ep. XIII. 7. Quaerant eruditiores rationem Horatii defendendi, vel emendandi, ego nihil invenio. BURM.

10. TEQUE, QUIBUS PRINCEPS, ET FACUNDISSIMA CALLES, AGGREDIOR.] Quid hoc ſibi velle dicam, neſcio. nihil enim ineptius, indigniuſve adeo laudabili ac pereruditа Sulpitiae gentis Heroide: cujus exiſtimationis rationem ſi pro perſonae matronalis dignitate habere voluerimus, totam poene prioris hemiſtichii partem, retexamus neceſſe erit. Sed enim hoc abſque auctoribus libris infirmum, neque adeo tutum ſatis: quos quidem ego ſuffragatores ſi haberem mihi, lubenter hercule repoſuerim.

*Teque tuoſque, praees queis facundiſſima,*
*Colles Aggredior.*

Vel etiam, *Calles*. DOUZA. In Satyrae Sulpitianae hoc loco:

*Teque, quibus princeps & facundiſſima calles*
*Aggredior. precibus deſcende clientis & audi.*

*Callere in re aliqua* veluti *pollere*, *excellere* aut talia, perperam nonnemo Latio exturbare niſus. Audi Nonium Marcellum. Eadem phraſi ultimo aevo uſus Saxo Grammaticus Danicae Hiſtoriae elegantiſſimus ſcriptor lib. III. *ſiſtro ac barbito omnique fidium modulatione callebat.* Ibidem: *Roſterum ſe vocari, omnique fabrilium rerum officio* (emenda *opificio*) *callere perhibuit.* lib. V. *juſſit etiam, ut, quicunque malarum artium ſtudiis calluiſſent* (ita legendum) *praemia recepturi prodirent.* Eodem libro: *incantationum ſtudiis incumbunt, venationibus callent.* Quo loco emaculandum *venenationibus*. Optime pro re & bono ſcriptore. Qui hic per viam velut tribus maculis purgatus eſt. Eodem vero verbo ita uſus Conſtantini aevo Juvencus libro I. Hiſtoriae Euangelicae:

*At ferus Herodes ſibimet ſuccedere credit,*
*Quem caliens aſtris quaeſiſſet Cura Magorum.*

Quorum verſuum poſtremum agnoſcat Juvenci, qui, unde Virgilius habeat, non meminit, Melior Goldaſtus notis ad Iſidorum de Praelatis. pag. 140. BART. Hanc Douzae emendationem probare non poſſum, recedit enim nimium quantum a literarum veſtigio. *Callere principem* pro eſſe & dici duriuſculum eſt, imo barbarum. nonne legendum?

*Teque quibus princeps & facundiſſima cluvis.*

*Cluvis* pro *cluis*, geminato *v.* ſic veteres ſcripſere, Ennius, Lucretius, Plautus, alii vel ſcribe *Teque q. p. e. f. collis.* ANONYM. In editione *Hadrianidae.* haec jam occupaverat antiquitatis ſaepe putidiſſimus captator Scioppius lib. II. Veriſim. 16. aut inde Anonymus ille deſcripſerat. Deinde reſipiſcens idem Scioppius legebat.

*Teque, quibus princeps es facundiſſima collis.*

Aggredior & invoco te verſibus Heroicis, quibus tu princeps es collis Heliconii, & muſarum maxima diceris. Heinſius tentabat,

*Teque tui princeps & facundiſſima collis.*

ſed haec omnia dura & coacta. *callere* poteſt ſatis defendi ex illis Petron. cap. CXXXV. *his ego callens artibus.* ubi vide adnotata, & ad Valer. Max. VIII. XII. I. & Omeiſium ad Juvenc. I. 528. quare ſana ſatis lectio videri poteſt, quam etiam amplexus Munckerus ad Hygini Fab. CXXV. diſtinctione ita poſita,

*Teque, quibus, princeps & facundiſſima, calles,*
*Aggredior.*

Citavit ita etiam Barthius ad Stat. V. Silv. III. 15. ubi principem & ducem muſarum illuſtrat. quia tamen humilius hoc verbum de Dea videtur, forte ſcripſerit *polles*, ut in Valerii Max. loco Gudius etiam tentabat: ut *Pollentemque Deum Venerem*, apud Servium ad Virg. II. Aen. 632. Calvus dixit,

&

Adgredior. Precibus deſcende clientis, & audi.
Dic mihi, Calliope, quidnam pater ille deorum

Co-

& ita Cicero ſaepe hoc verbo utitur de eloquentiae vi & efficacia. BURM.

10. TEQUE QUIBUS PRINCEPS ET FACUNDISSIMA CALLES, AGGREDIOR. PRECIBUS DESCENDE CLIENTIS, ET AUDI.] Concludit hic invocationem Sulpitia, imitata illud Horatii lib. III. Oda 4.

*Deſcende Coelo, & dic age tibia*
*Regina longum Calliope melos.*

Principem Muſarum Calliopem hic appellat Sulpitia, ut reginam Horatius. Quare autem Calliope princeps, & regina Muſarum vocatur? Quia nempe maſculam materiam tractat, ut genus, vitam, & geſta magnorum Heroum; deinde quia ipſa Heroici carminis norma & ratio ſine majeſtate quadam non conſiſtit. BOXHORN.

10. ET FACUNDISSIMA CALLES] *Callere* hic ſignificat pollere & excellere. Adeo ut Sulpitiae ſententia ſit. Te aggredior, Calliope, illo carmine, in quo facundiam tenes, & principatum. IDEM.

11. PRECIBUS DESCENDE CLIENTIS ET AUDI.] Meis precibus, ita *cliens* communis eſt generis. VINET. Precatur Sulpitia Calliopen, ut coelo deſcendat; ex ſententia veterum gentilium Theologorum, qui Muſis ſingulis in coelo ſingulos orbes coeleſteis dederunt. Ut eleganter diſſerit Macrobius lib. II. cap. 3. in Somnium Scipionis. Atque ita quidem invocationem Sulpitia concludit. Pergit jam, & finita invocatione ad rem ipſam, id eſt, iniqua & infeſta virtutibus Domitiani tempora perſtringenda ſe accingit. BOXHORN. Horatius II. Od. 18. vſ. 8. *Clientas* dixit. vid. Barth. VIII. Adv. 14.

11. DESCENDE] Heinſius malebat, *Deacede.* ſed aperta nimis eſt imitatio Horatii III. Od. 4. precantis *Calliopen*, *Deſcende coelo* &c. BURM.

12. DIC MIHI, CALLIOPE,] Imitatus eſt Claudianus Laude Serenae in initio,

*Dic mihi, Calliope, cur tanto tempore differs?* &c.

*dic* vero aliquid ſtomachoſi & ſolliciti animi exprimit: curioſius etiam interrogantis eſſe oſtendit Broukhuſius ad Propert. II. II. 23. vide & quae nos diximus ad Ovid Epiſt. XVI. 341. ſic εἰπὲ ἡμῖν Lucas Euang. XX. 2. & Act. v. 8. BURM.

12. DIC MIHI, CALLIOPE, QUIDNAM PATER ILLE DEORUM COGITAT? AN TERRAS, ET PATRIA SAECULA MUTAT?] Mirum, ni ad aureum illud atque ex omni parte beatum Flavii patris, ac Titi Veſpaſiani filii ſaeculum reſpexerit Poëtria noſtra, cujus adeo memoria, imo ſublati ex oculis deſiderium potius, recens etiam tum mortalium animis obverſabatur, ac tantum non impreſſum reſidebat: & quidem eo firmius ac propius medullis, quo major Reipublicae mutatio facta, Domitiani ſucceſſoris inſolentia maxime, terribilis cunctis & inviſi. Merito: quippe quem non ſolum magnae, ſed & callidae inopinataeque ſaevitiae Imperatorem fuiſſe, perhibet Suetonius. *Patria* ergo *ſaecula* haud alia utique, quam Saturnia illa omnium Poëtarum praeconiis celebrata. DOUZA. Id eſt, quotiens calamitatem hujus ſaeculi intueor, de negligentiâ & ignaviâ Deorum mihi in mentem venit. Dic mihi, O Muſa, abjecitne Jupiter, cuſtos ille & praeſes publicus, curam omnem Imperii Romani? an ruinam noſtram accelerat, nec calamitatem videt, cum qua ſub Domitiano colluctamur? Habebant autem in more Gentiles, ut, ingruentibus rebus adverſis, Deos tanquam ſecuros & negligentes rerum humanarum accuſarent. Quod argumentum, quia frequens eſt in paganis ſcriptoribus, non abs re erit paullo diligentius inſpicere. Gentilium igitur ſapientiſſimi, cum perſuaſiſſent ſibi, numen aliquod eſſe, quod ſupra nos res humanas curaret, ab eo nihil niſi bonum bonis evenire oportere exiſtimabant. Ita enim rationem inibant. Bonorum mortalium, quique ad virtutem praeter caeteros erectâ mente eniterentur, majorem divinum numen curam habere, quam aliorum, qui belluarum more particulam coeleſtis in ſe flammae voluptatum omni genere conſpurcarent, & ad opes atque dignitates, per fas & nefas, nullo re-

Cogitat? an terras, & patria ſaccula mutat?

Quaſ-

ſpectu aequi aut iniqui graſſarentur. Cum autem porro non raro uſu venire experirentur, ut florerent pravi illi, & vecordes mortalium, illi autem, qui virtutum ſtudio arderent, miris modis in vita affligerentur, & ab illis ipſis vecordibus ſummis injuriis divexarentur, homines nullâ certâ perſuaſione de divina natura imbuti, facile reſilierunt, & ipſum religionis ſuae fundamentum, providentiam videlicet, ex experientia confutare annisi ſunt. Inde proceſſit triſtiſſimum in multis Gentilium ſcriptis argumentum. Si bonitas divina providentia quadam res humanas gubernaret, utique bonos florere, & ulibus omnium rerum affluere oportere. Illos autem miris modis malorum tempeſtatibus ſurſum atque deorſum per omnes agi & ferri miſerias: neceſſariam proinde eſſe concluſionem; Providentiam Deorum aequis oculis mortalia non inſpicere, aut non gubernare Unde Claudianus lib. I. in Rufinum.

*Saepe mihi dubiam traxit ſententia mentem,*
*Curarent ſuperi terras, an nullus ineſſet*
*Rector, & incerto fluerent mortalia caſu.*

Sic Attius in perſona afflictiſſimae Antigonae inquit,

*——— Jamjam neque Dii regunt,*
*Nec profecto Deûm ſummus Rex omnia curat.*

Elegans etiam Varronis Epigramma in hanc rem circumfertur.

*Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,*
*Pompejus nullo, credimus eſſe Deos?*

Et graviter inprimis Lucanus lib. VII. 445.

*——— ſunt nobis nulla profecto*
*Numina, cum caeco rapiantur ſingula caſu,*
*Mentimur regnare Jovem. Spectabit ab alto*
*Aethere Theſſalicas, teneat cum fulmina, clades.*

Sic Minutius Felix in Octavio cap. V. Ethnicum quendam inter caetera ita diſſerentem inducit. *Quod ſi mundus, inquit, divina providentia, & alicujus numinis auctoritate regeretur, nunquam mererentur Dionyſius, & Phalaris regnum, nunquam Rutilius, & Camillus exſilium, nunquam Socrates venenum.* Sic pleni ſunt Gentilium libri accuſationis Deorum in rebus adverſis, ut eleganter diſſerit C. Barthius ad Claudianum. Unde Phaedrus in fabulis lib. IV fab. 6. *Ut videantur, aliquid ſapere, coelum vituperant.* Et divine inprimis Seneca Epiſt. quadrageſima & nona. *Multos*, inquit, *inveni aequos adverſus homines, adverſus Deos neminem. Objurgamus quotidie fatum. Quare ille in medio curſu raptus eſt? quare ille non rapitur? Utrum, obſecro te, aequius judicas, te naturae, an tibi parere naturam.* Huc pertinet proverbium, *Ne Juppiter quidem omnibus poteſt placere.* Sulpitiae certe hoc loco non placuit, quae velut de providentia ejus deſperans, plena animi & furoris Calliopen ſuam rogat.

*Dic mihi, Calliope, quidnam pater ille Deorum,*
*Cogitat? an terras & patria ſaecula mutat?*

BOXHORN.

12. QUIDNAM PATER ILLE DEORUM COGITAT? ] Juppiter Saturni filius VINET. Pater ille Deorum eſt Jupiter. Sed roget aliquis, cur Juppiter *pater Deorum* appellatur, cum Saturnus, & alii adhuc ante ipſum Dii fuerint? Cauſſae duae ſunt. Primo, quia Juppiter, exacto patre ſuo Saturno, primus majeſtatem numinibus induxit, & numerum Deorum auxit, atque ampliavit: ſecundo, quia omnia & coeleſtia & terreſtria regere, atque moderari credebatur. Adeo ut *pater* hic non deſignet auctorem, aut parentem, ſed praeſidem, patronum, & principem Deorum. Ergo ait Sulpitia, *Quidnam pater ille Deorum Cogitat?* Id eſt, quid agit, quid molitur Juppiter? an moderamina ſalutis publicae intermiſit? Eſtque expoſtulatio, qualis illa apud Virgilium IV. 379.

*Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos*
*Sollicitat.*

BOXHORN. *Ille* hic admirationis cauſſa ponitur, obſervante Barthio ad Stat. III. Theb. 556 *Juppiter ille* ſaepe, ut excellens & Deorum maximus, dicitur, ut copioſe Heinſius ad Virgil. VII. Aen. 110. docet: quia vero curas Heinſianas periiſſe credebat mecum, qui dolebam, has nuſquam in ſcriniis ejus ab Heredibus inveniri, Brouk-

hu-

Digitized by Google

Quaſque dedit quondam, morientibus eripit artes?

Noſ-

huſius, ille hoc damnum reſarcire voluit ad Tibull. I. IV. 19. ſed jam ex latebris protractas adnotationes Heinſianas parare nos editioni nundare licet orbi erudito. BURM.

13. PATRIA SECULA SUNT] Paterno hactenus a Jove animo & adfectu gubernata. BART.

13. AN TERRAS ET PATRIA SAECULA MUTAT?] Terras mutare hic idem eſt, quod *coelum & terram miſcere.* Quae loquendi formula à Gigantibus, aut Titanibus deſumpta eſt, qui bellum Diis & coelo, ut fabulantur, indixere. Sed quid hoc ſibi vult, cum Sulpitia inquit, *an patria ſaecula mutat?* Quae ſunt illa *patria ſaecula*? Certe ſaeculum aureum, quod ſub Saturno Jovis patre fuit, intelligi hic non poteſt. Dudum enim aetas illa effluxerat, & orbis in ferro laborabat. *Patria* igitur *ſaecula* hic ſunt, quae parentum memoria fuerunt, quae ſub Domitiani parentibus & praedeceſſoribus fuere. Cum Flavius moderamina ſalutis Romanae teneret, cum praeeſſet Titus Veſpaſianus, amor ille & delitium generis humani. Intelligit igitur Sulpitia illud ex omni parte beatum Flavii patris, & Titi Veſpaſiani filii ſaeculum, cujus felicitas, & ſecuritas adhuc animo obſervabatur, cum res Romana ſub Domitiano graviſſime affligeretur. BOXHORN. Quid ſi, *ferro jam patria ſecula mutat.* DOUZA. Heinſius conjiciebat, *an terras in patria ſecula mutat*? quomodo & Broukhuſius legendum cenſebat, & Saturnia ſecula intelligebat. ſed vix ſenſum aptum video: hoc enim beneficium eſſet mortalibus dare: ſed querelas adhuc ad Jovem de depravato & corrupto ſtatu imperii defert Poëtria, quae, an ex optimo ſub Veſpaſiano & Tito, nunc in deterius mutaret Jupiter, rogat Muſam. in fine demum carminis, morte Domitiani promiſſa, ſpes ſit melioris ſeculi, quare, ſi terras in patria ſecula, id eſt aurea mutaret, nulla querendi eſſet cauſſa. ego per *patria ſecula* cum Boxhornio felicia illa ſub Veſpaſiano & Tito intelligo. BURM.

14. QUASQUE DEDIT QUONDAM, MORIENTIBUS ERIPIT ARTES?] Eleganter, Graecaque mutatione Sulpicia *morientes* pro mortalibus dixit his verſibus. de univerſo enim genere humano loquitur Poëtria. ſic *latrantes* pro canibus, *volantes*, pro avibus, & alii ſcriptores ea forma uſurpant. BART. Nihil dici poſſet elegantius. *Morientes*, id eſt mortales. Sic latrantes pro canibus, volantes pro avibus, aliaque ejuſmodi Latini ſcriptores uſurpant. Significantius autem eſt, *morientes*, quam *mortales.* Mortalis enim poteſtatem, moriens autem ipſum, ut ita dicam, actum moriendi notat. Et profecto morientes ſumus. Morimur, ubi vivere nos putamus. Singulis momentis quantum ad vitam accedit, tantum decedit. In horas ſingulas morimur, non vivimus. Nam dum vivere te dicis, id quod dicis, jam vixiſti. Videtis, quam abſtruſae venuſtates in uno illo verbo *morientes* concludantur. Profecto fruſtra in bonorum auctorum lectione ſumus, niſi ad iſta attendamus. Ergo

*Quaſque dedit quondam, morientibus eripit artes.*

Omnia enim artium principia, ad Deorum benignitatem priſci referebant, quippe earum inventores pro numinibus venerantes. Sed cur artes inventae Jovi hic adſcribuntur? Quia omnia bona olim ad Jovem referebantur. Unde *bonorum dator* totiens ab Homero appellatur. Juppiter enim per alios Deos, velut ſubditos ſuos, omnia efficere credebatur. BOXHORN. Heinſius, *Quaſque dedit quondam, jam gentibus eripit artes.* in Aldinis, & aliis Auſonii editionibus, *quaſque dedit quondam morientibus, eripit artes. morientibus* neſcio, an ſanum ſit. certe pro *mortalibus* dici credam, cum ſimile exemplum videam. forte *morientibus*, pro ad mortem uſque adflictis, & certo brevi morituris, & perituris ſub tyrannide illa Domitiani; quare invidiam inde Jovi facere videtur, quod eripiat artes miſeris, qui tamen iis brevi cariturі eſſent, & quae in rebus his adflictis poſſent adhuc ſolatium adferre deſtinatis caedi: ut ita hoc participium praeſens pro futuro poni, vidimus ad Val. Flacc. IV. 59. ſic Ovid. Remed. 57.

*Nec moriens Dido ſummâ vidiſſet ab arce*
*Dardanidas vento vela dediſſe rates.*

Id eſt brevi poſt moritura, vel quae moride-



ſti-

Noſque jubet tacitos, & jam rationis egenos,
Non aliter, primo quam quum ſurreximus aevo,

Glan-

ſtinaſſet, ut Virgil. IV. Aen. 475. *decrevitque mori.* Petron. cap. XCVIII. *genua ego amplector, ne morientes velles occidere.* ubi vide, quae dixi.& quae proverbium illud ſapiunt, quod ad illa Sophoclis Philoct. 938. ἐναίρειν νεκρὸν, notavit Scholiaſtes, σφάττων νεκρόν. & ita apud Claudian. Bello Getico 146.

——— *Miſcentem incendia Pyrrhum*
*Suſtinuit, toto moriens Oenotria luſtro.*

Ita Codex Barthii pro *moerens.* ubi videbis, quae notabo. *artes*, ut Horat. IV. 15. *veteres revocavit artes.* BURM.

15. NOSQUE JUBET TACITOS, ETIAM RATIONIS EGENOS,] Reſcribo, *& jam rationis egenos*; hoc eſt, inopes BONAE MENTIS, ſive conſilii, nec jam rationis amplius, vel judicii ullius ſanioris compotes, veluti muta (hoc enim τὸ *tacitos* vult ſibi) pecora ſub jugum miſſa, vel (cum Flacco I. Sat. IX. 20. ut dicam)

*Iniquae mentis aſellos auriculas demittentes*
*Quum gravius dorſo ſubiere onus.*

Eadem illa, quam memoravi modo, tyrannica Domitiani dominatione oppreſſos, ac modo non redactos ad extremiſſimam rerum omnium penuriam ac deſperationem. An hoc potius quaerit Sulpitia, quod ſequentia confirmant oppido, utrumne Jovi decretum ſit, conſentientibus fatis, artium, doctrinarum, ac diſciplinarum omnium univerſo mortalium generi oblivionem inducere aliquando: vitaeque iſtius melioris praemia cultumque; Atticae, inquam, Philoſophiae, *Bonaeque mentis* ac humanitatis ſtudia, divinitus antea dilargita nobis, in perpetuum porro dediſcere jubere, ad primi illius ac rudis aevi infantiam & plus quam brutam ſtupiditatem revocatos? Videlicet, ut omnis agriculturae expertes, Cereri ac Libero renunciantes, ad glandes rurſum ac Acheloia pocula poſt tot ſaeculorum ſaecula, neſcio quo poſtliminii jure, verſoriam denuo capiamus? an magis neceſſitatem iſtam fatalem nobis, hoc eſt, uni Italicae genti ſoliſque Romulo nepotibus interminatur Jupiter, quos ſummis opibus atque induſtriis, reliquarum etiam nationum, imo hoſtium ſalute maxime, exterminatos perditoſque expetit, Capitolio ipſus ſuo iratus infeſtuſque, ULTORIS *ſcilicet*, *ne dicam* PRAEDATORIS cognomine aſſumpto ſibi: CUSTODIS ac CONSERVATORIS depoſito. DOUZA. *Noſque jubet tacitos & jam rationis egenos.* perperam Auſonianae editiones, quotquot ego habeo, *etiam* uno verbo legunt. BART.

15. RATIONIS EGENOS,] Id eſt, inopes bonae mentis, ſive conſilii, nec jam compotes ſanae rationis, tamquam pecudes, quae ad grave onus, quod tergo ſuo imponitur, obmuteſcunt. Hoc enim vult, cum inquit, *Noſque jubet tacitos.* BOXHORN. *Et jam* recte: hoc morientibus convenit, quibus ratio deficere videtur & ſermo. nam contra Tyrannum ne hiſcere quidem licebat. *rationis egens* Virg. VIII. 299. BURM.

16. NON ALITER] In editione Aldina, & Pulmanni Auſoniana ſequebantur verſus,

*Quid reputemus*
*Roma caput*
*Sed virtus*

& tum demum *Non aliter* &c. in Raphelengiana editione Ordo hic ſervabatur.

*Non aliter,*
*Glandibus*
*An reliquas*
*Sed gens*
*In freta*
*Ceteraque*
*Quid reputemus*
*Roma*
*Sed virtus*
*Deinde velut*
*Languet*, &c.

16. NON ALITER, PRIMO QUAM QUUM SURREXIMUS AEVO, GLANDIBUS, ET PURAE RURSUS PROCUMBERE LYMPHAE?] Sententia Sulpitiae eſt. Vult Domitianus, ut ad hoc edictum de exigendis Philoſophis, & bonarum artium Profeſſoribus obmuteſcamus tanquam pecudes, tanquam ratione deſtituti, & ad barbariem priorum temporum revertamur. Quod idem eſt, acſi juberet,

ut

Digitized by Google

Glandibus & purae rurſus procumbere lymphae?
An reliquas terras conſervat amicus, & urbes;
Sed genus Auſonium, Remulique exturbat alumnos?

Quid

ut relicto frumenti & vini uſu, ad glandes & aquae pocula reverteremur. BOXH.

16. NON ALITER, PRIMO QUAM QUUM SURREXIMUS AEVO, GLANDIBUS, ET PURAE RURSUS PROCUMBERE LYMPHAE?] Primorum hominum cibus glans fuiſſe perhibetur, & potus aqua. Virgilius in principio lib. I. Georg. & Juvenalis II. Satyr. VINET. *Surgere* hic ſignificat, naſci, oriri, prodire. Porro hominum primogenitos glandibus & aqua uſos fuiſſe nemo neſcit. Virgilius I. Georg. 7.

*Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus*
*Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta,*
*Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis.*

BOXH Heinſius malebat, *primo quam cum correpſimus aevo.*

17. RURSUS PROCUMBERE] Auſonianae Editiones male, *rurſus procurrere lymſae. Procumbere* enim vera lectio eſt, quam, ut & ſuperiorem optime in textum recepit ſuum Petrus Pythaeus. BART. *Procumbere* vera lectio: ſed ſollemnis illa librariorum eſt aberratio. Valer. Flac. III. 557.

*— gratos avidus procumbit ad amnes,*

ubi *procurrit* alii: ibid. vſ. 594.

*Nunc noſas nemorum procurrit ad umbras.*

ubi *procumbit* multi praeferunt, lib. VII. 496.

*Et ad primos procumbit Graecia fluctus.*

Ubi etiam *procurrit* praetuli. & ita ſaepe alibi. BURM.

18. AN RELIQUAS TERRAS CONSERVAT AMICUS ET URBES? SED GENUS AUSONIUM, REMULIQUE EXTURBAT ALUMNOS.] Id eſt, an Juppiter Romanos indignos cura ſua & providentia habet, pro aliis autem & Barbaris terris ſollicitus eſt? Eſt huic par querela apud Tacitum lib. I. Annalium, ubi inquit; *Non unquam atrocioribus populi Romani cladibus, magiſve juſtis judiciis approbatum eſt, non eſſe Diis curae ſecuritatem noſtram, eſſe ultionem.* BOXHORN.

18. RELIQUAS] Temporis ſui more primam ſyllabam produxit, quod ſeculi aurei Poëtae vetiti fuere. vide ad Phaedr. I. fab. ult. ut tetraſyllabo utitur Lucret. I. 561.

*Numquam reliquuo reparari tempore poſſet.*

Ubi tamen admodum variant codices, & editiones. BURM.

18. AN RELIQUAS TERRAS CONSERVAT AMICUS, ET URBES:] Elegantiſſime dixit Sulpitia, *conſervat*, alludit enim ad cognomentum Jovis Servatoris, qui Graecis Σωτὴρ appellatur. Jupiter etiam Conſervator dictus eſt, ut patet ex inſcriptionibus antiquorum nummorum. Ut in Diocletiani quidem uno, in cujus priore facie ipſius facies, in poſteriore vero Jovis imago ſtat, cum his litteris, JOVI CONSERVATORI. BOXHORN.

19 GENUS AUSONIUM ROMULIQUE ALUMNOS?] Id eſt Romanos & Italos. Auſones gens Italiae. Romulus primus rex Romanorum. Miraberis autem, quod *Romulus* hoc loco primam ſyllabam corripiat, quae apud omnes alios poëtas producitur: nam *Romulus* lib. IV. vſ. 186. Punicorum Silii.

*Tum Romulum, atque olim celeberrima nomina bello.*

Neque idem eſt Romulus, neque *Romulus*, ut arbitror, legi debet, ſed *Remulus*, *e* pro *o*, ut libro IX. Aeneid. vſ. 633. *Perque caput Remuli venit.* & alibi in eodem Poëmate. Florentinum autem exemplar, hic pro *Romuli*, *Remi* habet, unde conjicias, Sulpiciam *Romi* ſcripſiſſe, *o* in prima ſyllaba, ſed antiquitatis literarumque imperitos *Romi* in *Romuli* produxiſſe. Scribit enim Servius in lib. I. Aeneid. vſ. 273. regem illum, a quo nomen ſumpſit Roma, Romum fuiſſe primum appellatum, quot ſyllabarum fratri Remo nomen fuit: ſed pro Romo Romulum poſtea eſſe dictum, blandimenti gratia Idem, puto, invenies & apud Feſtum Pompejum in verbo *Romam.* Beatiſſimam autem Romam, ampliſſimumque imperium Romanum Auguſtus Caeſar moriens reliquit: ſed ſucceſſorum principum vitiis omnia ſtatim corrumpi ac imminui coepta. VINET. *Remulique exturbat alumnos*, ita legendum foret, non uti in exem-

Ggg 3

Quid reputemus enim? Duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & ſapientia pacis.

Sed

exemplari noſtro viſitur *Romulique*, repugnante numerorum ratione. Romulum enim & Remum identidem à Poetis confundi videmus, alterumque pro altero promiſcue nominari: interdum utroſque pariter conjungi ſimul, ut aequum eſt fratres, & quidem germanos geminos. Sicuti apud Catullum Carm. XXVIII.

*At vobis mala multa Dii Deaeque*
*Dent, opprobria Romuli Remique.*

Propertius autem, *Regna Remi* pro urbe Roma poſuit, cum ait lib II. El. 1. 23.

*Regnave prima Remi, aut muros Carthaginis altae.*

DOUZA. *Genus Auſonium*, id eſt, Latinos. Nam Latii pars eſt Auſonia. *Remuli* autem *alumni* ſunt Romani. Sic *turba Remi* pro Romanis poſuit Juvenalis. Sic *Regna Remi* pro Urbe Romana uſurpat Propertus, cum inquit,

*Regnave prima Remi, aut muros Carthaginis altae.*

Quanquam enim Romulus augurio victor Urbi nomen & imperium dederit, Remus tamen in condenda urbe fratrem ſuum adjutavit. Adeo ut Remus etiam pro parente, & conditore Romani Imperii poſſit haberi. Ut igitur à Romulo Roma & Romani, ita à Remo Remi turba, Remi alumni appellantur. BOXHORN. Scioppius II. Veriſim. 16. ridet eos, qui *Romi* vel *Remuli* ſubſtituerunt, & ille *Romuli* per ſyncopen pro *Romli* biſſyllabum facit: ſed has delicias ſibi habeat. *Remi nepotes* dixit Catullus pro Romanis etiam carm. LVIII. & *Domum Remi* Propert. IV. 1. 9. & *ſigna Remi* VI. 80. & ita paſſim Poëtae. *Remulus* autem dici potuit eodem jure, quo *Romulus*, quod nomen a *Romus* eſt diminutivum, & ὑποκοριστικῶς dictum, ut infantes ſolent a nutricibus appellari; ut docere Servium jam Vinetus notavit. BURM.

20. QUID REPUTEMUS ENIM? DUO SUNT, QUIBUS EXTULIT INGENS ROMA CAPUT, VIRTUS BELLI, ET SAPIENTIA PACIS.] Paullo latius hic vagatur Sulpitia, & poſtquam de ſublatis bonis artibus nonnulla dixit, porro ad corruptum lacerae Reipub ſtatum deplorandum ſe accingit. BOXH.

20. QUID REPUTEMUS ENIM?] Id eſt, non poſſum mihi aliter perſuadere, quam Jovem infeſtum nobis eſſe, & turbare atque negligere res humanas. Pacis & belli artes olim Romam in hoc ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulere, quae artes jam jacent, & non excoluntur. IDEM.

20. DUO SUNT, QUIBUS EXTULIT INGENS ROMA CAPUT,] Sic Virgilius Ecloga prima:

*Verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,*
*Quantum lenta ſolent inter viburna Cypreſſi.*

& VIII. Aeneid. 65.

*Hic mihi magna domus celſis caput urbibus exit.*

IDEM. Neſcio, an recte ceperint hunc locum viri docti, & vim particularum *quid enim* perſpexerint. Sulpitia enim hic, quaſi ſibi objiceret aliquis, nihil eſſe, quod Romani quererentur, quibus a Diis duae principes artes eſſent datae, *virtus belli & ſapientia pacis*, & per quas tantum imperium conſecuti eſſent, quantum nullum in orbe populus; reſpondet nunc indignans, & ſarcaſmo quodam utens. *Quid enim* haec jam attinet reputare, quae vulgo jactari ſolent, *duo ſunt* &c. haec nihili ſunt, & nihil profecere: nam virtus agitata bellis civilibus & ſocialibus elanguit jam, & abiit. ſapientia pacis, quae Graecorum ſcientia & artibus maxime ſtabat, ut vſ. 33. ex urbe fugatur. *quid enim* reſpondet Graecorum τί γὰρ, quando elevare velimus pondus dictorum alterius. Tertul. de Pallio cap. V. initio. *tamen, inquit, ita a toga ad pallium? quid enim? ſi a diademate & ſceptro?* ubi vide Salmaſii notas, & quae notavimus ad Ovid. Epiſt. V. 69. & Phaedr. III. 8. BURM.

21. BELLI VIRTUS, ET SAPIENTIA PACIS.] Sic Florus opera Romanorum vel belli vel pacis eſſe dixit. Bello autem floruit Roma, cum hoſtes ſuos ſubegit, pace, cum ſubactos ſervavit. Bello acquiſivit, quod

non

Sed virtus agitata domi, & ſocialibus armis,

(Cae-

non habuit, pace ſervavit, quod accepit. Bellum ibi geſſit, ubi pacem non habebat. Niſi *pax* potius hic referenda ſit ad quietem & tranquillitatem, quae inter ipſos cives & patres Romae fuit, adeo ut bellum foras gereretur, pax autem domi ſanctè coleretur. Ad has pacis & belli artes alludit Rutilius Numantianus in Itinerario verſu 69.

*Mitigat armatas victrix clementia vires:*
*Convenit in mores nomen utrumque tuos.*
*Hinc tibi certandi bona, parcendique voluntas*
*Quos timuit, ſuperat; quos ſuperavit, amat.*

Nempe bello ſuperandi ſunt, qui timentur, pace amandi, qui ſunt ſuperati. Recte autem dixit Sulpitia, *ſapientia pacis*, quia longe major virtus eſt in pace continere, quod habes, quam armis debellare, quod nondum tuum eſt. Hic enim corporis praecipue, ibi animi vires requiruntur. BOXHORN.

22. SED VIRTUS AGITATA DOMI, ET SOCIALIBUS ARMIS,] Bene addit *Socialibus*, ad externorum bellorum & Aſiaticorum diſcrimen, quae quidem non pro vera gloria aut Reipubl ſalute, ſed pro praedâ, ſcelerumque ac flagitiorum omnium impunitate ſuſcepta videri poterant, jam inde à Sullanis temporibus maxime quam teterrima luxuriae omnis ac nequitiae fomenta victoribus ſubminiſtrarunt. Quod vero ibidem ſubjungit protinus *Virtutem* eam ſeu fortitudinem Populi Romani, quam domi, ac ſociatium bellorum procellis acriter, multumque ac diu exercitam memoraverat modo, *in freta demum Sicaniae & Carthaginis arces exiiſſe*, hoc eſt, deſiiſſe, modumque in hoſtem pugnandi, & quaſi pauſam feciſſe ſibi, innuit a Romanis poſt Siciliam, *longumque* ac *magnum* illud Mediterraneum pelagus in Imperii unius dominationem redactum, Carthaginemque everſam, Punicaeque aemulationis omnes reliquiarum reliquias extinctas: omni Galliâ denique cis Rhenum atque inter mare ſupra dictum atque Oceanum, niſi quae à paludibus invia fuit, perdomita; ſic quaſi effaeta parente (id quod in Catilina conqueritur Criſpus) nihil praeclarum poſtea aut memorabile quod eſſet, belli militiaeque patratum. Quippe quibus hoſtis nullus exercitor ſupereſſet jam amplius, in quo oppugnando vera & antiqua illa Romana virtus eniteſcere poſſet, idcoque depoſita armorum curâ ad literarum ſtudia, paciſque artes, ac Sapientiae praecepta in tempore devolutos animum tandem requieti adjeciſſe: atque ita optime conſtitutam Rempublicam in otio ac tranquillitate ſuſtentaſſe faciliime. Antequam ulterius progrediamur, telamque, quam conatu majore, quam ſucceſſu, pro ingenii noſtri captu ſatis tamen commodule exorſi ſumus, ad terminos porro deducere properemus. Suſtinendum prius hic etiam paulliſper nobis: donec Sulpitianorum verſuum ordinem, qui in codicibus noſtris, quantum eſt formulariis, nuſquam non tranſpoſitus ac perturbatus legitur, in priſtinam aliquando reduxerimus dignitatem. qui quidem nobis ad hoc exemplum reconcinnandus videtur.

*Dic mihi, Calliope, quidnam pater ille Deorum*
*Cogitat? an terras & patria ſaecula mutat?*
*Quaſque dedit quondam, morientibus eripit artes?*
*Noſque jubet tacitos, etiam rationis egenos,*
*Non aliter; primo quam quum ſurreximus aevo,*
*Glandibus, & purae rurſus procumbere lymphae?*
*An reliquas terras conſervat amicus, & urbes,*
*Sed genus Auſonium, Romulique exturbat alumnos?*
*Quid reputemus enim? duo ſunt, quibus extulit ingens*
*Roma caput, virtus belli, & ſapientia pacis.*
*Sed virtus agitata domi, & Socialibus armis*
*(Caetera quae imperia, & totum ſimul abſtulit orbem)*
*In freta Sicaniae, & Carthaginis exiit arces,*
*Deinde velut ſtadio victor qui ſolus Achaeo*
*Languet, & immota ſecum virtute fatiſcit:*
*Sic itidem Romana manus contendere poſtquam*
*Deſtitit, & pacem longis frenavit habenis,*
*Ipſa domi leges, & Graja inventa retractans*

Omnia

(Cetera quae imperia, & totum ſimul abſtulit orbem.)
In freta Sicaniae, & Carthaginis exiit arces,

Dein-

*Omnia bellorum terra quaeſita marique*
*Praemia conſilio, & molli ratione regebat,*
*Stabat in his* &c.

In quibus ordinandis Petronianae editionis oeconomiam ſecuti ſumus, uſque ad illius hexametri finem: *Sed virtus agitata domi & Socialibus armis.* Poſt quem ordine duorum inter ſe verſuum commutato: *Caetera quae* (ita enim potius, quam, *caeteraque*, reſtituendum cenſuimus.) *Imperia & totum ſimul abſtulit orbem, In freta Sicaniae*, &c. Protinus ſequi fecimus comparationem illam Circenſem de equo ſeneſcente: *Deinde velut ſtadio*, &c. Verſu, qui in medio erat, indidem in locum commodiorem, hoc eſt, in ſedem ſuam priſtinam, unde nullo ſuo merito per vim exturbatus fuerat, poſtliminium reſtituto, non ſine neceſſaria correctione, qua in poſtremis illis uſi pro: *Omnia conſilio & molli ratione regebat, Praemia conſilio*, &c. emendare inſtitimus, Scaligeri fiducia maxime, in cujus Catalectis ordinem à nobis ſupra repraeſentatum poſt ſimilitudinem illam: *Deinde, velut ſtadio*, &c. in noviſſima hac ſuperiorum carminum parte manifeſto ac palam deprehendimus, non item in priore, ubi tergemini hexametri illi, (*quid reputemus enim?* &c. uſque ad hemiſtichii iſtius exitum: *Et ſocialibus armis*) parentheſi incluſi leguntur, medii inter verſus, quos ponam:

*Noſque jubet tacitos, etiam rationis egenos*
*Non aliter*, &c.

Ille vero: *In freta Sicaniae & Carthaginis exiit arces.* Non poſt *armorum Socialium* mentionem & *virtutem* illam Romanam, *Caetera quae imperia & totum ſimul abſtulit orbem*, ſed poſt *exturbatos illos alumnos Remuli*, loco hercule alieniſſimo collocati: inibique *Exigit* pro *Exiit*; nullo exiſtente idoneo ſenſu, incogitanter ſuppoſitum. Nec minor in editione Auſoniana turbatio, quae *exilit* habet, & verſus gemellos illos proxime memoratos, ante tres iſtos, quos in Catalectis parentheſi intercluſos diximus, *Quid reputemus enim?* &c. perperam diſpoſitos repraeſentat, quum poſt eopſe iſtos conlocari debeant. Idem etiam de verſu illo dictum cupio:

*Omnia bellorum terra quaeſita marique.*

qui praeter omnem verborum ac ſententiarum ordinem, non bene praemiſſus legitur Hexametro iſti:

*Ipſa domi leges, & Graja inventa retractans* &c.

Qui ſi modo recte rationem inſtituere velimus, eumdem antecedere debebat. Ad ulteriora porro gradum capeſſamus. DOUZA. Deſcribit hic Sulpitia opera, quae priſci Romani bello geſſerunt.

*Sed virtus agitata domi & ſocialibus armis.* Virtus agitata, id eſt per varios bellorum caſus jactata & exercitata eſt, domi quidem cum vicinis gentibus, ut Ethruſcis, Faliſcis, & Fidenatibus. Socialia autem arma hic ſunt, quae populus Romanus pro ſociis & foederatis ſuis geſſit. Erant autem illae artes Romanorum, ut ſub ſpecie alios juvandi, ipſi imperium ſuum propagarent. BOXHORN.

22. AGITATA DOMI] Inter cives, ut inter Syllam & Marium, Pompejum & Caeſarem. VINET. *Agitata* eſt exercita, vide ad Gratii Cyneget. vſ. 429. vel potius vexata, variis caſibus jactata, ut Virg. VI. 68. *agitataque numina Trojae*, ubi vid. Servium. BURM.

25. IN FRETA SICANIAE ET CARTHAGINIS EXIIT ARCES,] Sicaniae, Siciliae inſulae, ut in Auſonii Epigrammate VIII. VINET. Freta Sicaniae, id eſt, Siciliae. Intelligit autem hic Sulpitia bella Punica, quae populus Romanus per totos centum & quindecim annos cum Poenis, varia & dubia ſubinde Fortuna, geſſit. Tria autem praecipue bella Punica memorantur. Primum bellum Punicum geſtum eſt Appio Claudio Conſule, cum ut Poenus, ita Romanus Siciliam affectaret. Tunc primum navali bello in freto Siculo Romanus cum Poeno certavit. Regulus Carthaginem tunc obſedit, ſed fortunae adverſitate in manus hoſtium venit fortiſſimus Imperator. Populus autem Romanus multo acrior & infeſtior pro ultio-

ne

Digitized by Google

Deinde, velut ſtadio victor qui ſolus Achaeo
Languet, & inmota ſecum virtute fatiſcit:



ne Reguli, Metello conſule, ſpirantibus altius Poenis, & reverſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic hoſtes cecidit, ut poſtea Siciliam amplius concitare non auderent. Hic exitus primi belli Punici fuit. Quadriennio poſt ſecundum exarſit, quod decem & octo annos duravit, cladium atrocitate adeo terribile, ut inquit Florus, ut, ſi quis conferat damna utriuſque populi, ſimilior victo ſit populus, qui vicit. Annibal enim ante portas erat, adeo ut de Italia mediam Africam faceret. Quae ſecundi belli Punici tempeſtas, Sempronio Conſule, fuſo à Scipione Poenorum exercitu, ſedata eſt. Secutum deinde bellum Punicum tertium, tempore quidem exiguum (nam quadriennio patratum eſt) ſed plane maximum eventu, quippe eo tandem Carthago, illa Romani imperii aemula, cum ſtetiſſet annis ſexcentis ſexaginta & ſeptem, Cn. Cornelio Lentulo, & L. Mummio Conſulibus, manu & virtute Scipionis Africani deleta eſt. Et horum bellorum hiſtoria eſt, quam hic tangit Sulpitia.

*Deinde velut ſtadio victor qui ſolus Achaeo*
*Languet, & immota ſecum virtute fatiſcit:*
*Sic itidem Romana manus contendere poſtquam*
*Deſtitit, & pacem longis frenavit habenis,*
*Ipſa domi leges, & Graja inventa retractans,*
*Omnia bellorum terra quaeſita marique*
*Praemia conſilio & molli ratione regebat.*

Oſtendit hic Sulpitia, quomodo deſierint bella Romana, & velut languere coeperit Virtus Romana, non aliter atque illi, qui in ſtadiis currunt, defatigantur. BOXHORN.

24. Exiit ] *Exilis* Aldus, Raphelengius, Pulmannus, & Vinetus. *exigit* Scaliger, ſed ille hunc verſum ſubjecit illi, *ſed genus Auſonium Romulique exturbat alumnos In freta* &c.

25. Deinde, velut stadio victor qui solus Achaeo Languet, et inmota secum virtute fatiscit: ] Intelligit ſtadia, in quibus ſe Graeci exercebant. Erant autem quatuor. Namque in honorem Jovis ab Hercule inſtituta ſunt Olympica, in Olympio luco, oleaſtris conſito, ad templum Jovis Olympici. Alterum Pythicum erat certamen ob interfectum Pythonem Serpentem. Ubi victoribus Corona erat laurea. Tertium Iſthmicum in honorem Melicertae ſive Palaemonis, in Iſthmo loco anguſto Corinthi. Atque Scriptores hic multum varii ſunt, in honoremne Herculis, an Neptuni, an Palaemonis. Quartus Nemicus ludus ordinatus eſt propter puerum Lycurgi, in Nemica ſylva defunctum. In his ludis curſu, lucta, ſaltu, pugnis certabatur. Achaea autem ſtadia hic à Sulpitia appellantur, quia Hercules in Graecia, Piſis apud Jovem Olympium primum ſtadium inſtituit, quod longum erat pedes ſexcentos. BOXH.

25. Stadio victor qui solus Achaeo ] *Stadio Achaeo*, id eſt curriculo Achaico Graecoque. De Graecorum certaminibus eſt Edyllium inter Auſoniana. VINET. *Solus victor* appellatur, qui ſolus vicit, & ab aliis devictus non eſt. Adeo ut ſimilitudo haec plane quadret cum populo Romano, qui omnium victor, à nullis omnino gentibus debellatus eſt. BOXH. Non intellexerunt viri docti ſatis, quid ſit *victor ſolus*. qui titulus ex lapidibus illuſtratus nuper egregie eſt a doctiſſimo viro, Alexio Symmacho Mazochio, qui Neapoli A. 1727. commentarium edidit in titulum Amphitheatri Capuani, cui adjecit diſſertationem in lapidem apud Gruter. pag. cccLXXIV. 5. ubi M. Baſſaeus Axius *primus & ſolus dicitur victores Campaniae gladiatores edidiſſe*, id eſt jam rude donatos exhibuiſſe iterum: & ubi ex Reineſio v. 20. producit lapidem, ubi Citharoedus, dicitur πρῶτος καὶ μόνος νικήσας ἀγῶνας. hinc videmus, unde hoc ſumſerit Sulpicia. nimirum ex acclamationibus publicis & laudationibus, ut recte Reineſius. BURM.

26. Inmota secum virtute fatiscit: ] Elegantiſſime dictum. *Immota* virtus eſt, quia non expugnata, & tamen fatiſcens, quia aliorum omnium virtutem expugnavit. BOXHORN.



Digitized by Google

Sic itidem Romana manus contendere poſtquam
Deſtitit, & pacem longis frenavit habenis,
Ipſa domi leges, & Graja inventa retractans,
Omnia bellorum terra quaeſita, marique

Prae-

HORN. Heinſius correxerat, *& immota ſenio virtute ſatiſcit:* ſed *immota* illa *virtus*, ſi pro conſtanti, perpetua ſumatur, ut vis verbi exigit (ut *immota fata* Virg. I. Aen. 257.) ſenſum facit contrarium: illa enim fatiſcere non poteſt. forte ſcripſerit *emota*, quae abiit, & evanuit. ſic Horat. IV. Od. ult. *emovit culpas.* ubi Lambinus & Torrentius de hoc verbo videndi, qui docent, efficacius hoc verbum eſſe τῷ *amovere*, & notare, ita eruere & exſcindere, ut veſtigia non ſuperſint. ſic apud Virgil. VI. Aen. 382. *curae emotae*, ubi alii *amotae.* & ad quem locum brevi videbis, lector, quid Heinſius notaverit, ut & ad verſum 524. pro *fatiſcit*, eſt *faceſſit* in Aldi, Raphelengii, & Pulmanni Edit. BURM.

27. Sic itidem Romana manus contendere postquam Destitit, et pacem longis frenavit habenis, &c.] Macula etiam ineſt his verſibus. Sermo enim talis. *Sic etiam Virtus Romana poſtquam à bellis ceſſavit, Grajis ſeſe artibus retractandis dedit.* Error una littera deleta, & *manu* non *manus* repoſito, omnis tolletur. Virtutis vocabulum ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſt. In vulgata lectione *Romana manus* nullius pretii eſt. lege,

*Virtute fatiſcit,*
*Sic itidem Romana, manu contendere poſtquam.*

Nihil verius hac lectione. In ſequentibus elegantiſſimis verſibus manifeſtae adhuc trajectiones verſuum ſunt, quales poſt Vineti editionem in praecedentibus nonnullae emendatae ſunt. BART. Salluſtius in praefatione de conjuratione Catilinae, Titus Livius libro XLIX. Lucius Seneca lib. II. Epitomae Livianae. VINET. *Romana manus*, vis, potentia, & virtus Romanorum. Romanos autem poſt ſublata & patrata bella Punica, in ſtudiis armorum languere coepiſſe, non Sulpitia tantum hic dicit, ſed & facundiſſimus ſcriptorum Vellejus Paterculus ſub initium lib. II. hiſtoriarum, *Remoto*, inquit, *Carthaginis metu, ſublataque Imperii aemula, non gradu, ſed praecipiti curſu à virtute deſcitum, ad vitia tranſcurſum, vetus diſciplina deſerta, nova inducta; in ſomnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis ad otium converſa eſt civitas.* BOXHORN. *Romana manus* ſunt ipſi Romani, ut Petronius cap. V.

*Hinc Romana manus circumfluat.*

Id eſt ſcriptores Romani. ita inf. 40. & 47. BURM.

28. Longis pacem frenavit habenis,] Id eſt in ſumma pace & ſecuritate orbem moderatus eſt populus Romanus. Similitudo autem eſt deſumpta ab equis, quorum furor & impetus freno cohibetur. Ita etiam Romani devictas barbaras gentes pacis artibus in officio continebant. Sed quid hoc ſibi vult, quod Sulpitia dicit, *longis habenis*? Longae habenae nihil aliud hic denotant, quam Imperium populi Romani longe lateque per omnes terrarum partes propagatum. BOXHORN.

29. Ipsa domi leges et Graja inventa retractans,] Id eſt jus civile, omneſque bonas artes domi populus Romanus excoluit. *Graja* autem *inventa* appellantur, quia, ut teſtatur M. Varro, diſciplinae omnes, intra mille annorum ſpatium in Graecia inventae & perfectae ſunt. IDEM. *Ipſa* mihi ſuſpectum eſt, nec, quam vim hic habeat, video. forte *lapſa*, ut Romanos, poſtquam deſtitere rem militarem tractare, lapſos ad artes Graecorum dicere velit. haec vero vocabula commutari vidimus ap Ovid. II. Triſt. 86. BURM.

30. Omnia bellorum terra quaesita marique Praemia consilio, et molli ratione regebat] *Praemia bellorum* id eſt, victorias terra marique partas. BOXHORN. Et hoc ex Petronio cap. CXIX.

*—— —— omniaque orbis*
*Praemia correptis miles vagus exſtruit armis.*

Ita

Praemia conſilio, & molli ratione regebat.
Stabat in his, neque enim poterat conſtare ſine ipſis:
Aut fruſtra uxori, mendaxque Dieſpiter olim,
Imperium ſine fine dedi, dixiſſe probatur.
Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,

Non

Ita Juſtinus 11. 14. *praemia civitatum* vocat, quas ex victoria Athenienſes acceperant. Virgil. xi. 78. *Laurentis praemia pugnae*. hic intelligit Provincias bello captas. BURM.

31. MOLLI RATIONE REGEBAT. ] Nempe qui longum imperium vult, languida regnet manu. Crudelia & iniqua imperia devictis vires ex deſperatione addunt, quas non habent. Mollia autem imperia faciunt, ut ſubeſſe ſe illis devicti laetentur, in quorum manus venire primitus metuebant. Qui ergo debellatos hoſtes in officio continere vult, id praecipue operam dare debet, ut illi intelligant, non melius ſibi futurum, ſi ſui juris eſſent. BOXHORN. Verum eſt, *mollia* imperia, juſſa & ſimilia ſaepe dici pro non crudelibus, & non duris, ut vidimus ad Ovid. 1. Art. Amat. 10. ſed hic *mollis ratio* regendi opponitur militari diſciplinae, quae rigidior olim fuit, antequam Graecas artes addidiciſſent Romani; quas nunc, mollitis Romanorum moribus & ingeniis per artes liberales, etiam adhibebant in regendis Populis. quaſi olim virorum militarium fuiſſet regimen, nunc vero, ferocia poſita, emollitorum per artes otioſas pacis, quas a Graecis acceperunt Romani: nota ſunt Poëtarum loca, quibus ingenuis artibus emollitos mores centies docent. BURM.

32. STABAT IN HIS, NEQUE ENIM POTERAT CONSTARE SINE IPSIS: ] Hoc eſt, his pacis & belli artibus vis Romana totius orbis victrix ſtetit. BOXHORN. Neſcio, an melius ſit, *ſtabat enim his*. BURM.

33. AUT FRUSTRA UXORI, MENDAXQUE DIESPITER OLIM, IMPERIUM SINE FINE DEDI, DIXISSE PROBATUR. ] Hoc vult Sulpitia, neceſſe erat, ut ad tantam magnitudinem imperium Romanum perveniret, ne falſum eſſet Jovis reſponſum, qui Aeneae poſteris imperium ſine fine promiſerat. BOXHORN.

33. UXORI ] *Natae* pro uxori ſcripſiſſe Sulpiciam arbitror, illud enim *imperium ſine fine dedi*, non Junoni uxori, ſed filiae Veneri dixit Juppiter lib. 1. Aeneidos. VINET. *Veneri* poſſet facilius ex literis & *uxori* formari, quam *natae*. ſed & memoria potuit labi Sulpicia.

33. DIESPITER ] Hoc nomine Jovem inſigniri, cum de ſeriis rebus ſermo eſt, & poteſtas Jovis agnoſcitur, notat Barth. ad Stat. IV. Theb. 524. BURM.

34. IMPERIUM SINE FINE DEDI, DIXISSE PROBATUR. ] Verba haec Jovis apud Virgilium lib. 1. 276. ubi de initiis & incrementis Romani Imperii agens, inquit,

*Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet*
*Moenia, Romanoſque ſuo de nomine dicet.*
*His ego nec metas rerum, nec tempora pono:*
*Imperium ſine fine dedi. Quin aſpera Juno,*
*Quae mare nunc terraſque metu coelumque fatigat,*
*Conſilia in melius referet, mecumque fovebit*
*Romanos rerum dominos, gentemque togatam.*

Fallax autem Juppiter aut mendax non fuit, quia ad eam magnitudinem evectum eſt Romanum Imperium, ut mole ſua coeperit laborare. Hactenus Sulpitia priorum Reipub. Romanae temporum felicitatem & virtutem commendavit. Nunc infelicitatem & deſidiam atque ignaviam temporum Domitiani perſtringit. BOXHORN.

35. NUNC IGITUR QUI RES ROMANAS IMPERAT INTER, NON TRABE, SED TERGO PROLAPSUS, ET INGLUVIE ALBUS, ET STUDIA ET SAPIENS HOMINUM NOMENQUE GENUSQUE OMNIA ABIRE FORAS, ATQUE URBE EXCEDERE JUSSIT. ] Philoſophi Domitiano imperante Senatus Conſulto exiti, atque urbe & Italia interdicti ſunt. Suetonius de Domitiano, & A. Gellius lib. xv. VINET. Paucis his verſiculis Sulpitia edictum Domitiani de exigendis Urbe Philoſophis comprehendit. Quam hiſtoriam latius in Domitiani

Non trabe, ſed tergo prolapſus, & ingluvie albus,

Et

vita complexus eſt Suetonius, & nos plura in hanc rem nuperrime ad Plinii Panegyricum diſſeruimus, quae nunc recoquenda non putamus. BOXHORN.

35. QUI RES ROMANAS IMPERAT INTER,] Mira Latinitatis ratio, & non noſtri ſtomachi, aegre hanc ipſam concoquentis. quamobrem fuit tempus, quum res iſtas Romanas ita interpolandas putarem:

*Nunc igitur, qui Rex Romanos imperat inter,*

Ut invidioſe Domitiani pluſquam Regium dominatum ſugillet Poëtria noſtra: tum phraſim illam, *Imperat inter Romanos*, ſic dictam interpretemur, quomodo Propertii iſtud II. XXV. 57.

*Ut Regnem miſtas inter convivia puellas.*

Niſi ſi quis, *temperat*, reſcribi maluerit, quod etiam ſine ulla praepoſitionis virtute, *Romanis* ipſis accuſandi caſu poſitis temperandis ſat eſſe poſſit. Sed vero, *inter* iſtud, tantum non cerebrum excutit nobis, & mirum, ni ratione Poëtica retro cum τῷ *Rex*, conſtruendum, ut ne id quidem Domitiano dignum habeat Sulpitia, quem vel legitimum Regem appellet, innuens, puto, Principatum ejus brevi dilapſurum, id quod etiam Calliopen ſuam vaticinantem inducit poſtea, neque multo ſecus, quam ſi cum Interregia poteſtate ſummae rerum praefuiſſet modo, Imperio exciſurum. DOUZA. Mira Latinitatis ratio, dum Sulpitia *inter res Romanas* imperare, pro *rebus Romanis* imperare uſurpat. Sed tamen *inter* illud non eſt ſine quadam Satyrica venuſtate. Innuit enim, imperium Domitiani non niſi interregnum eſſe, brevi collapſurum. BOXHORN. Verſiculi iſti,

*Nunc igitur qui res Romanas imperat inter*
*Non trabe, ſed tergo prolapſus, & ingluvie albus.*

Haud dubie foede ſunt corrupti ab illis, qui eorum, ut primitus à Sulpitia conſtituti erant, mentem non percepere. Sententiam tamen aliquam commodam in Praelectionibus noſtris eruere conati ſumus. Quam veram alii judicent. Hoc ſcio, Viris magnis non diſplicuiſſe. Eruditiſſimus pariter, & acutiſſimus Scriverius noſter ingenioſe nuper legebat.

*Nunc igitur quaeres, unum ranas imperet inter?*

vel,

*Nunc igitur quum ſe Romanos inferat inter,*
*Non trabe, ſed tergo prolapſus, & ingluvie alvi.*

Ut alludat ad fabulam Phaedri 2. lib. II. quam ita expreſſit Fabulator MS. Bibliothecae S. Victoris.

*Dum nihil auderet ludentes laedere ranas,*
** Supplicuiſſe Jovi, ne ſine rege forent,*
*Juppiter huic riſum voto dedit. auſa ſecundas*
*Rana preces, ſubitum ſenſit inane ſonum.*
*Nam Jove dante trabem, trabis ictu flumine moto,*
*Demerſit ſubitus guttura rauca timor.*
*Placato rediere metu, videre ſigillum:*
*Stando procul regem pertimuere ſuum.*
*Ut videre, trabem per ſe non poſſe moveri,*
*Pro duce fecerunt tertia vota Jovi.*
*Ira Jovem movit, regem dedit, intulit Hydrum,*
*Hydrus hiante gula coepit obire lacum.*
*Clamitat ecce lacus: morimur, pie Juppiter, audi.*
*Juppiter exaudi, Juppiter adfer opem:*
*Nos ſepelit* VENTER, *noſtri ſumus* ESCA TYRANNI.

Facit huc illud, quod narrat Suetonius in Caligula: *Quod ſagaciſſimus ſenex ita prorſus perſpexerat, ut aliquoties praedicaret; Exitio ſuo omniumque Cajum vivere: & ſe natricem (Serpentis id genus) populo Romano, Phaetontem orbi terrarum educere.* Adeo ut alludat Sulpitia ad hanc fabulam, & Domitianum vel cum ranis, vel cum Hydro componat. Excutiant accuratius eruditiores. Mihi quidem & ingenioſa, & erudita Scriverii conjectura videtur. BOXHORN. *Romanas inferat inter* Ald. Raphelеng. Viuet. Pulmanni.

36. NON TRABE, SED TERGO PROLAPSUS,] Hoc eſt, non partu proditus, ſed excacatus. Et Lucilius apud Nonium, *poſtica.*

*Non peperit, verum poſtica parte profudit.*

par convicium apud Plautum Caſina, *ex ſterquilinio efferre, tua illaec praeda ſit?* nec debebat lectio ſollicitari. BARTHIUS. lib. I.

Ad-

Et ſtudia, & ſapiens hominum nomenque genuſque,
Omnia abire foras, atque Urbe excedere juſſit.
Quid facimus? Grajos, hominumque relinquimus urbes,
Ut

Adverſ. 18. Exernicium facit Domitianum: nam *trabi* mutonem deſignat: velut in Priapejis, *Tota iſta trabe lentus inrumabo:* ut *ejectum* Feſtus, ſic *prolapſum* dicit Sulpicia. IDEM. Lib. XLI. 12. Hic verſus mirifice me torſit, cujus interpretationem acceptam refero Cl. Viro Th. Marcilio, qui ſuſpicatur hic obſcure tactum Domitiani ſomnium, quem *ferunt ſomniaſſe* (Suetonii verba ſunt cap. XXIII.) *gibbam ſibi pone cervicem auream enatam.* haud dubie hac gibba, non trabe prolapſus eſt, ſi ipſo conjectore utamur Domitiano. BARCLAJUS Ad Tacit. vitam Agricolae cap XLV. Locus obſcurus. Hoc autem ſignificare velle videtur Sulpitia, Domitianum aſſiduis compotationibus & commeſſationibus ita pinguem & obeſum factum, ut oneri pinguedinis, quae tergo inhaerebat, velut ſuccumberet, & non per trabes, ſed per tergum in terram prolaberetur. Obeſum autem admodum Domitianum fuiſſe teſtantur auctores. Facit huc, quod narrat Athenaeus, quoſdam pinguedine ita gravari, atque fatigari, ut interdum ſuccumbere cogantur. Quoſdam ita leves, & velut junceos eſſe, ut ventum reformident atque declinent, ne violentia ejus humo affligantur. Et Philetam nobilem Poëtam ita gracili corpore fuiſſe & levi, teſtatur idem Athenaeus, uti neceſſe habuerit pilas plumbeas pedibus ſubjicere, ac calceis ſuppingere, ne a vento ſubverteretur. Ergo quod in his levitas corporis, hoc in Domitiano obeſitas fecit, eumque humi non per trabes, ſed per ſaginati tergi onus proſtravit. BOXHORN. Sed ſi hoc reſpicitur, debuit haec Satyra ſcripta eſſe poſt mortem Domitiani: hoc enim ſomnium refertur inter illa, quae paucos, antequam occideretur, dies obvenere omina. *periturum* vero ſpondet Calliope in fine carminis, quia inſtabant odia ex hac expulſione eruditorum. Aliquantum ergo temporis inter hanc Satyram & mortem interceſſit; deinde, ſi *tergo prolapſus* poteſt ſignificare gibboſum, quidvis de quovis facere licebit. *prolapſus* ſine dubio ad partum inauſpicatum & monſtroſum, quo editus eſt Domitianus, reſpicit. vid. ad Phaedr. III. 5. Barthii interpretatio ſatisfacit forte ſenſui, ſed non verbis. *prolapſus* enim *anu* poſſet dici pro excacato, ſed, quid *trabe prolabi* ſit, non capio, nec *tergo prolabi*, ſatis commode dictum. quantum praeſtat ignorantiam profiteri, quam inepta commentari? in Aldina eſt, *non tabe*, ſed hoc metrum vitiat, & operarum negligentiae adſcribendum. BURMANN.

36. ET INGLUVIE ALBUS ] Ingluvie, id eſt, crapula, intemperantia, immodico cibi & potus uſu. Albus autem ingluvie fuit Domitianus, ſive quod nitidam & bene curatam cutem haberet, ut loquitur Horatius, ſive quod ex crapula & ingluvie palleret. Quamvis hoc Poëtice magis à Sulpitia dictum, quam vere. Domitianus enim rubicunda facie fuit, ut diſertim teſtatur Tacitus in vita Julii Agricolae. Praecipua, inquit, ſub Domitiano miſeriarum pars erat, videre & aſpici, cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur, cum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſaevus ille vultus & rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat. BOXHORN. *Albus* id eſt pallidus, ut multis illuſtrat Heinſius in adverſariorum libris, quos brevi in lucem dabimus.

37. SAPIENS HOMINUM NOMENQUE GENUSQUE ] Sapiens hominum genus, id eſt, Philoſophi, qui à ſapientia nomen habent. Quam enim antiquitus ſapientiam, hanc hodie Philoſophiam dicunt, auctore Pythagora, qui ſapientis nomen tanquam ſuperbum nimis aſpernatus, ſapientiae amatorem atque ſectatorem dici, & haberi ſe voluit. BOXH.

38 OMNIA ] Separatim haec vox debet capi, poſt enumerata enim *ſtudia*, *nomen genuſque*, denique *omnia* addit. ita Juvenalis X. Sat. 78.

—— —— *qui dabat olim*
*Imperium, faſces, legiones, omnia.*

Vide, quae diximus ad Phaedr. IV. fab. XXIII. 5. BURM.

Ut Romana foret magis his inſtructa magiſtris.
Nunc Capitolino veluti turbante Camillo,

En-

39. Quid facimus? Grajos hominumque relinquimus orbes, ] Salſum ac Satyricum, quaſi vero non alia natio, quam Graeca in hominum luſtro reponi digna, ſolique Achivi modo humanitatis laude cenſeri poſſint. DOUZA.

39. Quid facimus? Grajos hominumque relinquimus urbes, Ut Romana foret magis his instructa magistris.] Hoc vult, Bonae omnes artes in Graecia natae atque educatae, Romam aliquando conceſſerunt, ut illam aeternitatis Urbem ſplendore ſuo ornarent, atque illuſtrarent. BOXHORN.

39. Quid facimus?] Formula eſt animi egregie turbati. Loquitur autem Sulpitia ſub perſona Philoſophorum, quibus urbe interdicebatur. Quid facimus? Quantopere inſanivimus, cum è Graecia Romam conceſſimus, ut Roma paullo poſt expelleremur? Praeſtitiſſet in Graecia manſiſſe, nec haec ſtudia litterarum ad tam ingratam, & infeſtam virtutibus urbem tranſtuliſſe. Non incidiſſet in caput noſtrum haec calamitas, cum qua jam miſere colluctamur. IDEM. Et hic ſenſus implicitus. recte Boxhornius hic Graeculos exire juſſos urbe loqui vidit. legerem vero,

*Quid facimus Graji? dominamne relinquimus urbem?*
*Ne Romana foret manus his inſtructa magiſtris?*

Illae *Urbes hominum* ineptae ſunt. ſi enim Graji ſolo hominum nomine ſunt digni, debuiſſet dicere ſaltem *reliquimus*, ſcilicet olim, cum Romam migraſſemus: & ita edidit Pithoeus, & Boxhornius, cum veteres omnes *relinquimus* habeant. quod retinendum propter *quid facimus*? ſcil. nunc exire juſſi: an ideo expellimur, ne poſthac Romana juventus his magiſtris, id eſt a nobis, inſtrueretur. BURM.

39. Grajos hominumque relinquimus urbes] Nihil in tota hac Satyra magis Satyricum, quaſi vero non alia natio, quam Graeca in hominum numero reponi digna eſſet, ſolique tantum Achivi humanitatis laude poſſent cenſeri; Romani autem econtra bruti eſſent, & ſub hominum forma belluinum animum occultarent. Ad Domitianum autem praecipue alluditur, qui ſe crapula ingurgitavit, tanquam bellua, & bonarum artium ſtudia contempſit, tanquam ratione deſtitutus. BOXHORN.

40. Ut Romana foret magis his instructa magistris, ] Romana, nempe Urbs. Magiſtri autem hic Philoſophi appellantur. Vox *magiſtri* aliquando abſolute ſcribitur, & ſine additione, ac communiter artium praeceptorem, vel paedagogum ſignificat. Aliquando cum additione notat praefectum rei alicujus. Sic Magiſter curiae, Magiſter equitum, Magiſter aulae, Magiſter ſcripturae, Magiſter pecoris, praefectum praefecturamque deſignat. IDEM.

41. Nunc ] *Non* Ald. Vinet. Pulm. Raphel. forte *num: num* noſtri ſenes dicuntur palare, ut Galli fugere olim? BURM.

41. Nunc Capitolino veluti turbante Camillo Ensibus, et trutina Galli fugere relicta: &c. ] Titus Livius lib. v. Seneca primo Epitomae Livianae. VINET. Camillus enim Gallos in captivo auro pendendo deditos atque occupatos de improviſo adortus Roma pepulit. Proin, *turbante*, hoc loco abſolute poſitum obſervabis: Sic Caelius ad M. Tullium: *M. Servilius, poſtquam, ut coeperat, in rebus omnibus turbarat.* Sed clarius aliquanto Plautus noſter Bacchid. *Turbat equus lepide ligneus.* & paſſim alibi. Etiam, *Enſibus*, ſcripſi, ſpreta earum Editionum ſcriptura, quae *lancibus* habent: ut reſpiciat ad illud ſcilicet, quod Roma capta ab iiſdem Senonibus illis, quos dixi, Brennus eorum Rex, dum aurum ex pacto adpenditur, de iniqua ponderum exactione querenti Ap. Claudio, adjecto ad pondera gladio reſponderit, Vae Victis. Vide Feſtum. DOUZA.

41. Nunc Capitolino veluti turbante Camillo Ensibus, et trutina

Galli

Enſibus, & trutina Galli fugere relicta:
Sic noſtri palare ſenes dicuntur, & ipſi
Ut ferale ſuos onus exſtirpare libellos.

Ergo

GALLI FUGERE RELICTA, SIC NOSTRI PALARE SENES DICUNTUR, ET IPSI UT FERALE SUOS ONUS EXSTIRPARE LIBELLOS.] Comparationem hic inſtituit Sulpitia, Philoſophorum cum Gallis Senonibus, qui relicto, quod obſederant, Capitolio, virtute Camilli aufugere. BOXHORN.

41. NUNC CAPITOLINO VELUTI TURBANTE CAMILLO ENSIBUS, ET TRUTINA GALLI FUGERE RELICTA:] Hiſtoria, quam hic tangit Sulpitia, ejuſmodi eſt. Galli Senones, relictis ob ſterilitatem agris ſuis, Cluſium Etruriae oppidum obſidebant. Miſſi autem Roma ſunt tres legati, qui Gallos moverent, ut ab oppugnatione deſiſterent. Ex his legatis unus contra jus gentium in aciem proceſſit, & ducem Senonum interfecit. Quo commoti Galli, petitis in deditionem legatis, nec impetratis, Romam petierunt, & exercitum Romanum apud Alliam fluvium ceciderunt, die decimo & ſexto Kalend. Auguſti, qui dies inter nefaſtos relatus, Allienſis dictus eſt. Victores Galli Urbem intraverunt, ubi praecipuos Patrum in curulibus & honorum inſignibus ſedentes, primo ut Deos venerati, deinde ut homines deſpicati, crudeliter interfecere. Reliqua juventus cum Manlio in Capitolium fugit, ubi obſeſſa à Gallis Camilli virtute liberata eſt, Gallis partim caeſis, partim fugatis. Haec hiſtoria eſt, quam hoc loco Satyrographa noſtra tangit. Videtur autem lapſa eſſe memoria Sulpitia, cum *Camillum Capitolinum* dixit. Nam ſolus M. Manlius, ob defenſum tunc temporis Capitolium, & quia auctor fuerat Juventuti Romanae ſecedendi in Capitolium, primus, & ſolus, & ultimus ſuae gentis Capitolinus appellatus eſt. Nanr poſtea regni affectati accuſatus de ſaxo Tarpeio praecipitatus eſt, & , ut ait Victor, ultimus gentis ſuae Capitolini habuit cognomentum. Ego Manlius dicendus erat Capitolinus, non autem Camillus, in quo erraſſe Sulpitia noſtra videtur. BOXHORN

42. ENSIBUS, ET TRUTINA GALLI FUGERE RELICTA:] Alludit hic Satyrographa noſtra ad Camillum, qui Gallos in auro, quod ceperant, pendendo occupatos de improviſo adortus Roma fugavit. Quare autem dixit *enſibus relictis*? Tangit facinus Brenni, Gallorum ducis, qui longa Capitolii obſidione fatigatus, reditum ſuum mille pondo auri redemit. Querenti autem Appio Claudio de iniqua ponderum exactione, adjecto ad pondera gladio, ſuperbe & inſolenter reſpondit; VAE VICTIS. BOXH.

43. SIC NOSTRI PALARE SENES DICUNTUR, ET IPSI UT FERALE SUOS ONUS EXSTIRPARE LIBELLOS.] Senes, id eſt, Philoſophi propter aetatem, ſive honorem ita dicti. Unde adhuc *Senior* Vox Hiſpanis eſt uſitata. IDEM.

44. UT FERALE SUOS ONUS EXSTIRPARE LIBELLOS.] Quare libri hic ferale onus appellantur? Quia auctoribus ſuis & neces, & exſilia, & odia, creabant. Reſpicit autem Sulpitia ad hiſtoriam Aruleni Ruſtici, & Herennii Senecionis, quorum illi, cum Paetus Traſea, huic Priſcus Helvidius publice laudati eſſent, capitale fuit, neque in ipſos modo auctores, ſed in libros quoque eorum ſaevitum, delegato triumviris miniſterio, ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur: ut praeclare inprimis diſſerit Tacitus in praefatione ad vitam Julii Agricolae. IDEM. *Ut ferale ſuo ſonus extirpare.* Ald. *& ipſe ut ferale ſuos ſonus* Vinet. Raphel. Pulm. ut ipſe *ſonus*, ſicut olim advenientis Camilli Gallos in fugam egit, ita nunc ad Domitiani edictum auditum abiiſſe dicuntur Philoſophi; & libros ſuos, ut ferale aliquod, & cauſſa, cur hoc patiantur, aboleviſſe. ſed intricatior, nec ſatis adhuc mihi intellecta ſententia. nec, quî *exſtirpare* libros ſuos dicantur, intelligo. nec hoc *τὸ onus* convenit: an *exportare*? audacior eſſem, ſi ſententiam ſatis perſpicerem. BURM.

45.

Ergo Numantinus, Libycuſque erravit in iſto
Scipio, qui Rhodio crevit formante magiſtro,

Ce-

45. Ergo Numantinus, Lybicusque erravit in isto Scipio, qui Rudio crevit formante magistro, Cetera et illa manus bello fecunda secundo,] Hoc vult Sulpitia, ſi inepta ſunt ſtudia bonarum artium, ut illa tamquam inepta edicto ſuo proſcribit Domitianus, profecto longe aberrarunt tot illuſtres in veteri Republica animae, quae bello Punico ſecundo floruerunt, & praecipue ſive Numantinus, ſive Africanus Scipiones, qui, quantum à Reﾭpub. otii erat, ſtudiis litterarum indulgebant. BOXHORN. *Ergo Numantinas Libycaſque.* Ald.

45. Ergo Numantinus, Libycusque erravit in isto Scipio, qui Rudio crevit formante magistro.] Intelligit Scipionem Africanum, qui, ut teſtatur Vellejus Paterculus, tam elegans liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinae & auctor & admirator fuit, ut Polybium, Panaetiumque, praecellentes ingenio viros, domi militiaeque ſecum haberet. Nemo melius intervalla negotiorum otio diſpunxit, ſemper aut pacis, aut belli ſerviit artibus, ſemper inter arma, ac ſtudia verſatus, aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercebat. Per *Rudium* autem *Magiſtrum* hic Ennius intelligitur, quem, ut canit Silius Italicus, *Rudiae genuere vetuſtae.* Rudia autem civitas eſt Calabriae Huc elegantiſſime alibi alludit Ovidius; *Ennius ingenio maximus, at arte rudis.* Euſebius tamen in Chronico Ennium Tarentinum facit. Scripſit Ennius hic aliquammulta, nempe annales, & hiſtoriam belli Punici ſecundi. Obiit Ennius ſeptuagenario major, anno Urbis conditae ſexcenteſimo octogeſimo & quinto. Q. Marcio Philippo, & Cn. Servilio Caepione Coſſ. Ac magnus ſane honos ei habitus eſt à ſuperiore Africano, & fratre Aſiatico, utpote qui in ſepulcro ſuae gentis collocari voluerunt, & praeterea Poëtae effigiem è marmore ſepulcro impoſuere. Unde Livius lib. xxxviii. Romae, inquit, extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuae ſunt quarùm duae Scipionum dicuntur, tertia Poëtae Q. Ennii. Unde Ovidius lib. iii. de arte.

*Ennius emeruit Calabris in montibus ortus*
*Contiguus poni, Scipio magne, tibi.*

Non mirum autem videri debet, tantum honorem Ennio à Scipione habitum, ut pote cujus pueritiam & juventutem ſtudiis litterarum formaverit, ut hoc loco Sulpitia teſtatur. BOXH. Panaetio Philoſopho Stoico ex Rhodo Inſula, quem minorem Panaetium appellat Suidas, qui duos Panaetios, Rhodios memorat. Cicer. 1. Tuſc. & in Lucullo. Paterculus libro priore Hadrianidae. VINET. *Rhodio* Ald. Vinet. Pith. Pulm. Rapheleng. & Scaligeri editiones. *Si Rudio* legamus, ſine dubio Ennius intelligi debet. ſed videndum, an ille potuerit magiſter eſſe Scipionis Aemiliani, ſive minoris. in eo primum errare etiam & inter vèteres Solinum & Plinium puto, qui majorem Africanum juſſiſſe ſtatuam ſepulchro ſuo imponi tradunt, cum Ennius diu poſt Scipionem priorem obierit. Scipio enim obiit A. U. C. 570. vel, ut alii, 571. Bentlejus circa annum DLXVI. Ennius demum A. 585. natus Annos 70. quamquam illa communis opinio Ennium ſepulchro Scipionum illatum eſſe, poſſet infirmari, quod veteres ſcriptores nihil de ſepultura dicant, ſed tantum de ſtatua poſita in monumento gentis Corneliae. ita ut Scipio nuper ante mortem eum potuerit ſtatua honoraſſe. ſed hoc nunc non agimus. vid. ad Ovid. iii. Art. Amat. 410. Scipio Aemilianus vero domi mortuus inventus A. 625 cum eſſet annorum 55. natus ergo A. 570. ita ut quindecim annos natus fuerit, moriente Ennio, qui an adhibitus fuerit tam tenerae aetatis adoleſcenti ipſe ſenex & podagricis doloribus excruciatus, neſcio, & vehementer dubito. In primis quum dicat ipſe ultimis vitae annis ſenio ſe confectum quieſcere, & mala ſenectutis & paupertatis incommoda aequo animo toleraſſe: mortuis ſcilicet prioribus amicis, quorum gratia floruerat. certe ſi Scipioni Aemiliano formando adhibitus fuiſſet, cum paupertate conflictari neceſſe vix habuiſ-

Digitized by Google

Cetera & illa manus bello fecunda ſecundo,
Quos inter Priſci ſententia dia Catonis

Sci-

buiſſet. De Panaetio res expeditior eſt: hunc enim jam vir factus habuit inter familiariſſimos: & in Africam miſſus Conſul. A. 607. aetatis 36. illuc cum Polybio eum comitem ſecum duxit, ut notum, nec probari neceſſe eſt. Vellej. I. 13. addit, *domi militiaeque eum ſecum habuiſſe*. & proximo ante mortem anno Scipio eum in Aegypto habuit comitem. Rhodium vero fuiſſe teſtantur plurimi, quos videbis apud Jonſium in Script. Hiſt. Philoſoph. II. 13. hoc ergo magiſtro rectius creviſſe, potuit dici, quam Ennio, de quo nihil ſimile veteres nobis reliquerunt, ut de Panaetio. praeterea, quia de Graecis Philoſophis agitur, convenientior eſt mentio Panaetii, quam Ennii, & Poëtae, & ſemigraeci. confuſionem ortam credo, quia *Rudiae*, patria Ennii, & *Rhodiae*, vel *Rhodae* dictae. BURM.

47. CETERAQUE ILLA MANUS BELLO FECUNDA SECUNDO,] Punico. VINETUS. Al. *facunda*. Bellum Punicum ſecundum intelligit, qua tempeſtate effloreſcere maxime, ac ſeſe extollere coeperunt Romana ingenia, juxta veteris illam Poëtae ſententiam.

*Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu*
*Intulit ſe bellicoſam Romuli in gentem feram.*

DOUZA. *Caeteraque illa* Ald.

47. CETERA ET ILLA MANUS BELLO FACUNDA SECUNDO,] Hoc eſt, & caeteri, qui bello Punico ſecundo inclaruerunt. Eleganter autem dixit *faecunda*, quia ſeculum illud tanquam faecunda parens, plures doctrinae & ingenii faetus emiſit. Bello inquam Punico ſecundo effloreſcere primum, ac ſeſe extollere coeperunt Romana ingenia, juxta illud veteris Poëtae.

*Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu*
*Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem.*

Non alienum erit ab hoc loco, & Sulpitiae verbis, ſi quaeſtionem inter eruditos diu multumque agitatam hic diſcutiamus, nempe quando maxime ſtudia Romae floruerint. Sciendum igitur, tres ſtudiorum, ut ita dicam, aetates Romae fuiſſe. Prima fuit inter bellum Punicum ſecundum & tertium. Nam ante illud tempus ſtudia litterarum, ne in uſu quidem, nedum in honore ullo erant; rudi ſc. ac bellicoſa etiam tum civitate, necdum magnopere liberalibus diſciplinis vacante. Imo Philoſophiam, aliaſque artes prohibitas fuiſſe conſtat ex veteri ſenatuſconſulto, quod Caio Fannio Strabone, & Marco Valerio Meſſala conſulibus latum, & à Suetonio libris de claris Rhetoribus inſertum eſt. Erat igitur prima illa aetas rudis valde, & non exculta. Ut nihil & coeptum ſimul eſt, & perfectum. Secuta deinde ſecunda aetas, ſub Auguſto, cum bonarum litterarum ſtudia, & Romana ingenia ad ſummum florem & robur pervenerunt. Tertia aetas poſt Trajanum ſub Hadriano fuit, cum magis magiſque genuinus ille ſplendor decreſcere coepit, & Aſiaticum tumorem, velut rubiginem quandam, accepit. Prima aetas in cultu defecit, ſecunda medium, quod optimum eſt, tenuit, tertia cultu nimio genuinum litterarum nitorem corrupit. Adeo ut prima aetas in defectu laboraverit, tertia autem in exceſſu. Adeo ut aevum Auguſtaeum, ſive aetas ſecunda, optima ſit, & unicuique ſequenda. Ex prima & tertia aetate nihil praeter res haurire aut habere poſſumus. Verborum enim & Orationis cultus non acceſſit. De prima illa aetate, quae in ſecundum bellum Punicum incidit, hoc loco agit Sulpitia, quae ſic pergit.

*Quos inter Priſci ſententia dia Catonis*
*Scire adeo magni feciſſet. Utrumne ſecundis*
*An magis adverſis ſtaret Romana propago.*
*Scilicet adverſis?*

BOXH.

48. QUOS INTER PRISCI SENTENTIA DIA CATONIS] *Priſci* hic non epithetum eſt, ſed cognomentum, quo à Romanis inſignitus Cato. Auctor Plutarchus. eo dico, ne quis hoc ipſum ad Cenſorii illius aetatem falſo pertinere perſuadeat ſibi, neque aliter Horat. locus accipiendus lib. III. Oda 21.

*Narratur & priſci Catonis*
*Saepe mero maduiſſe virtus.*

Ii i   Ubi

Scire adeo magni feciſſet, utrumne ſecundis,
An magis adverſis ſtaret Romana propago?

Sci-

Ubi *Priſci Catonis virtutem* pro Catone ipſo ſumma virtute praedito poſitam, operae pretium eſt obſervare. Proinde & capitali litera utrobique ſcribendum. Sed & poſtremum hexametri hujus hemiſtichium quis ab Horatio eſſe non videt, ita lib. 1. Sat. 11. ſcriptitante.

——— ——— ——— *Macte*
*Virtute eſto, inquit ſententia dia Catonis.*

ad imitationem Luciliani illius maxime:

*Valeri ſententia dia.*

DOUZA. *Quos inter*, id eſt, inter eruditos Romanos, etiam Cato eſt, qui egregie dixit, rerum ſcientiam maximi faciendam eſſe. Priſci autem hic non Epithetum eſt, ſed cognomentum. Sic Horatius lib. 11. Oda 21.

*Narratur & Priſci Catonis*
*Saepe mero maduiſſe virtus.*

Fuit & alius Cato, cui Cenſorii nomen fuit. Ab hoc Priſco Catone ſunt illa Catonis diſticha, quae hodie adhuc exſtant, & leguntur. Non quod Cato hic eorum auctor ſit, ſed quod compoſita ſint, & collecta ad normam diarum illarum ſententiarum, quae à Catone profectae, vulgo à Romanis uſurpabantur. Quemadmodum aurea Pythagorae carmina, quae adhuc ſuperſunt, non ab ipſo Pythagora, ſed ex ſententia & ſcriptis Pythagorae compoſita ſunt. Idem judicium de verſibus, quos Orpheus & Empedocles compoſuiſſe dicuntur, faciendum eſt. BOXH.

48. DIA] Divina. VINET.

49. SCIRE ADEO MAGNI FECISSET] Heinſ. *ſcire adeo haud magni feciſſes.*

49. SCIRE ADEO] *Scire Deos* Ald. Pulman. Raphel. *ſcire duo* Vinet. & Scaligeri Edit. ſed ſcire, utrum ſecundis, an adverſis magis ſtaret res Romana, non eſt duo ſcire, ſed unum hoc, utrum ſit ex duobus illis verum: quare nobis *adeo* placet; ut ſit ironice dictum: ſi ſcientiae & artes Graecae ſint ejiciendae & perniciofae, & ſolis armis Romana res eſt tuenda, an adeo magni feciſſet Cato ſcire, utrum ſecundis, an adverſis rebus magis floreret Romana propago. in adverſis, ſponte, & ſine diſciplina homines defendere ſe norunt, eodem modo ut animalia, &, quarum exemplo utitur, veſpae, quae pro aedibus & prole arma capere a natura docta ſunt. ſed ubi ſine metu agunt, otio ſeneſcunt, & moriuntur. ita nunc Imperio ſtabilito, & ſecuro ab hoſtibus, & pace perpetua, Romani in exitium ruent, niſi artibus ingenuis inſtructi etiam pacem pati diſcant, & aequa mente proſperitatem ferre. hanc puto eſſe ſententiam. *ſcire* hic non debet pro *ſcientia rerum* capi, ut apud Perſium Sat. 1. *ſcire tuum nihil eſt*, ſed pendet a *magni feciſſet*, ſcire id eſt, noſcere, intelligere. BURM.

49. UTRUMNE SECUNDIS, AN MAGIS ADVERSIS STARET ROMANA PROPAGO. SCILICET ADVERSIS.] Hoc eſt, facile ſcias, adverſis potius, quam ſecundis conſiſtere Majeſtatem Imperii Romani. eſt enim *ſcilicet*, ſcire licet. Quomodo & *videlicet* apud Plautum, pro videre licet. Neque quicquam hacce ſententia verius. Unde & Naſica ille ad reprimendam nequitiam, ſervandoſque optimos illos, hoc eſt, antiquos mores (quibus *rem Romanam ſtare* potiſſimum Ennio quoque perſuaſum fuerat jam olim) cujuſmodi ſcilicet in Populo Romano inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginienſe maxime viguiſſe, non quidem amore juſtitiae, ſed formidine inſidae pacis, cognitum nobis ex fragmentis Salluſtianis: Naſica ille, inquam, cordatus, quamvis Catone adverſante, ut metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat everti. quod ut cum iis, quae ſequuntur, rectius etiam intelligatur, nonnulla argumento huic conſentanea ex Catonis ipſius Cenſoria pro Rhodienſibus oratione, apud Agellium lecta, hac oblata belliſſima occaſione tranſcribam. Sunt vero haec ex V. Originum ejuſdem libro à politiſſimo illo Atticarum Noctium auctore nobis quaſi per manus tradita: *Scio, ſolere pleriſque hominibus rebus ſecundis atque prolixis atque proſperis animum excellentem atque ſuperbiam, atque ferocitatem augeſcere atque creſcere* (ubi item notabis duarum linearum ſpatio conjunctionem

at-

Digitized by Google

Scilicet adverſis. nam quum defendier armis
Suadet amor patriae, & captiva penatibus uxor:

Con-

*atque* iteratam plus minus quinquies) *quod nunc mihi magnae curae eſt, quod haec res tam ſecunde proceſſerit, ne quid conſulendo adverſi eveniat, quod noſtras ſecundas res confricet, neve haec laetitia nimis luxurioſe eveniat. Adverſae res ſe domant, & docent, quid facto opus ſit. Secundae res laetitia transvorſum trudere ſolent à recte conſulendo atque intelligendo.* Et deinde poſtea: *Atque haudſcio, an partim eorum fuerint, qui non noſtrae contumeliae cauſa id voluerant evenire; ſed enim metuere, ſi nemo eſſet homo, quem vereremur, quicquid liberet, faceremus.* Ad Sulpitiam tandem reveniamus. DOUZA. Pergit Sulpitia,

—— —— *Utramne ſecundis*
*An magis adverſis ſtaret Romana propago?*

Cum hactenus Sulpitia Romana ingenia commendaverit, quae inter medios armorum ſtrepitus illucere, in pace autem languere coeperint, jam rogat, praeſtetne cum rebus adverſis Romanos colluctari, quam rebus ſecundis languere, praeſtetne bellum Romanis, an pax, negotium, an otium? Reſpondet Sulpitia. *Scilicet adverſis*, id eſt melius erit Romae in adverſis, in bello, in armis, in negotio. Tunc enim ſplendor ille ingeniorum, longae pacis & inertiae rubigine veluti obſitus, denuo illuceſcet. Et profecto nihil hac ſententia verius. Unde & Scipio, ad reprimendam nequitiam, ſervandoſque optimos illos & antiquos mores, ut metu vitia cohiberentur, Carthaginem everti nolebat; ut Carthaginem velut areant Pop. Romanus haberet, in qua virtutem ſuam & induſtriam exerceret. Nempe negotium virtutem accendit, otium vero corrumpit. Negotio accreſcit, quod habes, otio amittis, quod habuiſti. BOXHORN. Non videntur acumen Sulpiciae cepiſſe viri docti: huc uſque enim oratio eſt Graecorum exſulare juſſorum, qui neceſſarias Romanis Graecas artes probare conati ſunt exemplis priſcorum, Scipionis, & Catonis, qui ſi pernicioſas artes cenſuiſſent, & a militari re abducentes, qua ſemper ſtetit Res Romana, non magni feciſſent ſcire, an proſperis, an ſecundis magis ſtaret Roma. reſpondet nunc Domitianus, vel qui ejus edictum tuetur. ſine dubio adverſis magis ſtetiſſe. *ſcilicet adverſis:* quod debemus tribuere reſpondenti Graecis Philoſophis. ex vulgata enim & obvia ſententia, Romanos cladibus & damnis ereviſſe, hoc natum. reſpondent Graji, *nam quum defendier* &c. eo ſenſu, ut modo expoſuimus. ad defendendam patriam in rebus artis & anguſtis non opus eſt diſciplinis liberalibus & artibus; amor enim patriae, uxoris, & prolis id ſuadet hominibus aeque, atque veſpis & animalibus: ipſa enim natura id indidit: in Satyris Perſii frequens eſt ille dialogiſmus, quem Caſaubonus egregie ubique oſtendit. BURM.

51. NAM QUUM DEFENDIER ARMIS SUADET AMOR PATRIAE, ET CAPTIVA PENATIBUS UXOR, CONVENIT UT VESPIS.] *Convenit* pendere à *Penatibus* videtur, ut dicat Satyrica, *Penatibus*, hoc eſt cultoribus Penatium, & domorum urbis ſtatim, ubi quid adverſi coortum eſt, convenire inter ſe concorditer, unoque animo in hoſtem pergere, quamvis inimiciſſimis antea. Caeteroqui quonam, *convenit* iſtud, alio referri poſſit non video. DOUZA.

51. NAM QUUM DEFENDIER ARMIS SUADET AMOR PATRIAE, ET CAPTIVA PENATIBUS UXOR, CONVENIT UT VESPIS, QUARUM DOMUS ARCE MONETAE TURBA RIGENS STRICTIS PER LUTEA CORPORA TELIS. AST UBI PAX SECURA REDIT, OBLITA FAVORUM PLEBS, MATERQUE UNA SOMNO MORIUNTUR OBESO. ROMULIDARUM IGITUR LONGA ET GRAVIS, EXITIUM, PAX.] Verſus obſcuri, & mirum in modum corrupti. Mens autem eſſe videtur, Romulidarum exitium longam pacem eſſe, quia rebus foras pacatis, domi civile bellum movent. Ut veſpis inter ſe convenit hoſte adverſo coactis domum arci Monetariae impoſitam defendere, ſic Romanis. Veſpas ait vigere ſtrictis per corpora telis, ſc. cum hoſtis in armis ex-

Convenit, ut veſpis, quarum domus arce Monetae,

Tur-

cubare jubet. Cum autem hoſtis abeſt, inertia & inedia conſumuntur. Haec ſententia loci eſſe mihi quidem videtur, quamvis ingenue profitear, locum adeo corruptum eſſe, ut de ſententia ejus nihil niſi per conjecturam aſſequi poſſimus. Quare pergamus cum Sulpitia, & concludamus. BOXHORN. Ego haec ita conſtituo. *nam* particula confirmationi inſerviens idem eſt, quod *atqui.* ut ſaepe ad Ciceronem oſtenderunt viri docti. vide Manut. ad I. Verrin. 51. & II. 29. Hottom. ad III. Verr. 85. atqui quum amor patriae & uxoris per ſe, & ſponte ſuadet defenſionem in adverſis rebus, convenit Romanis eodem modo, ut veſpis, quae eadem natura ſtimulante, ſine doctrina, acriter ſe defendunt. BURM.

53. VESPIS] Veſpas, crabrones, apes, ſi quis in ſuis nidis irritet, concurrunt omnes, ut ulciſcantur, & propulſent injuriam. ſic ſolent cives facere contra communem hoſtem. VINET. Sub finem fere nemini explicata latet etiamnum mora.

*Convenit ut Veſpis, quarum domus arce Monetae,*
*Turba rigens ſtrictis per lutea corpora telis.*

Claris verbis Romulidarum exitium longam Pacem dicit, qui ſtoliditate intemperantium in inſtrumenta felicitatis ſuae bacchantur, rebus pacatis, & diffident inter ſeſe. Ut veſpis inter ſe convenit hoſte adverſo coactis domum arci impoſitam defendere, ſic Romanis. Veſpas ait vigere ſtrictis per corpora telis, ſcilicet cum hoſtis in armis excubare jubet. Nihil clarius ordine hujus interpretationis accepto, cum perperam aſteriſcis iſta ſignarint etiam acutiſſimi homines. Emendatione vero alia non opus, niſi ut *vigens* legas, expulſo inepto illo *rigens*, quod meras tenebras facit. Sed non pigebit totum locum legentium oculis clarum lucidumque exſcribere, & proponere.

*Quos inter Priſci ſententia dia Catonis*
*Scire adeo magni feciſſet, utrumne ſecundis,*
*An magis adverſis ſtaret Romana propago:*
*Scilicet adverſis; nam cum defendier armis*
*Suadet amor patriae, & captiva penatibus uxor,*
*Convenit; ut veſpis, quarum, (domus arce monetae)*
*Turba vigens ſtrictis per lutea corpora telis;*
*Aſt ubi pax ſecura redit, oblita favorum*
*Plebſque, paterque una ſomno moriuntur obeſo.*

*Plebſque, paterque*, vera utique lectio eſt. Regem & populum in veſparum velut Republica agnoſcens. Vinetus in Appendice ad Auſonium, Scaliger eadem & Catalectis *frater* ediderunt. Pythoeus *mater*, quorum alterum ſua emendatione non paullo celebriorem fecit nuper Juſtus Riccius de Capitolio ſcribens. Vera lectio aut iſta eſt, aut nulla. Alia alibi in hoc Poëmatio à nobis notantur. BART. Verſiculi illi, quibus Sulpitia populi Romani ſocordiam cum veſpis componit, longe ſunt inquinatiſſimi. *Convenire ut veſpis* Adrianus Turnebus lib. IV. Adverſ. cap. II. proverbiale eſſe exiſtimat. Suſpicatur etiam, ut in templo Concordiae fuit nidus ciconiarum, ſic *in fano Monetae fuiſſe examen veſparum.* Carmen ſubſcribam:

*Convenit ut veſpis, quarum domus arce Monetae*
*Turbat agens ſtrictis per lutea corpora telis.*

Quod autem illic eſſent, qui nummos percutiebant, idcirco *Monetariorum* nomen habuere: & ubi nummi feriebantur, *monetae* dicebantur. Auſonius de Mediolano:

*Templa, Palatinaeque arces, opulenſque Moneta.*

Et Sidonius de Narbone:

*Delubris, Capitoliis, Monetis.*

Errat autem, & memoria lapſus eſt vir ille magnus, cum Satyram hanc Probae adſcribit, non Sulpitiae. Porro accuratiſſimus Scriverius totum hunc Sulpitiae locum ex conjectura ita reſcribendum opinabatur.

*Convenit, ut veſpae: quae tum glomerare moventur,*
*Cum ſtat apes fixis per lutea corpora telis.*
*Aſt ubi pax ſecura redit, oblita laborum*
*Plebs patreſque una ſomno moriuntur obeſo.*

Profecto, ſive ex mente Sulpitiae, ſive non, acutiſſima eſt conjectura. Certum enim quid adſtruere in loco conclamato non valemus. Ergo certe libenter ita reſcribi velim, levi,

aut

Turba rigens ſtrictis per lutea corpora telis.
Aſt ubi apes ſecura redit, oblita favorum
Plebs, materque una ſomno moriuntur obeſo.

Ro-

aut pene nulla mutatione.

*Convenit ut veſpis, quarum domus arce monetae*
*Furva. Rigent ſtrictis per lutea corpora telis.*
*Aſt ubi apes ſecura redit, oblita favorum*
*Plebs, patreſque una ſomno moriuntur obeſo.*

Pene auſim certare, ita ſcripſiſſe Sulpitiam. Mentem, ſi placet, videamus. Bello inter ſe conveniunt Romani, bene tunc & ſtrenue eorum res aguntur. Quemadmodum veſpae, quae in arce monetaria, furva, & fuligine obſita nidificantur, ſtrenue ſeſe ac vivide gerunt, quotiens illis cum apibus, quarum lutea corpora ſunt, bellum gerendum eſt. Tunc vim ſuam, tunc tela, id eſt, aculeos exſerunt. At vero cum apes ſecura redit, cum ab apibus veſpae non impugnantur, ſocordiae atque ignaviae ſeſe dedunt. Pater, plebſque, id eſt rex ſive princeps veſparum, cum examine ſuo, longo otio atque ſomnio pereunt atque moriuntur. Sic Romani tempore belli vim ſuam probant, & in commune conſulunt, pacis autem tempore, aut bello civili agitantur, aut maſcula illa virtus inertia temporum exſtinguitur. Haec mihi quidem ejus loci ſententia videtur. Meliora & certiora proponant, quibus major aut otii, aut eruditionis copia. BOXHORN. Heinſius ad Veſpaſianorum nomen alluſiſſe credebat. de veſpis vid. Varron. lib. III. de R. R. c. 16. legebat etiam, *turba vigent.* & *oblita laborum.* BURM.

53. ARCE MONETAE,] Summo templo Deae Monetae, de quo quaerit Martianus in Topographia Urbis. Alia moneta in Auſonii carmine de Mediolano. Scribit autem Plinius lib. XI. Nat. Hiſt. Veſpas in ſublimi e luto nidos facere, & in iis ceras. VINET. Senſus eſt, inſtar veſparum Cives Romanos armatos convenire, cum metu aliquo publico ſuadente delectus militaris in Capitolio habendus eſt. ſicque e deliciarum temulentia vegetos alacreſque emergere; contra vero, quum ſecuritas undique & pax affulgeret, in luxum & vaecordiam plebem legioneſque diſſolvi, quare emenda verſibus ſequentibus,

*Aſt ubi pax ſecura redit, oblita favorum*
*Plebs, materque una ſomno moriuntur obeſo.*

*Plebs mileſque una ſ. m. o.* quo ſenſu recte olim apud Valer. Max. lib. VII. Appius Claudius pronuntiaverat: *melius P. R. negotium committi, quam otium.* & in eo valde eloquentia Scipionis Naſicae laboravit, ne Carthagienſi civitate aemula, atque inimica de medio ſublata, deliciis ac mollitiei aditus ad Remp. aliquando praeberetur. RYCQUIUS De Capitolio cap. XLI.

54. TURBA RIGENS] Hoc cum non placeret Turnebo, *Turbat agens* ſcripſit lib. IV. Adv. cap. 12. ſed *turba rigens* maluit Joſephus Scaliger. In verſu ſequenti *redit* ultimam producit ante vocalem. VINET. Mihi deeſſe verbum indicativi modi videtur: pendet enim ſenſus, & *domus* & *turba* non apte mihi cohaerere videntur. *turba tegens* Ald. & Raphel. *regens* Pulm. Barthius ad Claudiani etiam lib. II. in Rufin. vſ. 462. *vigens* adſerit, & explicat. deſperatus plane locus, cujus ſenſus quidem patet, ſed verba ſunt moleſta. forte

*—— quarum domus arce Monetae*
*Tuta viget, ſtrictis per lutea corpora telis:*
*Aſt ubi apis ſecura* &c.

*Apis ſecura* ut ſolent loqui, vid. ad Ovid. VII. Met. 436. ubi plebs veſparum ſecura apis, id eſt ab apium impetu, iis repulſis, redit ad domum, otio & ſomno marcet, & quaſi moritur. BURM.

55. AST UBI APES SECURA REDIT OBLITA FAVORUM, PLEBS FRATERQUE UNA SOMNO MORIUNTUR OBESO.] Quid eſt *frater*? neſcio equidem, neque ego iſtud verbum emiſſem titivilitio. Itaque non dubito, quin *Plebs*, *Patreſque* ſcripſerit Sulpitia, apum ſitu marceſcentium Rempublicam Concilia, duceſque ac vulgus, Senatui Populoque Romano (quos quidem *Plebis*, ac *Patrum* nomine comprehendit) jam marcido prorſus, incultuque proinde, ac ſocordia tor-

Romulidarum igitur longa & gravis, exitium, pax.
Hoc fabella modo pauſam facit. Optima poſthac
Muſa velim moneas, ſine qua mihi nulla voluptas
Vivere, uti quondam Lydus dum Smyrna peribat,
Nunc itidem migrare velint. vel denique quidvis,
Ut dea, quaere aliud. Tantum Romana Caleno
Moe-

peſcenti, aptiſſima utique ſimilitudine componens ac circumſcribens. DOUZA. *Patres* etiam Heinſio placebant, & certe *patres* & *plebs* ſaepe junguntur. vid. ad Valer. Flacc. I. 72. Columel. de apibus lib. IX 9. *ſunt enim ſaepe plures unius populi duces, & quaſi procerum ſeditione plebs in partes diducitur.* BURMANN.

57. ROMULIDARUM ] Romanorum. VIN.

58. HAEC FABELLA MODO PAUSAM FACIT. ] Malim potius; *Hoc fabella modo*, &c. DOUZA. Pauſam facit, id eſt, deſinit. *Pauſa* enim quies eſt & interſtitium. Unde & in inſcriptionibus ſepulchtalibus non ſemel legitur, *Hic aut ille hic pauſat*, pro quo in aliis eſt, *hic aut ille hic ſitus eſt, & quieſcit.* BOXHORN. In Aldina edit. diſtinctio alia erat, *Hoc fabella modo pauſam facit optima. poſthac.*

60. LYDUS DUM SMYRNA PERIBAT] *Lydis* malebat Heinſius, & adſcripſerat *de Phocaeorum migratione* vid. Horat. Epod. XVI. & Valeſ. ad Amm. XV. 9. in Aldina, *uti quondam Smyrnalibus . . . peribat.* cum lacuna, quam ſecutae fere omnes, praeter Pythoeum & Douzam. nihil huc facere Phocaeorum migrationem puto. ſed reſpicit hiſtoriam nobis, mihi certe, inopia veterum de hac urbe monumentorum, incognitam & obſcuram: ſed puto, ſub Muſae perſona, quae Smyrna olim migravit, Homerum indicari, qui patria exceſſiſſe propter Tyrannidem vel ſponte, vel ejectus in exilium, videtur; & forte Lydis Smyrnam deſtruentibus, κατασκαψάντων, ut Strabo lib. XIV. pag. 646. quare forte legendum, *Lydis dum Smyrna periret.* nam ita licere loqui, pro *perdi a Lydis*, docet Claudiani locus lib. II. de Laud. Stil. 250.

*Me quoque vicinis pereuntem gentibus, inquit,*
*Munivit Stilichon.*

& *cadere ab aliquo*, & *alicui*, vel *aliquo*, & *perire ab aliquo*. de quibus egi ad Ovid. V. Met. 192. & Grat. Cyneg. 315. vid. & Munker. ad Hygin. fab. 33. & ita mox, *noſtro periturus honore.* BURM.

61. VELINT. ] *Velit* Ald. *velis* Sc. Muſa, an tu quoque velis Roma migrare, vel an me etiam migrare velis.

61. VEL DENIQUE QUIDQUIS, UT DEA QUAERE ALIUD. ] Id eſt, tu Muſa, cum Dea ſis, omniaque cognoſcas, & facere id omne poſſis, quod vis, medere huic calamitati, & oſtende quo pacto ab illa poſſimus liberari. BOXHORN. Forte, *Tu dea, quaere aliud.* ita ſaepe peccatum tranſpoſitione literarum. *quidvis aliud* jungendum; ex formula vero *quaere aliud.* de qua vid. ad Petron. cap. LXXIX. ſimile illud Terent. Heaut. IV. V. 42. *Fiat. quaeratur aliud.* BURM.

62. UT DEA ] Heinſ. *I, dea*, vel, ut nos maluimus, *Tu dea*, tranſpoſitis elementis.

62. TANTUM ROMANA CALENOS MOENIA, JUCUNDOS PARITERQUE ADVERTE SABINOS. ] Quam foede corrupta haec, & plane perdita. Calenum ſupra diximus Sulpiciae maritum fuiſſe. VINET. Emendandum *Caleno*; Item *Averte*, non *adverte*. Unum enim hoc deprecatur Sulpitia, non conjugi ſuo, (a quo tenerrime amari ſeſe, certiſſimis experimentis cognitum ac proviſum habebat) in tanta Reipublicae perturbatione, Muſis ſcilicet, cum omni diſciplinarum coetu, importuniſſima Tyrannici Edicti proſcriptione procul emigrantibus, cariſſimo Caleno, inquam, Romae porro lubeat permanere, coeli Sabini deſiderium, atque Urbanum illud togatae comitatis otium uxoriis complexibus praeferenti. Subjicit eadem haud multo poſt ex perſona Calliopes, reſpondentis ſibi. *Nam laureta* &c. DOUZA.

62. TANTUM ROMANA CALENO MOENIA,

Moenía, jucundos pariterque averte Sabinos.
Haec égo. Tum paucis Dea me dignarier infit:
Pone metus aequos, cultrix mea. Summa tyranno
Haec inſtant odia, & noſtro periturus honore eſt.
Nam laureta Numae, fonteſque habitamus eoſdem,

Et

NIA, JUCUNDOS PARITERQUE AVERTE SABINOS.] Verſiculum hunc ut recte intelligamus, ſciendum eſt, Calenum Sulpitiae maritum fuiſſe, & eodem tempore Sabinum quendam Romae fuiſſe, cujus conſortio & familiaritate admodum Calenus delectabatur, eoque nomine Romae adhuc commorari volebat. Hoc unum igitur hic deprecatur Sulpitia, ut Muſa Romana moenia & Sabinos Caleno averteret, id eſt, ut Caleno incuteret faſtidium Sabini & urbis, quam relinquere Sulpitia deſtinabat. BOXHORN. *Adverte* etiam Heinſio probabatur. ſed ſenſum nullum in his video, nec, quid *advertere Sabinos Caleno* notet, ſcio. Sabinos agros ſine dubio intelligit, ubi ſeceſſum & praedium habebat Calenus. ut Horat. II. Od. 18 *Satis beatus unicis Sabinis.* & III. Od. 4. *Veſter, Camoenae, Veſter in arduos Tollor Sabinos.* durior vero locutio *avertere moenia Romana Caleno*, pro abducere illum a moenibus, efficere, ut illa velit averſari & faſtidire. an *Caleno* pro *a Caleno.* ut fere illa Salluſtii Catil. cap. LVIII. *arma, quibus corpus tegitur, ab hoſtibus avertere.* vid. Heinſ. ad Valer. Flac. I. 66. & aliis apud eum locis. hoc niſi placeat, hypallage eſt admittenda, pro Calenum averte moenibus Romanis. ut Virg. II. Georg. 172.

*Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.*

& I. Aeneid. 42.

*Nec poſſe Italia Teucrorum avertere regem.*

BURM.

64. DIGNATUR ET INFIT:] *Dignarier infit* ediderunt jam Aldus, Vinetus, Pulman. Raphelengius, & Douza. & probabat Heinſ. ut ſupra vſ. 51. *defendier.* vid. Heinſ. ad Virgil. IX. 434. BURM.

65. PONE METUS AEQUOS,] Elegantiſſime dictum. Metus Sulpitiae aequi erant, & ex ratione proficiſcebantur. Metuenda enim erat tyrannis & potentia Domitiani. Ait ergo Calliope. Tu, o mea Sulpitia, quae me tantopere colis & veneraris, metum illum, quamvis aequum & juſtum, ſepone. Ego medebor huic miſeriae & calamitati. BOXH.

65. TYRANNO] Domitiano. VINET.

65. SUMMA TYRANNO, HAEC INSTANT ODIA,] Id eſt, ab omnibus odio habebitur Domitianus. Sed quid hoc eſt, quod inquit Calliope, Domitianum periturum Muſarum honore? Nihil aliud eſt, quam edictum Domitiani nauci eſſe faciendum. Muſas, quamvis ringente invidia & Domitiano, evaſuras. Imo Muſas cum ſumma ignominia Domitiani, cum ſummo honore ſuo, ſcelera ejus & flagitia poſteritati tranſmiſſuras. BOXHORN. Languidum illud *haec.* Heinſius tentabat, *Hinc inſtant odia.* ex edicto illo & tyrannide. ſed forte, *Ecce odia*, quod efficacius, ita ut brevi ſe exſertura Romanorum odia vaticinetur. BURM.

66. NOSTRO PERITURUS HONORE] Vix videtur explicari poſſe, ut modo vſ. 61. a noſtro honore eſt periturus. an non potius *honori*, in honorem noſtrum, qui vindicabimus ejus injurias, choro noſtro illatas. quae vindicta nobis laudi & honori erit. BURM.

67. NAM LAURETA NUMAE, FONTESQUE HABITAMUS EOSDEM, ET COMITE AEGERIA RIDEMUS INANIA COEPTA,] *Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni irrigabat aqua: quo quia ſe perſaepe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum deae, inferebat, Camenis eum lucum ſacravit, quod earum ſibi concilia cum conjuge ſua Egeria eſſent.* Titus Livius lib. I. Ovidius III. Faſtor. VINET. Quo non inſcite accommodare poteris illa Juvenalis ex Satyr. III. de Umbritio Roma itidem emigrante, quidem iiſdem pene temporibus, de quibus apud Muſam ſuam tanta cum indignatione queritur Heroina haec noſtra:

*Subſtitit ad veteres arcus, madidamque Capenam;*

*Hic*

Et comite Egeria ridemus inania coepta.
Vive, vale, manet hunc pulchrum ſua fama dolorem.
Muſarum ſpondet chorus, & Romanus Apollo.

*Hic ubi nocturnae Numa conſtituebat amicae.*
*Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur*
*Judaeis; quorum cophinus, foenumque ſupellex.*
*Omnis enim populo mercedem pendere juſſa eſt*
*Arbor, & ejectis mendicat ſilva Camoenis:*
*In vallem Aegeriae deſcendimus*, &c.
DOUZA. Id eſt, quidquid moliatur Domitianus, eadem adhuc ſum, eadem mihi adhuc poteſtas manet. Rideo ejus inania, vana, & nullius virtutis incepta. Erat autem nemus prope Romam, in quo Numa ſacras populo Romano leges praeſcripturus, cum Egeria Nympha, ad excitandam de ſe divinitatis opinionem, concumbere ſe dicebat. In hac ſylva ſe eſſe fingit Calliope, & ridere ad minas Domitiani. BOXHORN. Comitem Egeriam vocat credo, quia & quidam in nemus Egeriae, alii in Camenarum lucum Numam iiſſe tradunt.

69. VIVE,] Concludit porro praeſagitiones ſuas Calliope Sulpitiana ajens: *Vive, vale. manet hunc pulchrum tua fama dolorem.* At concinnior extitura ſententia videtur, ſi *ſua* potius reſcribatur. Addit poſtremo promiſſi ſui praeſtationem. DOUZA. Id eſt, carmen hoc, quo dolorem tuum, conceptum ex iniquitate Domitiani, probaſti, famae & aeternitatis albo eſt inſcriptum, & te eo nomine poſteritas venerabitur, & hoc tam divinum ingenium tuum commendabit. BOXHORN. *Manet huic* Heinſius. ſed, ſi ita legas, ſenſum non capio, quem Douzam recte cepiſſe credo.

70. MUSARUM SPONDET CHORUS, ET ROMANUS APOLLO.] Romae etiam templa habuit Apollo, numen Graecanicum. VINET. Propter Aedem Apollinis Palatini ſcilicet, ac Bibliothecam ibi ab Auguſto jam pridem conſecratam. qua de plura Commentariolum noſtrum Horatianum, qui volet, conſulito. DOUZA. Romanus Apollo hic appellatur, propter Aedem Apollinis Palatini, & Bibliothecam ibi ab Auguſto conſecratam. BOXH. Heinſius volebat, *Muſarum id ſpondet chorus.*

## FRAGMENTUM SULPICIAE.

Flavia Gens quantum Tibi tertius abſtulit Haeres:
Poene fuit tanti non habuiſſe duos.

De eodem Domitiano referuntur & hi verſus a veteri interprete Juvenalis, ut M. Valerii Martialis, quos, quia inter edita ejus epigrammata non exſtant, adjicere viſum eſt. DOUZA.

## F I N I S.

DEDICATIONES, PRAEFATIONES,

# PROLEGOMENA

E T C.

QUAE IN VARIIS EDITIONIBUS HORUM POETARUM REPERIUNTUR.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRAEFATIO
## REI VENATICAE SCRIPTORUM
## EX
## EDITIONE ALDINA
### ANN. MDXXXXIIII.

### MAGNIFICO, ET ORNATISSIMO VIRO ANTONIO FUCCARO AUGUSTANO GEORGIUS LOGUS SILESIUS
### S. P. D.

Equidem, ut ingenue fatear, Antoni optime, jam pridem ſaepe negligentiam, ne dicam inertiam meam, tacite mecum reputans, ac non ſine moleſtia quadam agnoſcens, memet ipſe reprehendi, quod, cum tu is vir ſis, ea dignitate, humanitate, & virtute, ut merito à bonis, & doctis, ac literarum ſtudioſis omnibus & amandus plurimum ſis, & colendus: cumque inſuper privata etiam tua erga me beneficia, ac merita ſane non vulgaria extiterint: hactenus tamen neque ſcripſerim ad te quicquam: neque ullum praeterea ſtudii, & obſervantiae, & grati erga te animi mei dederim documentum. Etenim cum Auguſtae Vindelicae, quae tibi patria eſt, annis jam tribus, cum eo tempore Carolus V. Romanorum Imp. inviſtiſſimus, Imperii principibus, & proceribus convocatis, concilium in ea urbe haberet: in aula inclyti Romanorum ac Pannoniae & Bohoemiae Regis Ferdinandi verſarer: ſumma me abs te humanitate, & perquam familiariter acceptum memini, atque tractatum, neque à te modo, verum etiam à digniſſimo, feſtiviſſimoque viro Rhaimondo Fuccaro fratre tuo germano. Nam & ſplendidiſſimis ſaepe conviviis inter ſummos & principes viros, elegantiſſimosque homines perhonorifice me adhibuiſti in veſtris illis amoeniſſimis, & cultiſſimis hortis, qui non indigenis modo, ſed peregrinis etiam arboribus, pomis, herbis, omnique cultu non Germaniam modo noſtram, ſed quasvis etiam externas regiones provocare poſſint: & omni denique humanitatis genere es proſecutus. Cumque hoc eodem tempore propoſitum mihi eſſet, ut ex aulicis moleſtiis in optatiſſimam, & animo meo ſemper gratiſſimam Italiam, ex qua fatalium temporum calamitate & naufragio excluſus aliquot annis abfueram, quaſi in tutiſſimum aliquem portum poſtliminio quodam meo reverterer: ubi cum ve-



Digitized by Google

teribus amicis, cum libris ſcilicet & Muſis, in gratiam redirem: dediſti tu ultro & ſponte tua, nihil ſane à me vel ambitus, vel rogatus, honeſtiſſimo mihique amiciſſimo viro Georgio Hermanno conſanguineo tuo id negotii, ut me procuratoribus tuis, qui Venetiis rationes & negotia tua tractant, diligenter commendaret. quod cum Hermannus, qua eſt humanitate & benevolentia erga me, ſedulo feciſſet: cum eas literas Venetias poſtea veniens procuratoribus illis tuis reddidiſſem, facile intellexi, ejusmodi fuiſſe, ut & ſtudium & benevolentiam erga me prae ſe ferrent tuam, & magno in poſterum uſui mihi eſſent, & commoditati. Nam illi & officia, & operam mihi ſuam gratiſſime & perliberaliter detulerunt, neque minus & libenter & prolixe, ſi, quando opus fuit, re quoque ipſa praeſtiterunt: pecunias certe quae in ſubſidium atque uſum ſtudiorum meorum cum ab optimo, & de me ſtudiisque meis meritiſſimo, principe Staniſlao Thurſone, epiſcopo Olomucenſi, quem, ut ipſius dignitas meretur, amplitudinis, doctrinae, virtutis, innocentiae, & grati animi cauſa nomino, tum alioqui etiam, & à meis ad me mitti ex permutatione ſolent, ſine quaeſtu, & emolumento ſuo ullo ſemper mihi numerarunt. Verum omnibus iſtis amicitiae noſtrae & meritorum tuorum erga me vinculis, quibus tibi obſtrictus eſſe debeo, illud quoque non minimum ſane accedit, quod cum Thurſonum familia, quae genere, dignitate, ac virtutis & literarum commendatione per orbem terrarum celeberrima exiſtit, affinitas tibi eſt: Thurſonum autem beneficentiae praeſidio & liberalitati multo maximam fortunarum & ſtudiorum meorum partem acceptam refero. Poſt Thurſones vero cum Georgii Loxani lectiſſimi viri, & Inclyto Regi noſtro Ferdinando à conſiliis, & epiſtolis, atque ejusdem conſanguinei mei meritis & benignitati in primis me debere agnoſcam: cum illo quoque egregia quaedam conjunctio, & familiaritas tibi intercedit. Ego vero ita apud me conſtitui, itaque ſentio, me non modo erga eos, qui ipſi bene de me merentur, gratum, & memorem eſſe oportere, ſed ſi qui etiam illis ipſis grati acceptique ſunt. Praeter omnes vero, quae modo à me, cur tibi debeam, enumeratae ſunt, cauſas, haec quoque ad te obſervandum & colendum incitare non mediocriter me debet, quod cum ea ſis, qua omnes intelligunt, dignitate, ea opum affluentia, & ubertate, ut pauci non modo in Europa, ſed ubivis etiam gentium tuae conditionis homines tecum conferendi videantur: in tantis tamen fortunis, inque ſummis maximarum rerum occupationibus nunquam intermittis ſtudia literarum. Neque vero ipſe modo libenter ac multum in his verſari ſoles, ſed eos etiam, qui omne in illis tempus conſumunt, & excellentis alicujus doctrinae laudem aliquam ſunt conſecuti, gratia, favore, & liberalitate proſequeris ſingulari: neque ullum eos aut juvandi, aut ornandi locum, occaſionemque praetermittis: idque cum ſemper, tum vero olim Romae, cum ibi eſſes Leone Pontifice, praeſtitiſti: ubi tu quidem cum minime videreris, cum maxime optimis ſtudiis & honeſtiſſimis artibus incumbere ſolebas: domusque tua à ſummis viris, & qui tum Romae ingenii & doctrinae laudibus in primis florebant, multum & aſſidue frequentabatur. inter quos aliquot domeſtica etiam & familiari conſuetudine conjunctos habuiſti, at-

que

Digitized by Google

que ex iis diſertiſſimum & honeſtiſſimum hominem Georgium Sauromanum, & Georgium item Sylvanum, utrumque Sileſium, id eſt popularem meum. Ejusmodi igitur ac aliis inſuper plurimis de cauſis, quas nunc omnes enumerare, pretium operae non eſt, in aere tuo cum ſim, ut licet ſero illud quidem, aliquando tamen nomen illud expungerem, haec ad te hoc tempore ſcribenda putavi, ſed, ut aequi & boni conſueverunt, non ſine aliquo tamen omnino foenore, & lucello tuo. ſiquidem cum proxima aeſtate Romae eſſem, conflata mihi non mediocris amicitia fuit cum Joanne Lucretio Aeſiandro Germano. juvene cum rara & exquiſita bonarum artium & literarum cognitione, tum Graecae Hebraicaeque & Latinae linguae peritia egregie inſtructo. Is mihi trium optimorum, & antiquiſſimorum authorum, qui tam diu latuerunt, ut penitus in oblivionem hominum venerint, copiam fecit, Gratii, qui de venatione ſive κυνηγετικῶν librum carmine conſcripſit: itemque M. Aurelii Nemeſiani, qui idem tractavit argumentum: quibus adjunctum erat P. Ovidii Naſonis fragmentum de piſcibus. Gratius quidem Octaviani Auguſti temporibus, & feliciſſimo illo ac vere aureo, & praeſtantiſſimorum ingeniorum foecundiſſimo ſeculo floruit. Ejus poëtae Ovidius in ultima de Ponto elegia meminit his verſibus.

*Tityrus antiquas & erat qui paſceret herbas:*
*Aptaque venanti Gratius arma daret.*

neque ſane immerito in illuſtrium ſui temporis poëtarum catalogo Ovidius poëta ſane bonus poëtae longe omnium praeſtantiſſimo Virgilio Gratium mox ſubjungendum ſibi duxit: quando ille carminis majeſtate, ſuavitate, & elegantia, & argumenti, quod tractat, jucundiſſimi gratia atque ornatu cum quovis antiquorum poëtarum certare videatur. Illud vero dolendum ſummopere eſt, quod tam lacer, & mutilatus ad nos pervenit: ut non pauca in eo videantur deſiderari. Aeſiander quidem ex vetuſtiſſimo codice, quod nobilis & cultiſſimus noſtri temporis poëta, Accius Syncerus Sannazatius, Longobardicis literis ſcriptum ex Galliis ſecum aliquando attulerat, quantum potuit, integre & incorrupte deſcripſit una cum autoribus illi conjunctis. quorum exemplar mihi cum dediſſet: non modo ut edendos curarem volenti mihi permiſit: verum etiam, id ut facerem, ultro ipſe me eſt adhortatus: longiſſime ille quidem ab eorum ſententia remotus, qui veteres eoſdemque bonos libros vel propter negligentiam, aut etiam invidiam interdum premunt, vel, quod iniquiſſimum eſt, pro ſuis edunt. Quorum injuria, & perverſitate factum eſt, ut multi praeſtantes authores, qui ex ſuperiorum temporum calamitate & naufragio evaſerant, non ſine gravi bonarum artium jactura perierint. Hos itaque tres, quos diximus, authores, mi ſpectatiſſime Antoni, cum, in apertum ut referrem, in animo mihi eſſet, idque Venetiis in officina, quam Aldus Manutius Romanus vir diligentiſſimus, & inſigniter eruditus, deque renaſcentibus bonarum literarum ſtudiis praeclare meritus, elegantiſſimam & nobiliſſimam inſtituit: quae cum annis jam aliquot certis de cauſis otioſa quieviſſet, hoc tempore eam cum aliis rebus, tum vero pulcherrimis characteribus revocatam Paulus Manutius, Aldi filius moderatiſſimus juvenis, & literarum ſtudiis ac honeſtiſſimis moribus egregie ornatus, pa-

ternaeque virtutis & inſtituti haeres, & imitator inſtauravit: in qua re conficienda ſummi & praeclariſſimarum artium doctrina celeberrimi & inſtructiſſimi Joannis Baptiſtae Egnatii conſilio, opera, & induſtria plurimum ſe fatetur adjutum: Cum igitur ad editionem illam Paulus ipſe, qua eſt humanitate, operam mihi ſuam deferret, in tuam praeſertim gratiam, & ſub tuo nomine id feci: ut qualemcunque interea animi erga te mei darem ſignificationem: propterea quod intellexi, te, ſi quando à gravioribus curis & occupationibus vacuus rura & poſſeſſiones tuas, quas amoeniſſimas & ampliſſimas habes, animi cauſa inviſis, venandi ſtudio non parum oblectari ſolere. Venationis vero laudes, ut ſtudium ingenuis hominibus, ac Regibus etiam, & Principibus convenientiſſimum, cum alii plerique, iique ſummi authores, tum praecipue Xenophon Socraticus ille, qui ipſe de venatione ſcripſit, ſunt perſecuti. Interim bene vale, & officium hoc in te meum boni conſule. Venetiis. M. D. XXXIIII. XV. Cal. Febr.

Georgius Logus.

Amplexu tenerae dignatum & amore Dianae
  Paſtorem in ſylvis Endimiona ferunt.
Atque hinc matre dea genitus per Latmia ſaxa
  Gratius in ſolis dicitur eſſe locis.
Diva quidem laeſi caelans mala damna pudoris,
  Nutrici hunc nymphae credidit alma ſuae,
Formoſae Chariti, puerum quae eduxit, & illi
  Ubera nectareo turgida rore dedit.
Hic vitam, ſylvis haud ulli notus in altis,
  Maternis egit ſedulus in ſtudiis:
Aut celeres jaculo cervos, damasque fugaces,
  Aut ſaevum lata cuſpide ſtravit aprum:
Haerentem aut ſcopulo capream dejecit ab alto:
  Sive feras canibus, ſeu capit ille plagis.
Et tandem laetas cecinit venantibus artes
  Auſpicio matris, praeſidioque deae.
Ipſa quibus nutrix muſaeum diva leporem
  Infudit largo flumine blanda Charis.
Has ego multa quidem nulli per ſecula viſas
  In lucem rurſus caeca per antra fero.
Parce dea: illaeſa eſt caſti tua fama pudoris:
  Invidia, aut rumor finxerit illa levis.
Non ego te nudam, tua nulla ego crimina vidi.
  Ne ſaevi: Actaeon non ſum ego magna dea.

Geor-

Digitized by Google

Georgius Logus Petro Paulo Vergerio, apud Inclytum Ferdinandum, Romanorum, Pannoniae, ac Bohoemiae Regem oratori Pontificio.

Gratius intactae aſſiduus comes ille Dianae,
Dum ſequitur celeres per nemora alta feras:
Impiger ignotas venator protulit arteis
Venandi auſpicio, diva ſuperba, tuo.
Arteis diva illum, numeros comitum una Dianae
Grata deae ante alias & bene culta Charis
Edocuit, nomenque dedit, cui plurima ab ore
Gratia muſaeo tincta lepore fluit.
Retia, pinnatas, pedicas, ligna apta parandis
Ille canit jaculis, & genera, atque modum:
Et quae ſit natura canum, quique uſus in illis:
Atque horum ſoboles quo ſit alenda modo.
Venatorem habitu, atque decentibus inſtruit armis:
Quique ſit his ſtudiis, qui minus aptus equus.
Ille diu ſylvis venando erravit in altis,
Venatrici illic multum adamatus herae.
Atque huic, cui nomen Nemeſis de nomine nymphae,
Haerebat lateri fidus ubique comes,
Ex Lybia longe, & Carthagine ab uſque profectus
Dura per infidi mille pericla maris.
Hos ego per montes, perque invia luſtra ſecutus,
Illorum has artes munera digna, tuli.
At tu Germanis ſapiens orator in oris
Pontifice à magno, Paule, ubi miſſus abes
Romanum ad Regem, poſt duros ſaepe labores
Et qui Marte illum mille, togaque tenent:
Dum curſu, jaculoque feras, ſylvasque fatigat,
His noctem in ſtudiis dum terit, atque dies:
Dum gratus juveni ipſe comes per denſa vagaris
Avia, & has, illas ſternis ubique feras:
Hos cape venandi artifices: feſſusque labore,
Otia in his, ſed non otia vana teras.
Haec tamen in foribus divae, cui talia cordi,
Ne pigeat grata ſcribere, Paule, manu.
Vergerius, Diana tuo quod ſancta favore
Hanc artem, haec nobis reddidit arma Logus:
Has tibi apri exuvias torvi, ſpumantiaque ora
Nunc quoque fulmineo dente timenda dicat.
Tu dea, tu noſtris praeſens venatibus adſis:
Effugiat noſtras quo fera nulla manus.

De

De eodem, & Rege venantibus.

Dum ſylvas, monteſque altos, loca ſola, pererrant,
  Atque vagas quaerunt per ſtabula alta feras
Venator Damon, Damoni & gratus Iollas,
  His ſtudiis, ſed non conditione pares:
Ecce canes ramoſa altum per cornua cervum,
  Cui comes horribili dente tremendus aper,
Avia per, ſaltuſque agitant. it clamor in auras:
  Latratu valles, & nemus omne ſonat.
Occupat, & comiti metuens tunc fidus Iollas,
  Saevitia immanis ne cadat ille ferae:
Tu cervum, Rex magne, petas: mihi cura furentem
  Excipere, & certa ſternere caede ſuem.
Imbelles aliis damae, cervique fugaces,
  Haec erit, haec manibus victima digna meis,
Rex ait: & valida attollens venabula dextra,
  Immanem ingenti vulnere fudit aprum.

Ad Georgium Loxanum Sileſium.

Loxane, inflavit rauco cava cornua cantu
  Gratius: accurrunt, impigra turba, canes:
Latratuque auras & acuta voce laceſſunt:
  Duxque canum egregius Nemeſianus adeſt.
Retiaque attollunt ſocii, & venabula lata:
  Arma citi expediunt: & mora nulla placet.
Quid ceſſas, lentuſque jaces? praeſepia ad alta
  Jam pridem ſonipes te manet, atque fremit:
Faſtiditque moras, latratuque atria complet
  Ille tuus ventis ocior acer Hylax.
Surge age, te ſocii exſpectant: venantibus illis
  Nulla hodie in ſylvis tuta futura fera eſt.

DE

# DEDICATIO
## CASPARIS BARTHII.

*AMPLISSIMO*

VIRO

# ISAACO CASAUBONO,

SERENISSIMO ANGLIAE, FRANCIAE, SCOTIAE, HIBERNIAE REGI, A CONSILIIS

## CASP. BARTHIUS

*S.*

GRATIUM, NEMESIANUM, CALPURNIUM, inter vetereis auctoreis elegantiâ & doctrinâ non poſtremos, ſed ipſis primorum principibus legitimo doctorum Senatu adſcribendos, qualibuſcunque ante hoc quadriennium à me commentationibus illuſtratos, ad te ſiſtere, tuoque patrocinio publico dare placuit, CASAUBONE CLARISSIME. Mutuabitur labor noſter à ſplendore Gloriae litterariae, qui in te ſummus eſt, eum decorem, quem in ſuâ induſtriâ non invenit, ut adſcititio honore cordatis placere poſſit, qui domeſtico non ſperat. Uſitata quidem Magnatum inter eruditos ambitio eſt, ut, quem in ſe Scriptoreis non habent, ab alienâ fulgorem commendatione adoptent. Sed melior me longe cauſa ad te compellandum adigit, quam ut diffiteri velim, aliud me, quam vulgo ſoleant, his litteris quaerere. Plerique ejus generis ut operam ſuam vendant, hiſtrioniam, ut Cornelius Celſus autumat, exercent, & per litteratorum adulationem Famae ſe ad reliquos inſinuare ſatagunt. Ego ita favorem tuum his libellis ambio, ut quammaxime vilem eſſe meam operam fatear; eo ſolo fine, ut per te ſcriptoribus his emolumento ſim, exprocando à facilitate tua, ut, ſi quod aliquando ſpatium temporis magnis tuis & divinis occupationibus decidere habeas, illius partem tam feſtivis libellis impendere non erubeſcas. Quod ſi me abs te impetrare ſiveris, ſum-

mum me hujus votivi doni redhoſtimentum domum recepiſſe arbitraturus ſum. GRATIUM quidem haud ſcio, an ullo Poëta poſt Maronem inferiorem (quod res ipſa clarum teſtimonium perhibebit, ſi quis hujus Georgica cum illius noſtri CYNEGETICO fragmento compoſitum venerit) niſi incomparabilis ingenii tui auxilio & medicina ſanatum, & numeris ſuis reſtitutum videre dabitur; ego ſane de tot ejus deſperatis locis in ſanitatem priſtinam aliquando reducendis prorſus deſperavero. Tot maculae egregium & ſummo proximum Vatem conſpurcarunt, ut in tantillo libello expurgando ad unum te omnes fruſtra laboraturos putem.

Quod cum non ſine ratione ſentiam, reique litterariae & humanitatis ſtudiorum non parum interſit, hunc ſcriptorem emaculatum legi, utpote ex cujus ſingulis fere verſibus aliquid diſci poſſit, quod vix ſit, ut in omni caetera Antiquitate inveniatur, quis non grande operae pretium hac meâ me inſcriptione feciſſe conſeſſurus eſt, ſi tantum à te tui otii impetrare quivero, ut projectis & depoſitis tanti auctoris naevis manum medicam aliquando adhibeas?

Atque haec mea ad te ſollicitandum audacia, quamvis non nemini videri poſſit confidentior; ego tamen in emolumento rei litterariae quampiam CASAUBONUM ſollicitandi neceſſitatem invenio, quae me facile excuſatura videtur, ne audacius illius divinis occupationibus obſtrepere videar. Nam ſi ad rationes ſedere voluerimus, tanta in Rempubl. litterarii orbis tua exſtant merita, tanta Famae tuae apud omnes cordatos gloria eſt, ut jure ſuo omnes affecti, & aevi injuria male accepti ſcriptores, abs te uno medicinam praeſentariam poſcere poſſint; cum in ingenio tuo tot linguarum, quibus omnis Antiquitatis ſcientia vertitur, ſecreta, tot ſeculorum abſtruſa, atque à vulgi animis remota arcana complexu uno teneantur; ut, qui procul eruditionem tuam admiramur, quaerere poſſimus, cujus rei notitiam nondum libris ſcriptis docueris, aut te tenere confirmaveris, cujus vero doctrinae ignarus ſis, aut quam ex te diſcere non poſſimus, citra malignitatis ſuſpicionem neſciamus. Hebraearum nec non Arabicarum litterarum penetralia te tenere, vel nolenti hinc inde tibi Commentationes tuae teſtimonia liquida expreſſerunt; quae in Romana & Graeca litteratura enarranda occupato ſcintillis fulgentibus notas cognitionis ulteriorum linguarum excutiunt. Jam ſi ad ipſa tot volumina gradum moveam, quibus Helladem cum Latio tibi devinxiſti, quod praeconiorum tuorum exordium futurum ſit, videre me dicam; quem vero finem habitura ſit tot immortalium ſcriptorum praedicatio, neſcire confitebor. Eo laudum tuarum ſumma venit, ut in omne aevum felices cenſendi ſint auctores, quibus contigerit tuis manibus poliri, tuo Genio irradiari, ut ſuffulti ſplendore gloriae tuae ad poſteritatem, nullo ſeculorum lapſu temerandi, deſcendant. Nulla jam Barbariae corruptricis, aevique adedentis omnia in iis libris accuſatio eſt, qui CASAUBONUM nacti Vindicem, duplo foenore receperunt ab aſſertore lucem, quam ab hoſte victi depoſuerant. Atque in his morari jucundum ſit, niſi unum aliquem in publica omnium praeconia falcem immittere ſuperbum videri poſſit.

Supereſt unius laudibus, qui cunctorum praeconiis materiem praebet. Nec

ſine

Digitized by Google

ſine ſuſpicione ambitionis plurimorum perſonam gerere poteſt, qui unius ſatisfacere nequit.

Quae cum ita ſint, GRATIUM hunc tibi, CASAUBONE, devoveo; tamquam qualicunque meo labore ex carcere ſqualoris & ſitus vindicatum, & proinde meum, tamquam opis tuae imploratione deinceps tuum; quem ſi frui commendatione mearum notarum patieris, abunde me pretioſum praemium retuliſſe arbitrabor.

Quod ſi Poſteritas ſtudio & induſtriae meae debitura nihil eſt, felicitati tamen non parum ultro acceptum feret, quod te Medicum deſperato vati impetrârim. Id quod me facturum pro conſponſa ante ipſum quinquennium inter nos amicitia confido.

Duos vero iſti comites dedi NEMESIANUM & CALPURNIUM, quod ii ſcriptores mihi ſemper digniores viſi illuſtratione, quam vulgo putant, qui vix bene conſpectos inter Latinae Antiquitatis quiſquilias tranſire ſolent, minorumque gentium cenſui adſcribere. Qui ſi mecum ducere legitimae Poëſeos rationem voluerint, majoris longe pretii hos arbitrabuntur, quam id genus vatum, quod in vulgi auribus dominatur. Nihil in his elegantiſſimis Eclogis tumidum, inflatum, ſpiritum pro ſanguine, pulmonem pro corculo habens, nihil adfectatum, Soloecum, aut extra corpus orationis expreſſum: compoſita, ſuavia, naturali quadam Gratia omnia ad unius fili regulam deducta. Quae ſingula cum magnorum vatum ingenia deſtituunt, & aeſtu tumoris in latus percelluntur, longe à vera ratione Poëſeos receditur. Quod ſi argumento huic affingere aliquem ex grandioribus volueris, facile in rem ipſam venies. Cynegeticon NEMESIANI tale eſt, ut niſi ipſo Auguſtaeo, vel illi proximo aevo neminem meliori Genio tale quid elaboraturum fuiſſe arbitrer. Eclogae ejusdem, ut nullus dubito, quin ſint etiamnum, quam vulgo putent, inquinatiores, ut quae ſimul cum Cynegetico media Barbarie in Scholis Sophiſtarum traductae ſint; ita neminem eſſe autumo, qui non videat, ſummo ſucceſſu illas autoris egregii propoſitum faceſſere. Nec ullum Afrum ſcriptorem exſtare arbitror, qui purius Latine ſcribat. Quod ſi documentum ex re ipſa capere quis velit, Eclogam ultimam mihi conſideret, qua luculentius & maximo Poëta nullum carmen dignius ad nos veniſſe ab ipſo Auguſtaeo aevo cenſere licet, ſi quidem non inanem ſonum, & verba argute cadentia cum adfectata prurigine magnificentiae praelucere legitimis & compoſitis ſtili virtutibus arbitrabimur.

CALPURNIUM ſingulari quadam laude dignum exhibet ſingularis ſimplicitas. Eam ut ille humilius nonnumquam ambiverit, ipſo tamen uſu proclamat, egregii ſe Poëtae perſonam ſuſtinere. Nec dubito, ſi ſolae Latio ſupereſſent hae Eclogae, quin pro divinis ab omnibus haberentur. Jam vero Maronis divinitas aliorum virtutes obfuſcat, & à teneris annis imbibita ſpecies perfectiſſimi Poëtae, multum de caeterorum aeſtimatione detrahit. Et ſic tamen quoque ſua laus minoribus eſt, nec puritate & compoſitione ſermonis quoiquam majorum gentium auctor hic conceſſerit, ut avenam hanc multorum tubas prae-



Digitized by Google

cellere res ipſa teſtimonium dicat. Haec de egregiis ſcriptoribus cenſere vulgo multorum imperitia jubet, qui oculo tranſeunte ita exhaurire conſueverunt priſcorum delicias, ut ſubito quodam judicii aeſtu perculſi, raro diſpicere interiora ſoleant. Scilicet quia ipſi conſcientiae ſuae omnem doctrinam jam olim debent, qua in ſuccum & ſanguinem verterunt, quicquid Humaniorum litterarum arcana ſinu gerunt. Sed cum his contendere velle operam ſit ludere, qui auctoritatem pro ſententia habent.

Hos autem Scriptores ope veterum Editionum repurgatos, & pluſculis locis illuſtriores factos ad te fero, CASAUBONE CLARISSIME, ut, quicquid reſtat, reſtare autem non paulum arbitror, tenebrarum, tui ingenii fulgor diſcutiat, ut vel per te interpretem diſcant, quid in Antiquitatis monumentis judicio valeant, qui, quae non intelligunt, contemnunt. Dubium enim non eſt, vel pervium, talia te in his & omnibus auctoribus reperire poſſe, quae nullo labore alii extricare valeant. Simul autem rogatum te volo, ſi quod animo voveo, cum egregio Juvene, & litteris litteratis inſtructo EUSTATHIO SWARTIO, familiari meo, te aliquando coram complecti, & tua commendatione in Aula Sereniſſimi Monarchae tui, apud quem nihil non poſſe te ſcimus, uti voluero; facias, ut tot annorum apud me ſemper ſtabilem, atque firmam amicitiam tibi non penitus excidiſſe experiar. Ita ſuperſtes diviſis, & eximiorum Operum, quae prae manu habere novimus, plauſum puta hoc donarium, quod excellenti ingenio & incomparabili tuae doctrinae cultor perpetuus volenti animo ſuſpendo.

---

# PRAEFATIO C. BARTHII AD LECTOREM.

GRATIUM, *nemini hactenus explanatum Poëtam damus, Amice Lector. Operâne dignus non fuerit hactenus aeſtimatus, an difficilior, quam qui commode exponi potuerit, dubium eſt. Certe multos eruditiſſimum Poëmation ſcitius contemſiſſe, quam intellexiſſe, arbitramur. Naevi vero in eo tales, qui curari citra libros nullo humani ingenii acumine poſſint. Itaque omneis tamquam à depoſito manus abſtinuerunt. Nos, cum in Opuſculis Latinae Linguae etiamnum pueri pluſimùm tentaremur, inter caetera has notas huic auctori dedimus. Quas jam exſcripſimus & è marginalibus Codicis ſpatiis, ſcidiſque interjectis in unum faſcem conjecimus. Multa excidimus, multa correximus, nequaquam interdum parci verborum, ut aetas illa ſolet, ne ſententia non animo legentis imprimatur exacte. Qui*

*nos*

*nos in interpretando & emaculando hoc auctore ſequentur, rogamus, ignoſcant, ſi non ſemper albâ lineâ ivimus. Nam & pueritia & via ſalebroſa, neminique ante tacta, in multis obſtitit. Quod ſi factum ſentiemus, ſtimulum additum ad perfectioreis Curas habebimus, quas huic elegantiſſimo & nullo minori Poëtae vovimus. Cujus laudis teſtimonium non favor, aut honos, ſed conſcientia exprimit. Caſtigata enim & erudita in hoc phraſis, preſſaque & ſemper ſibi aequalis. Procul argutiae declamatoriae, & tumores extra corpus orationis eminentes; duae fatales peſtes genuinae & Muſis natae Poëſeos. Quam cum Latini primum, deinde & Graeci vates non agnoſcerent, ſed floreis ſaltim dicendi ſectari inciperent, de compoſitione & lenitate ſermonis parum ſolliciti, omnia confuderunt, & condimentis pro cibis utenteis, mapalia mera fecerunt. Horum quo major copia, (amiſſis eorum importunitate praeclariſſimis illis Poëtis, qui veterem Venerem in placida illa figura aemulabantur) ad nos pervenit, eo cariores nobis paucae relliquiae aevi inculpati eſſe debent, quae emerſerunt rapidos illos torrenteis, quos eorum memoriae inſubidi illi & inconditi buccinatores infundere voluerunt. Qui dum granditatem numerorum & majeſtatem adfectam, procul ab adytis verae Diſciplinae receſſerunt. Haec peſtis primum ab declamatoribus orta in ſoluti & ligati ſtili perniciem evaſit. Dum enim ſententiis nativa elegantia frangitur, Barbaries acuminum omnia occupavit. Hinc factum eſt, ut tot elegantiſſimos Oratores Poetaſque deſideremus hodie, quorum ſi pars ſaltim minima exſtaret, perfacile poteramus adfectatoribus illis carere. Quis Pedonis, Marſi, Getulici, Severi, Rabiri, Galli, quis Curionis, Caelii, Caeſaris, Antonii, Pollionis, & ſexcentorum auctorum ſcripta judicio, & ad normam veteris compoſita ingenuitatis, legere non malit, quam Rhythmum alludentes Senecae, aut Lucani ſententias, ut alios taceam, qui hos poſtea inſecuti, penitus in reſpondenteis ſonos omnem eloquentiam infregerunt? Merito ſane Quintilianus omnium, qui umquam ſcripſerunt, auctorum elegantiſſimus, obſiſtere niſus eſt ſuo aevo ingruenti illi tempeſtati. Sed fruſtra. Cum & hodie non paucos habeat judicii ſui contemtoreis, qui quo altius in divinos auctoreis animadvertere videantur, eo profundiore niſu eos lancinant. Verum haec Gratii potius ſtilum commendent, quam operam noſtram doceant. Qui tamen Elogio à nobis opus non habet, ſed domeſticarum virtutum illi eſt, ne moretur noſtras. Adhibuimus emaculando huic auctori cariſſam Editionem, cujus pretium nemini notum erat. Eam ſecuti, non pauca deprehendimus male in recentioribus libris correcta. Si quidem pars eorum, ut arbitror, ex ea edita eſt. ea, ad fidei normam omnia indicavimus. Emendationes conjecturâ nonnumquam juvimus, ſi quae commode juvari poſſent. Lacunas omnes & verba aevi invidiâ extrita intactas ſivimus. Non enim argutandi locus in deſperatis locis, niſi ut ingenium explicantis traducatur, dum placet ſibi in inventione lectionum nemini umquam aeſtimandarum. Multi fuimus in phraſi Poëtica enarranda, in gratiam eorum, qui minus in ea exercitati ſunt. Sublimibus enim illis, qui niſi arcana ſola nihil dignantur ſua expoſitione, nec haec ſcripſimus, nec umquam ſimiles futuri ſumus. Praeterea alia in tantillo Poëmatio res, alia in grandibus operibus eſt, quae & ipſa vix magnatum illorum ingenia capiunt. Illud à nobis laboratum eſt, ut non tam ſplendidus, quam facilis intellectu Gratius prodeat, à cujus lectione omneis vel maxi-*

 *me*

*me certe pars litterariae rei ſtudentium, abhorruit. Sequentur alii, qui lumina omnia litteraturae Antiquae in promtu habent. ii vel ſaltuatim omnia luce perfundent, quae nos vix oſtendere potuimus, etiam labore anniſi non parvo. Is ſane unum nobis occiduum in deſcriptione harum Animadverſionum abſtulit. Sed ante rem Lectorem majori ambitu, quam in ipſo opere, detinemus.*

---

EX

# LIBRIS SILVARUM

## CASPARIS BARTHII.

Aſpera dum magno circum graſſata tumultu
Tabificum arcano Fax aëra fulmine torret,
Ut longe à patriis miſeranda penatibus ultro
Exſilia inquirant Proceres; Plebs pallida virus
Horrendum in ſtrages celeri diſcrimine raptat.
Otia ſectatur Muſarum, & tela cruentae
Dira necis ſuavi modulamine BARTHIUS exit.
Interea cum blanda animo nutricula priſci
Eloquii inſidat Critice; quae ſparſa jacebant
Fragmina conſtipat vatum, ſacroque potitus
Fonte, per Aonios graſſatur plurimus hortos.
Relliquias vetereis, ignota volumina vulgo,
Reſtituit numeris, & vitae reddit honoreis
Depoſitos tumulis. Venanti GRATIUS arma
Decolor extricat ſenio: poſt ſecula multa
Exſutum lauru Vates caput induit acer.
Nec minus in Nemeſi cartas pia munia ſolvit
Nobilis à proavis, doctrinae ingentis Amator.
Fortunam exſuperans animo, ſpe fortior, auctor
Carminis egregii. Ruſpantem ingloria rura
Antiquâ è carie, deſperatiſque favillis,
In vitam vatis CALPURNI ſcripta ſequuntur.
Omnia quae aeternis intexens Carmina chartis
Eripuit ſenio Juvenis, nova lumina nocti
Infudit veteri, & Solem deduxit in umbras.
Ille velut patrii non jam novus arbiter horti,
Stirpibus incumbit curans, peregrinaque late

Bra-

Brachia detondet ferro: nec inutile pondus
Fructibus obſcuros genuinis addere foetus
Falce ſinit facili: dudum ſquallore ſepulta
Germina ſubjiciunt frondeis; Germanaque ſenſim
Forma redit, mutata ſitu. Viget hoſpite pulſo
Verſicolor propriis ſtirps floribus; altaque coelo
Surgit ovans, pretioque ſuum compenſat honorem.
Non aliter multis GRATI flos ſentibus horrens,
Quas partim ſterilis induxerat undique tellus,
Partim adeo infelix inſeverat Error, & ingens
Temporibus Fortuna lues, nunc nobile tollit
E Paedore caput. Juxta ſe candidus auctor
Imputat in vitam, & decoris non ſponte renati
Participat laudem generoſo laetus Amore.
Sic NEMESI longo turpata volumina ſeclo,
Scriptaque corticeis CALPURNI muſa libellis
Attollunt oculos; & candida tela diei
Una & purpurei Juvenis rata vota ſalutant.
Poſteritas Regina aevi, Dea magna Dearum,
Judice diſtinguens, procul invidiâ, omnia lance
Scripta virûm; tibi ſe, veteris tibi BARTHIUS aevi
Relliquias tenueis, & lamentabile tanti
Naufragii pignus ſcriptis commendat amicis.
Sit Fortuna teres, & ſecum cuncta volutet,
Ortus ut occaſu mutetur, ſurgat in ortus
Pernicies, ludantque novam primordia Mortem.
Stet Romana manus vatum, nec nobile mutet
Ingenium ſeclis, unaque arcana ruentis
Fallat ovans aevi generoſus momina Fautor.

IN

# IN
# GRATIUM, A NOBILI
## *ET EXCELLENTI JUVENE*
## CASPARE BARTHIO,
## EDITUM.

*GRATIA cui nomen dederat, Fortuna ſepulcrum*
*Inter contemtas flebile Quiſquilias.*
*Quod, VATES, habuit Chariſin donantibus, olli*
*Reſtituit vates nobilis, INGENIUM.*
*Exemit ſenium, quod cum non ullus haberet,*
*Fortunae Vati fecerat Invidia.*
*Nunc Chariſin junctim faciunt cum Vate Palaemon,*
*Et junctim ſenii ſpernere crimen habent.*

I. S. B. F.

DE.

Digitized by Google

# DEDICATIO
ET
# PRAEFATIO
*JANI VLITII.*

CELSISSIMO. PRINCIPI.

GUILHELMO. NASSAVIO.

CELSISSIMI. ARAUSIONIS.
PRINCIPIS. BELGARUMQUE.
IMPERATORIS. INVICTISSIMI.
FREDERICI. HENRICI. FILIO.
DIVI. GUILHELMI. NEPOTI.
SERENISSIMI. AC. POTENTISSIMI.
BRITANNIAR. REGIS. GENERO.
REGIIQUE. ORDINIS. EQUITI.
EQUITUM. IN. BELGIO. CONFOED.
PRAEFECTO. GENERALI.
FORTITER. GESTORUM. FAMA.
VICTORIARUMQUE. ILLUSTRI.
REGIAE. VENATIONIS.
INSTAURATORI.
VENATORUM. PRINCIPI.
VENATIONIS. ROMANAE.
AUCTORES. PRINCIPES.
ET. QUICQUID. A. ME. ACCEDIT.
MEQUE. MEAQUE. OMNIA.
L. M. Q. D. D. D.

# DEDICATIO.

*PRINCEPS MAXIME, Ductor univerſae*
*Sub Belgis equitantium catervae,*
*Una ſpes Patriae, & Parentis una:*
*Quem ſextam patriis merere caſtris*
*(Hulſta nunc etiam fatente) laurum*
*Aeſtas tertia narrat, obſtinatos*
*Tundentem Grudios; Patriſque celſo*
*Quem fixum lateri, pareſque Patri*
*Per faſtigia ſumma metientem*
*Greſſus, vidit Iber, fugitque viſum:*
*Et fugiſſe ſemel velit cruore*
*Tabidus tecies ſuo Tabuda;*
*Nunc Gordunia Saxa, nunc rebellem,*
*(Qua ſedare ſitim ſolet tuorum,*
*Et fluctu famulante ferre pontes*
*Natantes didicit, rateſque noſtras)*
*Incuſans Legiam: vel acta retro*
*Vertens flumina, dum latere poſſit,*
*Et victa procul exulare ripa.*
*Tandem deſine, deſine ah! patenti*
*Vicinos tumulo obſidere Flandros:*
*Dum nec bella tubae, nec inter arma*
*Ferales litui ſonant, ſed ipſas*
*Triſti carmine naenias frequentant.*
*Quieſcant litui, tubae quieſcant:*
*Et Tu depoſitis parumper armis,*
*Terſus pulvere Martio, ad Penates*
*Cum Patre incolumi redux avitos,*
*Regalem thalamum Maritus intra:*
*Haganumque nemus, Batava Tempe, &*
*Luſtratos toties reviſe colles.*
*Ipſum te reducem nemus ſalutat,*
*Reſpondentque, iterantque vota colles.*
*Laetantur reditu Tuo Tui omnes,*
*Gaudetque incolumem videre Patrum,*
*Cujus portio grandis es, Senatus.*
*Te fidi reſonant canes, Ducemque*
*Abſentem increpitant, citantque, ut adſis:*

*Dum*

*Dum pridem nimia quiete ſtertunt*
*Damnoſi lepores utramque in aurem,*
*Hibernae male prodigi ſaginae,*
*Et totas avidi vorare meſſes.*
*Qui jam ſepoſito metu, Tuique*
*Securi, grege limites frequenti*
*Perrupere Tuos, novumque tentant*
*Martem, ut lucifugis arenae alumnos*
*Expellant habitaculis colonos.*
*Quin (ſi Diis placeat) ſtrues in ipſas*
*Egerunt aditus cuniculoſos;*
*Hibernaeque penum fami repoſtum*
*Hac illac penetrantque, ſubruuntque:*
*Hiberna ut faciant fame perire*
*Cultores Legodunienſis agri:*
*Ni, Fortiſſime, ſubvenis miſellis*
*Vindex agricolis: ut ipſe belli*
*Autor legitimi in feras nocentes,*
*Monſtrorum domitor, metu ferino*
*Alcides modo liberavit orbem.*
*Sic Tu Maxime liberator agri*
*Obſeſſi, jubeas bene eſſe cunctis,*
*Qui dextra Patriam geris ſalutem:*
*Dum pars retia tendit, inque caeco*
*Caſſem calle locat: plagiſque clauſos*
*Obliquant aditus: aperta campi*
*Pars formidine circuit doloſa:*
*Pinnas linea dum quatit rubentes,*
*Currentes alius paratque nodos;*
*Illi noctivago relicta ab hoſte*
*Retro ſigna legunt, notantque luſtrum.*
*At delecta canum procul juventus,*
*Loro cautius arctiore vincti,*
*Vix tantum imperium Tuum morantur:*
*Donec omnibus expeditus armis,*
*Torto verbere concitans jugalem,*
*(Quem venti gravis Aſturum marito*
*Mater progenuit, leviſve Maurus*
*Infreni domuit manu) per auras*
*Raptus ſigna dari jubes, ut omnis*
*Uno carcere proruat caterva,*
*Belli fida Dianei miniſtra:*
*Colleſque, & nemora, aggereſque, aquaſque*

*Jungant praecipiti relicta curſu,*
*Dorceus, Ichnobates, Oribaſuſque,*
*Ambaeque Dromades, celerque Ierna,*
*Et multo agmine conſonans Agaſſeus:*
*Tonantemque imitata voce Bronte,*
*Agreque, Pterelaſque, bajuloque*
*Praedas Vertragus ore ferre doctus:*
*Et cervis inimica vis Lyciſcae.*
*His Tu ſedulus Imperator inſtas,*
*Seu curſum revocas, jubeſve curſum*
*Multum intendere, vocibuſque blandis*
*Das vires animumque obediendi;*
*Hortariſque alacer greges, & hoſtem*
*Primus conſpicis, excitaſque primus,*
*Et primus capis, & potire capto.*
*Non ſic Dardanius Nepos Dionae,*
*Ipſo patre prior feras laceſſens,*
*Venatu valuit; nec acriori*
*Exultavit equo, modo hos, modo illos*
*Curſu praeteriens: ut inter omnes*
*Tu vel Naſſavios, Duceſque Baemos*
*Excellis, ſupereminesque victor.*
*At tu ſeu lepores premes fugaces,*
*Acri ſeu grave proelium Moloſſo*
*Irritas cane, Gratium miniſtris*
*Hunc adſcribe tuis, Olympiumque*
*Admittas comitem Nemeſianum.*
*Hic ille eſt, Latii vigentis aetas*
*Quem Muſae ſocium addidit Latinae,*
*Divinoque parem tulit Maroni.*
*Primus qui Egerium nemus colentem*
*Faliſca cecinit chely Dianam;*
*Et veri ſimulacra vera belli*
*Inſtruxit, populoque bellicoſo*
*Venandi nova fabricavit arma.*
*Alter, qui tenui ſonans Camoena*
*(Quantum tertia priſtini leporis*
*Aetas dedidicit) Latinitatis*
*Effoetae rediviva lux, ſuique*
*Princeps temporis, & favore tantum*
*Pollens Caeſareo fuit, ſtetitque,*
*Ut cum Principe non inerudito*
*Certarit calamo, rudique cantu*

Augu-

*Auguſtos reſeraverit Penates.*
*Hos Tu, ô inclyta ſtirps Arauſionis,*
*Contentos manibus Tuis revolvi,*
*Et tantum comites ut inter errent,*
*Dum venare, Tuos, araneoſo*
*Neu damnes pluteo unice rogantes,*
*Felix ſuſcipe: ſuſcipe & bubulci*
*Agreſte hoc Siculi melos, recincto*
*Laetos qui reparet Tibi labores.*
*Sic adſit comes, & Tuis benigne*
*Adſpiret, faveatque Diva votis:*
*Sic certo fera quaeque ſtrata telo*
*Dextrâ gaudeat ut Tuâ perire.*
*Sic, cum vera iterum capeſſis arma,*
*Quaecumque hic meditare vel jocando,*
*Imbellique ſtruis peritus hoſti,*
*Verum poſtmodo torqueas in hoſtem:*
*Et qua nunc lepores, levesque dorcas,*
*Tum majore fuga premas Iberum:*
*Pellaſque, ut leporem ſuo cubili,*
*Qui nunc Advatica latent in arce;*
*Arcemque ocyus occupans avitam*
*Grandi tempora vinciare lauro.*
*Seu, qui magnanimos moratus actus,*
*Dum ſe ceſpite totus aggerato*
*Condit, ne tumulo fugetur exul,*
*Miles; has quoque circuire doctus*
*Ambages ſpatioſiore circum*
*Claudas limite, tergorique inuras*
*Hiſpano Auriaci notas triumphi.*

JANUS VLITIUS.



Digitized by Google

# ALTERA DEDICATIO
## *J. V L I T I I.*

OPTIMAE. ET. MAXIMAE.
PRINCIPUM.
REGII. QUA. PATET. NOMINIS.
SEXUS. AC. SAECULI. SUI.
GLORIAE. AC. PHOENICI. UNICAE.

# C H R I S T I N A E.

SUECORUM. GOTHORUM.
VANDALORUMQUE.
AC. FINITIMORUM.
TERRAE. MARISQUE. TRACTUUM.
REGINAE. AUGUSTISSIMAE.
PIENTISSIMAE. FELICISSIMAE.
LITERARUM. ARTIUM. ET. SCIEN-
TIARUM. OMNIGENARUM.
PATRONAE. ATQUE. TUTRICI.
BENEFICENTISSIMAE.
NOVAM. HANC. REI. VENATICAE.
AUCTORUM. EDITIONEM.
CEU. DEVOTIONIS. SUAE. PRIMITIAS,
AD. AUGUSTUM. PULVINAR.
QUAM. HUMILLIME. OBLATAS.
JANUS. VLITIUS.
D. D. C. Q.

Haec Dedicatio praefixa legitur Editioni Vlitianae 1653. quaſi nova foret, & iterata editio, cum ſit eadem, quae A. 1645. prodiit, ſed more ſollemni Bibliopola mutavit frontem, & primum folium, ejectaque dedicatione Principi Arauſionenſi, qui jam diem obierat ſuum, oblata, hanc Chriſtinae praefixit.

AD

# AD EANDEM AUGUSTAM ODE DEDICATORIA.

*Hactenus mecum Batavas myricas,*
*Et Britannorum, nec adhuc cruore*
*Noxios colles peragraſſe gaude,*
*Celticaque arva:*

*Jam, licet, Grati, metuas, negeſque,*
*Ibis Arctoas ſine me per undas,*
*Teque* CHRISTINAE *pudibunde ſiſtes*
*Principis aula.*

*Ipſa nam ſilvas coluiſſe quondam*
*Coelites novit; caſulamque agreſtem*
*Filium Majae patre cum Tonante*
*Saepe ſubiſſe.*

*Novit atque Iſdem placuiſſe divis,*
*Pauperi quamvis modicam paratu*
*Baucidos menſam; pedibus ſalignis*
*Vix bene fultam.*

*Te Suëcorum dominata Regnis,*
*Orbis & ſaecli decus aeviternum,*
*Regio dignata ſinu receptum*
*Suſtulit olim.*

*Nec Dianaeos moderata luſus*
*Gemmea ſprevit comitem quadriga;*
*Et ſacra tritum repetiſſe dextra*
*Regia Virgo*

*Dicitur. Quid jam metuas procellae,*
*Lenis haec dum te comitatur aura.*
*Qua ſub Auguſto famulans reſedit*
*Sidere pontus?*

*Verſi-*

*Forſitan nunc & veterem clientem,*
*Denuo lota nitidum lacerna,*
*Mitis agnoſcet, tenuemque cultum*
*Temnere nolet.*

*Forſan & vaſtos nemorum receſſus,*
*Abjete & ſemper viridi ſuperbum*
*Gothiae lucum veneranda pandi*
*Diva jubebit.*

*Forſan & belli faturem ferini*
*Ipſa te Praeſes Clariae catervae*
*Mox Palatino pluteo benigne*
*AUGUSTA recondet.*

*Quo feror tandem fragili per altum*
*Vectus heu! longe nimium carina?*
*Jam meam ſero tenuem uſque ſortem*
*Diſco pudore.*

*Parce ſed culpam, Dea, confitenti;*
*Redde mutato veniam favore,*
*Hoſtibus pridem, toties ſubactis,*
*Parcere docta.*

*Suſcipe ô vultu placido dicatam*
*Jam diu, REGINA, Tibi tabellam,*
*Vile nec munus Batavi, Serena,*
*Sperne clientis.*

*Sic tibi feris operata ſaeclis*
*Serviat Dictynna, tuique fines*
*Imperî cana tueatur olim*
*Pallas oliva.*

SACRATISSIMAE MAJESTATIS,

*REGIARUMQUE VIRTUTUM TUARUM*

*Devotiſſimus è longinquo cultor & adorator,*

JANUS VLITIUS.

*NO.*

Digitized by Google

## *NOBILISSIMO VIRO*

# NICOLAO HEINSIO

### SUO

# JANUS VLITIUS

### *S. P.*

En tibi tandem, Dulciſſime rerum, ſummae ac priſtinae meae, quam tacitus hactenus profeſſus ſum, erga DOMINAM tuam devotionis primitias; ſeras quidem fateor & exiles; pridem tamen, ut ſcis, ſincero atque ardenti animo Majeſtati ejus deſtinatas. Maluiſſem novo potius argumento religionem meam initiatus fuiſſe, Graecorum ſcilicet, quam dudum item molior, κυνηγετικῶν, partim & ἀνεκδότων, editione, niſi & forenſibus & publicis civitatis noſtrae concatenatis negotiis (ut Anglicanam Legationem omittam) ita impeditus hactenus fuiſſem, ut ne cogitare quidem ea de re libere licuerit. Quibus denuo aliud acceſſit ab optima Britanniarum & Arauſionum Principe vidua (cujus auſpiciis nova huic civitati lux affulſit) in me collatum munus, quod Graphiarii vulgo vocant: non poenitendum quidem, ſed quod otioſum me eſſe omnino non ſinat. Non haec jactabundus tibi allego, mi Heinſi; ſed quo magis apud AUGUSTAM PRINCIPEM pro me intercedas, & oblati vilitatem munuſculi, quantum potes, excuſes. Nam; ut ingenue fatear, heſterno demum die ab Elſeviriis noſtris, elegantiarum vere promicondis, literas accepi, quibus rogabant, ut & novam hanc, eo, quo vides refectam modo, editionem properarem, & Dedicationem quantocius abſolverem; quippe cum intra XIV. ad ſummum dies ad nundinas Francofurtenſes libellum mittere deſtinaſſent. Ego etſi ſubito nuntio nonnihil perculſus, utpote lætiſſimi Principum noſtrorum in Urbem hanc ſuam introitus ſolennibus (quorum poëma hoc ſeptilingue, quod idcirco tibi mitto, ut & fidem faciat, & faciem repraeſentet) nec non privatis officiis ac gratulationibus totus adhuc immerſus, manum tamen ſtilo protinus admovi, eoque plus aequo properante Oden, quam vides, Dedicatoriam una atque altera vixdum hora abſolvi. Quam ut apud AUGUSTAM pro affectu erga me tuo excuſes, mi Heinſi, non aliunde quam a feſtinatione quaerendus illi color eſt. Quod au-

LVII. 7. CXL. 6. & infinitis aliis locis. Sic Homerus quoque Iliad. K. M. & O. e venatu deſumptis utitur comparationibus, & Odyſſ. T. Ulyſſem venantem graphice deſcribit. Idem Homerus Iliad. E vſ. 49. laudat,

Τιὸν δὲ Στροφίοιο Σκαμάνδριον, αἵμονα θήρης,
Ἐσθλὸν θηρητῆρα· δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτὴ
Βάλλειν ἄγρια πάντα, τά τε τρέφει οὔρεσιν ὕλη.

## PLATO *Lib.* VII. *De Legibus.*

Oportèt, ut Legiſlator, quae in venatione laudanda ſunt, laudet: quae contra, vituperet, ad juventutis exercitationem. Juvenes autem cum audiverint, ita parere debent, ut nec labore, nec voluptate revocati aliter faciant, quam Legiſlator conſuluit. Imo vero magis in honore habeant, quae cum laude dicta, & exhortando propoſita ſunt, quam quae minaci & vindice lege firmata. His ita propoſitis congrua deinceps laus, & vituperatio venationis conſcribi poteſt: ut, quae meliores animos juvenum facit, laudetur: quae contra, vituperetur. Dicamus igitur ad eos ſic precibus interpoſitis: Utinam vos, ô Chariſſimi, nunquam marinae venationis, hamique cupiditas capiat; nec omnino aquaticorum animalium die, ſive etiam nocte, per otioſam venationem ſagena capiendorum; nec piraticae amor, per maria venatores hominum iniquos atque atroces vos faciat. Furti vero latrociniique cupiditas in urbe vel regione committendi nec in mentem quidem veniat veſtram; nec volatilium jucunda venatio ſit ſervilis magis, quam libera. Pedeſtrium ergo venatio vobis ſola relinquitur. Sed nec dormientium, quae vicibus quibuſdam interpoſitis fit, nocturnaque vocatur, & otioſorum hominum eſt, laude digna habetur, neque etiam quae in laboris remiſſione fit, & retibus laqueiſque, non conſtantis animi viribus, ferarum domat impetum. Sola ergo quadrupedum venatio illa reſtat omnibus optima, quae equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuſcumque divina curae eſt fortitudo, ii quadrupedes omnes curſu, vulneribus, teliſque manu propria venando vincere debent. Sed laus vituperatioque venandi ita quidem diſtincta ſit: Lex autem hujuſmodi:

SACROSANCTOS. OMNINO. HOS. VENATORES. UBICUNQUE. VENARI. VELINT. NEMO. PROHIBEAT. NOCTURNUM. VENATOREM. RETIBUS. ET. CANIBUS. FIDENTEM. NEMO. USPIAM. SINAT. VENARI. AUCEPS. PER. INCULTOS. AGROS. MONTESQUE. VAGARI. PERMITTATUR. &c.

## *Plato lib.* VII. *de Legibus, poſtquam Venationem quadrupedum multis commendavit, ita finit librum:*

Μόνη δὴ πᾶσι λοιπὴ καὶ ἀρίστη ἡ τῶν τετραπόδων ἵπποις, καὶ κυσὶ, καὶ τοῖς ἑαυτῶν θήρα σώμασιν· ὧν ἁπάντων κρατοῦσι δρόμοις καὶ πληγαῖς, καὶ βολαῖς, αὐτόχειρες θηρεύοντες, ὅσοις ἀνδρείας τῆς θείας ἐπιμελές. τούτων δὴ πάντων ἔπαινος, μὲν πέρα

ᾗ ψόγος, ὃ διηρημένος ἂν εἴη λόγος. νόμος δὲ ὅδε· ΤΟΥΤΟΥΣ ΜΗΔΕΙΣ ΙΕΡΟΥΣ ΟΝΤΩΣ ΘΗΡΕΥΤΑΣ ΚΩΛΥΕΤΩ, ΟΠΟΥ ΚΑΙ ΟΠΗΠΕΡ ΑΝ ΕΘΕΛΩΣΙ ΚΥΝΗΓΕΤΕΙΝ. *&c.*

## XENOPHON *Lib.* I. CYROPAEDIAE,

### *De ſeveriſſima atque optima Perſarum juventutis apud regiam inſtitutione.*

Quum vero ad venationem Rex exierit (id quod etiam ſaepius per menſem agit) cuſtodiae dimidiam partem ſecum educit. Qui vero una exeunt, oportet, ut habeant arcum juxta pharetram, inque vagina copidem aut ſecurim: praeterea cratem pro ſcuto, & pila duo, ut altero eminus, altero, ubi opus fuerit, cominus utantur. Ob hanc autem cauſam etiam publice dant operam venationi (cum Rex, quemadmodum in bello ſe ducem iis praeſtat, venationi ipſe praeeſt, utque alii venentur, diligenter curat) ὅτι ἀληθεστάτη δοκεῖ αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, id eſt, *quod haec veriſſima videatur rerum bellicarum meditatio.* Etenim diluculo aſſuefacit ſurgere, frigoraque & calores tolerare. Exercet etiam eos ad itinera & curſus. Neceſſe inſuper eſt ſagitta beſtiam ferire, aut jaculo petere, ubicunque occurrerit. Quinetiam magnanimitate ſaepe opus eſt, ubi ferox aliqua beſtia ſeſe objecerit. Sed & percutere oportet oblatam, & ab irruente cavere. Quare haud facile in venatione eorum quicquam abeſſe reperiatur, quae inter bellandum uſum habere poſſunt.

### *Idem Lib.* VIII. *de ipſo Cyro:*

Caeterum exercitationis bellicae cauſa venatum eos educebat, quos in his exercendos arbitrabatur: quod venationem duceret tum bellicae rei totius optimam meditationem eſſe, tum equeſtris longe veriſſimam. Nam ad inſidendum equis in locis quibuſlibet maxime reddit aptos, quod fugientes feras ſequi neceſſe ſit: & agiles efficit valde ad quodvis opus ex equis perficiendum, propter honoris ſtudium, & cupiditatem capiendi. Heic etiam maxime ſuos illos comites adſuefaciebat ad continentiam, & labores, & frigora, & calores, & famem, & ſitim tolerandam. Ac modo quoque tum Rex, tum qui cum Rege vivunt, haec facere non ceſſant.

### *Idem Epilogo Cynegetici:*

Hactenus de iis, quae in venatione facienda ſunt, dictum. Huic autem labori ac ſtudio dediti magnam inde utilitatem capient. Nam & corporibus valetudinem bonam conciliabunt, & viſu audituque meliori fruentur, & ſerius ſeneſcent. Ad diſciplinam vero militarem potiſſimum eos venatio inſtituit.

Digitized by Google

tuit. Primum ubi geſtantibus arma per difficiles vias eundum erit, animos haud deſpondebunt. Quippe labores ſuſtinere propterea poterunt, quod iis ad feras capiendas adſuefacti fuerint. Deinde poterunt etiam cubare duriter, & egregios ſe declarare cuſtodes in eo, quod fuerit imperatum. In hoſtibus adeundis, ſimul & progredi adverſus eos, & facere poterunt, quae imperantur; idque propterea, quod eadem ratione feras etiam capere conſueverint. In fronte collocati, quum labores tolerare norint, acies non deſerent. In hoſtium fuga, propter conſuetudinem & uſum, quibuſvis in locis adverſarios recte pariter ac tuto perſequentur. Si quid infeliciter exercitui ceſſerit, in ſilvoſis, praeruptis, aliiſque difficilibus locis tam ſe ipſos, quam alios abſque macula turpitudinis conſervare poterunt. Nam praebebit hoc eis ipſe rei uſus, ut plus aliis norint. Nonnulli quidem tales aliquando magna ſociorum turba in fugam conjecta, jam victores hoſtes, ob difficultatem locorum in errorem abreptos, ſuo ipſi robore atque audacia proelium inſtaurando, terga dare coëgerunt. Semper enim illi, qui tam corpore, quam animo praepollent, haud procul abſunt ab eo, ut rem nunquam non proſpere gerant. Cum autem majores quoque noſtri cognoviſſent, hinc proſperos adverſus hoſtes ſucceſſus ſuos manare, juventutis curam ſibi ſuſcipiendam cenſuerunt. Videbant enim, hanc unam voluptatem junioribus utilitates afferre plurimas, quum & prudentes eos reddat, & juſtos, quod in veritate inſtituantur. Itidem res bellicas per haec ſibi cedere feliciter intelligebant. Eadem voluptas à ceteris quoque praeclaris & honeſtis rebus, quibus ſe dare velint, minime juvenes arcet: quod aliae voluptates improbae faciunt, quae diſcendae non ſunt. Ex his igitur & boni milites, & Imperatores boni evadunt. *Et quae ſequuntur uſque ad finem libri, & totum ejus prooemium, eodem fere ſpectant.*

## DIOGENES LAERTIUS *Lib.* VI. *In vita Diogenis Sinopaei.*

"Ἤγε δ' αὐτοὺς καὶ ἐπὶ κυνηγεσίας, *ducebat eos & venatum*, puta diſcipulos ſuos," quos ſi ſecum venari recuſarent, pro inertibus traducebat, ut ibidem refert.

## *Polybius in Excerptis de Scipionis inſtitutione militari.*

Λοιποῦ δ' ὄντος τοῦ κατὰ τὴν ἀνδρείαν καὶ κυριωτάτου σχεδὸν ἐν πάσῃ μὲν πολιτείᾳ, μάλιστα δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, μεγίστην ἔδει καὶ τὴν ἄσκησιν περὶ τοῦτο τὸ μέρος ποιήσασθαι· καλὸν μὲν οὖν τι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν αὐτοῦ (*Scipionis*) καὶ διὰ τῆς τύχης ἐγένετο συνέργημα· τῶν γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ βασιλικῶν μεγίστην ποιουμένων σπουδὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας, &c. ὧν ἐπιλαβόμενος ὁ προειρημένος, καὶ νομίσας οἱονεὶ βασιλεύειν, ἐν τούτῳ κατεγίνετο πάντα τὸν χρόνον, &c. καὶ προσλαβὼν τὸ τοῦ Πολυβίου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνθουσιασμόν, &c.

## *Excerptum ex* POLYBII *Hiſtor. Lib.* XXXI. *quod & partim Graece jam dedimus.*

Confecto autem bello L. Aemilius eam exercitationem ac voluptatem, quae eſt in venando, convenientiſſimam juventuti ratus eſſe, & venatores Regios conciliavit Scipioni, & omnem venandi licentiam ei conceſſit. Qua ille accepta Rex propemodum ſibi eſſe viſus, totum illud tempus, quo Legiones poſt victoriam in Macedonia perſtiterunt, in eo conſumpſit. Cumque & ampliſſima ei facultas ſuppeteret, & ipſe aetate cum maxime floreret, & natura in eam rem eſſet propenſior, tanquam generoſi catuli, conſtantior ejus ac diuturnior in venando impetus fuit. Quamobrem Romam poſtquam venit, adjuncto Polybii in ea parte ſtudio atque ardore, quantum temporis in judiciis ac ſalutationibus reliqui juvenes conterebant, forum aſſidue prementes, eoque ſtudentes commendare ſe multitudini, tantum Scipio venationi impendens, atque interim praeclarum aliquid, & ad memoriam inſigne agere nunquam deſiſtens, praeſtantiorem reliquis gloriam eſt adeptus.

## XENOPHON *alter, qui & Arrianus, initio Cynegetici.*

Ξενοφῶντι τῷ Γρύλλυ λέλεκται, ὅσα ἀγαθὰ ἀνθρώποις ἀπὸ κυνηγεσίων γίγνεται, καὶ οἱ παιδευθέντες ὑπὸ χείρωνι τὴν παίδευσιν ταύτην, ὅπως θεοφιλεῖς τε ἦσαν καὶ ἐντιμοι &c.

## J U L I U S   P O L L U X

### (*Praefatione Lib.* v. *Onomaſtici*)

COMMODO CAES. S.

Quoniam te venationum ſtudioſum eſſe convenit, quandoquidem hoc ſtudium heroicum, Regiumque eſt, & ad corporis animique bonam conſtitutionem confert, atque tam placidae fortitudinis, quam militaris audaciae meditatio ſit, quae viribus conducat, & exercitatione reddit robuſtum, celerem, equeſtrem, ſolertem, & laborioſum (ſi modo quis reſiſtentia robore, fugientia celeritate, ſubripientia ſe ex equo, ſolertia calliditate, latentia conſideratione, occultata tempore noctu advigilans, & interdiu laborans, capere intendat) neceſſe eſt aliquid de venatione dicere.

Livius lib. I. Hiſtor. Cicer. II. Tuſc. Quaeſt.

## *Idem Lib.* II. *de Natura Deorum:*

Jam vero immanes & feras belluas nanciſcimur venando, ut & veſcamur iis, & exerceamur in venando ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae, & utamur do-

domitis, & condocefactis, ut elephantis; multaque ex earum corporibus remedia morbis & vulneribus eligamus.

*Idem Lib.* I. *de Officiis.*

Suppeditant autem & campus noſter, & ſtudia venandi honeſta exempla ludendi.

VIRGILIUS Lib. VII. Aeneidos:

*ET te montoſae miſere in proelia Nurſae,*
*Ufens, inſignem fama, & felicibus armis:*
*Horrida praecipue cui gens, aſſuetaque multo*
*Venatu nemorum, duris Aequicola glebis:*
*Armati terram exercent, ſemperque recentes*
*Convectare juvat praedas, & vivere rapto.*

Idem Lib. IX.

*VEnatu invigilant pueri, ſilvaſque fatigant;*
*Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu:*
*At patiens operum, parvoque aſſueta juventus*
*Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.*
*Omne aevum ferro teritur, verſaque juvencûm*
*Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus*
*Debilitat vires animi, mutatque vigorem:*
*Caniciem galea premimus, ſemperque recentes*
*Convectare juvat praedas, & vivere rapto.*

HORATIUS Lib. I. Epiſt. XVIII.

*- - - - - - - - tu cede potentis amici*
*Lenibus imperiis, quotieſque educet in agros*
*Aetolis onerata plagis jumenta, canesque;*
*Surge, & inhumanae ſenium depone Camoenae,*
*Coenes ut pariter pulmenta laboribus emta.*
*ROMANIS SOLENNE VIRIS OPUS, UTILE FAMAE,*
*VITAEQUE ET MEMBRIS. praeſertim cum valeas, &*
*Vel curſu ſuperare canem, vel viribus aprum*
*Poſſis: adde, virilia quod ſpecioſius arma*
*Non eſt, qui tractet.*

SE-

## SENECA *de Providentia cap.* II.

Nobis interdum voluptati eſt, ſi adoleſcens conſtantis animi irruentem feram venabulo excepit, ſi leonis incurſum interritus pertulit: tantoque ſpectaculum eſt gratius, quanto id honeſtior fecit.

Columella de R. R. praefatione lib. I.

## PLINIUS CAECILIUS *Panegyr. ad Trajanum Imp.*

Quod ſi quando cum influentibus negotiis paria feciſti, inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris. Quae enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus? excutere cubilibus feras? ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adjutum? atque inter haec pia mente adire lucos, & occurſare numinibus? OLIM HAEC EXPERIENTIA JUVENTUTIS, HAEC VOLUPTAS ERAT, HIS ARTIBUS FUTURI DUCES IMBUEBANTUR, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor. *Et plura, quae ſequuntur, idem docent: quae temere ac imprudenter nimis reprehendit Doctiſſimus Lipſius, ut ea, quae hic praemiſſa ſunt, & quae in Prologemenis dixi, evincunt.*

## JUSTINUS *Hiſtor. Epit. Lib.* XXXVII.

*De Mithridate adoleſcente adhuc*, cujus ea poſtea magnitudo fuit, ut non ſui tantum temporis, verum etiam ſuperioris aetatis omnes Reges majeſtate ſuperaverit, *ipſo ibidem Juſtino teſte.*

Timens deinde, ne inimici, quod veneno non potuerant, ferro peragerent, venandi ſtudium finxit: quo per VII. annos neque urbis, neque ruris tecto uſus eſt; ſed per ſilvas vagatus, diverſis montium regionibus pernoctabat, aſſuetus feras curſu aut fugare, aut perſequi; cum quibusdam etiam viribus congredi. Quibus rebus & inſidias vitavit, & corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.

## SYMMACHUS *Lib.* V. *Epiſt. 66. Olybrio & Probino* S.

Suppetere vobis plenam roboris valetudinem ferarum indago teſtatur. Haec igitur prima mihi de vobis gaudii cauſa eſt, quod ruſticis voluptatibus ſanitatem juvatis: ſecundus laetitiae gradus eſt, venatu capta meruiſſe. || Vos malo cum Attilio ruſticari, & ludum virium ſequi, quam bonis verbis deduci ad inſtituta deſidiae. Certe aetatibus veſtris hic labor convenit. Diſtinguenda eſt lectio juvenum, non alveolo, aut pila, aut trocho Attico, vel Graecis pa-

lae-

laeſtris, ſed alacri fatigatione, & innocentis audaciae gaudiis. *Videnda & reliqua ejusdem Epiſtolae, & lib.* IX. *Epiſt.* XXVIII.

VEGETIUS *Lib.* I. *de Re Militari:*

Piſcatores, aucupes, *&c.* longe arbitror pellendos à caſtris: fabros ferrarios, carpentarios, macellarios, & cervorum, aprorumque venatores convenit ſociare militiae.

JACOBUS REX *Lib.* III. *de Officio Regis:*

Non poſſum hic venationem omittere, eam, quae canibus venaticis exercetur, quae ſpecies laudatiſſima eſt, & nobiliſſima. Nam ſagittis, aut globis in feras graſſari illiberale eſt & furtivum: & canis leporarii miniſterium nihil habet tum generoſum ac militare. Sed ne ſuſpectus videar venationis laudator, ego tibi Xenophontem laudo authorem veterem & illuſtrem, qui cauſas alterutri noſtrum adulandi procul habuit. Is pulcherrimam Principis educandi rationem ſub Cyri nomine proponit. (*Huc pertinent ea, quae ex Xenophonte modo tranſlata.*) Aucupium, quod per accipitres & falcones exercetur, non damno; parcius tamen laudo: quia non item militiam refert, ut venatio, quae equitem audacem, omniumque locorum peritum facit.

ANDR. RIVETUS *Inſtitutione Principis Chriſtiani:*

Multa inſuper alia ſunt ſtudia, quae cum laude exerceantur, ut venationis potiſſimum; modo ne vehemens atque aſſiduum nimis ſit, neque feras perſequendo humanitatem, officiumque tuum negligas.

Qui plura, laudatiſſimi ab omni aevo ac vere Regii exercitii Encomia deſiderat, Gallorum JC. Coryphaeum Tiraquellum adeat velim, in tractatu de Nobilitate cap. XXXVII. num. 138. & ſeq.

---

# JANI VLITII
# PROLEGOMENA,

***In quibus de Venationis origine & proceſſu, ac nova hac* GRATII *editione diſſertatur.***

Cum plurimum publicae pariter, ac literariae rei priſcorum inventorum renovationes conferre viderent primi bonarum artium reſtitutores, viri doctiſſimi, alii alias edocendas ſibi quiſque ſumpſerunt. Laudandum ſane inſtitu-

tum, quo & antiquitas decori ſuo, & noſtra ad antiquum reformentur: niſi plerique eorum amoenitati magis, quam honeſto ſtuduiſſent; nec quid ſciri profuit, ſed quid potuit, oſtendere. Quin imo plerique intra Urbis pomoeria, aliqui non ultra Theatrorum podia, nonnulli & intra privatos parietes ſe continuerunt; quid ibi rerum, bene aeque ac male, geſtum ſit, ſcire contenti. Quorum illi quoque moribus noſtris & peſſimum ſaeculo exemplum aperuerunt, qui quam ſumptuoſe olim Romulides & aleam & gulam exercuerint omni impenſâ indagarunt: ut ſcilicet & noſtri lurcones ad antiqua ſtomachum exacuant, & in tanto vitiorum curriculo illis palmam auferre contendant. Rectius illi vero, quanquam pauci, qui ſe in agros diffuderunt, ut quid diligens agricola, quid ſagax venator, quid anceps praedae auceps, ſemperque dubius piſcator captarent, compertum haberent. E quibus ego cum Venationem praecipuam, ita maxime neglectam haberi viderem, eam ab origine ſua examinare, & in hodiernum quoque uſum deducere, operae pretium exiſtimavi. Nam unus & alter, qui ad Oppianum ſcripſerunt, quantumvis magni Viri, de verbis magis, quam rerum cognitione, ſolliciti fuerunt. Pejori etiam ſucceſſu ille egit, qui Gratium è ſilvis in ſcholam aliquam Grammaticam compellere conatus eſt. Ita, inquam, neglectum hactenus honeſtiſſime antiquis Heroibus habitum exercitium; ignaviane, an incogitantia, non dixerim. Utra utra ſit, tantum etiam odium conflavit, ut inter ſervilia officia jam à multis accenſeatur Venatio, qui quod è Saluſtio male intellexerant, quam Principum ab omni aevo Virorum exempla, probare maluerunt. Ad quos refellendos non jam tot illuſtres ex optimis Autoribus locos adducam, quos & alii congeſſerunt, & quorum aliquos inſigniores in averſis titulorum paginis ipſe ob oculos poſui; ſed quicquid à Criſpo arguitur, facile concedam; ut ſi quis *venando intentus aetatem agat*, ille *ſervile* magis *officium* exercere, quam legitimam corporis agitationem, & libidini potius, quam voluptati indulgere merito cenſeatur. *Nec vero laudaverim per ſe magnopere duritiem corporis ac lacertorum, ſed ſi his validior toto corpore animus imperet, quem non nimiae indulgentiae molliant, non copiae principales ad ſegnitiem luxumque detorqueant, tunc ego, ſeu montibus, ſeu mari exerceatur, & laetum opere corpus, & creſcentia laboribus membra mirabor*; ut de temperamento Venationis, quam tantopere in optimo Principe laudaverat, loquitur Plinius Caecilius. Qui modice & nonnunquam venatur, hoc agit, *ut animus agitatione motuque corporis excitetur*, ut idem alibi de ſe teſtatur: qui immodice aut aſſidue; corpori inſervit, animumque illius libidini emancipat. Nec enim vituperare omnino Criſpus potuit, quod virtutis incitamentum in Jugurtha fuiſſe agnovit, quantumvis fingamus, ipſum à venatione alienum fuiſſe. Talis certe faſtidioſorum contemptus legem non facit, non magis, quam ſi Clericus aliquis nobis eam invideat, quia ſibi interdictam exercere nolit. Quare toleremus facile, quaecunque Sareſberienſis Johannes ſibi ſuique ordinis hominibus ſcripſerit: hoc inſuper laudemus, quod licenter exerceri venationem concedens, nimiam culpaverit. Difficilius feramus, quod Plinium notaverit Vir Doctiſſimus, quia Venatione in Trajano laudata, *olim haec experientia juventutis,*

*haec*

Digitized by Google

*haec voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur*, ſubdiderit. Ille vero addit: vix ſane veteres Romanos factitaſſe legas, qui à prima adoleſcentia in militia, aut ejus exercitiis, erant. Si verba ſua intellexit, & quae illa militantium adoleſcentum exercitia fuerint, utique & venationem inter ea fuiſſe ignorare non debuit: nec potuit, ſi Polybii locum, quem praefationi huic praemiſimus, videre illi contigiſſet, ex quo & utrumque Scipionem, & ipſum Polybium, ut convenientiſſimum militaris roboris incitamentum, *bellicaeque diſciplicae ſimilitudinem*, ut vocat eam Cicero, venationem habuiſſe & exercuiſſe conſtat. Si Plinio fidem negat, cur Ciceroni, qui non ſemel eam commendet, cur Flacco, qui

*Romanis ſolemne viris opus, utile famae,*
*Vitaeque & membris,*

vocavit, ut Graecos nunc omittam, autoritas ſua perit? Sed, ne omnibus reſpondere neceſſe ſit, omnibus unum, qui id valet, oppono Xenophontem, qui & in perfectiſſimi illa Principis inſtitutione venationem primum bellicae virtutis tirocinium poſuit, & in proprio de Venatione libro tot Heroum exemplis prooemium ſtabilivit, totque hortationibus & rationibus epilogum munivit, ut qui ea legerit, aliorum (at quot, quantique Viri!) autoritati ſuperſedere, ne dicam, de venatione melius, quam cum vulgo ſentire, poſſit. Itaque nunc de origine ejus, & proceſſu altius omnia repetam, ſimulque Gratii methodum (cujus laus ut maxima, ita maxima illi, quia Poëtae debetur) Lectori conciliabo. Primi mortalium cum ad poſſidenda ea, quae uſui ſuo creata videbant, animum adverterent, nihil aeque, ac animalia, juvare experti ſunt. Sed enim illorum quaedam ſponte dominos admiſerunt, quaedam non niſi perdomita. Horum indomitorum aliis violentia, aliis velocitas detrectationem ingenitam obſtinavit. Igitur in violenta illa, evitandae aut praeveniendae ſaevitiae eorum neceſſitas, primam contentionem exſtimulavit. Tum quidem ut ſe defenderent ab iis laceſſitos,

*——— — — omnis in armis*
*Spes fuit, & nuda ſilvas virtute movebant.*

*Fortitudo arcebat pericula*, inquit Seneca lib. XIV. Epiſt. XCI. Lucretius lib. V.

*Et manuum mira freti virtute pedumque*
*Conſectabantur ſilveſtria ſaecla ferarum*
*Miſſilibus ſaxis, & magno pondere clavae:*
*Multaque vincebant, vitabant pauca latebris.*

Quo etiam applicanda ſunt, quae longo apud illum ordine ſequuntur. Deinde ſucceſſu paullatim confidentiores, nec tamen nuda vi agendum ſemper experti, adhibitis inſtrumentis, & ratione, ultro ea oppugnatum iverunt, cum ut iis interfectis tutius ipſi ſua obirent, tum ut proximis ſuccurrerent, *& infirmiores à validioribus tuerentur*, ut loquitur Seneca. Non aliter quam de Romanis Salluſtius: *Poſt ubi virtute pericula propulerant, ſociis atque amicis auxilia portabant.* Et hoc quidem in antiquis Romanis etiam laudavit Plinius: *Nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agre-*

*agreſtium labor*. Et hoc noſter:

*Hinc omne auxilium vitae, certusque reluxit*
*Ordo, & contiguas didicere ex artibus artes*
*Proferre; hinc demens ceſſit violentia retro.*

Hic bellum illud ferinum ſubſtitit, & ut Maro loquitur Georg. I. dum

*Varias uſus meditando extunderet artes,*
*Tum laqueis captare feras, & fallere viſco*
*Inventum, & magnos canibus circumdare ſaltus.*

Id eſt, in eas quoque feras, quae fugere aut latere tutiſſimum habebant, dolos protelarunt: quae altera & propria magis *venationis* ſpecies, ſiquidem ei à *venis* indagandis aut nomen, aut ſaltem ſimilitudo eſt. Haec voluptatem, qua capti laborem non defugerent, adhibuit. Nam prior illa bellica tota, & *periculoſae plenum opus aleae* erat, & πολεμικὴν plane refert. In qua, uti dixi, cum defenſioni primum ſerviret, inventa ſunt retia, formidines, venabula, jacula, quo ordine ea accurate deſcribit Gratius. Quae ubi ultro oppugnantes poſtea adhibuerunt, eadem, ſed ampliore uſu, & commodiora fuerunt. Itaque retia non ſolum arcendi, ſed & concludendi feras, ac capiendi cauſſâ tendebantur. Nec formido abigere, ſed in retia eas cogere didicit. Venabula, non modo qualia Dercylos ad excipiendos apros invenerat, ut majori vulnere certius conficerent, etiam craſſiore obeliſco, ut ſolıferrea, munita. Jaculis, quibus antea eminus vulnera minabantur, impetere ultro & inſequi fugientes adinventum. Itaque, ubi *induſtria finem tetigit*, eadem arma ad ἰχνευτικὴν tranſlata. Si enim ſumma illa genera ſcivemus, duplex venatio eſt, bellica & indagatoria: ita ut illa utilitatem, haec voluptatem magis habeat; illa vires, haec ſagacitatem requirat: velocitas autem utrique ad perfectionem accedat. Sed quia curſu ſolo aliqua etiam venatio conſiſtit, triplicem commode ſtatuerunt Romani, cum duplicem tantum habuerint Graeci. Plinius: *certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu.* In curſoria enim agilitatem, ut in bellica robur tam animi, quam corporis, & in inveſtigatione ſagacitatem ſpectabant. Laudatiſſimae quidem in Principe priores duae, quia & in militia neceſſitatem habent: tertia tamen proprium *venationis* nomen meruit, quia *in venatu ſolertia & ſagacitas praecipua eſt*, ut loquitur Plinius avunculus. Ideoque *venaticum* pro ſagaci poſuit Plautus Milite Glor. Julius Firmicus lib. v. cap. 8. *Similiter & nutritores canum Moloſſorum, Vertagorum, & qui ſunt ad venationes accommodati.* Moloſſos ad bellicam, Vertagos ad curſum, & alios, quos non nominat, quia plurima eorum genera, ad venationes, i. ἰχνευτικὴν accommodat. Sunt enim diverſa canum genera pro diverſo, cui aptiores ſunt, venationis genere. Seneca lib. x. Epiſt. 77. *In cane ſagacitas prima eſt, ſi inveſtigare debet feras; curſus, ſi conſequi; audacia, ſi mordere & invadere.* Noſter:

*—— —— Sive indomitos vehementior hoſtes*
*Nudo Marte premas, ſeu bellum ex arte miniſtres,*
*Mille canum patriae, ductique ab origine mores.*
*Cuique ſua.*

Hic

Hic quidem duo tantum genera recenſet; bellicoſos, ut Medos, Celtas, Seras, Lycaonas, Hyrcanos, Britannos, Moloſſos; & ſagaces, ut Gelonos, Athamanas, Acarnanas, Aetolos. In utroque Perſam commendat, &, quia optatiſſimum hoc, ex utroque genere mixtos etiam formavit. Sed his tertium genus poſtea adjungit;

*—— —— —— at te leve ſi qua*
*Tangit opus, pavidoſque juvat compellere Dorcas,*
*Petronios (ſic fama) canes, volucreſque Sicambros,*
*Et pictam macula Vertraham delige falſa,*
*Ocyor affectu mentis, pinnaque cucurrit.*

Hi ſunt veloces, quos *fama* magis, quam uſu cognovit Gratius. Vixdum enim tum Romanis cogniti, Galliâ Belgicâ, ex quâ orti, nondum ſatis ſubactâ. Nam quod Silius Italicus lib. x. *Belgicum canem* ſagacem fingat, qui *occultos apros agitat*,

*Erroreſque ferae ſollers per devia merſa*
*Nare legit, tacitoque premens veſtigia roſtro*,

ipſius error eſt, qualis ille Lucani cum *levem* & *clamoſum Moloſſum* facit; quibus hanc veniam, & fingendi poteſtatem non invidemus. Mirandum magis, quod Oppianus, qui duobus fere ſacculis poſt noſtrum vixit, veloces nullos aut Gallicos canes inſigniores recenſeat. An igitur & tum nondum innotuerint, qui jam Gratio de *fama* ſaltem celebrati? Quod ſi ſit, recentior omnino autor eſt ille, qui ſe Athenienſem Xenophontem ſecundum facit, quem τῷ πάνυ Salmaſio debemus. Scripſit autem ille de velocium, ſive Vertagorum Gallicorum canum venatione librum, non aliâ, quam qua hodie Batavi ſola utimur. Sed omnis ea potius in Oppianum recidit incuria, quam ut claſſe & aetate ſua excidat accuratiſſimus autor, quem ſub Antonino Philoſopho vixiſſe, haud vanis argumentis probare poſſem. Nam ſagaces, niſi cum velocibus miſcendi ſunt, longe iis poſtpoſuit. De quibus ex profeſſo dicam ad ipſum illius Cynegeticon, ubi id cum altero majoris Xenophontis & nova verſione publici juris facere, & ipſam illam recentiorum venationem uſque ad noſtra tempora deducere per otium contigerit. Velocium itaque venatio è Gallia primum petita, ut bellicoſorum ex Aſia, ſagacium ex Graecia. Ex temporum ſerie bellica prior eſt, quae nunc pene tota obſolevit, niſi quam in tauros & urſos ſpectacula Anglorum exhibent. Sagacibus ſuus ubique manſit honos: praeterquam apud nos, qui veloces ſemper agitavimus propter regionis ſitum: donec prima Agaſſaeos ſuos

*Per non aſſuetas docuiſſet currere valles*

Inclyta illa, optimi Venatoris, Jacobi Regis proles, Eliſa Boëmorum Regina, ut hac etiam virili magnanimitate fortis ſuae adverſa luctaretur: & poſt illam inter reliqua Virtutis ſuae incitamenta Regium hoc exercitium adhibuiſſet Guilielmus Arauſionenſium Princeps, ne non omnia Regi dignus probetur gener. Sed ut ſuperius relicta abſolvam, de indomitis animalibus, quae velocitate ſibi conſulere dixi, non idem ſentiendum, quod de canibus: quaſi curſoria

ſoria venatio ad ea proprie pertineat. Verum ſub eo genere & piſces & aves comprehendi; ut Plato, quem plurimum ſequimur, utroſque ſub fugientibus conjunxit in Sophiſtâ. Namque ideo aliqui, qui θηρευτικὴν omnem abſolvere voluerunt, κυνηγετικὰ, ἁλιευτικὰ, & ἰξευτικὰ ſimul ſcripſerunt. Quae aliqua ratio fuit, cur Gratio Halieutica illa ſubjicerem; alias in notis meis ad ea daturus. Nunc vero & quid mihi cum venatione negotii ſit, qui togae deditus, à ſago alienus ſemper fui, expediam. In Anglia cum ſtudia mea ruris otio expoſuiſſem, & nobilium aliquot Juvenum, quiſcum agebam quotidie, hortatu ad ſodalitium, quod propinquâ hieme illis deligere moris eſt, venaticum adductus eſſem, adeo volupe mihi id fuit, ut praeteriiſſe hibernum, quam adeſſe, triſte illud tempus, citius adverterem. Nam cum & noſtro, & equorum ac canum labori tridui fere quies intermitteretur, Xenophontis, Oppiani, ſed maxime Gratii praecepta (cui jam dudum operam meam addixeram) ad partes & examen vocare ſolebamus, & ſaepe diverſi hoc aut illud probare, arguere, donec uſu experiremur. Aliquando & comites Poëtas illos, & pugillares ferebamus, ut in ipſo actu adnotaremus. Aut ab equis deſcendentes, ſilvae nos committebamus, & ſtudia illa noſtra ſimul adhibebamus; *ipſumque illud ſilentium, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta* fuerunt. Ne Plinio tantum crederemus, quod & ipſi experiebamur, *non Dianam magis montibus, quam Minervam inerrare:* aut fidem Symmacho negaremus, qui lib. v. Epiſt. 55. *Juvenilis*, inquit, *induſtriae eſt, excire ſaltibus feras, & liberalia ſtudia ſilveſtri voluptate diſtinguere*; & lib. ix. Epiſt. 28. haud injucundum Apollini ac Dianae ſodalitium committit, ac praedicat. Redeunte itaque vere in Gallias transfretans, dum ſarcinulas colligerem, & illa in commentarii formam redigere coepi, & quid alii de ea re ſcripſiſſent, perpendere; ne ſi bene, actum agere; ſi perperam dicta, probare viderer. Tum & quod è ſcriptis codicibus auxilii peti potuit, diligenter conquiſivi, & typis commiſiſſem, niſi domeſtici vulneris graviore afflictu domum, & rem familiarem cogitare compulſus fuiſſem. Cui hactenus intentior ſeria agebam, niſi amicorum, quorum non levis apud me autoritas eſſe potuit, hortatu ad illa abſolvenda rebus commode prolatis rediiſſem: metu magis, ne ignavia deſtitiſſe, quam ut laudis praemio inductus viderer, quod mihi maximum ſit, Principibus placuiſſe Viris. Novam ita paulatim editionem Gratii concinnavi, & plurima loca partim ab ingenio, partim è veteribus libris emendavi; defectus aliquot de meo ſupplevi, & deformem licet cicatricem obducere malui, quam ſenſu carentia, & hiulca illa Lectori commendare. Nec aliter fieri potuit in tanta penuria veterum librorum, quibus & ego malim, quam mihimet credere. Sed rarius deſcriptum fuiſſe Poëtam noſtrum ex eo conjicere eſt, quod inter antiquos nemo, praeter Ovidium, ejus meminerit, cum tamen Virgilio (nam poſt illum proximo loco Gratium etiam poſuit Naſo) nihil, materia minus, inferior ſit: & meliora Grammaticis antiquis ſuppeditare potuiſſet, quam quae illi ex poſterioris aevi ſcriptoribus petierunt. Sed & Plinii aevo jam nomen Gratii denotuiſſe non temere crediderim; de quo ad Halieutica agam. Nam in Inſcriptionibus veteribus, quae Gratium no-

Digitized by Google

nominant, nihil certi. Hic autem, ut ingenue dicam, quod ſentio, non puto, aliud exemplar unquam fuiſſe, quam quod Sannaſarius ex Galliis in Italiam tranſtulit: in quo Gratii Cynegeticon, Halieutica, & Nemeſiani ac Calpurnii reliqua eo ordine legebantur, quo ea ex illius vetuſtiſſimi codicis apographo primus edidit Georg. Logus apud Aldum Anno cIↃ IↃxxxiv. menſe Januario; utque iterum excuſa ſunt Auguſtae Vindelicorum ejuſdem anni menſe Julio. & tertio, niſi fallor, apud Gryphium cIↃ IↃ xxxvii. Quem ordinem, & textum ab omnibus ſervatum primus immutavit P. Pythoeus in veterum Epigrammatum ſyntagmate, ex conjecturis; an ex alio veteri libro, nondum mihi conſtat. Hoc certum, ſi ex exemplari, fuiſſe vel vetuſtiſſimum illud ipſum autographum, quod in notis ſuis citat, vel melius aliquod apographum, quam quod Aeliander ex ipſo libro Sannaſarii, aut Logus ex Aeliandri apographo deſcriptum habuit. Nam & ipſae literae Longobardicae, quibus ille liber perſcriptus fuit, varie huic, aut illi acceptae etiam majorem mutationem cauſari potuerunt, quam qua editionem Pythoei ab aliis diſſidere videmus. De qua in variarum lectionum libello plura dicturus ſum, ſi modo interim mihi copia fiat illius MS. codicis, quem in Thuanaea Bibliotheca vidit Vir doctiſſimus, cui & hoc praeter alia infinita debeo. Interim nec ſic plura, quam unum illud, exemplaria fuiſſe credam. Nam quod Germanicam aliquam Longobardicis literis, incertum, ubi aut quando excuſam Editionem, quam primam fuiſſe putat, eque ea diverſas ſaepe à vulgatis lectiones citet Barthius, qui ante annos triginta ad hos autores explicationes Grammaticas edidit, vereor, ne majorem fidem mereatur, quam altera Tigurina anni cIↃ IↃ xxxvii, quam toties laudat, & ex Germanica ſua, ut alias omnes editiones, expreſſam dicit. Eopſe enim anno ὁ πάνυ Geſnerus Tigurinus Tiguri fuit, egit, ſcripſit, & poſtea Geſnerorum typographaeo praefuit. Is inquam in Bibliotheca ſua nullam Tigurinam horum autorum editionem recenſet: aut cum plurima ex iis citaverit paſſim in libris de Animalibus, nihil ſimile illis, quae ex Tigurina adduxit Barthius, uſquam allegavit: ſed uti in Aldina habentur, &, quae illam quoque expreſſit, in Gryphiana anni cIↃ IↃ xxxvii. quam ſolam in Bibliotheca ſua poſuit, utique non omiſſurus popularem ſuam, ſi ulla fuiſſet. Ipſe etiam ſibi non ſatis conſtat Barthius, modo ex Germanica ſua alias omnes editiones propagatas, ſed multa temere mutata in iis eſſe, dicens, modo viſam ulli unquam negans. Hoc potius, & ne ipſi quidem viſam fuiſſe crediderо; ſed ex ingenio ſuo nobis illa excudiſſe, quae ſpecioſa magis, quam veriſimilia, & ſaepe inepta autorem ſuum clamant. Si cui temere de illo Viro tam multae lectionis haec cenſuiſſe videar, ille Satyram de Lite Hoſpitalii, ille Veſtricii Spurinnae fragmenta ex Plinii lib. III. Epiſt. I. efficta, aliaque pro antiquis nobis obtruſa aliquantum conſideret. Illa enim jam magni Viri ut ſpuria ordine moverunt: haec vero, quae ſoli mihi moleſtiam fecerunt, antequam dignoſcerem vera à falſis, quia vera omnia putabam, ſuſpecta magis, quam falſi convicta etiamnum relinqui poſſunt. Ideoque ea fide, qua ille propoſuit, cuicunque libuerit, omnia inter varias lectiones repraeſentata habeat. Nec aliter feciſſem,

etiamſi

etiamſi illis integram fiduciam attribuiſſem; ne ipſe indignetur nomen, quod ſolum ex iis captavit, apud nos primum perdidiſſe. Talibus enim farcire commentarium meum nolui, ſatis alias magnum pro autore, cujus mentem, quam verba penſi magis habui: niſi quatenus intellectum morarentur, aut ab interprete male habita ſenſum ipſum interverterenr. Haec in anteceſſum monenda putavi; ut quoties illius explicationes aut emendationes ad examen vocandae eſſent, toties ingenium hominis deſignare neceſſe non haberem, cujus libri tamen jam ſcholas noſtras invaſerunt, & tironibus commendantur. Ideo quoque ſcilicet monui, ne *cirratorum centum dictata fuiſſe pro nihilo pendiſſe* à magiſtris noſtris arguar; quorum illa ſocordia effectum eſt, ut ad academias promoti Latine loqui plerique erubeſcamus: & inde in forum praecipitati citius Barbare, quam vernaculam ſciamus. Ego certe, ut ſeria agendi ipſe mihi ſemper autor fui, ita aliis leve hoc, quod graviſſimi ab omni aevo viri in ſeceſſu ſemper coluerunt, ſtudendi genus inutile omnino non eſſe perſuaſum velim. Illis vero, quorum ope & conſilio in hiſce uſi ſumus, & porro utemur, in ipſo hic veſtibulo grates ago, & ne laudes eorum, ut merentur, totas mihi paginas facerent, hoc quoque excuſatum volo, quod nominando illos omnia, quae dici poterant maxima, comprehenderim: nominabo autem ad ipſa, quibus ſuppetias tulerunt, loca. In quibus vero ab illis diſſentio, quamquam raro, & invitus fere fecerim, ea non ut contraria ſuis, ſed ut diverſa ſaltem rogo habeant: aut ſi ne ſic quidem ſententiae dicendae locum mihi concedunt, ſciant me, opinione mea citius, quam obſequio deceſſurum: modo dicentem ferre, diſcenti favere, errantem docere non dedignentur.

# JANI VLITII PRAEFATIO

## SUPER VARIAS IN GRATIO LECTIONES.

PERLATA tandem ad me ſunt, beneficio Eruditiſſimi & Amiciſſimi mihi Juvenis, cui & alia haec debet Editio, Thuanaei codicis, vel potius fragmenti excerpta; in quo Gratii Cynegetici aliqua pars, & Halieuticon, ut extat, totum. In Cynegetico autem poſt v. CLIX. reliqui omnes deſiderabantur. Non dubito equidem, quin id ipſum ſit exemplar, ex quo paucas variationes in Editione ſua notavit Pythoeus, quae omnes poene cum meis conſentiunt: quamvis v. CCXXXV. in eodem V. C. aliter legi annotaverit. For-

Fortaſſe enim integriore adhuc libro eopſe, an alio inſuper uſus eſt. Ut ut fuerit, nondum illa me feſellit opinio, qua, cum ad Gratium praefarer, Sannaſariani codicis apographum eſſe conjiciebam. In paucis enim differt; & ea pleraque vel errore, vel pro lubitu exſcriptoris inſerta poſſunt fuiſſe. Ego quidem, nec ea, quae Pythoeus jam excerpſit, nec illa, quae ſive feſtinatione praeteriit, ſive faſtidio aſpernatus eſt, ullo modo omittenda cenſui; ſed & naevos & lituras, unde ſaepe verae lectiones eliciuntur, ad manum librarii repraeſentavi, ne quicquam poſt me deſiderari poſſit. Juvit inſuper hanc curioſitatem meam, rogantique ſuppetias tulit, Vir maximus, & nullo non nomine mihi colendus, Erycius Puteanus, tum libros Lovanii agenti ex cultiſſima Bibliotheca ſua liberaliter depromendo, cum poſtea quaecunque ipſe olim ex variis editionibus & commentariis enotaverat ſubmittendo: quae ſuis locis inſerui. Juverunt etiam obiter alii Doctiſſimi Viri, quos ideo hic nominare ad rem non pertinet. Singularem vero Clariſſ. Joh. Fred. Gronovii, & Nic. Heinſii in Libello hoc adornando gratificationem niſi praedicem, ingratiſſimus ſim.

Praeterea, ut in Prolegomenis promittebam, Barthianas ſive conjecturas, ſive variationes addidi: ea diſtinctione, ut quas ſibi adſcripſit, B. litera deſignaverim: quas autem Germanicae, vel, ut verius eam vocat, ἀτύπῳ Editioni (in Germania enim nunquam ante illum, ipſo in fronte editionis ſuae teſte, autores hi excuſi ſunt; quod coarguitur non modo nullas vetuſtiores, ſed nec Auguſtanam quidem Anni 1534. inſpexiſſe) vel, quae pari paſſu ambulat, Tigurinae (niſi aliud extra Germaniam in Utopia quoque Tigurum eſt) acceptas referre maluit, G & T. characteribus notaverim: Ea quoque fide habendas reliqui, qua ipſe modo Germanicam Editionem eſſe, quae plurimum illum in reſtituendo Gratio juvit, in limine Commentarii ait; modo ullam ante ſuam in Germania curatam fuiſſe in titulo operis negat. Addidi poſtremo meas quoque aliquot conjecturas, quae vel ut in commentario locum haberent, operae pretium non erat, vel poſtea inter relegendum ſubnatae ſunt. Has τῷ *f.* inſignivi.

---

# JANI VLITII

## *Praefatiuncula ad Emendanda & Addenda ſua, quae jam in hac Edit. emendata, & ſuis locis inſerta ſunt.*

Quae in textu Autorum commiſſa ſunt, ea vel in Commentario, vel in variis lectionibus reſtitui, in Commentario utroque, etſi quaedam in poſteriori & Variis Lectionibus correxerim, quae in priori male habebant, nihilominus multa ſuperſunt, quibus veniam à Benevolo Lectore rogo, donec in Graecorum Cynegeticorum Editione plenius & accuratius retractentur. Interim,

terim, quae obiter tantum relegenti obvia ſe dederunt, aliqua etiam hic emendare viſum eſt. Sed potior tamen pars eorum, quae hic annoto, non mihi adeo imputetur velim, quam vel abſentiae meae, vel qui abſentis non aeque ac mercedis ſuae rationem habuerunt, ipſis typothetis.

---

# JANI VLITII J. C.
# PRAEFATIUNCULA
## IN
# CURAS SECUNDAS.

*Scite omnino atque vere à ſapientiſſimo Tragico olim dictum,*

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.

*Id enim nunc ego in levibus quoque hiſce verum experior, quae ſi in hunc uſque, qui nonus poſt primam editionem agitur, annum ex praecepto prudentiſſimi poëtarum preſſiſſem, jam fortaſſe* δευτέρων ἀμεινόνων, *(quod tamen faxit Deus) nulla mihi cura incubuiſſet. Sed quandoquidem (ut idem ille)* neſcit vox miſſa reverti, *& per aetatem, quae tum temporis curatoris adhuc indigebat, mei nunc ipſe curam agere incepi, age, vineta egomet caedam mea, verſoque ſtilo, quidquid praecipitantiâ peccatum, obducam; & quae deinceps inter legendum ad hanc rem idonea occurrerunt, liberaliter addam. Et primum ad* τὰ πρῶτα, *ſive* προλεγόμενα *paucula haec praefari non abs re viſum. Ubi cum plurimum me torſerit Salluſtii locus, in quo & agriculturam & venationem ſervilis officii nota videtur traducere, nec mihi ſatisfecerim, conatus poſtea fui alio modo id exponere in extremo ad Nemeſianum commentario, ad vſ* CCIIC. *Nec male fortaſſis. Sed nunc leviore brachio confectum iri negotium mihi videtur, ſi veteres Editiones & ſcriptos codices ſequamur, in quibus* ſervilibuſve officiis, *legi teſtatur Cypr. à Popma in Emendat. ſuis: ut* ſervilia officia *per ſe ſint indigna illa libero homine munia, quae tunc aevi Romae regnare incipiebant; ambitiones, ſalutationes ſolennes ac quotidianae, haereditatum atque orborum captationes, magnatum adulationes, & ſimilia ab Horatio aliiſque paſſim quoque notata. Nam etſi venando aetatem conſumere recte abhorruerit Criſpus (ut & in Proleg. & ad Nemeſ. late expoſui, quibus adde illud Senecae Epiſt.* XIV. nec nego indulgendum corpori, ſerviendum nego: *& quae Cicero de adoleſcentis Officiis lib.* I. *differit) non idcirco tamen credendus eſt venationem decore exercendam odiſſe tantum, ut* ſervile officium *cenſuerit: cum & ipſe P. R. hoſti Jugurthae laudi tribuerit,* pleraque tempora in venando agere; leonem atque alias feras primum, aut in primis ferire; *& Polybius Scipioni, quod* καθάπερ εὐγενὴς σκύ-

Digitized by Google

σκύλακος ἐπίμονον αὐτῷ συνέβη γενέσθαι τὴν περὶ τὰς κυνηγεσίας ὁρμήν. *Ubi idem ſubjungit, eundem Scipionem ſe comite adſcito tantum temporis, Romae dum ageret, venando impendiſſe, quantum alii* περὶ τοὺς χαιρετισμοὺς ἐσπούδαζον μετὰ τὴν ἀγορὰν ποιούμενοι τὴν διατριβήν, καὶ διὰ τούτων συνιστάνειν ἑαυτοὺς τοῖς πολλοῖς, *quae revera eadem illa* ſervilia officia *ſunt, quibus ſe vulgo tum jactare, plebisque gratiam captare ſolebant molliores Romuli (qui & venando ſe plurimum exercuit, teſte Livio lib.* I.) *eoque indigni nepotes. Quos idcirco reprebendit quoque Horatius lib.* III. *Ode* XXIV.

——— neſcit equo rudis.
Haerere ingenuus puer,
Venarique timet, ludere doctior, *&c.*

*Et Vononem Parthorum Regem ſuorum dedignationem accendiſſe refert Tacitus initio Annal.* II. *quod* diverſus à majorum inſtitutis, raro venatu, *viveret. Quippe aliter majores illi nihil magis Rege dignum cenſebant, ut conſtat ex Xenophontis Cyropaed. lib.* I. *& alibi. Adeo quidem, ut* juſtitii inſtar *illis eſſet* exercitatione venandi abſtinuiſſe, *teſte Suetonio in Caligula cap.* IV. *Imo (ut ad Romanos, eorumque principem revertar) ipſe, quem dixi, Scipio hac ſola Rex ſibi viſus eſt,* νομίσας οἱονεὶ βασιλεύειν, *ut loquitur Polybius; cujus reliqua in Encomiis Venaticis, & Prolegomenis, quae ſic abſolvimus, praefixa vide. Tranſeamus itaque ad Gratium.*

---

# ΕΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΒΛΙΤΙΟΥ

Κυνηγεσίαν κατορθωθεῖσαν.

Δίκτυα κυκλοτερῆ μεγαλήτορος ὅπλα κυνηγοῦ,
Καὶ κύνας ὠκύποδας ΒΛΙΤΙΟΥ βίβλος ἥδε διδάσκει.
Χαίρετε θηρευταὶ, μέγας ὄλβος ἂν ἔσσεται ὔμμιν.
Ος γὰρ ἂν Αρτέμιδος καὶ Απόλλωνος μέγα δῶρον
Υμμιν ἀνορθῶσαι, Χείρων ἕτερος γ' ἀνατέλλει.
Ουκέτι νῦν κάπρεσις μὲν ὀδοὺς, πούς δ' ἐλάφροισιν,
Μήδε λέοντι κράτος, μήδ' ἄρκτῳ χρήσιμον ἔσαι·

ΒΙΛΕΛΜΟΣ Ο ΚΡΟΜΜΩΝ.

IN

# NOVAM GRATII

Editionem & Commentarium

## JANI VLITII J. C.

Κεῖτο κυνηγεσίας ὀπατὴρ ΓΡΑΤΙΟΣ, ΒΛΙΤΕ φίλε,
Τῷ δὲ βίον δῶκας, ἀλλά δε θηρσὶ φόνον.

Juliomagi Andium Kal. Jun. CIƆIƆCXLVI. ΠΕΤΡΟΣ ΒΛΟΤΙΝΟΣ.

---

IN

# GRATIUM

## JANI VLITII,

*In caſtra ad Hulſtam miſſum, Epigramma Illuſtris Zulichemii Herois.*

Gratius aeger erat: Vliti manus, aemula Phoebo,
Reſtituit longo languida membra ſitu.
Quaeris, ut in Flandras, Vliti, Venator arenas
Appulit, exceptus qua mihi fronte fuit?
Nil potuit, Vliti, ſine te mihi GRATIUS eſſe;
Nil potuit tecum Gratius eſſe mihi.

Ex Caſtris ad Hulſtam III. Kal. Novemb. CIƆ IƆCXLV.

CONSTANTER.

---

IN

# GRATII

De Venatione poëma à

## JANO VLITIO

Reſtitutum.

*Sacra pharetriferae ſtudiumque artemque Dianae;*
*Quaeque in fulmineas arma movenda feras,*

*Luſit*

*Luſit Apollineus teſtudine GRATIUS aurea.*
*Luſit: & aeternum Delia fovit opus.*
*Sed tamen (uſque adeo nihil eſt à tempore tutum)*
*Occidit annoſa pagina paene mora.*
*Myſta lacer, lacer ille tuus, Dictynna, ſacerdos,*
*Qualis Aricino Virbius ante lacu,*
*Jam fugituram animam Stygia ſub nocte trahebat,*
*Spesque ſuper lapſae nulla ſalutis erat.*
*Laeſa etiam cum vate Dea eſt: nihil ignis in ara;*
*Templa litaturae vix ſubiere manus.*
*Squalet Gnoſiacae decus immortale pharetrae.*
*Copula diſperſos non ligat ulla canes.*
*Sacrilegas impune feras neglecta terentes*
*Maenala conſpiceres Partheniumque nemus.*
*Quid facias, Dea caſta? piget non digna ferentem;*
*Pervia ſunt tantis & tibi corda malis.*
*Frater opem poſcendus; opem feret ille petenti.*
*Nam propior nulli juſta querela Deo eſt.*
*Viderit ipſe pater, fulmenque volubile rurſus*
*Torqueat infeſta, terſit ut ante, manu.*
*Crede mihi, nihil eſt, quod deneget ille ſorori:*
*Pignora conſpicui certa favoris habes.*
*Te propter tulit ante caſis habitare Pheraeis,*
*Et coelo Haemonios paſcere pulſus equos.*
*Audierat, Clariaſque petit Latonia ſedes,*
*Ac medicam vati blanda rogavit opem.*
*Cui Deus (ut ſibi cauſa viae, ſibi cauſa doloris*
*Cognita) complexu rettulit iſta dato:*
*Ardua res, ſoror, eſt quam poſcis: at irrita ne ſit,*
*Pendet ab obſequio ſpes tibi certa meo.*
*Dixit: & Haganas ſuper ilicet aſtitit umbras,*
*Quas amat Aöniis non minus ille jugis;*
*VLITIADENque meum celer occupat, occupat omnem;*
*Ac ſolito raptum numine pectus agit.*
*Ille Deo plenus ſuccos adhibere ſalubres,*
*Membraque Pieria trunca fovere manu.*
*Nil Jovis effectum telis. Epidaurius heros*
*Hippolyto, GRATI, quod fuit, ille tibi eſt.*

NICOLAUS HEINSIUS, DAN. F.

Aquis Grani Poſtridie Idus Sextiles CIↃ IↃCXLV.

# *AD CELSISSIMUM*
# ARAUSIONIS PRINCIPEM
# GUILHELMUM,

Cum illi ab Exercitu jamjam redituro GRATIUM ſuum inſcriberet

# JANUS VLITIUS.

Dum procul imbellem Batavis à finibus hoſtem
  Pellis, & intrepida concutis arma manu,
Spes patriae, Auriaci ſoboles invicta Gradivi,
  In ſobole populi tanta ſtupentis amor,
Interea reduci rurſum nova bella parantur,
  Bella, ſed in ſolas illa gerenda feras,
Adverſae ſimulacra tamen gratiſſima pugnae,
  Solaque poſt pugnam digna placere tibi.
Talia ſuccedant gravioribus otia curis;
  Excipiat nunquam dignior arma quies.
Cum redit à fuſis Mavors pater ipſe Gelonis,
  Si qua fides, colles & nemora alta petit.
Ille graves urſos, & acuto dente feroces
  Cominus adverſa cuſpide figit apros,
Aut pavidum leporem canibus ſcrutatus odoris
  Illaeſum, Veneri munera grata, refert.
Cuncta decus quondam felicis nobile ſaecli
  Haec tibi facundo GRATIUS ore canit,
Dona Deûm, laetas monſtrans venantibus artes,
  Quas docuit comites ante Diana ſuas.
Ille tamen, tanta eſt injuria deſidis aevi,
  Pene ſub ingrata nocte ſepultus erat:
Docta laboranti ſuccurrit dextera Vati,
  Digno operi lucem contulit ille novam.
VLITIUS abſterſa rubigine reddidit orbi:
  Qualia venanti GRATIUS arma dedit.
Haec offert jam culta tibi, pulcherrime rerum.
  Auſpiciis pridem moverat illa tuis.

Si

Si faveas tantum, ſors contigit aequa labori,
Et tetigere ſuos improba vota Deos.
Partheniam colet ille tua ſub imagine Divam:
Thura feret Vates, & dabit aula focos.

CASPAR KINSCHOTIUS L. F.

---

AD

# JANUM VLITIUM,

Quum GRATIUM de Venatione in lucem daret.

*Qui catulos, pharetraſque canit, qui retia, caſſes,*
*Et nos venandi quaelibet arma docet,*
*GRATIUS abſtruſis per te revocatur ab umbris,*
*Redditur & luci, ſed ſine labe, ſuae.*
*Jam lepores, cervique pavent; aproſque lupoſque*
*Non fuga, non terris facta caverna juvat.*
*Quin magis attonitus fugeret cum cornibus ipſe*
*Actaeon, canibus jam niſi praeda foret.*
*Hinc tibi ſed multum debet defenſa vetuſtas,*
*Quique ſui famam carminis Auctor habet.*
*Ipſa tibi debet virgo Latonia, Phoebi*
*Quae jam non falſo creditur eſſe ſoror.*

ROCHUS HOPPERUS.

---

# AD EUNDEM.

GRATIUS *in multa mendorum nocte jacebat,*
AURELIUS*que ſuum vix bene norat epos:*
*Doctius & tantis olim venata magiſtris,*
*Majorique ſolens arte ferire feras,*

*Pri-*

*Priſca videbatur languere Diana, ſuumque*
*Diva potens nemorum dememinifſe nemus.*
*Non pharetra, non gente canum, non caede ferina*
*Laeta, ſed aegrotis vatibus aegra fuit.*
*Multa manus totam conata referre ſalutem,*
*Sed potuit totam nulla referre manus.*
*Donec in auxilium longo poſt tempore venit*
VLITIA *cura viris*; VLITIA *cura Deae.*
*Huic* antiqua *ſimul venanti reddidit arma,*
*Et* nova *venanti* VLITIUS *arma dedit.*
*Illa latus niveum redivivis aucta Poëtis,*
*Quique ſalutiferum ſoſpes uterque canunt,*
*Ingreditur, rurſuſque placent ante omnia ſylvae;*
*Retia rara, plagae, telaque certa placent.*
*Rurſus amat vaſtos canibus circumdare ſaltus,*
*Hi reſides animos voce repente novant.*
*Jam pede veloces, acri jam nare ſagaces,*
*Jam bellatores praelia dente petunt.*
*Jam nec apro dentis fulmen, neque cornua tauro,*
*Viſque pedum cervo, vulpibus aſtus erit.*
*Nulla lupos feritas, lepores fuga nulla juvabit,*
*Et poterit promte jam fera cuncta capi.*
*Hoc, mi* JANE, *tuum eſt, tibi ſe venatio debet;*
*Haec agit auſpiciis,* JANE, *Diana tuis;*
*Quae tibi cum longas feſtinet reddere grates,*
*Cumque Deae nullum gratius exſtet opus,*
*Ut ſemper celebretur opus, celebreris & author,*
*Huic dabit aetatem,* JANE, *tibique ſuam.*

HENRICUS BRUNO.

---

## *ILLUSTRISSIMO PRINCIPI,*

# GULIELMO GLOVERNIAE DUCI.

Cum tot indies tuarum laudum praeconia, Sereniſſime Princeps, tanta ſagacitatis innatae, judicii leporiſque ſupra aetatem felicis praedicantur exempla;

pla; feſtinandum mihi duxi, ne *Gratium* poſt dedicaturus in ipſo ſiſterem auſu, illas animi dotes jure reformidans, annis jam ad maturitatem perductas. Properatum itaque merito opus, meumque tuam aetatem qua licet demerendi ſtudium nolim aſperneris: Quin paternum candorem reveritus hoc qualecunque munus clemens accipe. Ut quibus ille inſervit laboribus per frigora; per nives, ſtrenuus & invictus, Tu jam hiſce carminibus deſcriptos legas mox imitaturus. Non excelſae tuae indoli deliciarum incantamenta, non pueriles Veneris nugas affero, ſed Martis rudimenta, Regum exercitia, Heroum labores. Macte igitur virtute tua, Illuſtriſſime Princeps, & ne, quando infirmior corporis habitus animi quoque ad ſumma contendentis impetum retardet, perpetuam indulgeat tibi Deus ſalutem, qualem poſtulat tanti ingenii tantaeque ſpei Princeps, Rex futurus.

*Ita precatur*

*Celſitudini tuae,*

*Devotiſſimus*

*Humillimuſque Cliens,*

THO. JOHNSON.

---

# LECTORI

*S. D.*

## THO. JOHNSON.

*Inſtituti mei rationem, quam in edendo* Gratio *ſervandam propoſui, paucis, Lector, accipias velim. Ex quo enim meos in ſe convertit oculos, mirifice delectabar cum nervoſâ brevitate & elegantibus figuris, tum ſingulari narrationis artificio. Sed quia difficiliores ſubinde occurrebant loci, qualesque lectorem invitum ſaepius morarentur, ſuam Auctori lucem, qua fieri potuit, reddendam duxi. Diligentius itaque incumbendum ratus, editiones, quotquot uſpiam erant in promptu, corraſi;* Xenophontem *utrumque*, Oppianum, Pollucem, Plinium, *aliosque conſului; non tamen eo fine, ut ingenti commentariorum farragine eruditionis ſpeciem prae me ferrem, ſed ut ex editionibus collatis, & auctoribus conſimilem materiam tractantibus, clarior in poſterum dilucidiorque prodiret* Gratius. *Notas volui, non Exercitationes: Quo enim futiles explicationes, ubi nulla ſubjacent fundamenta? certe itaque ante omnia & expedito contextu opus erat; quem ut tibi, Lector, definitum*



Digitized by Google

*darem, omnes* Gratii, *praeter unam, Editiones conquiſivi; quam quidem abſuiſſe eo magis me male habet, quod multa Vlitius, in ipſis, qui ad manum ſunt, codicibus, vel prae incuriâ praetermiſit, vel ut inutilia abjecit: quorum tamen ope nonnulla à me non infeliciter reſtituta ſpero. Si qui ſunt, qui anxiam iſtam diligentiam culpare properant, ſciant velim, me non eum eſſe, qui omnia primo intuitu penetrare valeam. Quin & ipſi ſaepe interrogati turpiter haerent, & vel ignorantiam ſuam fateri coguntur, vel nugas haſce ſecuri contemnunt, & ſtrenue Grammaticorum inertiae faſtidioſi mandant. Quos quidem dicere non verebor, penitiores & conſulto abditas veterum elegantias nunquam percepiſſe. Praeclaram proinde gratiam veteribus referimus, ſi quos ipſi nobis ſummâ cum laude, ſummoque ſtudio evigilarunt libros, nos ne quidem dignos, qui intelligantur, judicaverimus. Mihi vero hâc in parte peccare religio erat, adeoque centies eundem locum ad examen revocabam, in omnes partes verſabar, amicos conſulebam; & ne quid porro illuſtrando* Gratio *deeſſet Criticos illuſtriores, percenſui* Salmaſium, Turnebum, Gronovium, Voſſium, Heinſium, *aliosque: Solus vero* Gronovius *mihi aſtitit certiſſimus ille Veterum reſtitutor; utcunque enim multa* Heinſius *tentaverat in notis paſſim* Ovidianis, *vix unquam, prae feſtinatione (credo) nimiâ, ſaniorem reliquit* Gratium.

Nemeſianum, *perpetuum* Gratii *comitem, &* Fracaſtorii Alconem, *hos ſane rebus ipſis, (quia aliter ſua libro non conſtaret moles) & bibliopolae conſilio perſuaſus evulgavi. Non inconcinni illi quidem, utcunque* Gratio *longe inferiores.* Nemeſiano *autem notas adjicere placuit, partim* Vlitianas, *partim noſtras. Qui vero ſequuntur libri, quia incredibili erant pretio, & rem praeſentem aliquo modo illuſtrare poſſent, adjungendos non incommode judicavi. Ut vero ego diligentis ſaltem egi, tu quoque, Lector, candidi benevolique partes age: ea enim debetur Lectori reverentia, quae à temere ineptiendo deterreat, is vero Scriptori candor, qui diligentiam modeſtiamque alat.*

---

# HIER. FRACASTORII
# ALCON;
## SIVE,
## *De cura Canum venaticorum.*

ASSIDUIS nuper feſſus venatibus Alcon,
Falleret aeſtivi ut faſtidia longa diei,
Corvini qua ſe nemora excelſiſſima coelo
Extollunt, viridi dum captat frigus in umbra,

Dici-

Dicitur ad juvenem ſenior ſic fatus Acaſtum.
Me ſegnes artus, defectaque viribus aetas
Et ſuperare juga, & latis diſcurrere campis,
Et torquere leves haſtas, & ferre pharetram
Nate, vetant, denſâque indagine cingere ſilvas.
Sed te pulvereum curſu tranſmittere campum
Ferre aeſtum frigusque, leves agitare Moloſſos,
Et pinguem ſilvis ad tecta avertere praedam
Nunc decet, ac validam pro me exercere juventam.
En arcum pharetramque tibi, jaculumque relinquo:
Ne tamen uſque adeo plenae confide pharetrae,
Ut poſtrema canum interea tibi cura putetur:
Quorum ope veloces poteris praevertere cervos,
Aut aprum ingentem, aut fulvum ſuperare leonem,
Ergo age, & haec tecum ſemper mandata reſerva.
Principio ut generoſa canum tibi copia nunquam
Deſit, quae certam valeat promittere praedam,
Elige degeneri nequaquam ſemine natos,
Sed quos aſſidue ſilvis exercuit altis
Et labor indomitus, ſaevarum & praeda ferarum.
Nec vero parvi formamque genusque putaris:
Nam neque ſunt animi, neque mores omnibus iidem,
Et variae diverſa canum dant ſemina gentes.
Nam rabidas ſi forte feras te cura tenebit
Venari, & variis caput objectare periclis;
Spartana de ſtirpe tibi, de ſtirpe Moloſſa
Quaere canes, Libycos illis, acreſque Britannos,
Pannonioſque truces, & amantes proelia Celtas
Adde, nec Hyrcanos, nec Seras ſperne feroces.
Si vero parvos lepores, capreaſque fugaces
Malueris, timidosque ſequi per devia cervos,
Delige Pannonios agiles, volucresque Sicambros.
Quod tibi ſi latebras, abſtruſaque luſtra ferarum
Rimari certa catulorum indagine cordi eſt,
Hunc uſum implebit Perſes & Saxogelonus.
At genere ex omni praeſertim delige, quae nec
Corpore ſit gracili, nec denſis aſpera villis;
Sed ſublime caput, vivacia lumina, & amplam
Oſtentet frontem, atque ingentes oris hiatus:
Cui rectae ſurgant aures, cui pinguia terga
Dividat in caudam deſcendens ſpina reflexam,
Sint armi lati, ſint aeque pectora lata,
Lata alvus, quae ſic coſtis adjungitur imis,

Ut tamen in ſpatium ſenſim ſe colligat arctum;
Ut cava diductis ſuccedant ilia coſtis,
Excipiant ſiccis quas fortia crura lacertis.
Ima pedum parva ſignent veſtigia planta.
Huic ſimilem conjunge marem, cum vere tepenti
Tangit amor genus omne avium, genus omne ferarum:
Bis quinas tamen ante dies, accenſus uterque
In Venerem, Venere abſtineant: ſic plena libido
Acrius exſtimulat, vireſque ad ſemina praebet.
Hinc major ſoboles, atque inde valentior exit.
Quae ſimul ac ſeſe numeroſo protulit ortu,
Selige de multis, quos jam praeſtare videbis
Pondere: vel ſtipulae flammis include ſonoris
Ingentem turbam: prolis nam mota periclo
Egregiam ſobolem, melioraque pignora mater
Ocyus eripiet flammis, & inertia linquet.
Illi igitur plenis ubi nondum viribus aetas
Acceſſit, parvum curſu conſcendere collem,
Et molli aſſueſcant ſeſe demittere clivo.
Hinc tenerum leporem, vel crura infirma trahentem
Sectari capream, & facilem percurrere campum
Incipiat, verbiſque viri parere vocantis.
Nulla mora eſt, ipſis creſcent cum viribus anni.
Jam potes hos tuto denſis committere ſilvis:
Perque altos montes, per luſtra agitare ferarum.
Nec minus aut apro, aut fulvo objectare leoni:
Si modo vel capreas, vel dedignabere cervos.
Immodicis tum parce cibis, tum curſibus illos
Exerce aſſiduis: ac mox ad tecta reverſi,
Vincla pati diſcant: ita demum libera colla,
Cum res ipſa, uſuſque vocat, majore feruntur
Impete, nec curſum remoratur pigra ſagina.
Hactenus in ſilvis catulos eduximus altis:
Nunc quae morboſis ſit cura adhibenda, docebo.
Inſomnes cum forte canes occulta fatigat,
Vimque adimit febris, putrem tunc ore cruorem
Ferro emitte levi: dein Bacchica dona roſarum
Miſce oleo, & rapidis ſimul omnia concoque flammis;
Terque die inſerto demitte in guttura cornu.
Si vero nimio venandi langueat aeſtu,
Butyro lapathi ſuccos, Siculique Lyaei
Pocula, contuſumque piper, ſimul omnia miſcens,
Profubige: ut certi ſimul ac commixta liquoris

Prae-

Praetulerint ſpeciem, cupido canis hauriat ore.
Immodicam ſed forte ſitim dum ſublevat atro
Fonte canis, lymphae mala ſi ſucceſſit hirudo,
Cimiceo ſuffire canem nidore licebit:
Aut oleo ptiſanam & ſpumanti melle ſubactam
Incoquere, offenſoque cani praebere vorandam.
At cum terra lues, clavos dixere, palatum
Afficiet miſere, ſilveſtria ſeſama, nec non
Bacchi acidos latices, & chartam ſume peruſtam;
Atque Ammoniaci fruſtum: dein ſingula in unum
Confundens, tetrae cauſam ſuper illine peſtis.
Tum vero, ardentes oculos inimica perurit
Cum tabes, crebraeque fluunt à lumine guttae;
Jam frondes ſacrae myrti ſilveſtris & uvae,
Ardenteſque roſas diluto concoque Baccho,
Hiſque affecta levi citus ablue lumina dextra.
Inde oleum, atque ovi niveos immitte liquores.
Quod ſi nativo ſtimulatur coxa dolore,
Lemiulum lapidem, Meditem nomine dicunt,
Urina ſemel atque iterum demerge recenti;
Cui Bacchi dulces, acidoſque adjunge liquores;
Quaque latet peſtis ſumpta circumline penna.
Aſt ubi rupta novo manabit ſanguine vena,
Tum murum geminum, ac telam pendentis arachnes
Ure foco, cineremque udanti impone cruori:
Proderit & ferro candenti tangere vulnus.
Obſtructo vero lotii cum forte meatu
Vexari aſpicies catulum, cerealia dona
Objice, lacte prius ſimae perfuſa capellae.
At contra venis ſi quando ſanguis apertis,
Pro facili urina, terram madefecerit atram,
Conveniet lente ferventi lactis aheno
Mollire, & tenues coriandri immittere ſuccos;
Infractumque piper, laticemque undantis olivi,
Inſertoque cani paulatim infundere cornu.
Quid? taceam, nimio cum decidit ungula curſu?
Frangere namque juvat pallentis grana cumini
Dentibus, admotaque pedem lenire ſaliva:
Incipientque novi ſubcreſcere protinus ungues.
Fit quoque, ut immundo catulus juguletur ab oeſtro:
At tu ſilveſtrem crepitantibus urere rutam
Ignibus, & fumo pariter mulcere ſalubri
Diſce: dehinc acri perfundere vulnus aceto.

Quin aures etiam muſcarum turba moleſta
Impetit, uſque adeo mutilatum appareat alte
Ut caput: ipſe autem venienti occurre periclo,
Et prius has nucibus viridique putamine tinge.
Quid cum dura canes inter ſe proelia miſcent,
Alter ut alterius percuſſus dente laboret?
Tunc etenim cervi flammae ſubjecta voraci
Oſſa teres, oleo ſubigens frondentis olivae
Unguinis in morem, ac vulnus letale perungens:
Quamquam etiam poſſis ramenta inducere ferri.
Namque venenifero ſerpentis ſaucius ictu,
Quo valeat, ſcit ſponte ſua reperire ſalubre
Gramen, & ipſe ſibi nullo auxiliante mederi.
Senſerit at rapidos ubi morſus, protinus ipſe
Idaeam rutae foliis acrique Lyaeo
Junge picem, laeſaeque adhibe haec medicamina parti.
At mala cum ſcabies miſeros depaſcitur artus
Latrantum, & foede miſerabile corpus adurit;
Ceruſam, abdomenque bovis, reſinamque tenacem,
Butyrumque recens viridantibus incoque ſenſim
Lentiſci foliis, infectaque membra perunge.
Sed tunc praecipue ſolerti mente cavendum eſt,
Cum rabie accenſus nunc hos, nunc impetit illos,
Ipſi infenſus hero, datque inſanabile vulnus.
Ergo illum primo valida compeſce catena:
Inde roſae agreſtis radicem pondere ſaxi
Contuſam vivi fontis conſperge liquore,
Ut potus ſpeciem lino colata nigranti
Praeferat: hac ſumpta revocari ad priſtina tradunt
Senſa canem, ac poſita rabie miteſcere rurſum.
Sunt, qui ſilveſtres ficus, adipemque vetuſtum
Contundant: ederas alii ferventibus undis
Emollire jubent, donec pars una ſuperſit
E tribus, atque ipſis foliis tepidoque liquore
Paſcere quadrupedem aurora ſurgente furentem.
Nil tandem uſque adeo prodeſt, ac prima ſub ipſum
Principium morbi reſcindere ſemina ferro.
Nam qua parte imo conjungi lingua palato
Cernitur, & fauces nativo concolor auro
Occupat, in rabiemque feros agit uſque Moloſſos
Vulnificus vermis, ſuffunditque ora veneno.
Quem ſi quis potuit ferro reſecare, potentem
Is tanti abſtulerit cauſam, ſtimulumque furoris.

Quae

Quae ſuperant, olim. nunc praedam ad tecta jacentem
Ferre monet praeſens fugientis temporis hora:
Quandoquidem calamos poſuit Corydallus acutos,
Et jam ſubluſtres invectat luna tenebras.

---

# JOANNIS CAJI BRITANNI DE CANIBUS BRITANNICIS

## *LIBER VNVS.*

---

### *Ad GESNERVM.*

SCRIPSIMUS ad te (chariſſime Geſnere) ſuperioribus annis variam hiſtoriam de variis quadrupedum, avium, atque piſcium formis: variis herbarum atque fruticum ſpeciebus & figuris. Scripſimus & de canibus quaedam ad te ſeorſum, quae in libro tuo de Iconibus animalium ordine ſecundo manſuetorum quadrupedum, ubi de Canibus Scoticis ſcribis: & in fine Epiſtolae tuae ad Gulielmum Turnerum de libris à te editis, inter libros nondum excuſos, te editurum polliceris. Sed quia de Canibus noſtris quaedam in eo libello mihi videantur deſiderari, editionem prohibui, & alium promiſi. Quamobrem, ut promiſſis meis ſtarem, & exſpectationi tuae ſatisfacerem, homini omnis cognitionis cupido, univerſitatem generis, differentiam atque uſum, mores & ingenium, veluti methodo quadam conabor explicare. Diſpartiar in tres ſpecies: Generoſam, Ruſticam, & Degenerem: ſic ut de illa primo: de hac poſtremo: de ruſtica, medio loco tibi dicam. Omnes Britannicos vocabo: tum quod una Inſula Britannia, ut Anglicos omnes, ſic quoque Scoticos omnes complectatur: tum quod venatibus magis indulgemus, quia voluptati ex feris & venatione, propter animalium copiam, atque hominum otium, magis Britanni ſumus dediti, quam eorum animalium indigi & negotioſi Scoti. Ergo cum omnis ratio generoſae venationis, vel in perſequendis feris, vel in capiendis avibus finiatur, canum, *Ex generoſis venaticis,* quibus haec aguntur, duo genera ſunt: alterum, quod feras inveſtiget, alterum quod aves perſequatur. Utraque Latinis uno & communi nomine dici poſſunt venatica. Sed Anglis cum aliud eſſe videatur feras ſectari, aliud aves capere, ut primum venationem, ſecundum aucupium nominant, ita canum nomina volunt eſſe diverſa: ut qui feras laceſſunt, venatici: qui aves, aucupatorii dicerentur, Venaticos rurſum divido in quinque genera. Aut enim odoratu, aut viſu fatigant feras, aut pernicitate vincunt, aut odoratu & pernicitate ſuperant, aut dolo capiunt. Qui odoratu fatigat: & prompta alacritate *Sagax.*

in

in venando utitur, & incredibili ad inveſtigandum ſagacitate narium valet: a quare nos ſagacem hunc appellamus, quem Graeci ab inveſtigando *ἰχνευτὴν*, a nare *ῥινηλάτην* dicunt. Huic labra propenſa ſunt, & aures ad os uſque pendulae, cor-
*Leverarius.* porisque media magnitudo. Hunc Leverarium vocitabimus, ut univerſum genus in certas ſpecies utque nomina reducamus: cum alioqui uſus aut officii nomine, in unitatem ſpeciei adigi nullo modo queant. Nam alius leporis, alius vulpis, alius cervi, alius platycerotis, alius taxi, alius lutrae, alius muſtelae, alius cuniculi (quem tamen non venamur, niſi caſſe & viverra) tantum odore gaudet: & in ſuo quiſque genere & deſiderio egregius eſt. Sunt ex his, qui duos, ut vulpem atque leporem, variatis vicibus ſequi ſtudent, ſed non ea felicitate, qua id, quod natura ſequi docuit: errant enim ſaepius. Sunt, qui vulpem atque
*Terrarius.* taxum ſolum, quos Terrarios vocamus: quod ſubeant terrae cuniculos, more viverrarum in venatu cuniculorum, & ita terrent mordentque vulpem atque taxum, ut vel in terra morſu lacerent, vel e ſpecu in fugam aut calles cuniculorum oſtiis inductas, compellant. Sed hi in ſagacium genere minimi ſunt. Qui inſequuntur, majores: propenſo & hi labro atque aure, nec vivas tantum uti memorati omnes, ſed & mortuas quoque conſperſi ſanguinis odore perſequun-
*Sanguinarius.* tur. Sive enim vivae ſauciantur ferae, atque e manibus venatorum elabantur, ſive mortuae ex vivario ſublatae ſunt (ſed profuſione ſanguinis utraeque) iſti canes odore facile perſentiſcunt, & ſubſequuntur. Eam ob cauſam ex argumento ſanguinarii appellantur. Cum tamen fieri ſolet, ut furum aſtu nullo conſperſo ſanguine abripiatur fera, etiam ſicca hominis veſtigia per extentiſſima ſpatia nullo errore ſequi norunt, in quantalibet multitudine ſecernere, per abditiſſima & denſiſſima loca appetere, &, ſi flumina tranent, etiam perſequi: cumque ad ulteriorem ripam perventum eſt, circuitu quodam, qua fugitum eſt, inveſtigare, ſi primo ſtatim odore in veſtigium furis non inciderint. Sic enim arte inveniunt, quod fortuna nequeunt, ut recte videatur ab Aeliano ſcriptum, libro ſexto, capite quinquageſimo nono de animalibus, *τὸ ἐνθυμητικὸν καὶ διαλεκτικὸν, καὶ μέντοι καὶ τὸ αἱρετὸν*, hoc eſt, conſiderationem, ratiocinationem, atque etiam partitionem, ſeu arbitrium canibus hiſce venaticis ineſſe: nec ante ceſſant perſequi, quam ſunt fures comprehenſi. Eos luce, in tenebris habent heri: nocte producunt, quo alacriores in perſequendo ſint aſſueti tenebris, quibus praedones delectantur maxime. Iidem cum fures inſequuntur, non ea donantur libertate, qua cum feras, niſi in magna celeritate fugientium furum, ſed loro retenti, herum ducunt, qua velit ille celeritate, ſive pedes ſit, ſive eques. In confiniis Angliae atque Scotiae propter frequentia pecorum & jumentorum ſpolia, multus uſus hujus generis canum eſt, & principio diſcit pecudem & armentum perſequi, poſtea furem relicto armento. In hoc genere nullus eſt aquaticus naturaliter, niſi eos ita nominare placeat, qui Lutram inſequuntur, qui ſubinde ripas, ſubinde aquas frequentant. Non recuſant tamen omnes aviditate praedae tranantis flumina, etiam aquis ſe committere. Sed hoc deſiderii potius eſt, quam naturae. Quod autem ex his aliquas, Brachas noſtri, Rachas Scoti ſua lingua nominant, in cauſa ſexus eſt, non genus. Sic enim canes foeminas in venatico genere vocare ſolent noſtri. Ad poſtremum, in natura ſagacium eſt, ut alii perveſtigando taceant ante excitatam feram, alii ſtatim ad primum odorem voce prodant animal, etſi remotum adhuc, & in cubili: & quo juniores, eo petulantiores oris & mendacioris ſunt. Aetas enim & venandi aſſiduitas, experientiam in his facit & certitudinem, ut in aliis omnibus: maxime, cum norint obtemperare domino vel
*Agaſaeus.* inhibenti vel animanti. Quod viſu laceſſit, nare nihil agit, ſed oculo: oculo vulpem leporemque perſequitur, oculo ſeligit medio de grege feram, & eam non niſi bene ſignatam & opimam: oculo inſequitur: oculo perditam requirit: oculo, ſi quando in gregem redeat, ſecernit, caeteris relictis omnibus, ſecretamque

curſu

Google

curſu denuo fatigat ad mortem. Agaſaeum noſtri abs re, quod intento ſit in feram oculo, vocant. Uſus ejus eſt in ſeptentrionalibus Angliae partibus magis, quam meridionalibus: locis planis & campeſtribus, quam dumoſis & ſylveſtribus: equitibus magis, quam peditibus, quo ad curſum equos incitent (quibus delectantur magis, quam ipſa praeda) aſſueſcantque ſepes foſſaſque inoffenſe & intrepide tranſilire & aufugere, quo inſeſſores per neceſſitates & pericula ſalutem fuga ſibi quaerant, aut hoſtem inſequendo, cum velint, caedant. At ſi quando canis aberraverit, dato ſigno quam mox accurrit, & feram de integro ſubſequens, clara voce, curſuque celeri, ut ante, laceſſit. Quod pernicitate vincit, leporarius *Leporarius.* dicitur: quod praecipua ejus cura, praecipuuſque uſus eſt in perſequendo lepore. Quamquam & in capiendo platycerote, cervo, dorcade, vulpe, & hoc genus aliis feris, & viribus & memorata velocitate valent: ſed plus minus pro ſuo quiſque deſiderio, & corporis firmitudine aut exilitate. Eſt enim ſtrigorum genus: in quo alii majores ſunt: alii minores: alii pilo ſeſſili: alii hirto. Majores majoribus, minores minoribus feris deſtinamus. Cujus naturam in venatione, magnam: in hoc, miram deprehendi: quod (referente Joanne Froiſarto hiſtorico lib. hiſt. ſuae 4.) leporarius Richardi ſecundi Anglorum regis, qui ante neminem praeter regem agnoverat, venientem Henricum Lancaſtriae ducem ad caſtellum Flinti, ut Richardum comprehenderet, relicto Richardo, Henricum ſolitis in Richardum favoribus exceperit: quaſi adverſitates Richardi futuras intellexerat & praeſentiſcerat. Id quod Richardus probe animadvertit, atque ut praeſagium futuri interitus verbis non diſſimulavit. Quod ſagacitate ſimul & pernicitate poteſt, & genere, & compoſitione corporis medium eſt inter ſagacem illum, & leporarium: & a levitate appellatur levinarius, a loro (quo ducitur) lorarius. *Levinarius; ſeu lorarius.* Hic propter velocitatem, & gravius feram urget, & citius capit. Quod dolo agit, Vertagum noſtri dicunt, quod ſe, dum praedatur, vertat, & circumacto corpore, impetu quodam in ipſo ſpecus oſtio feram opprimit & intercipit. *Vertagus.* Is hoc utitur aſtu. Cum in vivarium cuniculorum venit, eos non laceſſit curſu, non latratu terret, nec ullas inimicitias oſtentat, ſed velut amicus aliud agens, taciturna ſolertia praetergreditur, obſervatis diligenter eorum cuniculis. Eo cum pervenerit, ita ſe humi componit, ut & adverſum ventum ſemper habeat, & cuniculum lateat. Sic enim ille revertentis aut exeuntis cuniculi odorem facile ſentit, & ſuus cuniculo omnino tollitur, & proſpectu fera fallitur. Ad hunc modum compoſitus canis & proſtratus, aut exeuntem cuniculum & imprudentem in ipſo ſpecus ingreſſu verſute opprimit, aut revertentem excipit, atque ad latentem herum ore perducit. Minor hic eſt ſagaci illo, ſtrigoſior, & erectiore aure. Corporis figura leporarium ſpurium diceres, ſi major eſſet. Et quamvis eo minor multo ſit, uno tamen die tot poteſt capere, quot juſtum equi onus eſſe poſſunt. Dolus enim illi pro virtute eſt, & corporis agilitas. Huic ſimilis, canis furax eſt, qui, jubente hero noctu progeditur, & ſine latratu odore adverſo perſequens cuniculos, curſu prehendit, quod herus permiſerit, & ad heri ſtationem reportat. *Canis furax.* Vocant incolae canem nocturnum, quod venetur noctu. Sed haec de iis, qui feras inſequuntur.

Qui aves, proximum locum habent. Eos Aucupatorios dici, ante propoſuimus. Hi ex generoſorum numero etiam ſunt, & duûm generum. Alii enim per ſicca tantum venantur: Alii per aquas tantum aves perſequuntur. *Ex generoſis aucupatoriis.* Qui per ſicca tantum, aut libero veſtigio & latratu avem inveſtigant & excitant, aut tacito indicio eandem commonſtrant. Primum genus Accipitri ſervit: ſecundum reti. Peculiaria nomina primum genus non habet, niſi ab ave, ad quam venandam natura eſt propenſus. Qua de cauſa Falconarii hos, Phaſianarios: hos, Perdiciarios vocare ſolent. Vulgus tamen noſtrum communi nomine Hiſpaniolos nominat, quaſi ex Hiſpania productum iſtud genus primo eſſet. *Hiſpaniolus.* Omnes maxi-

ma ex parte candidi ſunt: & ſi quas maculas habeant, rubrae ſunt, rarae, & majores. Sunt & ruffi atque nigri, ſed perpauci. Eſt & hodie novum genus ex Gallia advectum (ut novitatis omnes ſumus ſtudioſi) ſed ex toto in albo obfuſcatum maculoſe, quem Gallicanum vocitamus.

*Index.*

Secundum genus eſt, quod tacito pede atque ore avem quaerit, & nutum juvantis heri ſequitur, vel promovendo ſe, vel reducendo, vel in alterutram partem dextram aut ſiniſtram declinando. Cum avem dico, Perdicem & Coturnicem intelligo. Cum invenerit, cauto ſilentio, ſuſpenſo veſtigio, & occulto ſpeculatu, humiliando ſe prorepit, &, cum prope eſt, procumbit, & pedis indicio locum ſtationis avium prodit: unde canem indicem vocare placuit. Loco commonſtrato, auceps exporrectum rete avi inducit. Quo facto, canis ad conſuetum heri indicium ſeu vocabulum quam mox aſſurgit, & propinquiori praeſentia aves perturbat, atque, ut inexplicabilius irretiantur, facit.

*Lepus tympanum pulſat.*

Quod artificium in cane, animali domeſtico, mirum videri non debet, cum & lepus agreſte animal, & ſaltare, & tympanum anterioribus pedibus numero pulſare tympaniſtarum more, & canem dente atque ungue petere, pedibuſque crudeliter caedere, in Anglia viſus eſt omnium admiratione, anno ſalutis noſtrae 1564. Nec eſt vanum iſtud, eoque relatum lubentius, quod operae pretium putarem, nihil praetereundum eſſe, in quo naturae ſpectanda ſit providentia.

*Aquaticus, ſeu inquiſiter.*

Qui per aquas aucupatur propenſione naturali accedente mediocri documento, major his eſt, & promiſſo naturaliter hirtus pilo. Ego tamen ab armis ad poſteriores ſuffragines, caudamque extremam, ad te (Geſnere) detonſum pinxi, ut uſus noſter poſtulat, quo pilis nudus expeditior ſit, & minus per natationes retardetur. Aquaticus a noſtris appellatur: ab aquis, quas frequentat, ſumpta appellatione. Eo aut aves in aquis aucupamur (& praecipue anates: unde etiam Anatarius dicitur, quod id excellenter facit) aut Scorpione occiſas educimus, aut ſpicula ſagittaſque fallente ictu recuperamus, aut amiſſa requirimus: quo nomine & canes inquiſitores eoſdem appellamus.

*Anatum fallacias.*

Quanquam Anas, & canem, & aucupem quoque egregie ſubinde fallat, tum urinando, tum etiam dolo naturali. Etenim ſi quis hominum, ubi incubant aut excludunt, propinquabit, egreſſae matres, venientibus ſe ſponte offerunt, & ſimulata debilitate vel pedum vel alarum, quaſi ſtatim capi poſſint, greſſus fingunt tardiores. Hoc mendacio ſolicitant obvios, & eludunt, quoad profecti longius a nidis avocentur: caventque diligenter revertendo, ne indicium loci converſatio frequens faciat.

*Anaticularum providentia.*

Nec anaticularum ſtudium ſegnius ad cavendum. Cum enim viſas ſe praeſentiſcunt, ſub ceſpitem confugiunt aut carectum, quorum obtectu tam callide proteguntur, ut lateant etiam deprehenſae, niſi fraudem canis odore detegat.

*Canis piſcator.*

Canem piſcatorem (de quo ſcribit Hector Boëthius) qui inter ſaxa piſces odore perquirit, nullum plane novi inter noſtros, neque ex relatione aliquando audivi, etſi in ea re perſcrutanda perdiſcendaque diligentior fuerim inter piſcatores & venatores: niſi

*Lutra. Pupinus.*

Lutram piſcem dicas, ut a multis creditur: quo modo & Pupinus avis, piſcis eſſe dicitur & habetur. Sed qui perquirit piſcem (ſi quis perquirat) venationiſne cauſa, an famis faciat, more caeterorum canum, qui per inediam cadaverum morticinam carnem appetere ſolent, tum demum ad te ſcribam, cum de ea re certior fiam. Interim id ſcio, Aelianum & Aetium Lutram, κύνα ποτάμιον ſolere appellare. Intelligo etiam, Lutram hoc habere cum cane commune, quod per inopiam piſcium, excurſiones in terram faciat, atque agnos laniat, rurſuſque ad aquam ſatur redeat. Sed inter noſtros canes is non eſt.

*Phocae.*

Phoca etiam inter ſcopulos atque ſaxa praedatur piſcem, ſed in numero canum noſtratium habitus non eſt, etſi canis marinus a noſtris appelletur.

*Ex generoſis delicatis, Melitaeus, ſeu fotor.*

Eſt & aliud genus canum generoſorum apud nos, ſed extra horum ordinem, quos Melitaeos Callimachus vocat, à Melita inſula in freto Siculo (quae hodie uſu derivante Malta vulgo dicitur, & Chriſtiano milite nobilis exiſtit) unde ortum id

genus

genus habuit maxime: atque a Melita Siculi Pachyni, ut author Strabo eſt. Perexiguum id eſt plane, & foeminarum luſibus ac deliciis tantum expetitum, quibus quo minus eſt, eo gratius eſt, ut ſinu geſtent in cubiculis, & manu in pilentis, genus ſane ad omnia inutile, niſi quod ſtomachi dolorem ſedat applicatum ſaepius, aut in ſinu aegri geſtatum frequentius, caloris moderatione. Quin & tranſire quoque morbos aegritudine eorum intelligitur, plerumque & morte: quaſi malo in eos tranſeunte caloris ſimilitudine. Generoſorum canum genus *Ex ruſticis;* jam explicui: Nunc ruſticum adjicio. In eo memorabilia duo tantum genera ſunt: pecuarium, ſeu paſtorale, & villaticum, ſeu Moloſſum: alterum ad propellendas injurias ferarum, alterum adverſus inſidias hominum utile. Paſtorale *Paſtoralis.* noſtrum mediocre eſt, quod illi cum Lupo, naturali pecori inimico, res non eſt, cum apud nos nullus eſt, beneficio optimi principis Edgari, qui, quo genus univerſum deleretur, Cambris (apud quos in magna copia erant) vectigalis nomine in annos imperavit trecentos lupos. Sunt, qui ſcribunt, Ludwallum Cambriae *Lupi nulli in Britannia.* principem pendiſſe annuatim Edgaro regi, 3000. luporum tributi nomine, atque ita annis quatuor omnem Cambriam atque adeo omnem Angliam orbaſſe lupis. Regnavit autem Edgarus circiter annum Domini, 959. A quo tempore non legimus, nativum in Anglia viſum lupum: advectum tamen queſtus faciundi cauſa *Edgarus.* ex alienis regionibus, ut ſpectetur tantum, tanquam animal rarum & incognitum, ſaepius vidimus. Sed ad canem paſtoralem. Is ad certam heri jubentis vocem, aut ex pugno concluſo & inflato clariorem ſibilum, errantes oves in eum locum redigit, in quam paſtor maxime deſiderat: ſic ut levi negotio, & immoto fere pede, paſtor, quo velit, modo ovibus moderetur, vel ut ſe promoveant, vel gradum ſiſtant, vel pedem referant, vel in hanc illamve partem ſe inclinent. Etenim non ut in Gallia & Germania, non ut in Syria & Tartaria, ſic in Anglia quoque oves paſtorem ſequuntur, ſed contra, paſtor oves. Quandoque etiam nullo procurrente aut circumeunte cane, ad ſolum ex pugno ſibilum ſeſe congregant palantes oves, metu canis credo, memores una cum ſibilo, prodire quoque & canem ſolere. Id quod in itinere diligenter ſaepius obſervavimus, ad paſtoris ſibilum refrenantes equos, quo videremus rei experimentum. Eodem etiam cane ovem vel mactandum prehendit, vel ſanandum paſtor capit, nulla prorſus laeſione.

Villaticum, vaſtum genus eſt & robuſtum; corpore quidem grave & parum *Villatici, ſeu Catenarius.* velox, ſed adſpectu truculentum, voce terrificum, & quovis Arcadico (qui tamen ex leonibus creditur provenire) potentius atque acrius. Quod villis fideliter cuſtodiendis deſtinamus, cum metus eſt à furibus, villaticum appellamus. His quoque utile, id eſt, contra vulpem atque taxum, qui rem pecuariam faciunt. Valet etiam ad ſues agreſtes perſequendos, domeſticos è frugibus aut arvis abigendos, tauroſque capiendos atque retinendos, cum uſus aut venatio poſtulat, ſinguli ſingulos, aut ſummum duo ſingulos, quamvis intractabiles. Eſt enim acerrimum genus & violentum, formidabile etiam homini, quem non reformidat. Neque enim ad arma expaveſcit: quoque acrius fiat, aſſueſcunt noſtri naturam arte & conſuetudine juvare. Etenim urſos, tauros, arctylos, aliaque fera animalia, praefectis certaminum arctophylacibus, nullo millo, nullo corio defenſos exagitare: ſaepe etiam cum homine ſude, clava, enſe leve armato concertare docent, atque ita ferociores acrioreſque reddunt, & imperterritos faciunt. Vis illis ſupra fidem, & pertinax mordacitas, uſque adeo ut tres urſum, quatuor vel leonem comprehendant. Quod videns aliquando (ut *Henricus ſeptimus.* fama eſt) HENRICUS ſeptimus, Angliae rex prudentiſſimus, quotquot erant, ſuſpendi juſſit, indignatus, ut infimi & ignobilis generis canes, generoſo leoni, & animalium regi violentiam inferant: memorabili exemplo ſubditorum, ne quid contra regem genus rebellis audeat. Haud abſimilis etiam hiſtoria de eo

 fer-

fertur, quoad Falconem quendam ſuum, a Falconariis vehementer laudatum,
quod in aquilam quid auderet, quam mox occidi juſſit, ob eandem rationem.
Hoc genus canis, etiam Catenarium, à catenae ligamento, qua ad januas interdiu detinetur, ne ſolutum laedat, & tamen latratu terreat, appellatur. Et
*Cicero.* quanquam Cicero pro S. Roſc. opinetur, ſi canes luce latrent, iis crura ſuffringantur, noſtri tamen homines propter ſecuritatem vitae atque rei, longe aliter
*Fures.* ſentiunt. Nam furum apud nos plena ſunt omnia: etiam luce, neque infamem mortem ſuſpendia metuunt. In cauſa eſt non curta res ſolum, ſed veſtis vitaeque luxus atque faſtus etiam, ſed petulantia, ſed otium & ſuperbia Salaconum μεγαλοφρονῶντας, qui nihil aliud quam ut equi inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuperbos, quam gyro breviori flecti, qui nihil aliud quam cevere, quam otioſe
*Valentinianus.* mendicando accuſata non merente corporis infirmitate ſpoliare. Sed his Valentinianus Imperator bene proſpexit legibus latis, ut qui nullo corporis morbo laborantes, corporis infirmitatem deſidioſi ignavique praetexentes mendicarent, perpetui coloni ei inſervirent, qui eorum ignaviam proderet atque accuſaret, ne
*Alfredi vigilantia.* eorum deſidia oneroſa populo, odioſave ſit exemplo. Alfredus quoque regno adminiſtrando tanta vigilantia juſtitiaque uſus eſt, ut, ſi quis per vias publicas incedens, marſupium auro plenum veſperi perdidiſſet, mane, atque adeo poſt menſem unum, integrum & intactum inveniret, uti Ingulphus Croylandenſis in hiſtoria refert. Noſtra autem aetate, nihil fere ſecurum, ne in aedibus quidem,
*Canis cuſtos.* quamvis accurate concluſis. Cuſtos quoque (Graecis οἰκουρὸς) à cuſtodiendis non ſolum villis, ſed & mercatorum aedibus, & quibus ampla res eſt domi, canis iſte nominatur. Eam ob rem canes publice alebantur Romae in Capitolio,
*Canis Laniarius.* ut ſignificent, ſi fures venerint. Dicitur & Laniarium, quod eorum uſus multus ſit laniis agendis, & capiendis beſtiis. Sed & Moloſſicum quoque & Moloſſum
*Moloſſicus.* Latinis dicitur, à Moloſſia Epiri regione, ubi hoc genus canes boni & acres e-
*Mandatarius.* rant. Eſt ex hoc genere, quem mandatarium ex argumento appellamus: quod domini mandato literas, aliaſve res de loco in locum transferat, vel melio incluſas, vel eidem alligatas. Quae ne intercipiantur, vel pugna, vel fuga ſi im-
*Lunarius.* par ſit, diligenter cavet. Eſt & Lunarium, quod nihil aliud, quam excubias agit, quam inſomnes noctes totas protrahit baubando ad lunam, ut Nonii verbo utar. Ex quibus grandiores atque graviores, etiam rotae amplioris circumactu,
*Aquarius.* aquam ex altis puteis ad uſus ruſticos hauriunt, quos aquarios appellamus ex officio: & ſartores aerarios vagos manticis ferendis memorabili patientia levant: à
*Sarcinarius.* qua re ſarcinarios nuncupamus. Praeter has villaticorum qualitates atque uſus, hanc unam habent praecipuam, quod amantes dominorum ſunt, & odium gerant in externos. Quo fit, ut per itinera dominis in praeſidio ſint, quos à furibus defendunt, vivos ſalvoſque conſervant: à qua re etiam canes defenſores jure dici
*Defenſor.* poſſunt. At ſi quando vel multitudine, vel majori vi opprimatur dominus atque concidat, uſu compertum eſt, herum non deſerere ne mortuum quidem,
*Canum amor & fides.* ſed eum ad multos dies per famis & coeli injuriae patientiam peramanter obſervare, & homicidam, ſi occaſio dabitur, interficere, aut ſaltem prodere vel latratu, vel ira, vel hoſtili inſultu, quaſi mortem heri ulturum. Hujus rei exem-
*Kingſtone.* plo fuit noſtra memoria canis cujuſdam viatoris, qui Londino recta Kingſtonum, octo regum coronatione percelebre oppidum, profecturus, cum bonam itineris partem confeciſſet, latronum inſidiis in Comparco, valli amplo & ſpatioſo, nemoribus obſito, & latrociniis infami loco, occubuit. Canis item ille Britannus genere, quem Blondus ſua memoria ſcribit, non longe Pariſiis hero à rivali interempto, & homicidam prodidiſſe, & ni canis ultionem homicida deprecatus eſſet, jugulaturum fuiſſe. In incendiis quoque in conticinio ſeu intempeſta nocte incidentibus, eo uſque latrant annoſi canes, etiam prohibiti, dum à domeſticis excitatis percipiatur focus: & tum ſua ſponte ceſſant à latratu: quod uſu
com-

compertum eſt in Britannia. Nec minor erat fides in eo cane, qui domino profundam foveam per venatum incidenti nunquam abſuit, dum ſui unius indicio ſublatus is per funem fuit: in quem, cum oris cavernae proximus eſſet, inſiliebat canis, tanquam ulnis amplexurus revertentem herum, impatiens longioris morae. Sunt, qui focum non patiuntur diſſipari, ſed prunas in focum pede *Canum ingenia.* removent, prius cogitabundi adſpicientes, qua ratione id poſſit à ſe fieri. Quod ſi pruna ardentior fuerit, cinere obruunt, ac dein nare in locum promovent. Sunt quoque, qui noctu villici officium praeſtant. Cum enim lectum petit herus, & omnia centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri robora, nec cuſtos abſiſtit limine Janus (ut ſcribit Virgilius) tum ſi prodire jubeat herus canem, is per fundos omnes oberrat, quovis villico diligentior, & ſi alienum quid invenerit ſive hominem, ſive beſtiam, abigit, domeſticis relictis animalibus atque ſervis. Sed quanta in his fidelitas, tanta varietas in ingeniis. Nam ſunt, qui ore infreno latrent tantum nullo morſu. Verum hi minus tremendi, quod timidiores ſunt. Canes enim timidi vehementius latrant, ut eſt in proverbio. Sunt, qui latrent atque mordeant. Ab his cavendum quidem, quia admonent futurae injuriae, ſed non laceſſendum, quoniam ita concitantur ad dentem, ipſi etiam natura acerbiores. Sunt, qui ſine voce proſiliunt, impetu involant, jugulum petunt, & crudelius lacerant. Hos formidato, quia animoſiores ſunt, & incautos opprimunt. Iſtis notis ignavum genus à ſtrenuo, audax à timido diſcernunt noſtri. Etenim ex malo genere, ne catulum quidem habendum exiſti- *Notae ignaviae aut audaciae.* mant, quod nullum neceſſariis uſibus humanis commodiorem canem iſto putent. Nam ſi quis commemoratos eorum uſus ad ſummas velit revocare, quis hominum clarius aut tanta vociferatione beſtiam vel furem praedicat, quam iſte latratu? quis domitor ferarum potentior? quis famulus amantior domini? qui fidelior comes? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor vigilantior? quis ultor aut vindex conſtantior? quis nuncius expeditior? quis aquarius laborioſior? quis denique ſartor aerarius geſtandis ſarcinis tolerantior? Atque haec quidem de canibus Britannicis generoſis atque ruſticis, qui genus ſuum ſervant, diximus. De *Ex degeneribus.* degeneribus, & ex horum diverſo genere mixtis, quod nullam inſignem veri generis qualitatem formamque referant, non eſt, quod velim plura ſcribere, ſed ut inutiles ablegare: niſi quod vel advenas latratu excipiant, etiam luce, & eorum adventus domeſticos commonefaciant, unde canes admonitores appellamus: vel *Admonitor.* quod in officio culinario, cum aſſandum eſt, inſerviant, & rota minore gradiendo, verua circumagunt, pondereque ſuo aequabiliter verſent, ut ne calo aut lixa quidem artificioſius: quos hinc canes verſatores, ſeu veruverſatores noſtrum *Verſator.* vulgus nominat: poſtremos omnium generum, quae primo memoravimus. Sunt etiam canes noſtri degeneres, & ad tympanum ſaltare, & ad lyrae modos *Tympaniſta.* ſe movere docti, multaque alia erecti pronique facere, quae à vagis quaeſtuoſiſque heris exequi didicerunt. Lyciſcum nullum iſtic in Anglia habemus nativum, *Lyciſcus.* ut nec lupum quidem, ut eſt ante comprehenſum: nec aliud genus ullum praeter Lacaenam & Urcanum; illum ex cane & vulpe (quam multam habet An- *Lacaena.* glia, & domi inter canes vel animi vel morbi cauſa ſaepe alit) hunc ex urſo & *Urcanus.* cane catenario: quos licet inimicos, pruriens tamen libido ſaepe ita hic conjungit, ut alibi ſolet. Nam cum tigride Hircanos, cum leone Arcadios, cum lupo Gallicos commiſcuiſſe legimus. In hominibus quoque, quibus ratio eſt, inimicos animos conciliat ſtulta illa res & naturalis, ut Moria loquitur. Eſt hic Urcanus, ſaeva beſtia, & intractabilis irae (ut Gratii Poëtae verbis utar) caeteros canes noſtros omnes feroci crudelitate ſuperans, vel aſpectus torvitate terribilis, in pugna acris & vehemens, tantaque mordacitate, ut citius diſcerpas, quam diſſolvas: nec lupum nec taurum, urſum aut leonem reformidat: vel cum cane illo Alexandri Indico certe conferendus. Sed de his hactenus ut de Britan-

*Externi canis. Externa praelata.* nicis verba fecimus. Externos aliquos & eos majuſculos, Iſlandicos dico & Lithuanicos, uſus dudum recepit: quibus toto corpore hirtis, ob promiſſum longumque pilum, nec vultus eſt, nec figura corporis. Multis tamen quod peregrini ſunt, & grati ſunt, & in Melitaeorum locum aſſumpti ſunt: uſque adeo deditum eſt humanum genus etiam ſine ratione novitatibus. ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, περιορῶμεν συγγενῶν. miramur aliena, noſtra non diligimus. Neque hoc in canibus ſolum, ſed in artificibus quoque uſu venit. Noſtros enim licet doctos & peritos faſtidimus, belluam e longinqua barbarie alienoque ſolo profectam tanquam aſinum Cumani, aut hominem Thalem noſtri ſuſpiciunt. Id quod Hippocrates ſub initio libri ſui περὶ ἀγμῶν recte ſua aetate obſervavit, & nos libello noſtro, ſeu conſilio de Ephemera Britannica ad populum Britannicum copioſius explicuimus. Atque in hoc genere quo quiſque indoctior, audacior, incogitantior, hoc pluris fit apud noſtros, atque etiam apud torquatos iſtos principes atque proceres. Caeterum de externis canibus nihil dico, quod de Britannicis tantum voto tuo ſatisfacere ſtudeo, Conrade vir doctiſſime. Inter ea tamen, quae alias ad te dedi de cane Getulo, ſeorſum ſcripſi, quod rara ſpecies ejus videbatur. *Canis Getulus.* De caetero genere, ipſe pleniſſime ſcribis. Verum, cum longius jamproduximus hunc libellum, quam priorem ad te, brevius tamen, quam pro natura rei, quod habuimus rationem ſtudiorum tuorum, memoriae cauſa, quae de canibus Britannis diximus, in diagramma reducemus. Et quia vulgaribus nominibus delectaris, ut ex literis tuis didici, ea quoque Latinis apponemus, & ſingulorum rationes exponemus, quo nihil tibi ſit incognitum aut deſideratum.

## NOMINA.

| Canes ergo Britannici, aut ſunt, | | | *Latina.* | *Anglica.* |
|---|---|---|---|---|
| Generoſi. | Venatici. | Sagax. | Terrarius. | *Terrierhound.* |
| | | | Leverarius. | *Harrierhound.* |
| | | | Sanguinarius. | *Bloodhound.* |
| | | | Agaſaeus. | *Gazehound.* |
| | | | Leporarius. | *Greyhound.* |
| | | | Levinarius, ſeu Lorarius. | *Leviner, or Lyemmer.* |
| | | | Vertagus. | *Tumbler.* |
| | Aucupatorii. | | Hiſpaniolus. | *Spaniel.* |
| | | | Index. | *Setter.* |
| | | | Aquaticus, ſeu Inquiſitor. | *Waterſpaniel, or Finder.* |
| | Delicati. | | Melitaeus, ſeu Fotor. | *Spanielgentle, or Lapdog.* |
| Ruſtici | | | Paſtoralis. | *Shepherd's Dog.* |
| | | | Villaticus, ſeu Catenarius. | *Maſtive, or Bandog.* |
| Degeneres. | | | Admonitor. | *Wap.* |
| | | | Verſator. | *Turnſpit.* |
| | | | Saltator. | *Dancer.* |

Iſta

Digitized by Google

Iſta vocabula noſtratia cum nihil apud te, hominem peregrinum, loquantur ſine interpretatione, ut Latinorum vocabulorum rationem prius reddidimus, ita Anglicorum jam reddemus, quo tibi pateant univerſa, eo etiam quo prius obſervato ordine.

*Sagax.* *Hound* igitur (quem inter venaticos ſagacem diximus) à verbo noſtro *hunt*, quod apud noſtros venari ſignificat, unica tantum immutata litera derivata appellatione, nomen habet. Quod ſi à vocabulo veſtrati *Hound*, (quod canem in univerſum apud vos ſignificat) propter vocum ſimilitudinem appellari credas (mi Geſnere) ut non magnopere repugnabo, cum adhuc retinemus multa Germanica vocabula à Saxonibus, cum Angliam occuparunt, nobis relicta, ita illud admonebo, commune quidem nomen canis apud nos, *Dog* eſſe, venatici vero canis, *Hound*.

Similiter à verbo noſtrati, *Gaze*, (quod fixius rem aliquam & attentius contueri eſt) *Gazehound* appellatur noſtris, quem ante Agaſaeum nominari diximus. *Agaſæus.* Neque enim odoratu, ſed proſpectu attento & diligenti feram perſequitur iſte canis, ut jam ante memoravimus, etſi non ſum neſcjus etiam, apud Latinos Agaſaei vocabulum inter canum nomina reperiri.

A *Grey* quoque, *Greyhound* apud noſtros invenit nomen, quod praecipui gradus inter canes ſit, & primae generotitatis. *Grey* enim apud noſtros gradum denotat. *Leporarius.* Hunc latine Leporarium dicebamus.

*Levinarius.* A levitate, *Leviner*, à loro *Lyemmer* appellatur is, quem Levinarium & Lorarium Latine nominavimus. Nam *Lyemme* noſtra lingua, Lorum ſignificat. Quod autem à levitate *Leviner*, hoc eſt à Latina voce Britannicam, deducimus: cur in libris noſtris ſparſim à Graecis dictionibus & Latinis, Italicis & Germanicis, Gallicis & Hiſpanicis noſtratia multa derivamus, unde ortum eadem multa habuerunt: & quemadmodum ab origine ſua etiam multa per corruptionem jam declinarunt, libello noſtro de ſymphonia, ſeu conſonantia vocum Britannicarum fuſius explicabimus. *Lib. de ſymphonia.*

*Vertagus.* Poſtremus inter venaticos, Vertagus eſt: quem *Tumbler* vocitamus: quod *Tumble* apud nos vertere eſt Latinis, & *Tumbiere* Gallis, unde ortum habet id nomen *Tumbler*, mutata vocali in liquidam noſtro more: contra quam in lingua Gallica & Italica, in quibus liquida ante vocalem, magna ex parte in aliam vocalem vertitur, ut impiere & piano, pro implere & plano, quae exempli gratia adduco, cum infinita ſint.

*Aucupatorii.* Poſt Venaticos ſequuntur Aucupatorii: inter quos primus eſt Hiſpaniolus, quem ab Hiſpania voce nomen accepiſſe prius diximus. Noſtri omiſſa aſpiratione & prima vocali, *Spainel* & *Spaniel* expediti ſermonis cauſa proferunt.

*Index.* Secundus, Index, qem noſtri à *Setter* nominare ſolent, à verbo *ſet*, quod locum deſignare noſtris Britannis ſignificat.

*Aquaticus.* Poſt hunc ſubſequitur Aquaticus, hoc eſt à *Water-ſpaniel*, à vocibus *Water* & *Spain* (hoc eſt aqua & Hiſpania) deducto nomine. Nam aqua, in qua ſe exercet canis iſte, *Water*: & Hiſpania (unde primum genus hoc tractum ex nomine creditur) *Spain* apud noſtros vocitatur. Non quod iſti canes non ſint etiam nativi in Britannia, ſed quod generale & commune nomen canum, qui ex Hiſpania primo profecti putantur, iſtae canum ſpecies (ut & caeteri Aucupatorii) adhuc vulgo referunt, etſi in Britannia oriantur, & peculiari aliqua vocis nota, aut qualitatis indicio ſecernantur apud nos: ut eſt iſta ſpecies, vocis *Water*, hoc *Inquiſitor.* eſt aquae, appoſitione. Alio etiam nomine *a Finder* canis iſte appellatur, quod quaerendo invenit res deperditas, quae res noſtris, *find*, hoc eſt invenire, dicitur. Nos tamen ab inquirendo Latinum nomen huic fecimus, quod praecipua pars inventionis in inquirendo eſt.

*Delicati.* A venaticis & aucupatoriis tranſitus eſt ad Delicatos, Ruſticos, & Degeneres.

Digitized by Google

res. Delicatum, Melitaeum & *Spaniel gentle*, hoc eſt, Hiſpaniolum generoſum, nominavimus, à generoſitatis nomine data appellatione, quod inter nobiles viros atque foeminas verſari, & iis in deliciis atque ad luſus eſſe conſuevit: ut erat illud Gorgonis κυνίδιον apud Theocritum in Syracuſiis, quod diſcedens, ſervae diligentiae pari cura cum infante commiſerat, ut catellum quidem illa intro revocaret: puerum vero vagientem placaret. Ad alia omnia inutilis canis iſte eſt, niſi ad ea, quae ante jam diximus, niſi ad fovendum ſtomachum debilitatum frigore, niſi ad prodendum adulterium, quod feciſſe hujus generis catellum quendam Siculum refert Aelianus, libro ſeptimo, capite viceſimo quinto animalium.

Ruſticos, *Shepherds Dogs*, *Maſtives*, & *Bandogs* nominavimus: illorum quidem deducto nomine à paſtore, qui *Shepherd* apud nos dicitur, quod cuſtodit oves, quae noſtris, *Sheep*, appellantur: illorum à ligamento, quod *Band*, & Sagina, quod *maſty*, villicis noſtris hominibus dicitur. Eſt enim craſſum genus canum, & bene ſaginatum Catenarium hoc. Etſi non ſum neſcius, Auguſtinum Niphum, Maſtinum (maſtivum noſtri dicunt) pecuarium exiſtimare: & Albertum Lyciſcum, ex cane & lupo genitum eſſe ſcribere: quamvis idem pro Moloſſo magna ex parte vertat. *Ruſtici.*

Ad poſtremum, degeneres, *Wap* & *Turnſpit* nominari dicebamus: hunc à verbo noſtrati *turn*, quod eſt verto, & *ſpit*, ſeu *ſpeed* ad imitationem Italorum, quod veru dicitur: illum à naturali canis voce *Wau*, quam in latratu edit admonendo. Unde, originaliter *Waup* dicendum fuit. Sed euphoniae, bonaeque conſonantiae gratia, vocali in conſonantem mutata, *Wap* à noſtris vocitatur. Etſi non me fugit, Nonium à voce naturali *Bau* formare ſuum baubari, non à *Wau*, quemadmodum & Graeci à ſuo βαΰζειν. *Verſator.*

Jam vero quod *Dancer* noſtris, ſaltare ſit Latinis, ſi didiceris, non eſt de canis ſaltatoris noſtrati nomine, amplius quod ipſe expetas. *Saltator.*

Ita habes (mi Geſnere) non ſolum canum noſtratium genera, ſed & nomina quoque Latina atque Anglica, officia atque uſus, differentias atque mores, naturas & ingenia, ut non ſit, quod deſideres in hoc argumento amplius. Et quanquam forſan omni ex parte non ſatisfecerim tibi in edendo (cui in deſideriis omnis feſtinatio in mora eſſe videatur) quod inhibuerim editionem rudioris illius libelli, quem ad te tanquam ad privatum amicum, non ad editionem publicam ante annos quinque dederim, tamen in hoc ſpero, me ſatisfeciſſe tibi, quod mora fecit aliquanto meliorem, & δευτέρας φροντίδος lectu commodiorem.

# INCLYTO PRINCIPI ALEXANDRO BENTIVOLO,

*ILLVSTRISSIMI*

# JOANNIS BENTIVOLI

## SECUNDI FILIO DIOMEDES GUIDALOTTUS BONONIENSIS CLIENS.

Quod ego imprimis optavi optandumque duxi, Colende Domine, noſtris evenire votis, ut in aliqua parte mortalibus ſubvenire poſſem, nunc temporis (ſi voti ſim compos) accidiſſe gaudeo, quo, ſtrepitu armorum, clangore tubarum, dejectione imperii tota concutitur Italia. Tum, quod molibus moleſtiarum & turbulentiſſimarum tempeſtatum, dum hoc ſtudiis litterarum tempus impertiti ſumus, impoſui: Tum quod haec ea in lucem damus aetate, qua tinnientes ex quottidiana rerum innovatione, a continuo quo obſurduerant aures fuerant fragore relevandae: Etenim judicavi, ut quorum animis ſimplici praeditus candore tenuioribus his noſtrae fructibus applicaretur arbuſculae, etſi parum inde utilitatis reportaretur (quod ab animo noſtro penitus remotum volui) fore, ut ſaltem cognoſceret non nobis nos tantum, quam aliis proficere voluiſſe, evidentiſſimo etiam ſigno, pro aliena ingenio elaborante palma: quod ut me tibi totum explicem, ex illo tempore, quo avus me meus Antonius Cattaneus ad ſtudia litterarum veluti detrectantem applicuit, impenſius hac mihi in harena deſudandum cenſui, ut aliquid exiguis pro viribus, quanquam niſi tyronibus prodeſſem, quo, & ipſum ſuae erga me pietatis non poeniteret, & ejus in me merita, hoc exaggerata cumulo quod animum excolere non praetermiſerit, in quantum poſſem fruſtrata non eſſent: Videbam non paucos omni adoleſcentes nixu: partim ad Leges, partim ad Philoſophiam, ad Dialecticen alios ingenue contendere, quorum me exemplo caſtigabam deſidiaeque arguebam, Ignavum, non excitari, ſegniquei torpere veterno: his aculeis nebulam (ut ſentio) abſterſi, arctioremque ſomnum, qui me complexus fuerat, aliquantiſper evaſi: cujus indicium rei commentariola noſtra, quae nuper in Calpurnium rudia veluti exciderunt, futura cenſui, quanquam plurimos admiraturos ſciam, a ſilvis nos & carmine auſpicari paſtorio, dicturoſque: Quid mihi cum Calpurnio? Extabant alia difficilioraque & interpretatione indigentia, cum quibus & aſciſcendae laudis gratia, & mortalibus proficiendi decore magis elaborandum fuerat: Atqui inſtitutum potius hoc fuit animi, ut per veſtigia praeclariſſimorum ſemper, antiquiſſimorumque potiſſime ingrederer: Succurrebat & ipſum

ipſum poëtarum Achillem non arma ſubito, ſed Silvas aggreſſum, ut qui tenui exordio ad maximum celebritatis culmen evadere voluerit. Sed nec quiſquam eſt illuſtrium, ut inquit ille (P. Papinius Statius in praefat. libri I. Sylvar.) poëtarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore praeluſerit. Quod fuit in cauſa, ut nos quoque humiliori principio, mox fortaſſe grandiora praeveniremus: Inſuper menti obverſabatur primam aetatem illam vetuſtiſſimorum paſtoriam fuiſſe, & quemque de antiquiſſimis, nobiliſſimisque degiſſe paſtorem, ut ſi inde, humana unde vita primordium habuit, auſpicaremur, non indecens fore arbitrarer: haec fuit ad Bucolicum carmen ordiendum impulſio. Et quoniam imprimis Calpurnii lectione (poſt Virgilium quidem) non tam oblectabamur quam tenebamur, in re noſtra, adoleſcentulorumque rudium judicavimus, haec qualiacumque ſint, *anno vigeſimo ſecundo noſtrae aetatis elucubrata* in vulgus emittere: quae obſervantiae erga te indicium noſtrae, & fidi pignus amoris tibi conſecravimus: utpote cui omnia obnoxia mea mecum ab ineunte aetate voluerim. Nullum enim me ſcias ab te veſtigium abſceſſurum; meaque praecipue (ſi modo ulla erunt) tropaea, tibi eſſe conſtituta: hoc me tua praeclara in Muſicis virtus, ingenium verſatile, animi robur, candor ingenuus, ornamentum ſine deſpectu dignitatis, & decor, & mores tibi debere voluerunt: haec eadem te adeo univerſo Bononienſium coetui commendavere, ut omnium in te convertas oculos praeoccurrentium, & ut dicitur, de ſolari herba tecum circumflectas: Macte fortuna eſto. Diique tibi cuncta univerſaeque domui Bentivoleae, quâ jam coeperunt aurâ ſecundent: ut ſi quando quae tuo ductu commentariola edimus, in detrectatores inciderint, te patrono adverſarios oblocutoreſque amoliantur. Qui tuo ſummoti clypeo in ſua miſeros convertant morſus viſcera, diſcantque tandem capellas errare noſtras non ſine cuſto vigilantiſſimo.

VALE.

# EJUSDEM DIOMEDIS ELEGIACUM CARMEN.

*Vernum tempus erat, cum nox evanida miſcet*
*Et tenebras luci, cum tenebriſque diem.*
*Sydera venturis, coelo diſperſa ſereno,*
*Praebebant curſus abdita ſyderibus.*
*Et croceus duris ſpumabat forte lupatis*
*Aethon, quem frenat diva pudoricolor.*
*Morphea tum varias (ut fama eſt) mille figuras*
*Ludere, & inceſſus, plurima vera loqui,*
*Senſimus irriguo perfundere lumina ſomno:*
*Nam me ſi campos traxit ad Eliſios;*
*Omnia tum bibula quae haerebant dicta priorum*
*Auribus: intento lumina noſtra dabant,*

*Et dulces cantus: variantia prata choreis,*
*Et plauſus tenues percutiente pede.*
*Florida ſilva viget per laetos myrtea campos,*
*Purpuream veſtit non paliurus humum,*
*Sed violae, laſſo pullantque papavera collo,*
*Narciſſus, Caſiae, Lilia, Tymbra, Roſae.*
*Dulcia tinnitus fundunt examina circum,*
*Nec minus interea garrula cantat avis.*
*Hic genus antiquum Bacchi, lectiſſima proles,*
*Carmina Threiciae perſonat apta lyrae.*
*Hic ſemper viridi cum laude inſignis Homerus,*
*Cujus ad exemplar Graecia tota canit.*
*Hic ſua perpetuo qui carmina digna cothurno*
*Solvit, cum terris obtulit arma, virum.*
*Ponticus & Battus, numeroſus Horatius odis,*
*Et junctus Naſo, docte Catulle, tibi.*
*Proximus his aderas blando pater ore Properti,*
*Et quos non modicus ſit numerare labor:*
*Aſt alii proceres, qui Phoebo digna locuti,*
*Circumſtant: vittis excoluere caput.*
*Quiſque pium vatem novit dum carmina cantat,*
*Interpres fidus, ſubſequiturque ſuum.*
*Vendicat Andini hunc ſublimis Muſa Maronis,*
*Hunc qui fraternos ſtruxit in arma rogos.*
*Nec te ſolivagum paſſus peragrare Terenti,*
*Expoſuit vafrum qui tua ſcripta Getam.*
*At ſacer innumeros Domiti luſtrare ſolebas*
*Cui dederat juveni plurima decus.*
*Aureus abſentem tantum quaerebat Aſellus,*
*Et qui Romanos tulerat arte ſales,*
*Hos ſimul aſpiciens divino afflatus honore*
*Optavi meritis talia dona meis.*
*Et quoniam praeſens aderam, ſic intimus arſi,*
*Affari ut poſſem numina ſic propius.*
*Si placet & fas ſit mortalem poſcere tantum,*
*Irrita non veniant nunc mea vota precor.*
*Scilicet huic turbae poſtremum jungere curet*
*Me quis: ſi ſua quis ſcripta notanda putat.*
*Deſpectus fueram, ſenſi, deductaque ad aures*
*Vox ignota quidem eſt, non mihi vana tamen.*
*Quod cupis, O teneris non ſic concedimus annis,*
*Eſt nimis haec humero ſarcina magna tuo.*
*Id fortaſſe dabit paulo mox fortior aetas,*

*Fir.*

*Firmanda eſt ſtabili nunc tua cymba pice.*
*His triſtis greſſus flexi per opaca viarum,*
*Obvius oſtendit nam locus ipſe viam.*
*Nec mora flectentem non me aſpernabilis umbra*
*Detinuit tunicis, arripuitque manum.*
*Et bene quod tentas, nobis jam perfice dixit,*
*Non tu mi cura deſtituendus eris.*
*Jam pridem ſilvas cecini, non ultimus inter*
*Sicelidas Muſas, Caſtalidumque decus.*
*Quod me ne fugias, quis ſit Calpurnius, illos,*
*Qui te deſpiciunt, numina ſancta roga.*
*Dixit & interea porrexerat uſque libellos*
*Suſciperem: ſomno diffugiente levi,*
*Omnia cum ſomno proſtravit lucifer albus;*
*Non fruſtra, at libros ſtrinxerat ipſa manus.*
*Obſtupui, & dixi: non haec ſine numine Divum*
*Eveniunt: caſus ſcribere ſic monuit.*
*Dii faciant poſſim talis modo gentibus ire,*
*Sint frugi ut cunctis ſomnia noſtra bonis.*

## JOANNIS BAPTISTAE PLAUTII.

*Tydides quondam Danaum fortiſſimus heros*
*Non Venerem timuit enſe ferire deam.*
*At tu Romanae cultor celebrande Minervae*
*Invida mordaci pectora figis acu.*
*Invida doctiloquo premis & molimina cantu,*
*Erigis & patriae tertia ſigna tuae.*
*Dum ſacer arcano promis de pectore vatum*
*Pallada. ut immites de nemore Ida feras.*
*Dum tibi Parnaſus credit ſua culmina: & alto*
*Doctus Pierios ſuſcipis ore lacus.*
*Dum exponis lepidum vatem: dum robora: quercus.*
*Et narras dumos, paſcua: rura: boves.*
*Nec non paſtorum teneros deſcribis amores,*
*Qui Veneris ſaevas ſaepe tulere faces.*
*Perge igitur: vetereſque alios à morte poëtas*
*Vendica: & aeternum tandem age profer opus.*
*Quo tua eat totum celeberrima fama per orbem,*
*Quae ſit atris penitus mors truculenta viris.*

## JACOBI PHASANINI.

*Paſtorum mores gracili Calpurnius arte*
*Edocet: huic ſtudeas lector: & invigiles.*
*Si modo Calpurni ritus dignoſcere tentes:*
*Haec Diomedea ſume notata manu:*
*Namque adeo effectus monſtravit & acta Poëtae*
*Diceret ut vivens nil voluiſſe ſecus:*
*Arma hic nempe, ſibi quae jam dedit aurea Glaucus,*
*Dat graviore tibi digna ſupercilio.*

## AUGUSTINI TENCHARII.

*Abſit livor edax: Dentis rabieſque canini,*
*Candidus es quiſquis candida ſcripta legas.*
*Non corvis haec ſunt, niveis ſed oloribus apta.*
*Quae bonus interpres lucidiora facit.*

## JOANNES BAPTISTA PIUS.

Bacchus & Ceres Jovem Adeunt, Rogantes Pacem, Et Paſtoralem, Florente Ut Prius Terra, Quietem.

*Dum quatit Auſoniam Mavors: dum vexat Erinnis,*
*Cornipedique ruit Italis ora pede.*
*Alma Ceres Almuſque Jovem Dionyſus adire*
*Non timuit: donis anxius uſque ſuis.*
*Mi novus, ipſa Ceres, Phaeton, nova fata minatus*
*Clamat: & aetherio nata tonante feror?*
*Hinc rogat & precibus gemitum Semeleius Evan*
*Confundit, calvi ſecla Neronis amans:*
*Et dextram Lycurge tuam. ſic undique turbant*
*Barbaricae Bromii vitea culta manus,*
*Riſit: & arriſu totum permulſit Olympum*
*Juppiter, & laeto numine ſpondet opem.*
*Arva ruit miles: pecuaria diſjicit: inſtat*
*Paſtorum dirimens ocia Martis amor.*
*Promitto vobis, Saturnia ſecula. cycnus*
*Aurea Pierio ſurget in aſtra ſono:*
*Qui ſacra Calpurni veſtigia ſemper adorans*
*Paſtores ſuavi ducet ad arva lyra:*
*Iſmara quos juvet: & magnum veſtire Falernum*

*Viti-*

*Vitibus: & Cereri ſpicea ſerta dare.*
*Dixit & egreſſus Muſae praedulcis alumnus:*
*Qui Diomedaeo pectore nomen habet:*
*Nectareamque lyram tetigit. comitantur Apollo,*
*Pan capripes, ſpicis tempora cincta Ceres.*

# LODOVICUS GHISILARDUS DIOMEDI S. D.

Hominem te durum vel crudelem an potius invidum: qui pulcherrimum opus & evactiſſimum tam diu tenes & intra clauſtra coherces. Quouſque nobis invidebis & blattis indulgebis? Sine per ora virum feratur; & iiſdem, quibus lingua Romana ſpatiis pervagetur. maximam tibi laudem paratum iri non ambigo, & a mortalitate daturum vindicias. Dices ut ſoles, ſi palam proferetur, multos fore, qui vitiligent. quod ſi hoc idem veteres factitaſſent, nos nepotes tanquam ranae Seriphiae muti eſſemus. At illi poſterorum utilitate conſulere maluerunt, quam ſubducti ſupercilii vituperonum garrulitatem ſubterfugere: quam his verbis Varro repercuſſit. eorum ego omnes ſino praeterfluere, quia verae laudie expertes ſunt, & tu ergo ſecurus incumbe remis, da vela ventis, & cum epigrammatario, ſine rumpatur quiſquis rumpitur invidia. Vale.

# DE BUCOLICO CARMINE.

Calpurnii poëtae expoſituri Bucolicum carmen operae precium facturi videbimur ſi quaedam veluti praeluſoria de Bucolico carmine dixerimus. Et quoniam primordia ſemper avide rerum perquirere ſolemus, Bucolici carminis originem ordiemur, quae cum varia ſit, recenſendum eſt, quod ab antiquiſſimis quibuſque ſuper hac re explicatum fuerit. Originem Bucolici carminis (ut ſcribit Donatus,) ſunt qui a Lacedaemoniis paſtoribus emanaſſe dicant, a quibus Dianae primum carmen hoc redditum affirmant, cum eidem deae propter bellum, quod toti Graeciae illo tempore Perſae inferebant, exhiberi per virgines de more ſacra non poſſent. Alii ab Oreſte circa Siciliam vago id genus carminis Dianae redditum loquuntur, per ipſum & paſtores, quo tempore de Scythia cum Pylade fugerat, ſubrepto numinis ſimulacro & lato in faſce ligno rum, unde Faſcelidem Dianam prohibent nuncupatam. apud cujus aras Oreſtes per ſacerdotem ejuſdem numinis Iphigeniam ſororem ſuam a parricidio fuerat expiatus. Alii Apollini Nomio, paſtorali ſcilicet deo, qui tempeſtate Admeti paverat boves. Alii Libero, Nympharum ſcilicet & Satyrorum & idem genus numinum principi. Alii Mercurio Daphnidis patri, paſtorum omnium principi. Alii in honore Panos ſcribi putant peculiariter Paſtoralis dei, item Sileni, Silvani atque Faunorum. Illud tamen probatiſſimum eſt ex Donati ſententia, Bucolicum carmen originem ducere a priſcis temporibus, quibus vita paſtoralis exercita erat: Bucolica autem (ut docet Diomedes) dicuntur poëmata carmine Paſto-

ſtorali compoſita. a quo & talis Bucolici carminis narratur origo: ſcribit enim opinionem eſſe circum pagos & oppida ſolitos ſuiſſe paſtores compoſito carmine precari pecorum & frugum omnium proventum, atque inde in hunc diem manere nomen & ritum Bucolicorum. Dicta vero Bucolica ſunt, ut docet Servius, a cuſtodia bovum, ἀπὸ τῶν βȣκόλων quoniam praecipua apud ruſticos animalia ſunt boves. Nam cum tria ſint paſtorum genera authore Donato, quae dignitatem in Buc. habent, quorum qui minime ſunt αἰπόλοι dicuntur a Graecis; iidem a nobis caprarii; paulo honoratiores qui ποιμένες, id eſt opiliones dicuntur: honeſtiſſimi & maximi βȣκόλοι, quos bubulcos dicimus; unde magis decuit paſtorali carmini nomen imponi, quam ab eo gradu qui apud paſtores excellentiſſimus invenitur? Hoc metri genus, ut ſcribit Diomedes, ſunt qui primum Daphnin compoſuiſſe dicant, in quo floruit Theocritus in ſuo genere admirabilis, ut inquit Quintilianus, quem imitatus eſt Virgilius: unde cecinit.

*Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu:*

Virgilium autem poëta noſter ſecutus eſt, ut pluribus in locis demonſtrabimus: apud Latinos excellentiorem. Non praetereundum Bucolicum carmen eſſe tenue & uſque adeo ab heroico diſtare, ut verſus quoque hujus carminis ſuas quaſdam caeſuras habeant & ſuis diſtinguantur legibus; nam cum tribus probetur metrum, caeſura, ſcanſione, modificatione, non erit Bucolicus verſus, ut inquit Donatus, niſi in quo & pes primus partem orationis abſolverit, & tertius trochaeus fuerit, etiam caeſura & quartus pes Dactilus magiſque ſpondeus partem orationis terminaverit, quintus & ſextus pes ex integris dictionibus fuerit, quod a Theocrito ſervatum teſtatur ipſe, a Virgilio minus: His explicatis intentionem poëtae videamus: Intentio poëtae eſt, ut principem laudet Auguſtum, quem in prima, quarta & ultima praecipue celebravit ecloga; cujus rei diligentiam explicando in quantum potero enitar recenſere. Bonum modo Boni conſula

# DE VITA CALPURNII.

De poëtae vita nullà certa proferri poſſunt, aliqua tamen ex conjectura magis, quam quod authorem habeant certum ex ipſius ſcriptis indicabimus. Siculus fuit ut ex titulo operis eſt judicare; hoc eſt ex inſula Sicilia in confinio Italiae poſita, ex qua & Theocritus Syracuſius. unde apud Virgilium Sicelides Muſae; quare ad imitationem Theocriti fortaſſe Bucolica ſcripſit Latine, ſicut ille Graece ſcripſerat, in quo genere dicendi quantum potuerit vel doctiores judicare poſſunt, mihi quidem & ipſum dicendi genus ſuperare viſus eſt: Modicis fuit parentibus nec minus facultatibus, unde ipſe de ſe dixit, ecloga ultima,

*Nudaque paupertas & adunco fibula morſu*
*Obſuerant.*

Apud Nemeſianum, alterum & Moecenatem, favorabilis admodum, ut per ipſum mendicitatem ſeſe exuiſſe teſtetur, cum inquit ecloga Quarta:

*Certe*

*—— Certe ne fraga rubuſque,*
*Colligerem viridique famem ſolarer bibiſco,*
*Tu facis & tua nos alit indulgentia farre:*

Fratrem habuit minorem natu quem ad mulas ſecum attraxit, qui ſub Amyntae perſona ecloga praedicta alterne canens cum ipſo inducitur poëta. unde dixit

*Haec eandem nobis meditatus frater Amyntas,*
*Quem vicina meis natalibus admovet aetas.*

Sed cum multi ambigant *Calpurnius* an *Calphurnius* legendum ſit & ſcribendum, aſſero ex authoritate Pompeji *Calpurnium* ſcribi debere ſine aflatu, ejus enim ſunt verba, *Calpurnii a Calpo Numae regis filio ſunt oriundi*, ex quo apparet adſpirationem addi non debere. & haec ſunt quae pauca de ejus vita colligere potui.

# M A G N I F I C O
# CHRISTOPHORO POGIO,
## *SECRETARIO ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS*
# JOANNIS BENTIVOLI
## SECUNDI DIGNISSIMO, DIOMEDES GUIDALOTTUS
## B O N O N I E N S I S.

SOLEO ITA Mecum ſemper agere, obſervandiſſime patrone, ut, ſi quid in nobis noverim ingratitudinis, me ipſo nunquam abſolvar judice. Quo fit, ut impenſius gratitudini ſtudeam, nc, ſi aliquando incautius erravero, me ipſum quaſi Terentianus ſenex excruciem, unus tu tamen, ut ſuccumbam, facis & ſubinde clam arguis ingratitudinis. Cujus tanta ſunt erga me merita, ut, etſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar illorum aſſecutus: quod ſi non deterreor haec quam parva ingenti cumulo tuorum opponere beneficiorum, quid poſſe velim magis, quam quid valeam oſtentare contendo: Ut perſpicuum ſit pro viribus adniti, ingenium ne remunerationi non inſerviſſe arguatur; Quamobrem Commentaria, Secundi noſtri fructus in Nemeſianum jampridem tibi debita, nunc tandem abſoluta Domui dicamus tuae. Futura (ni fallor) propenſi erga te amoris documentum ſempiternum, & erga me veſtri: Cui enim potius haec conſecrarim, quam tibi? qui, etſi nullo me devinxeris beneficio, his optimo jure jamdiu manum injeceras. Tum quod & quodam neceſſitudinis vinculo tecum detineor; Tum quod optimus litteratorum omnium fautor, acerrimus defenſor, & ſemper ad virtutem incitator extitiſti.



Digitized by Google

Nec me fallit, ut pro te judicem, immenſi calcar amoris. Nam hoc idem princeps auſit aſſeverare noſter JOANNES BENTIVOLUS SECUNDUS. Qui adeo te magnificit una cum uxore prudentiſſima ſua GINEVERA, ut nihil ſine te cogitet, condat, atque deſtinet. Qui tum denique hilariſſimus videtur, cum tecum loquitur. Aut ſi quando in praedio tuo ejus remittitur animus, amoenis jocis & recitationibus intentus, hoc novere ſimiliter praeſtantiſſimi ejus filii. Hannibal, Antonius Galeaz, Alexander & Hermes, quorum non minus accommodatis voluntati, quam eorum parentis: Vive diu felix, tibi, quicquid poſtules, offerat fortuna, necnon uxori tuae omnium foeminarum praeſtantiſſimae, ut ita diu Muſas tueri poſſitis & fautores eſſe virtutum, utque Joannem filium admirabilis ingenii puerum, ſeu lyram pulſet, ſeu carmina recitet, ad illud celebritatis culmen perducatis, ad quod evadere ſolent, qui quam maxime: Me ipſum, Meaque tibi commendare ſupervacuum videtur: cum hoc ſatis judicem, ſi tuum hoc ſit munus, & tuae partes, quas: quamquam malivolentia & livore impediuntur: Veſtrum erit a detrectatoribus defendere, & liberas reddere. Ne dum exeunt invidos morſus reformident, & latibula magis, quam lucem deſiderare videantur. Vale, & me (quod ſoles) redama.

# VITA NEMESIANI.

VITAE NEMESIANI, UT Diximus etiam in Calpurnio, niſi ex conjectura quaedam dicantur, certi nihil inveni: habuit Principis Auguſti a Calpurnio celebrati aurem mirum in modum facilem, unde dixit Calpurnius aegloga prima:

*Forſitan Auguſtas feret haec Meliboeus ad aures.*

Et hic eſt Nemeſianus ille, cui opuſculum ſuum dicavit Calpurnius quaſi Moecenati altero, & fautori ſuo: huic quantum ille placuerit, ex hoc apparet, quod eum imitari omni nixu conatus eſt. Quare & ſaepius integrum illius carmen interit ſuis: de morte & geſtis ejus divinare potius eſſet, quam veri quicquam adducere, ideo haec relinquimus, quibus fortaſſe notiora fuerunt, neque enim nos tanti facimus, ut omnia ſoli noviſſe arbitremur.

## JOANNES BAPTISTA PLAUTIUS.

*Si quis Ianthеos hac poſſidet urbe liquores:*
*Atque Meduſeos combibit ore lacus:*
*Si quis fatidici decantat grande Maronis*
*Carmen: & argutos ſpargit ad aſtra ſonos:*
*Si quis Pimpleis ſua pectora nutrit in antris:*
*Atque ſuis aptat laurea ſerta comis:*
*Si quis aves ſuavi demulcet carmine: ſi quis*
*Numen habet poſita Gorgone Palladium.*

*Si*

Digitized by Google

*Si quis & antiqui cautus penetralia vatis*
*Intrat: & amiſſum dat ſibi habere decus:*
*Si quis & audacem conſtanti pectore vulgum*
*Spernit: ſordidulas grammaticique manus:*
*Diſpeream, ſi non meus eſt Guidalottus: honorem*
*Nunc merito Phoebus quem putat eſſe ſuum.*

---

# PRAEFATIO EDITIONIS CALPURNII ET NEMESIANI,

## TIGURINAE 1537.

## ADVERTE LECTOR.

*Titus Calpurnius Siculus, & Aurelius Olympius Nemeſianus, Poëtae illuſtres floruerunt, auctore Crinito, Imp. Diocletiano, Numeriano & Conſtantiis. quos ecloga prima Calphurnius per Ornitum commendat: aliud ſomniante Diomede Guidalotto interprete, qui omnia ad Auguſtum referenda cenſet, quaſi ſub Auguſto floruerint, quod tamen aperte non vult fateri. Proinde ſecundum Maronem, qui omnium eſt princeps in hoc ſcribendi genere, Calphurnius & Nemeſianus omnium excellentiſſimi ſunt. Poſt hos vero, qui laudentur, Franciſcus Petrarcha, Johannes Boccacius, Pomponius Gauricus, & Baptiſta Mantuanus, denique Venetus Balbus, & Forolivienſis Fauſtus. Vale.*

In Titulo legebantur hi verſus.

Prata per & virides reparatis frondibus agros;
Per nemus umbriferum, per juga celſa ſimul;
Quid faciat ruris ſtudiis aſſueta colendi
Simplicitas, docet hoc, candide lector, opus.

## OPTIMO AC STUDIOSISSIMO ADOLESCENTI

# LUCAE TURRIGIANO
## ROBERTUS TITIUS
### S. P. D.

Feciſti tu quidem benigne ac perhumaniter, adoleſcens optime, qui nullo meo merito ductus, ſed ipſa duntaxat naturae tuae bonitate perſuaſus eam iſtius egregiae tuae erga me voluntatis ſignificationem praebuiſti, qua ego majorem vix fieri poſſe arbitror. Nam, licet munus ipſum, quo me non ita diu affeciſti, per ſe ingens, ac perhonorificum videri debeat, ſuaviſſimus certe ille ſermo, quo te, reſque tuas omnes meis commodis paratas, atque expoſitas eſſe mihi ſignificaſti, omnem prorſus humanitatem longe ſuperat, quocirca iſthoc inſigni facinore adeo me tibi devinxiſti, ut, quia grati animi teſtificationem aliquam tibi modo praebere nequeo, vitam mihi inſuavem, ac pene acerbam putem: ita enim ſum à natura comparatus, ut unus omnium, aut certe unus ex pluribus moleſtiſſime feram, ſi quando officiis, aut beneficiis a quoquam ſuperer: verum tamen ea potiſſimum ratione me interdum conſolor, quam a prudentiſſimis, ac ſapientiſſimis viris accepi, affirmantibus, magni animi eſſe officii alterius obliviſci, meminiſſe ſui. Ac ſane, ſi te probe novi, haud magnopere ſollicitus eſſe debeo de referenda tibi gratia; id quod tua nimirum ſingularis efficit humanitas; quamquam nulla prorſus ratione id conſequi poſſem, cum laudem hanc ſemper quaeras, ſpem omnem ut adimas grati animi declarandi ei, in quem beneficium collocaris. Atque haec cum ita ſe habeant, non idcirco partes meas obliviſci potui; hoc eſt numquam non cogitare deſtiti, quonam tandem pacto ingrati animi notam penes alios effugere poſſem. Itaque mihi me, meamque omnem ſupellectilem diligenter ac ſedulo excutienti, nil omnino aptius, atque appoſitius, quod nunc tibi mitterem, ſeſe obtulit, quam Commentarius in duos politiſſimos Poëtas ſuperioribus diebus non indiligenter, ut puto, a me confectus. Hujuſmodi autem fere ſunt munera, quae potentes amici à noſtri ordinis hominibus exſpectare poſſunt, ac vero debent. Verba enim pro factis rependere conſuevimus, quae tamen verba ſunt, qui auro, ac gemmis pretioſiora deputant, quorum in numero tu merito collocandus es, Luca Turrigiani, ſiquidem, cum divitiis undique affluas, idque aetatis ſis natus, ut abs te voluptatum illecebras perquiri, quam vir-

Digitized by Google

virtutem ipſam diligenter ac ſtudioſe coli ex aliorum, licet prava, conſuetudine haud omnino dedeceret: ea tamen eſt naturae tuae bonitas, ut illis inutilibus, ac perniciofis avocamentis praetermiſſis ad literarum ſtudia animum appuleris, inque eis adeo profeceris, ut aequales tuos nobiles adoleſcentes longo jam ſuperes intervallo. Nam quod alii tempus ludo, ganeis, aut etiam ſcortationibus impendunt, tu id totum bonis artibus, & ingenuo adoleſcente dignis impertiris. Unde prudentiorum, doctorumque hominum, ac ſpectatae virtutis amorem, ac benevolentiam tibi comparaſti, quorum ſtudio ac praeceptionibus informatus in eum adoleſcentem evaſiſti, qui aequales pauciſſimos, ſuperiorem certe habeas neminem, ut de te nihil non magnum, atque excellens poſt hac ſperare liceat. quocirca, ut aliae cauſſae abeſſent, non fuit mihi diutius quaerendum, cuinam potiſſimum hos meos labores nuncuparem; niſi ſi in eo fortaſſe alicui reprehenſioni affinis eſſe judicabor, quod nimis tenuem rem, atque exilem tibi offerre non ſim veritus: ſed ſic habe: hujusmodi levia in ſerias res nos perducere, atque ad illa, quae maximi ſunt momenti, viam facillimam, & compendiariam ſternere conſueviſſe: praeterquam quod tempori ipſi volui inſervire. Nam, eum jam autumnus appetat, ac tu pulcherrimum tuum ſuburbanum, aut alias etiam villas à majoribus tuis magnificentiſſime conſtructas identidem petere ſoleas, haud omnino alienum videri debet, ſi tibi modo ruſticanti Nemeſiani, & Calphurnii Eclogas legendas praebeo, quas inſuper, ut aliquod meae erga te obſervantiae certius atque expreſſius teſtimonium exſtaret, noſtrorum commentariorum acceſſione libuit exornare. Hos tu Poëtas cum prope fontem aliquem ſub amoeniſſimis arboribus in molli gramine conſederis, quaſi ludens interdum lectitabis, ut ſic à piſeandi, ſive aucupandi, aut etiam venandi labore ceſſans, haud inutili tamen otio te recrees: ego vero eos tibi auctores commendare non debeo, qui ſatis ſuperque ſuo ipſi merito doctorum hominum benevolentiam, & amorem jam diu collegerunt; quamquam hactenus mala omnino gratia iis relata videri poſſit; cum in tenebris, ac ſitu tam diu jacuerint negligentia nimirum dumtaxat typographorum, qui pulchrum à turpi, utile ab inutili, rectum à curvo dignoſcere nequeunt. De mea porro induſtria, quam in hos commentarios adhibui, nihil praeterea dicere habeo, totum enim judicio tuo permitto, cui ſi meum hunc laborem non omnino diſplicuiſſe intellexero, poſthac operam dabo, ut longe majora, ac praeſtantiora à me accipias. Nam tempus illud, quod à juris prudentiae ſtudiis & negotiis familiaribus vacuum mihi relinquitur, libenter in mitioribus diſciplinis conſumere ſoleo. Interim habebis munus, ab homine tui ſtudioſiſſimo concinnatum: quod ſi tuis in eum meritis dignum non videbitur, at erit certe, quale ipſe hoc tempore praeſtare poteſt, id quod penes te perinde valiturum ſpero, ac ſi eunctis eſſet numeris abſolutum.

Vale. Florentia

Kal. Octob. cIↃ IↃxc.

# EPISTOLA
# R. D. HUGOLINI MARTELLI
## EPISCOPI GLANDATENSIS.

In qua loci aliquot horum Poëtarum vel declarantur, vel emendantur.

## HUG. MARTELL.
### Roberto Titio.
### S. P. D.

*Munus mihi a te percommode redditum fuit, Titi mi, neque aliud ſuavius pro tempore, vel magis animo meo ſalutare potuiſſe accidere, comperio. In luctu jacebam, eoque conſternatus luctu eatenus, ut quando me, vel qua ratione ab acerbiſſimo dolore, ac moerore vindicare poſſem, non cernerem. Cariſſimum atque amantiſſimum fratrem nuper amiſeram* CAROLUM, *virum optimum : Heu quem exitum lacbrimarum & ſqualloris in hac vita unquam invenero ? Amores ac deliciae meae omnes uno ictu conciderunt : fratrem amabiliſſimum amiſi : ſed cur fratrem voco, & non potius mei, ſuorumque reliquorum fratrum vere parentem, qui nos cunctos, ac ſingulos, (& vero permulti generis utriuſque fueramus germani) tanquam diligens, providens, & ſtudioſus pater alter (viventibus adhuc optimis parentibus) rexit ille, inſtruxit, adjuvit, atque ad vitae normam, ad quam quiſque deſtinatus erat, cura, ſedulitate, labore, opibus etiam ſuis illexit, impulit, ac prope collocavit? Fuit enim* CAROLUS MARTELLUS *frater, ut in omnes, quos norat, vel quibuscum agere quicquam aut privatim, aut in aliquo publico munere poſceret uſus, ingenio perquam amabili, & fide integerrima, ſic adverſus fratres ac ſorores admirabili, & pluſquam paterna caritate, benevolentia, providentia, liberalitate. Caeterum laudes ejus perſequi hoc loco non eſt animus, tantum te, munuſque gratiſſimum tuum his verbis ornatum, & dilaudatum velim, quo deſiderium meum, tanquam divino, immiſſoque divinitus pharmaco vel abſterſum, vel certe mirum in modum delinitum atque imminutum ſentio. Nam ſtatim atque Neměſianum tuum cum parte Calphurnii (tui enim jure; qui per te reviviſcunt poëtae boni; ejuſque primores verſus legi, de fratris dormitione in Domino bene ominari placuit, in hos autem omnium primos incurrit oculus :*

„ Quem nunc emeritae permenſum tempora vitae
„ Secreti pars orbis habet, mundusque piorum.

*In fratris etenim dulciſſima memoria atque amore defixus animus de fratre Vatem Vaticinatum ſibi perſuaſit : uti quae paulo poſt ſequuntur, fratri Carolo perbelle conve-*

*venire cenſebamus, & laetabamur:*

„ - - - - - plenum tibi ponderis aequi
„ Pectus erat, tu ruricolum diſcernere lites
„ Aſſueras, Varias patiens mulcendo querelas:
„ Sub te juris amor, ſub te reverentia juſti
„ Floruit.

*Haec atque id genus plurima de illo veriſſime pronunciata in ea prima Ecloga, quantopere triſtem animum, moeroreque plane confectum relevarint, explicari vix poteſt? Quid enim lugentibus cariſſimos, & amiciſſimos accidere jocundius poteſt, quam laudes illorum recolere, quae ſi per laudatos viros celebrentur, tum illae demum cum voluptate moeſtitiam temperantes, luctus triſtiſſimi acerbitatem frangunt & mitigant. Itaque, ut dicere inceperam, valde opportunus, ac propemodum neceſſarius mihi tuus libellus allatus eſt, qui praeterquam quod felici, & auſpicata quadam fratris recordatione ex antiqui & nobilis vatis carmine me non mediocriter recreavit, tuis quoque doctiſſimis, ac ſuaviſſimis Commentariis plane exhilaravit. Animus namque ſemper diſcendi & nova percipiendi cupidus, dum tua perluſtrando multa ſibi hactenus incognita docetur, plura jam dudum oblita reminiſcitur, in nonnullis etiam, ut fit, in diverſa abeundo ſubſiſtit paululum, & a luctuoſis tantiſper cogitationibus feriatur; ad ſeſe tamen redit, & ſecum habitare incipit. Verum enim vero in tuis perlegendis, quia tantum levaminis nactus ſum: age, experiamur, num in iiſdem illis tuis meditandis, & perſcrutandis, ſtylo etiam proſequendis, opis tantumdem, & ſolatii, vel etiam aliquanto amplius auferre detur. Ut enim ſcriptio majorem aliquanto intentionem animi, quam lectio requirit, ita ſperandum eſt in ſcribendo multo plus, quam in legendo cunctos ſenſus & univerſam mentem ab aegritudine, & triſtibus cogitatis poſſe averti, & ſi animum intendas acrius, diutiuſque, etiam radicitus evelli. Ergo per ſingula Eidyllia, quae meditabar curſim, annotabo ſigillatim.*

---

# HUGOLINO MARTELLO
## EPISCOPO GLANDATENSI

Salutem dicit

## ROB. TITIUS.

Urget me typographus compendii ſui cauſa mirandum in modum, & de cunctatione aſſidue mecum queritur. Nam ſpem bonam concepit rei ſuae augendae diſtractione exemplariorum ab interitu quaſi quodam vindicatorum Poëtarum: itaque non licet mihi tuis erudititiſſimis literis in praeſentia pluribus reſpondere: ac fiet fortaſſe, ut alias, cum plus otii nactus fuero, ex aſſe tibi ſa-

Digitized by Google

ſatisfaciam. interim viſum mihi eſt è re ſtudioſorum tuam Epiſtolam huic meo operi attexere, quod aequi bonique conſulas velim. Curſim, ac valde properanter haec ſcripſi, cum in officina cum operis typographicis colluctarer. Vale.

---

# JANI VLITII PRAEFATIO IN NEMESIANI ET CALPURNII ECLOGAS.

NONDUM *me poenitet conjecturae, qua, cum ſuper Nemeſiani nomine ad initium Cynegetici praefarer, non illius has* IV. *Eclogas, ſed Calpurnii quoque cum reliquis ſeptem eſſe bariolabar. Praeter enim illas, quae inibi poſitae, rationes, accedit aequalis illa ubique Virgiliani Bucolici imitatio, & expreſſio: tum oeconomia, quamvis ſemper ex aliqua Maronis Ecloga petita, nuſquam tamen eadem: exceptis utriusque Bucolici Eclogis ſecundis, in hoc* DONACE, *in altero* CROTALE *inſcriptis, quae non tantum eundem ordinem, ſed & verba quam multa invicem ſervant & tota commata, imo integros etiam verſus ex altera ſequenti Eclogae* III. *inſeruit Calpurnius. Quod quidem ut unice excipitur, ita plurima exempla in ſummis utriuſque linguae vatibus habet; Homerum & Virgilium dico, ut alios omittam, qui vel eodem libro verſus aliquam multos, ne verbo quidem mutato, vel diverſis quam ſaepiſſime repetunt. Sed, quanquam non temere conjeciſſe videar, ne, quod incertum eſt, nimium ſuper eo contendam, pluribus id urgere ſuperſedebo, ut & ipſi Lectori de eo arbitrandi locus relinquatur. De ordine, quem ſervavi in excerpendis hiſce lectionibus, eſt item quod dicam. In textum recipiendis aliquot emendationibus, non adeo quidem Editionum conſenſum (nam Parmenſis, Aldina, ejuſque ſimia Auguſtana, & Florentina Titii ita inter ſe conſentiunt, ut ovo proguatas eodem jurares) quam vel principem autoritate Romanam, vel emendatiſſimam Pythoei ſecutus ſum: aliquoties etiam meo remigio & judicio per vexatiſſimos ſcopulos veliſicatus ſum. At vero in enotandis editionum variationibus nullam ſepoſui, quae notatu dignum aliquid haberet: ita ut quarundam, ſed maxime Romanae, naevos ſaepe expreſſerim. Barthianam quod attinet, nihil fere in ea deprehendi, in quo à Pythseana matre ſua diſcederet, quod non ab illius incogitantia, & familiari in exſcribendo ſupinitate profectum eſſet. Hoc tamen, quod promiſeram, praeſtiti, ut quicquid ille ſua fide ex Germanica & Tigurina citavit, eadem fide habendum exhiberem*

Google

*rem. MSS. codicum lectiones, quas poſtea in Adverſariis dedit, etſi nunquam ipſe inſpexerit, ſed vel ex Titii commentario, vel à Gebhardo deſcripſerit, minime tamen ſprevi. Iſthaec enim mihi, qui nullum in ſcriptis vidi, tanquam κειμήλια ſunt. Praeter hanc, quam dixi, lectionum enotationem, quam plurima inſuper loca ex Maronis Bucolico, quae verbotenus expreſſa eſſent à noſtris, ſuo quaeque loco applicavi: reliqua, quorum oeconomiam ſervaverant, verbis aliquantum immutatis, obiter indicavi. Caeterum & loca aliquot, ut neceſſe erat, illuſtravi; ſed ita parce & ſtrictim, ut aliorum potius auctorum verbis, quam meis, ſenſum aperirem. Evitavi certe, quod agendum erat hoc compendio, omnem verboſitatem, cum ipſi per ſe auctores adeo plano, &, qui ruſticos decet, inaffectato ſermone agant, ut nihil minus, quam commentarii ubertatem & faſtum ferre poſſe videantur. Virgilius quidem, quanquam palmam unus omnibus per omnia praeripuit, tamen multa in Bucolico ſuo habet, quae remorſos ſaepe ungues, & infinitam illius eruditionem, quam ruſticam ſimplicitatem, magis referant. At noſtri hi longo ab aetate illius intervallo remoti ipſa humilitate ſua primas poſt illum in hac materia nihilominus merentur. Pares ubique inter ſe, & ſimiles ſui, nihil inflatum, nihil turgidum habent: raro etiam ſaeculi ſui inficetiam & barbariem profitentur. Hoc in genere praemonuiſſe ſufficit, ne ad Titii, Martellii, & Barthii ſuperfluos commentarios recurrendum cenſeam, qui vel mole ſua, ut tot ineptiarum cumulos taceam, plus officiunt, quam proſunt. Ad rem, ne quid morer, accedo.*

---

## *AMPLISSIMO VIRO,*

# DN. JACOBO DAVEYNE,

Regio Conſiliario & in Lugdunenſi Provincia Procuratori, in Supremâ Principatus Dombarum Curiâ Procuratori Generali, S. D.

## JUSTUS ZINZERLING, J. U. D.

Scripſerat ad Itinerarium Rutilianum Notas & Animadverſiones ante aliquot annos vir. clariſſ. amicus meus à longo tempore fideliſſimus, THEODORUS SITZMANNUS J. C. nunc in Electorali patriae noſtrae dicaſterio Scabinus: quas roganti mihi jam olim legendas dedit, &, poſtquam publicae rei admotus gravioribus curis urgeri inciperet, ceu rem alteri huic vitae minus convenientem, pro derelicto habitas poſt reprehendere dedignatus, penes me retineri paſſus fuit. Illas promi magis, quam premi dignas non meo ſolum, ſed & eruditiorum, tuo etiam, Vir Ampliſſ. judicio viſas, preſſas hactenus, uti promere cogitarem, locus ipſe, in quo ago, emporium hoc librorum non hodie

ſolum, ſed & ante multa ſecula nobiliſſimum allexit. Eaſdem uti tibi, V. A. inſcriberem, cauſſa non ſimplex impulit. Auctor ipſe carminis, ad quod Notae hae ſcriptae, RUTILIUS veſtras eſt. Cur igitur in Gallia ſuo denuo renato alius magis, quam popularis quis ipſius, à nominis ſui ſplendore lucem ipſi aliquam foeneretur poſthumam? Eque tot aliis talis, qui pariter, atque ipſius olim, cum in exceſſo publicae adminiſtrationis ſolio ſedeat, non dedignetur tamen ad humaniores has Muſas deſcendere, ſerietatemque graviorum negotiorum temperare harum Gratiarum ſuavitate, & lepore? Qui ad Auctoris carmen notavit & animadvertit, quamvis ignotus tibi, nec ipſe indignus eſt, cujus curis nomen praefigatur tuum: quippe quem ſola virtus, ſtudioque à teneris indefeſſo parta eruditio, pridem inter Scaevolas & Papinianos populo de jure reſpondentes collocavit. De me: quid humanitati & benevolentiae tuae debeam, noſti. Qui haut ita pridem, cum te accederem, voti me precumque potentem non ſolum dimittebas, ſed & dehinc animum promptum benevolentiaeque plenum pollicebaris. Cui adfectui tuo, quem nec merito mihi obtuliſti, incivilis ſim, ne gravius quid dicam, ſi quo licet modo, redhoſtire nolim. Ac haberem quidem de meo, quod nomini tuo conſecrando memoris gratique animi ſenſa prodere poſſem, ni meis adfricare hoc vererer, ut luce aliquâ a tuâ luce digna faciam. Alienum igitur hoc (niſi forte, ut abdicatum, meum nunc factum eſt) non ingratiis tamen, ſpero, ejus, cujus, ſi nunc voluntate ipſius propriâ non eſt, olim certe fuit, cumque hoc alieno memet ipſum, quam meus ſum, do, dicoque tibi, & addico. Indulgebis, qua es humanitate, non civi ſolum tuo RUTILIO favorem tuum: ſed & Notarum Animadverſionumque librum, velut orbam parente ſobolem in tutelam tuam recipies, facieſque, ut, cui lucem videre ſemel contigit longum ejus uſurâ per te frui poſſit. Me tandem qui jugi mancipio tuus audire adfecto, quo favore ſemel beaſti, eodem in futurum, ſi mereor, proſequere. B. V. Scrib. Lugd. III. Cal. Decemb. MDCXVI.

---

*AMPLISSIMO VIRO*

# JANO RUTGERSIO,

*Sereniſſimi & Potentiſſimi Sueciae Regis*

## LEGATO ET CONSILIARIO

## CASPAR BARTHIUS.

Rutilium Numatianum aliquot dierum opera a nobis recenſitum, & Animadverſionibus illuſtratum, tibi, RUTGERSI, inſcriptum volumus. Si quis eſt hodie & talium ſtudiorum Arbiter egregius, & hujus Auctoris amans,

mans, cum te eſſe nobis conſtat; quare munus hoc tibi gratum futurum putavimus, & non male nos ſcriptori ipſi conſulturos tibi eum tradendo cum noſtris Notis, qui ipſemet in eo eſſe perhibearis. de caetero tui nos perquam amantes fuiſſe hoc donario teſte ſciat Poſteritas, quam tu quoque optimi ingenii monumentis & devinxiſti tibi hactenus, & porro quoque devincturum in fidem tuam recepiſti, in quo negotio & nos nunc toti equidem ſumus. a. d. XIV. Octobris Anni CIƆ. IƆ CXXII.

---

# AMICE LECTOR.

CITRA ambiges te alloquor, quisquis es litterarum humanitatis ſtudioſus. Ceſſavimus hactenus à publicando quippiam ultra ea ſcripta, quae adoleſcentibus nobis exciderunt, conſilio partim, partim temporum duritate. Nunc objectos clatros perrumpere animus eſt. Eccum Rutilium Numatianum cum novo Commentario, quem ideo primum damus, quia viros praeclaros alibi in eo occupatos ſcimus, quibus hac noſtra opera adeſſe velut evocati volumus. Sequentur deinceps, uti quidem Typographorum comitas erit; Claudianus ad XV. amplius ſcriptos Libros recenſitus, cum Animadverſionibus decuplo auctioribus. Animadverſiones in Galli Confeſſoris Initia Chriſtiana, Phoebadius contra Arianos cum Animadverſionibus, Soliloquiorum Commentarii X. Adverſariorum immenſum opus ad libros LX. in omne genus Auctorum, quale nemo hactenus tentavit, & multi ſane etiam longaevi non effecerint. Origines Hiſpanicae. Pornodidaſcalus Latinus ex Hiſpanico Italico Petri Aretini; Zodiacus Vitae Humanae cum iis, quae Editione priore Claudiani promiſſa ſunt, omnibus. Opus univerſam veram Theologiam complexum. De Fide Salvifica, lib. II. de Conſtantia lib. II. Claudiani Mamerti de ſtatu Animae lib. III. cum Animadverſionibus, item noſtris ejuſdem Argumenti libris totidem. Eucherii & Paciani Paraenetici cum notis noſtris. Hericus de vita Germani cum notis noſtris. Epigrammatum libr. XXX. demtis iis, quae vel obſcoeniora, vel invehentia addidit Tarraeus Hebius. Amphitheatrum Gratiarum, Anacreonte Modimperante, XV. libris omneis Suavitates Latinae Veneris complexum. De Sapientia libri X. prorſus Novi. Suaviludiorum lib X. Opuſculorum Variorum Tomus alter, Aeneas Gazaeus de Reſurrectione Mortuorum cum nova verſione & notis. Aulicus Alcaicus. Commentarius characterum. De dubiis ſcriptoribus lib. X. Cum aliis, quos vel hic nominare ſuperſedeo, ne tantilla aetas noſtra vanitatis ſuſpicionem incurrat. Unum vero inſtar omnium Auguſtinum de Civitate Dei tam bonae frugis commentariis illuſtravimus, ut abſolutum id opus omnibus nos curis mortalibus defunctos nobis perſuadere poſſit; cui ad umbilicum ducendo ut vitae copiam det omnipotens, mecum Lector cordate, orare, puto, ex re tua erit. Interim certa fide tibi ſpondeo, nihil hic nominatum tibi defuturum, & nos ne tertiam quidem partem eo-

rum nominaſſe, quae in adoleſcentia a nobis citra omnem curam conſcripta, exſpectant editionem, ſi ſollertem Typographum nacti fuerimus.

# TESTIMONIA ET ELOGIA DE CL. RUTILIO.

## DE RUTILIO

### EX LIBRIS LILII GREGORII GIRALDI DE POETIS.

Vidi & ego opuſculum elego carmine compoſitum Rutilii Claudii Numatiani Galli, ad Venerium Rufium Hodoeporicon, non indignum, ut legatur. Sunt enim in eo quaedam cognitione non indigna, ſeu Hiſtoriam, ſeu elegantiam petas, ut eſt illud de Stilichone, quod parum ex aliis notum eſt, qui cum contra generum Honorium res novas moliretur, Romae Sibyllinos verſus cremavit. Hi ſunt Rutilii verſus.

*Quo magis eſt facinus diri Stilichonis acerbum,*
*Proditor arcani qui fuit imperii:*
*Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,*
*Crudelis ſummis miſcuit ima furtr.*

Tum paulo poſt;

*Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,*
*Et captiva prius, quam caperetur, erat.*
*Nec tantum Gethicis graſſatus proditor armis,*
*Ante Sibyllinae fata cremavit opis.*
*Odimus Althaeam conſumti funere torris,*
*Niſaeum crimen flere putantur aves,*
*Et Stilicho aeterni fatalia pignera regni,*
*Et plenas voluit praecipitare colus.*

Quibus & aliis carminibus conjicere poſſumus, eum non multum abfuiſſe ab Honorii, & Arcadii Impp. temporibus. Fuit autem ipſe Rutilius, ut eum ex ejus poëmate, tum ex inſcriptione ipſius apparet, Gallus natione, vir conſularis, urbis Praefectus, Tribunus militum, & praefectus praetorio. Imperfectus ipſius itineris alter libellus eſt. Ultra Lunam enim urbem, quae a me viſa ſunt, exemplaria non procedunt.

De

## De eodem Honuphrii Panvinii.

De Rutilio Numatiano Poëta non inelegante, immo pro temporum conditione erudito, haud ſane multa habeo, quae dicam, cum nemo, neque qui ex antiquis, neque qui ex recentioribus de Poëtis Latinis ſcripſerunt, ne verbum quidem de illo faciant, quaedam, quae ex ejusdem duobus itinerariis, de quibus nunc dicere inſtitui, quantum ad ejus vitam attinet, excipiam. Ipſe natus eſt in Galliis, quod & index libri, & hi verſus Itinerarii primi indicant, in quibus de ſe ipſo loquitur:

*At mea dilectis fortuna revellitur oris,*
*Indigenamque ſuum Gallica rura vocant.*

Cum autem per ea tempora Civitatis Romanae privilegia per totum Romanum orbem ſeſe extenderent, cui diu antea jus civium Romanorum ab Imperatoribus datum fuerat, ut his verſibus docet:

*Religioſa patet peregrinae curia laudi,*
*Nec putat externos, quos decet eſſe ſuos.*

Ipſe omnibus fere dignitatibus ab Imperatore Honorio Auguſto, ſub quo vixit, exornatus fuit, Patrem quoque habuit, qui Tuſciae conſularem egit. Ita enim, qui ei provinciae praeſidebat, appellabatur, quod ipſe his verſibus, ubi de Piſarum urbe loquitur, ſic refert;

*Elide deductas ſuſcepit Etruria Piſas,*
*Nominis indicio teſtificata genus,*
*Hic oblata mihi ſancti genitoris imago,*
*Piſani proprio quam poſuere foro.*
*Laudibus amiſſi cogor lacrimare parentis,*
*Fluxerunt madidis gaudia moeſta genis.*
*Namque pater quondam Tyrrhenis praefuit arvis,*
*Faſcibus & ſenis credita jura dedit.*

Ipſe etiam, ut ex libri ejus praeſcriptione liquet, Tribunus militum, Conſul, (ſuffectum intelligas) Praefectus Praetorio & urbi fuit. De anno vero, in quo urbis praefecturam adminiſtravit, qui fuit conditae ∞clxix. Chriſti vero CDXVII. Honorio Auguſto xi. & Fl. Conſtantio V. C. II. Coſſ. ſic mentionem facit;

*Quamvis ſedecies denis, & mille peractis,*
*Annus praeterea jam tibi nonus eat.*

Succeſſorem in Praefectura urbana habuit Venerium Rufium, ad quem hunc duorum itinerariorum librum conſcripſit, ut ipſe indicat his verſibus;

*Laetior hic noſtras crebreſcit fama per aures,*
*Conſilium Romam pene redire fuit.*
*Hic praefecturam ſacrae cognoſcimus urbis*
*Delatam meritis, dulcis amice, tuis.*
*Optarem verum complecti carmine nomen,*



Digitized by Google

*Sed quoſdam refugit regula dura pedes.*
*Cognomen verſu Veneris cariſſime Rufi:*
*Illo te dudum pagina noſtra canit.*

Quo tempore Stilichonis perfidiâ Imperium Occidentale a Barbaris, & praecipue Italia a Gothis, & Gallia a Francis, & Burgundionibus vexabatur, quos ipſe evocaverat, cum inſidias Imp. Honorio Auguſto adſtrueret, filioque ſuo Eucherio imperium comparare ſtuderet, quod his verſibus elegantiſſime Rutilius deplorat, ubi de Apennino loquitur;

*Jam tum multiplici meruit munimine cingi,*
*Sollicitosque habuit Roma futura Deos.*
*Quo magis eſt facinus diri Stilichonis acerbum,*
*Proditor arcani qui fuit Imperii.*
*Romano generi dum nititur eſſe ſuperſtes,*
*Crudelis ſummis miſcuit ima furor:*
*Dumque timet, quidquid ſe fecerat ipſe timeri,*
*Immiſit Latiae barbara tela neci.*
*Viſceribus nudis armatum condidit hoſtem,*
*Illatae cladis liberiore dolo.*
*Ipſa ſatellitibus pellitis Roma patebat,*
*Et captiva prius, quam caperetur, erat.*
*Nec tantum Gethicis graſſatus proditor armis,*
*Ante Sibyllinae fata cremavit opis.*

Hic cum poſt expletum praefecturae tempus ex urbe in Galliam ad avitos agros reverteretur, & exinde Romam rediret, multorum Veterum, ut Julii Caeſaris, qui Hiſpanienſe, Trajani Imper. qui Dacicum, Alexandri Severi Auguſti, qui Perſicum, Horatii Poëtae, qui Brunduſinum, Ovidii, qui Mileſium, Firmiani, qui Africanum itinera ſcripſerunt, itineraria & ipſe duo compoſuit, alterum de itu ex urbe in Galliam, alterum vero de reditu ex Gallia Romam, quos idcirco ſic appoſui, quod praeter multa loca ſcitu digna, quae in utriſque itineribus accurate, & egregie deſcripſit, urbem quoque Romam, quam hoc libro illuſtrandam & ego ſuſcepi, itinere primo, ita ſcite, ornate, elaborate, vere & prudenter elegantiſſimo eruditiſſimoque encomio celebrarit, ut nihil ab horum temporum ſcriptore elaboratius, & ornatius fieri poſſe exiſtimem, incipit autem:

*Exaudi Regina tui pulcherrima mundi,*
*Inter ſidereos Roma recepta polos.*

Porro autem ex his duobus itinerariis prius perfectum eſt. Poſterioris finis deſideratur. Liber admodum elegans, quamquam parvus, certe ob variarum rerum cognitionem, quibus refertus eſt, dignus admodum mihi videtur eſſe, ut in hominum manibus aſſiduâ lectione verſetur, indignusque, quod tamdiu in tenebris delituerit. Nam etſi multis annis antea ſemel excuſus fuerit, paulatim tamen omnis ejus memoria oblivioni ita tradita erat, perinde ac ſi numquam fuiſſet; cum autem & multis librariorum vitio obortis erroribus ſublatis, emendatum,

Digitized by Google

tum, & aliquot verſibus, qui in vulgato deerant, locupletatum Gabrielis Faërni viri optimi & doctiſſimi, Poëtarumque omnium noſtro ſaeculo celeberrimi operâ denuo in lucem dare decrevi, non tam ipſius Numatiani immortalitati, quam antiquitati, ſtudioſorum utilitati, & commodis conſulturus.

## Voſſius de Hiſtor. Latin. L. II. c. 15.

Ad haec etiam tempora pertinet CLAUDIUS RUTILIUS, ſive Rutilius Claudius Numatianus Gallus, qui ὁδοιπορικὸν ſive Itinerarium ſcripſit libris duobus. Sed poſterioris libri pars melior deperiit. Fuit vir conſularis, praefectorius Urbis, tribunus militum, & praetorio praefectus. Dignitatum earum meminit ipſe his verbis:

*Si non diſplicui, regerem cum JURA Quirini,*
*Si colui Sanctos, CONSULUIQUE patres:*
*(Nam quod nulla meum ſtrinxerunt crimina ferrum,*
*Non ſit PRAEFECTI gloria, ſed populi.)*
*Sive datur*, &c. Et poſt multa;
*Officiis regerem cum regia tecta magiſter,*
*Armigerasque pii principis excubias.*

Dedicavit poëma ſuum Venerio Rufio. Quia vero carmen heroïcum reſpuit Venerii nomen, ut in quo tres primae ſint correptae: eo maluit hoc pacto ejus indicium facere

*Optarem verum complecti carmine nomen,*
*Sed quosdam refugit regula dura pedes.*
*Cognomen verſu, VENERI cariſſime RUFI,*
*Illo te dudum pagina noſtra canit.*

Ubi *Veneri* & vocandi caſus eſſe poteſt a recto *Venerius*, ut *Virgili* eſt a *Virgilius*, & dandi caſus a recto *Venus*, ut Rufius divae Veneri cariſſimus dicatur. Perperam autem, qui *Rufius* eſt, a quibusdam *Rufus* vocatur: quod allatus verſus indicat, atque item iſte.

*Rufius Albini gloria viva patris.*

Cujas ille Rufius fuerit, & quos geſſerit honores, oſtendunt ea, quae Rutilius continuo ſubjungit. Scriptum eſt hoc poëma poſt caedem Stiliconis, ac Romam ab Alarico Gotho captam. Quod ſatis ex poſterioris libri reliquiis cognoſcitur. In eo carmine ſitum locorum attentius conſideranti verſus quosdam loco ſuo trajectos eſſe, non erit obſcurum. Carmen eſt elegans, etiam ſupra aetatem, qua Poëta vixit. Sed in quo, jure optimo, culpes iniquum, ac plane virulentum animum tum erga Chriſtianos, imprimis monachos Capr[illegible], & Gorgoniae inſulae: tum Judaeos, quorum Sabbatha homini, in pietatis ac religionis negotio, plane coeco, videntur eſſe

*—— laſſati mollis imago Dei.*

Idem

## Idem lib. III. P. IV. cap. 2.

Ejuſdem temporis Poëtis, ac ſimul iis, qui deſcriberent terrarum ſitum, meruit accenſeri RUTILIUS CLAUDIUS NUMATIANUS (niſi malis Munatianus) Gallus, vir ſumma dignitate: quippe conſularis. praefectorius Urbis, tribunus militum, & praefectus praetorio. Anno Romae conditae CIↃ CLXIX praefecturam urbis adminiſtravit, ut indicat ipſe, his verſibus Romam compellans:

*Quamvis, ſedecies denis & mille peractis,*
*Annus praeterea jam tibi nonus eat.*

Is annus eſt Chriſti CCCCXVII. quo Honorius Aug. XI. & Fl. Conſtantius V. C. II. Coſſ. fuere. Hic de ſuo itinere carmine elegiaco panxit libros II. ad Venerium Rufium (Al. Rufinum, ſed perperam). Vulgo opus hoc *Itinerarium* appellant: at fortaſſe auctor potius *de reditu* inſcripſerat. Sua aetate eum in Coenobio quodam ad Bobium, Italiae oppidum, inventum eſſe, ait Volaterranus. Vidit etiam Jovianus Pontanus, qui & hoſce verſus laudat ex initio lib. II.

*Intervalla viae feſſis praeſtare videtur,*
*Qui notat inſcriptus millia multa lapis.*

Semel duntaxat ante excuſum, denuo, ſed a Gabriele Faërno emendatum edidit, ſuisque Reip. Romanae Commentariis inſeruit Onuphrius Panvinus. Hinc cum variantibus lectionibus, quibus loca quaedam emendarentur Antonini Itinerario in Baſileenſi editione addidit Joſias Simlerus an. 1575. Poſtea Romae caſtigatior prodiit operâ Joſephi Caſtalionis. Poëta eſt diſertus ac argutus, & pro ea aetate valde elegans, ac venuſtus: ſed male ſentiens de Judaeis, ac Chriſtianis, monachis imprimis. Quid mirum in homine gentili?

## Voſſius de Poëtis Latinis cap. IV.

Honorii jam aetate, poſt Stiliconis caedem & Romam ab Alaricho captam, quod fuit anno Chr. CCCX. fuit Rutilius Claudius Numatianus Gallus, cujus habemus Itinerarium carmine eleganter perſcriptum, ſed odium ſpirans religionis Judaicae ac Chriſtianae. Obſervat vero Pithoeus *ex ordine navigationis, & itinere, videri quaedam in eo confuſa ac tranſpoſita.* Plura de eo lib. II. de Hiſtor. Latin. C. XV.

## Barth. Adverſar. lib. VI. cap. 12.

Sed & ipſamet urbs cum ſuo Genio inter coeleſtia numina dedicata erat. Cujus cultus & pictura a viris doctiſſimis dudum enarrati ſunt, & verſibus illuſtravit Claudianus. Rutilium Numatianum ea in re diſcipulum habens, qui ad verbum ejus carmina Heroïca Elegis non invenuſtis deſcripſit.

Ad-

Digitized by Google

Adverſ. lib. XV. cap. 22.

Sic venuſtus cultusque ultimi aevi Poëta Rutilius in laudibus Meſſalae tam celebris, quas non ſine recordatione lectae hujus Elegiae ſcripſiſſe videtur.

---

*PRUDENTISSIMO CIVITATIS ISNENSIS SENATUI*

# GABRIEL HUMELBERGIUS RAVENSPURGENSIS, MEDICUS S. D.

Quintum Serenum de Morborum remediis pridem a me caſtigatum, & commentario expoſitum calchographorum typis excudendum daturus, ſummopere convenire mihi viſum eſt, ut alicujus auſpicio in hominum manus exiret. Cogitanti autem cui tam nobilis medicus potius dicaretur, quam prudentiae veſtrae, Viri Conſultiſſimi, melius ſe non offerebat conſilium, idque multis etiam nominibus: & in primis quidem, tum quo veſtro munitus patrocinio tutior in lucem prodiret, & ita legentibus commendatior redderetur, tum ut pro bene meritis hucusque in me collatis gratiam aliquam referrem, & benevolam erga me voluntatem veſtram & animum, licet alias pronum & perpromptum, plus mihi demererer. Hunc autem cum locis aliquot ſubobſcurior, & non omnibus adeo patens & pervius videretur, operae pretium duxi interpretandum & commentario illuſtrandum, quo legentibus, non quidem eruditis & doctis, ſed rudioribus tantum conſulerem, & faciliorem dictorum intelligentiam traderem, ut, ſi quando ipſos corporali aliqua infirmitate moleſtari contingeret, haberent, quo facilius ſibi conſulere, & ſalutaria ad morbos amoliendos, ſanitatemque deperditam recuperandam promptius deſumere poſſent medicamenta. Quod medicinae, quae caeteris artibus omnibus praeſtat, teſtante Hippocrate, officium eſt praecipuum. Haec enim munere ſuo fungens, vel incolumia corpora, ne in morbos incidant, praecavet atque praeſervat, ſanitatem, quoad poteſt, tuendo & conſervando, vel quae pars eſt potior, in deterius jam lapſa & aegrotantia morbisque victa, ipſos propulſando eliminandoque priſtino vigori & ſanitati reſtituit, ceu breviuſcule hoc diſticho expreſſimus,

*Quam deus ipſe dedit medicam mortalibus artem,*
*Aegrotos ſanat, ſervat & incolumes.*

Harum itaque alteram, & maxime quae morbis amoliendis operam ſuam delegat, praeſenti carmine tum docto & eleganti, tum mortalibus maxime utili, tradit & edocet nos Serenus, vir multae ac variae eruditionis & doctrinae, cujus mentionem facit Macrobius lib. III. Saturnalium, dum ait: *Nam repperi in lib. v. reconditorum* SAMMONICI SERENI *utrumque carmen, quod ille ſe in cujusdam Furii vetuſtiſſimo libro repperiſſe profeſſus eſt.* Hunc Terentianus egregium ac nobilem facit Poëtam, & quidem Lyricum, inter quos etiam divus Hieronymus eum connumerat, dum ad Paulinum ita ſcribit: *David Simonides noſter, Pindarus & Alcaeus, Flaccusque, Catullus &* SERENUS, *Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio ab inferis ſuſcitat reſurgentem.* Hujus, quae plurima conſcripſit, opuſcula citant pluribus in locis multi, ceu Nonius Marcellus, Marcianus Capella, & alii. Fuit autem Gordiani junioris praeceptor, illumque uſque adeo dilexit, ut bibliothecam illi ſuam duum & ſexaginta millium voluminum teſtamento legaverit, uti traditur ab Aelio Spartano, qui etiam inter alia, ubi de Caracallae truculentia ſcribit, ſic infit. *Occiſi ſunt & in balneis plures, & in coenis, inter quos* SAMMONICUS SERENUS, *cujus libri plurimi ad doctrinam exſtant.* Supereſt hodie carmen hoc de morborum remediis. SERENUM itaque a tam multis, tum doctis, tum piis atque ſummis laudatum viris, una cum commentariis noſtris in honorem veſtrum & commodum prodeuntem benigna fronte, ſerenoque vultu atque animo candido ſynceroque ſuſcipite, & a Zoilis ipſis ac Invidorum impetu, linguiſque virulentis defendite. Veſtro enim patrocinio muniti prodibunt tutiores, ſi modo a talibus tutum quid eſſe poteſt. Diu valeat, vivatque prudentia veſtra, viri optimi. Ex Muſaeo noſtro Iſinae veſtrae; Pridie Idus Aprilis An. M.D.XL.

# CASPARI WOLPHII,
## TIGURINI MEDICI
## AD
# LECTOREM EPISTOLA.

*Quanta fuerit Conradi Geſneri noſtri, optime Lector, in veterum ſcriptorum, cujuſcumque argumenti, libris illuſtrandis reſtituendiſque in integrum, cura & anxia quaedam diligentia, teſtantur non modo operoſi ejus, qui exſtant, labores: verum etiam adhuc plurima, quae in noſtra Bibliotheca, vel ſui ipſius, vel aliorum obſervatione in Theophraſtum, Dioſcoridem, Athenaeum, Nicandrum, Sibyllinorum Ora-*

Digitized by Google

*Oraculorum libros, Plinium, Celſum, alioſque veteres ſcriptores collecta, ut per occaſionem aliquando, ſuo nitori, vel per me ipſum, vel per alios forte reſtituti, publice exſtent, reſervantur. Hoc ſtudium, haecque ejus ſedulitas, cum a Viris Doctis, prout par erat, & admiraretur, & probaretur, ſinguli penè conatum, animique propenſionem, undecumque quaeſita occaſione, omnibus modis juvare & promovere contenderunt. Hac ipſa de cauſa, puto, factum eſt, ut etiam Vir Clariſſimus Joh. Sambucus, quas habebat ſibi in Q. Serenum collectas & conquiſitas, ex veteri quodam manuſcripto exemplari, quod in Galliis alicubi ſervari dicitur, emendationes & correctiones, candide & liberali munificentia ultro ei obtulerit & communicarit. Ac pro ea quidem, qua tunc erga Geſnerum olim, tum vero ipſam medicam artem juvandam etiamnum propendet voluntate & ſtudio, meritas tanto Viro omnes gratias debemus. Has autem, quas dixi, Emendationes, quum ad illuſtrandam antiquitatem & veteris Poëtae reſtitutionem egregie facere videantur: rogante & flagitante Typographo noſtro, ne perpetuo deliteſcerent, haud difficulter ex mea, quae illius fuerat, Bibliotheca depromſi, & una cum Humelbergii copioſis & doctis commentariis in lucem dedi: idque tum Pythagoreorum, qui omnia communia arbitrantur, imitatione, privata mea ut imminuerem, augerem publica: tum vero ut & Medicinae, ipſiusque adeo antiquitatis ſtudioſis, & ipſi denique Typographo ſingulari amico, gratificarer. Et licet videantur in his nonnulla perperam emendata, & transſcribentis culpa irrepſiſſe, nolui tamen ea praetermittere, ut aliis diligentius examinandi relinquerem occaſionem. Interea vero, dum hujusmodi correctiones, ſuis quasque locis ſtudioſe apto, ac ipſius auctoris, in attribuendis rebus Epithetis miram induſtriam, ingeniique vim animadverto, ſingula obiter, quae morbis, plantis, animalibus, reliquisque rebus, ingenioſe, naturam rerum affabre his exprimendo adfixit, in indices quaſi locos communes diſtribui, & huic operi ceu non injucundum additamentum, adjeci. Et ſane hic auctor, ut plerique alii priſcorum operum ſcriptores, non omnino indignus, in quem, quod quiſque poteſt, conferat: partim quidem, ut vetuſtas, quae nil umquam ſine prudente fecit ratione, rediviva floreat ac illuſtretur, partim vero ut tum Medica ars, tum ipſi etiam Medici, quorum fidei, vitam valetudinemque, rem quidem omnium maximam, chariſſimam & in primis habendam ipſi concredimus, magis magisque exornetur, valetudo praeſens conſervetur, reparetur amiſſa. Nec quemquam moveat tenue illud ac humile, quo uſus eſt, dicendi genus: ipſa materia, hoc eſt argumentum, quod tractat, & ſcopus ſive intentio, nullum orationis ſplendorem aut ornatum, nullam verbis phaleratis tinctam, aut rhetoricis figuris inſtructam orationem requirebant. Vulgo enim notum eſt, non eloquentia aut limato dicendi genere morbos, ſed rerum cognitione & remediis ab experientia petitis, curari. Accerſitus orationis cultus, & anxius verborum delectus, Rhetoribus relinquendus: uſitatis in arte noſtra vocabulis, accommodatis rebus, notisque, non dubiis, obſcuris aut incertis utendum. Veteres, ut teſtis eſt Galenus, & exquiſitam illam & ſcrupuloſam in nominibus obſervandis curioſitatem non noverant: ſatis illis fuit, ſi in tradendis rebus ſolam id ſpectarent, ut ab audientibus intelligerentur. Quod ſi vero in hoc Poëmate praeterea offenderis quaedam, quae ſincerius caſtiusque explicari vel debuiſſent vel potuiſſent, exemplarium depravationi adſcri-*

*benda memineris. Utitur autem, ut Scaliger Artis Poëticae ſexto ſcribit, vocibus valde bonis, ut* Porrigo, Obſcedo: *& Poëticis, ut* Saneſcere: *auſus eſt praeterea, inquit, componere,* dulcacidis: *pauciſſimis vero figuris. In univerſum vero ſpectandum, quod in hoc opere,* ἐμπειρίᾳ *ſimul & ratione experta medicamenta proponuntur, quorum utrumque ipſe his affirmat verſibus.*

At nos pauperibus praecepta feramus amica;

&,

Quin age & e tenui certam cognoſce ſalutem.

*& rurſus,*

—— —— Deus haec mihi certa probavit.

*Hinc omnino conſtat, vere de ſua gente Ciceronem ſenſiſſe; Latinos nimirum omnia quam Graeci aut melius inveniſſe, aut ſaltem ab iisdem accepta meliora fuiſſe. Vixit hic auctor, ut hiſtoriae perhibent, circa annum ſalutis* 237. *& ab Urbe condita* 989. *tanta nominis celebritate, doctrinaeque exiſtimatione, ut Gordiano, Gordiani Caeſaris filio, paedagogus additus, uſque adeo liberaliter eum in literis & moribus inſtituerit, ut non multo poſt parentis honoribus aemulus, ad eundem dignitatis atque honoris gradum, ſummo civium applauſu, fuerit evectus. His itaque, aliisque, quae antiquitus quaſi per manus tradita accipimus, ſi integra & incorrupta ad nos fuerint devoluta, ad uſum publicum grata auctorum memoria fruamur: Sin vero lacera vetuſtate aut temporum injuria labefactata ſint, erga hos ipſos, qui aliquid in his reſtituendis operae ponunt, aut aliorum conatum juvant, benevoli & grati ut ſimus, ipſa humanitatis ratio perſuadet. Vale.*

---

# *ILLUSTRI AC AMPLISSIMO VIRO,*

# D. CORNELIO DE GRAEF,

## ZUIDPOLSBROECKII TOPARCHAE. AUGUSTISS. AMSTELODAMENSIUM REIPUBLICAE CONSULI, SOCIETATIS INDIAE ORIENTALIS PRAEFECTO. PUBLICI GYMNASII CURATORI.

Quemadmodum naturales quaedam imperiorum metae ſunt & converſiones, Vir Ampliſſime; quae cum ſingulis fere ſeculis immutantur; ita literarum etiam ac liberalium artium connexae periodi ſunt, nec in eodem ſtatu florentiſſimae perdurant. Aetas enim omnis ut exitium & calamitatem ſuam ſibi ipſa parit, ita raro ſubinde ſecum deponit, ſed ad poſteritatem tranſmittit, ſive fato quodam, ſive detrimento ſcientiarum. Medicinam, ne longius digrediar, intuere. Quae quo altius à primis inventoribus ſuis & cultoribus receſſit,

ceſſit, eo magis dignitatem & excellentiam ſuam amiſit. Ex quo enim pro ſcientiâ opinio, pro veritate fraudes, alia vitia pro virtutibus invaluerunt; ejus artis omnium ante clariſſimae quaedam quaſi caligo ſuborta fuit, quae temeritatem & errorem ſecum induxit. Sic ipſa Ratio primum cum judicio velut obumbrata fuit, & certiſſima medicinae praeſidia ſplendorem & veritatem ſuam exuerunt. Abjectis valetudinis conſervandae magiſtris, ſolo nomine fuerunt, qui ad hiſtrionum exempla, perſonam agerent, & prae ſanitate curandâ magis ambitionem & lucri ſtrepitum aucuparentur. Exinde factum eſt, è civitate propter ignominiam expulſos fuiſſe medicos, & ſexcentos amplius annos ſine Medicis Romam floruiſſe. Vidit aetas aliqua, periculoſum reipublicae fuiſſe, valetudinem humanam iis artibus recuperaſſe. Superſtitionem enim ad inſaniam amabant, & magico prodigio magis, quam arte medebantur. Adeo quidem extra naturam ſuam illa ſcientiarum omnium Regina corrupta fuerat, ut fraude magis affectata, quam virtute ſuâ genuina videretur. Loquuntur illud tot obvia veterum medicorum exempla, qui naturalem paſſim & ſuperſtitioſam medicinam confuderunt. Alexandrum Trallianum, Aëtium, Aeginetam, Actuarium, caeteros omitto, qui Graecorum elogio cenſentur. Ipſi Latini ſunt, qui tacenda magis, quam revelanda chartis ſuis illevêre. Plinius Secundus, Marcellus Empiricus, Serenus Samonicus, luculenta nomina ſunt; quorum nefandae curae remedia, inter Principum Medicorum monumenta adhuc ſpectanda ſuperſunt.

Ne dubites, Vir Illuſtris, SERENUM Tibi ſiſto SAMONICUM; qui quicquid à ratione vel experientiâ ad eam Artem ſaluberrimis praeceptis deſcribendam contulit, eodem quandoque ſuperſtitionis genere deformavit. Antonini Caracallae imperio, quo tempore tot occultis magorum remediis infecta Roma erat, medicinam ſuam exercuit. Oppreſſa malis ejuſmodi reſpublica vix pene ſuppliciis compeſci potuit & à perſuaſionibus ſuis revocari. Ignota verborum miracula pro naturae remediis adhibebantur. Ligaturae, ſortilegia, characteres, obſcura rerum vocabula pro conſiliis erant. Vivebat tum temporis hic Autor noſter, qui breviſſimo ſcriptionis compendio utramque curam commiſcuit. Nemo tamen adeo infans rerum eſt, ut eâ de cauſâ adſpernandum illum putaverit. Aliunde enim corporis humani valetudinem, aliunde animi delectationem peti debere exiſtimamus. Quam eleganter vero univerſam membrorum ſeriem ad medicinae methodum diſpoſuit? Quam jucunde de remediis alibi naturalibus, alibi prodigioſis agit, quae nonnunquam ut vana, vel anilia commenta perſtringit? Veterum autorum, Plauti, Lucretii, Livii, Plinii, caeterorum exempla & teſtimonia paſſim interſerit, & eruditiſſimorum hominum autoritatem commendat. Cepit ille nuper animum & induſtriam meam, cum privatis adhuc ſtudiis in Gelria diſtentus, de publica literarum cura vel utilitate demereri conarer. Ex quo enim Perilluſtrium ac Prudentiſſimorum hujus Gymnaſii Curatorum incomparabili beneficio, Tuo imprimis, Vir Ampliſſime, humaniſſimo conſenſu, ad hiſtoriam Romanam publice profitendam evocatus ſum; duo potiſſimum mei muneris exiſtimabam fore, ut



Digitized by Google

eloquentiâ ſimul ac ſcriptione prodeſſem. Intempeſtivum fortaſſe quidam illud, vel arrogantiae meae, vel nimiae fiduciae imputabunt. A quibus tamen ambitionis generibus quam longiſſime abſum. Officii mei fuiſſe, nec iſti Scriptori lucem, nec illuſtri Tuo nomini obſervantiam denegare; boni, quotquot eruditi ſuperſunt, omnes fatebuntur. Proinde geminotſimul affectu prodeſſe volui, & induſtriam & obſequium meum experiri. Sic ut non illis humani generis oſtentationibus hanc in me provinciam arripiam, ſed animi mei neceſſario impulſu, cui nihil adhuc defuiſſe ſignificem, praeter remunerandi facultatem. Equidem lubens fateri debeo, majoris quid operis beneficiis Tuis repraeſentari debuiſſe. Sed ut Graeculi iſtius Auguſto Caeſari denarium donantis mea verba faciam, 'Ου κατὰ τύχην τὴν σὴν, Σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν. *Non eſt quidem juxta fortunam tuam*, *Auguſte*, *ſi plus haberem*, *plus darem.* Debui Tuis etiam infinitis in Rempublicam hanc meritis, debui ſummis virtutibus, quibus felicitatem ac incrementa ſua continua debet Urbium Regina, & orbis univerſa civitas: Loquuntur id mecum tot egregia paſſim civium tuorum ora, quorum amorem, unum & inexpugnabile munimentum jam dudum demeruiſti. Ut nihil jam de Proavis Tuis hic dicam, id unum addidiſſe ſuffecerit, divam eorum memoriam aeternis omnium bonorum animis inſcriptam aſſervari. Vale diu, Vir Ampliſſime, Patriae Tuae, Civium ac Eruditorum bono, omnium exemplo; & in ſpe generis Tui, Paribus Filiis, renaſcere; quibus jam gloriari poteris, quod olim ad Latinum Alcimum Alethium Auſonius ſcripſit, Morum Tuorum, decoris & facundiae Te formam dediſſe. Praeter votum hoc nihil habeo. Ex muſeo meo, ad Amſtelam MDCLXII; prid. Calend. Majas.

*Illuſtri Tuo nomini*

*Dicatiſſimus*

ROBERTUS KEUCHENIUS. S. F.

---

*CLARISSIMO AC CONSULTISSIMO VIRO*

# ROBERTO KEUCHENIO JCTO

# Q. SERENI SAMONICI

Praecepta Medica feliciter reſtituenti.

*Impulit innumeros rerum mirabilis ordo*
*Naturae abſtruſas enucleare vias.*

*At.*

*Attamen in multis manet occultata, nec illam*
*Qua patet, in clara luce videre licet.*
*Quae nebulae veterum mentes tenuere, per orbem*
*Sparſae, poſtgenitos implicuere novis.*
*Ingenioſa quidem fingit natura ſtupendo*
*Corporis humani membra venuſta modo.*
*At varios caſus, morbique tot agmina, natis,*
*Obvia corporibus, quis numerare queat?*
*Huic inventa malo Medicina levamina praebet.*
*Saepe tamen Medica plus valet arte malum.*
*Maxima debetur merces Doctoribus iſtis,*
*Qui facili morbos arte levare ſtudent.*
*Floruit hos inter priſco* SAMONICUS *aevo,*
*Praeſcribens tenui dogma ſalubre libro.*
*Hunc ut commodius diſcentis cura teneret,*
*Divitis ingenii carmine pandit opes.*
*In tenebris jacuere diu, mendiſque ſcatebant*
*Scripta, quibus morbos prompta medela fuget.*
*Pharmaca corporibus ſcripſit* SAMONICUS *aegris;*
*Ipſe tamen medica ſcriptor egebat ope.*
*Hoc animadvertens calido KEUCHENIUS auſu*
*Auxiliatrices admovet ipſe manus.*
*Eruit è coeno vigili ſudore libellum,*
*Et facit, ut cultu ſplendidiore micet.*
*Non minor huic igitur debetur gloria, quam ſi*
*Ipſemet hoc primus compoſuiſſet opus.*

## ALIUD EJUSDEM.

*Sereniori nunc* SERENI *Carmina*
*Producta cultu grandiores adferent*
*Fructus legenti. Quid juvabit condere*
*Praecepta ſeclo commodum parantia,*
*Si negligentes iſta turpant poſteri?*
*Id cum videret contigiſſe plurimis*
*Vetuſtioris ſeculi ſcriptoribus,*
*Ille eruditae gentis inclitum decus,*
*Et arte praeſtans Muſica KEUCHENIUS,*
*Exiſtimavit, hoc ſuis incumbere*
*Curis, mederi noxiis erroribus,*
*Denſaeque noctis tot tenebras tollere.*
*Id eleganter in* NEPOTIS *praeſtitit*
*Scriptis diſertis, inque* FRONTINI *libris.*

Ma-

Digitized by Google

*Maculiſque pulſis & remotis ſordibus*
*Utrumque tandem luce perfudit nova.*
*Nil contremiſcens obſtrepentes invidos.*
*Qualis caballus praeterit turbam levem*
*Canum ſequentum, deſpicitque murmura.*
*Idem ſalubri nunc libello contulit,*
*Tot perpolitis qui repletus verſibus*
*Artem medendi tradit accuratius.*
*At is laborans labe vix ſanabili,*
*Librariorum culpa quam congeſſerat,*
*Manum medentis poſtulabat. Annuit*
*ROBERTUS Ille, plurimorum judicans*
*Hanc rem ſaluti profuturam, ſi libro*
*Aegros juvanti tam benigne non foret*
*Negata cura. Prodit ergo luminis*
*Dias in oras hic* SERENUS *candido*
*Fulgens nitore, vindicatus Pharmaco,*
*Ex literato quod petitum pectore*
*Famam perennem conferet KEUCHENIO.*

Ad Amſtelam applaudebat
JOHANNES CHRISTENIUS.

# ROBERTI KEUCHENII
## AD
## Q. SERENUM
# SAMONICUM
## PROLEGOMENA.

Antiquiſſimi ſcriptorum, cum artium ac diſciplinarum omnium originem, & genera ab Aegyptiis inventa faterentur, Graeciam non tam earum parentem, quam ſuſceptricem & alumnam agnovêre: quod accepta à majoribus earum gentium ſcientia & inventis, cunctas fere diſciplinas ut rudimenta perfecerit, & per aetates varias ac progreſſus excultas emendaverit. Nam cum eorum

eorum Graecorum teſtimoniis primos hominum Aegyptios fuiſſe conſtet, qui ſeſe vetuſtatis titulo caeteris cunctis, & coeli clementiâ, & ſoli benignitate praeferri volebant; eoſque omnium primos & aſtrorum curſus annotâſſe, & quae ad victum utilia eſſent, vario artium cultu & inventione prodidiſſe, in confeſſo ſit: haud iniquo jure cenſendum; non medicinam ſolum ab his, ſed & aſtronomiam & arithmeticen & muſicen, agrorumque colendorum ſcientiam eſſe inventas. Verum, cum haec ipſa ſatis ex inventoribus & origine medicinae ſint obſcura, Graecorumque praeclara in omnes literas merita non ignorentur; non tam ab Aegyptiis, quam Graecis ejus initia inquirenda judicamus: quippe qui gradatim & quaſi ex alto rem totam eruerunt, & à ſuperioribus acceptam feliciſſimo ſtudio conſummarunt. Unde & Diis primum inventoribus eam aſſignarunt, & Apollini Deo habito, Jovis atque Latonae filio ejus inventionem attribuerunt, quem ob id ΑΛΕΞΙΚΑΚΟΝ Athenienſes appellarunt & ΟΥΛΙΟΝ, à ſedandis & depellendis morbis, quorum cum miro opificio & praeſenti numine vires amoviſſet, immortalitatem reportavit. Eam porro id temporis rudem & impolitam paullo altius excoluit Aeſculapius ejus filius, multa patris inventis adjiciens; atque ob id in deorum numerum receptus. Quâ quidem in arte tam feliciter excelluiſſe dicitur, ut ne dum morbis faeviſſimis aegros allevare; ſed & ad vitam revocare mortuos exiſtimatus fuerit: Unde & Hippolitum & Androgaeum Minois filium ab Athenienſibus interemptum, ad vitam revocaſſe; Graeci ſcriptores prodiderunt. Ab ejus deinde filiis, Podalirio & Machaone, bello Trojano ducem Agamemnonem ſecutis, prorogatam medendi ſcientiam tradidêre: quos tamen Homerus non in peſtilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attuliſſe auxilii; ſed vulneribus tantummodo, ferro & medicamentis mederi ſolitos eſſe propoſuit. Sequentis medicinae progreſſus in denſiſſimâ nocte latuêrunt uſque ad Peloponneſiacum bellum: Tum eam revocavit Hippocrates, vir & arte & facundiâ inſignis, genitus in inſula Coo imprimis clarâ ac valida, & Aeſculapio dicata. Qui jam deſitam & diſſolutam apud Graecos medicinam, in artem breviſſimis quibuſdam, ſed argutis praeceptionibus reconcinnavit: de quo Soranus in Praefatione Iſagogici ſui libri: *medicinam quidem invenit Apollo, amplificavit Aeſculapius, perfecit Hippocrates.* Autor Adylus ejus tumulum à Graecis honorificentiſſimis hiſce verſibus inſcriptum commemoravit:

Θεσσαλὸς Ἱπποκράτης, Κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς:
Πλεῖστα τρόπαια νόσων στήσας ὅπλοις ὑγιείης,
Δόξαν ἑλὼν πολλὴν, οὐ τύχῃ, ἀλλὰ τέχνῃ.

Poſt eum Diocles Caryſtius, deinde Praxagoras & Chryſippus, tum Herophilus & Eraſiſtratus Ariſtotelis filia genitus, ita hanc artem exercuerunt, ut etiam in diverſas curandi vias proceſſerint. Alia deinde factio, ab experimentis ſeſe cognominans empiricen, coepit in Sicilia, Acrone Agrigentino Empedoclis Phyſici autoritate commendato; cujus princeps Serapion, nihil rationalem diſciplinam pertinere ad medicinam profeſſus, in uſu & experimentis eam poſuit.

 Quem

Quem Apollodorus & Glaucias, & aliquanto poſt Heraclides Tarentinus, & aliqui non mediocres viri ſecuti, ab ipſâ profeſſione ſeſe ἐμπειρικοὺς appellaverunt. Erant ejus ἐμπειρικῆς tria potiſſimum genera, quorum primum περιπτωτικὸν, ſecundum αὐτοσχέδιον, & tertium μιμητικὸν appellabatur. Prioris ſectae annumerabantur, qui in alicujus rei experientiam forte fortuna, non operâ praemeditatâ incidiſſent. Qui vero tale quid praemeditantes experiebantur, eos ad ſecundum ſectariorum genus retulêre. Tertium empiricorum genus erat, eorum, qui, quae nocebant vel conducebant, ſive naturâ, ſive fortunâ, ſive aliquo conſilio, in morbis iiſdem experiebantur; alios eadem conſilia expertos, imitantes. Omne autem cauſarum genus, vel naturale vocabant, vel fortuitum; prout caſu, vel evidente cauſâ contingeret. Tribus etiam theorematis utebantur, τηρήσει, ἱστορίᾳ, καὶ τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει. Quicquid aliquando obſervaſſent, id omne τήρησιν vocabant, cujus cum ampla plerumque ſeges eſſet, eam omnem ἄθροισμα nuncupabant; atque id rurſus αὐτοψίαν, quam cum ex frequentiſſimo viſu memoriae mandaſſent, ἱστορίαν. Quod ſi in morbos nondum viſos inciderent, aut eo loci eſſent, ubi inventorum auxiliorum facultas non ſuppeteret, tranſibant ad μετάβασιν τοῦ ὁμοίου, quam πεῖραν τριβικὴν cognominabant; eamque triplicem; de affectu in affectum, de loco ad locum, de remedio ad remedium. Deſerta deinde haec ſecta eſt, quoniam neceſſe erat. in eâ literas ſcire, quas plerique ignorabant. Nec diu poſt Aſclepiades medendi ſcientiam ex magna parte mutavit. Auditor ejus Themiſon fuit, qui quae inter initia ſcripſerat, illo mox recedente à vita, ad ſua placita deflexit. Alii deinde, quos alia medicina gravi periculo exemerat, aliam medendi viam ingreſſi ſunt. Sexcentis circiter ab Hippocrate annis ſubſecutus Galenus Pergamenus, quem hominis daemonium ſuo ſane merito appellare poſſumus; ita hanc artem excoluit ac propagavit, totamque abſolvit, praeclaris in eam editis monumentis; ut, quae Hippocrates durius jecerat medicinae ſemina, hic quaſi in optimum fundum, laetumque ſolum demiſſa, plenis doctrinae ſuae fluminibus, puriſque fontibus irrigârit: Ut qui abſolutam illam medicinae ſpeciem (quam vix inveniri poſſe Hippocrates in epiſtolâ ad Democritum affirmavit, & in nullo ſe unquam vidiſſe confeſſus eſt) hic unus expreſſerit. Scio tamen, à dogmaticorum opinione alienum hunc à quibusdam traduci, qui ex inepto ſenſu & fragmentis aliunde decerptis totum Auctoris propoſitum calumniantur. Quibus appoſite regeri poſſunt ea verba, quae alibi convincendis erroribus edicit Eulogius Patriarcha Alexandrinus: μὴ δεῖν ἐκ μέρους τὰ συγγράμματα κρίνειν, μηδὲ, ἀποσπάσματά τινα λαμβάνοντας διὰ τούτων τὴν ὅλην τοῦ γράφοντος ἐνδιαβάλλειν διάνοιαν. Hunc poſtmodum reliqua omnis Graecorum turba ſecuta, variis ſcriptis eandem artem locupletavit. Ab hoc fonte Paulus Aegineta, Aëtius, Alexander Trallianus, Soranus, Oribaſius, Actuarius, ceterique omnes dimanarunt, qui naturalem & ſuperſtitioſam paſſim medicinam confuderunt. Cum enim mirabilem virtutem contemplarentur, & attribuerent herbis, lapidibus, metallis, animantibus, hominibus, ſtellis & planetis, ceteriſque aliis, quae nec ad manifeſtas qualitates, nec ad totam earum ſubſtantiam accederent; paſſim ſuperſtitionem cum naturalibus reme-

mediis, & magiam cum medicinâ miſcuerunt. Non enim vanam & prodigioſam cauſſam a naturali diſcernebant. Nam cum multa ſint in naturae majeſtate abdita & occulta, & tamen vera, quae ex veris naturae principiis dimanant, & admirandos effectus proferunt; eorum illi illecebris allecti, vel naturâ, vel cauſâ ſupernaturali medebantur. Hanc omnibus quidem incognitam naturalem cauſſam, ſed efficientibus notiſſimam; magiam naturalem vocaverunt. Ea, ut Pſellus libro de Daemonibus, & Proclus de magia advertêre, nihil aliud eſt, quam exactior quaedam arcanorum naturae cognitio, quâ coelorum ac ſiderum curſu ac influxu, & ſympathiis atque antipathiis rerum ſingularum obſervatis, ſuo tempore, loco & modo, res rebus applicantur, & mirifica quaedam hoc pacto efficiuntur; quae cauſſarum ignaris praeſtigioſa vel miraculoſa videntur: Veluti cum Tobias paternam coecitatem felle piſcis diſcuſſit, quam vim callionymo piſci cum Galeno & Aeliano Plinius attribuit libro XXXII. cap. 7. hiſt. nat. *Callionymi fel cicatrices ſanat, & carnes oculorum ſupervacuas conſumit. Nulli hoc piſcium copioſius, ut exiſtimavit Menander quoque in comoediis. Idem piſcis & uranoſcopos vocatur, ab oculo, quem in capite habet.* Sic galgalum ſeu hianticillam aviculam, ſi oculos in ictericum defigeret, ſibi morbum, aegro ſanitatem adferre notarunt. Quod ſi verum eſt, de quo merito quidam dubitaverunt, retulerim ad occultam aliquam ſimilitudinem & ſympathiam morbi & aviculae; non ad ejus viſionem, quae tantum occaſio eſt alterationis, & rem perficit. Marcellus & Serenus Samonicus cap. XXIV., catellum praecordiis aegris adjungendum praeſcribunt, & vitium aegri in catellum tranſire: uſque adeo, ut moriatur catulus, hominemque morbo latente relevet. Quae congenita quaedam inter aegrum & canem, & naturalis conſortii proprietas eſt; cujus operâ citra contactum etiam mathematicum quaedam mutuo alterantur. Eam, ſympathiam vocarunt, vel naturae convenientiam & continuationem, quae à craſi ſeu temperie pendet, nec deſinit, donec deſtruatur mixtum. Et licet in animalibus ſint concordiae tales & compaſſiones; non tamen in illis ſunt, qua animalia; ſed qua naturam habent. Poteſt è plantis appenſis, geſtatis, contrectatis educi tenuiſſima quaedam aura; quae in cor & cerebrum exſpirans, cordis & cerebri morbos profligare eſt potens. Ab animalibus etiam tenuis quidam ſpiritus, per os, nares, & coeca ſpiracula, aëris inſtar, interiora corporis permeans; morbos pellere & ſanare valet. Tantum habent *αἱ ἀπόῤῥοιαι* energiae, ut ignis inſtar, proxima quaeque depaſcant & diſpergant. Aliâ ratione antipathiae naturales eveniunt, ut occultarum qualitatum diffuſione. Sic hyenae umbrâ canes obmuteſcere, phyſici tradunt: item ſerpentem quernis contactam frondibus emori, eandemque ibidis pennâ ſiſti; viperam arundinis, vel faginae virgulae percuſſione obſtupeſcere; veſpertiliones foliis platani ab hominibus abigi; lepore marino viſo vel contacto necari nonnullos, & ſexcenta ejusmodi apud Plinium & alios obſervata. Quarum rerum inſpectâ naturali cauſſâ, primo earum ſubſtantiâ, & viribus phyſicis medebantur: deinde, declinante jam ſcientiâ, & invaleſcente malo, cum virtutem earum naturalem non agnoſcerent;

rent; verbis potius daemoniacis & prodigioſis fidem medicam, quam ipſi medicamento, vel cauſſae rationali adhibuerunt. Unde ſuperſtitioſa ejuſmodi ſcripta, ſigna, characteres, annuli, amuleta, περίαπτα, περιάμματα, ἀποτρόπαια, ἐξαρτήματα & ligaturae nata ſunt; quorum omnium pleni medicorum libri, qui poſt Hippocratem & Galenum inter principes numerantur. Nec enim ejuſmodi vim ullam obtinent naturalem ratione verborum, characterum, figurae, vel conſtellationis; ut illi prodigioſe credebant; ſed duntaxat ratione materiae: ſi qua tanta ſympathiae vel antipathiae vis naturalis inſit. Et falſi ſunt in eâdem opinione Platonici & Pythagorici, qui verbis agendi vim aliquam ineſſe crediderunt; & phyſiologiae minus addicti, facile pro naturalibus ſuperſtitioſa multa receperunt. Quorum errorem, ut pleraque vana, ſecutus fuit Origenes libro primo & quinto contra Celſum; eundemque Serenus noſter, & Aëtius, & Plinius, & Marcellus, & paſſim Trallianus approbarunt. Habet & idem adſtipulatores ſuos Arabes cum Cabbaliſtis & recentioribus Judaeis. Sed eorum omnium diverſae fere ſententiae ſunt, pro opinione captantium. Plerique cum Plinio ſolis adhaerent experimentis, & quae fieri vident, leviter nimis iſtis ipſis, quae cernunt adhiberi, mediis adſcribunt; de iis, quae non vident, nihil cogitantes. Aliter alii, ſed impio fundamento vana deliria ſua exponunt, ne trivillitio quidem empſitanda. Quorum mendaciſſimi Cabbaliſtae (revelato ſi forte à daemonibus teſtimonio) literis & ſyllabis quandam ineſſe cum coeleſtibus corporibus & mentibus ſympathiae connexionem audacter adſtruunt. Nec deſunt, qui verbis illis majorem naturâ ſuae efficiaciae virtutem à linguâ digniore vel ſanctiore foenerantur. Alii de gente Epimenideâ plane ſomniculoſi, propria nomina radios quoſdam & igniculos eſſe rerum, quas ſignificant, affirmare creduli, in ipſis nominibus quaſi vitam quandam latentem imaginantur. Sunt, qui exempla de hymnis Orphei, & Apuleji ſcriptis plane daemoniacis mutuati, vim verbis complexis efficaciorem attribuunt, quando formulâ ſeu carmen, virtutis ac operationis aſtri, quod comprecantur, includit commemorationem. Quae omnia vana ſunt, & Antyciris digniſſima. Credebant etiam, compati ſupera inferioribus, & praeſertim ſublunaria. Sic ei, cui ſanitatem vellent adferre, principio convenientem ejus aetati planetam deligebant: verbi gratiâ, ſeni Saturnum, puero Mercurium, viro Jovem: deinde etiam planetam convenientem aſſertioni vel qualitati inducebant; ut odio Martem, amori Venerem; & tandem ſignum, quod parti corporis, quam vellent juvare, praeeſſet: ut capiti Arietem, pedibus Piſces. Nitebantur autem hâc ratione, quod coeleſtibus corporibus non Hebraei modo & Graeci gentiles, ſed etiam quidam Patres & recentiores Philoſophi animam intelligentem attribuerent. Quod quam ineptum ſit, olim Conſtantinopolitana Synodus & articuli Pariſienſes dijudicarunt. Patres autem, qui videntur hoc aſſeruiſſe, de coeli animâ figurate & allegorice ſunt locuti; quemadmodum & ipſa S. Scriptura crebro, quae animatorum ſunt, inanimis attribuit. Alia etiam abſurda ſunt, quae coelorum & aſtrorum analogiam ad ſingulas aetates, & corporis partes, & animi affectiones accommodant. Sane qui recte philo-

ſo-

ſophantur, illi vel nullos, praeter lucem & motum, influxus in haec inferiora coelis & aſtris concedunt; ſed potius influentias quaſdam agnoſcunt à motu & lumine realiter diſtinctas, per quas non calorem (hunc enim motu & luce producunt) ſed alias elementorum qualitates gignunt, quarum incorporearum rerum temperamentum vis eſt aliqua. Hoc nugatorium Ptolemaei axioma, qui ſtatuit, vultus inferiores coelo ſubjectos vultibus coeleſtibus, Marcellum Empiricum, caeteroſque vanos medicos in errorem induxit. Ejus Marcelli exempla hic infra adnotabimus. Cur enim, ſi tam potens aſtrorum in haec inferiora fluxus, adjunguntur ritus hi ſuperſtitioſi? verbi gratia: ut, ſi talem expetas affectum, in tergo figurae eum debeas inſcribere, ſi contrarium, in fronte: idque faciendum aliquando manu dextera, aliquando laevâ; modo deorſum, modo ſurſum: & caetera de genere eodem commenta. Nec majorem vim habet, quod putide ſuperſtitioſi quidam medici ex opinione Pythagoreorum ac Platonicorum, divina quaedam auxilia in ipſo numero contemplantur. Quorum aſſentatores in hac parte & opinione plerique rationales fuêre; cum annum ſcalarem vel climactericum homini lethalem, & octimeſtrem partum minime vitalem ex numero conjicerent. Sed ea res cum jam ſatis ab Hippocrate ſit exploſa in libro περὶ ὀκταμήνου; tutius erit, eum ſolum ſequi, quam univerſos Academicos ad numerorum vim ſuperſtitioſe confugientes. Quam ineptum eſt enim; pentaphyllo, non reſpectu foliorum ſubſtantiae, ſed ipſius quinarii numero vim tribuere? Quam vanum & nugatorium; ejusdem herbae uno folio, ephemerae; tribus, tertianae; quatuor, quartanae mederi; quemadmodum & de heliotropii granis, & ſelenitidis, & helioſelini, ad eundem numerum aſſumptis opinabantur. Maximam autem vim habuit impar numerus, ut in ligaturis, & pilulis, licet aequali quantitate cum pari numero ſumptis, obtinuit. Paſſim illud ex Sereno Samonico didici, ut & aliis medicis, quorum loca annotationibus noſtris inſerui.

Sed ad verba & characteres: De quibus illud praenotandum eſt; ea vel ſcribi, vel pronuntiari. Utraque ſimplicia ſunt, aut compoſita. Simplicia rurſus vel barbara, id eſt, nihil denotantia; vel aliquid indicantia. Compoſita vero in orationem formantur, eamque ſolutam vel ligatam. Scripta capiti, collo, brachiis, renibus, utero, imo ventri, aut aliis partibus alligantur, appenduntur. Prolata, variis modis, nempe obmurmuratu, ſuſurro, elatâ voce, cantu, modulis, precibus pronuntiantur; ſuntque vel ſacra, vel profana. His omnibus vires ineſſe ſanandi voluerunt, quod & imperitum vulgus accredidit. Quae ſingula diverſis exemplis illuſtranda ſunt. Hebraeis ſolenne fuit collo ſuſpendiſſe verba, quibus tantam vim ineſſe dicit Rabi Hama libro ſpeculationis, ut contra omnes hominum adverſas valetudines remedio forent. Tale Sereni noſtri fuit ABRACADABRA, quod hemitritaeo dictim ordine retrogrado minuendum praeſcribit. Talia veterum plane incognita & abſurda: ABRAC. AMON item: GIBEL. DANATA. DARIES DARDARIES. ASTARIES. quibus Cato luxata membra reſtituebat. Ex arte Cabaliſticâ & prodigioſâ pleraque nata ſunt, quibus morbos profligatos fuiſ-

 ſe,

Digitized by Google

ſe, Trallianus autor eſt. Quale ridiculum iſthoc, quod ad odontalgiam collo appendunt: GALBES. GALBAT. GALDE. GALDA. Sic ad haemorrhagiam ſiſtendam quidam iſta obmurmurant: CHARAT, CARASARITE, CONFIRMA, CONSONA. IMAHOLITE. In eadem, digito annulari partem affectam tangere, ac vicies ſepties pronuntiare jubent SOCNON, SOCNON. idemque toties repetere, donec ſanguis ſiſtatur. Contra peſtes & febres peſtilentiales tres verſiculos certo modo deſcriptos collo appendebant, quorum ultimus:

*Ananiſapta ferit, mortem quae laedere quaerit.*

quod mere magicum eſt & prodigioſum. Nam illud *Ananiſapta* ex ſecretis myſteriis Mekubalim, ſignificat daemonem divinatorem; quem ſic occulte invocant, ut ferentis & aegrotantis miſereatur. *Ana* iis mentem denotat, cui innatae primae notiones; in cujus medio ſedere dicunt angulum, quem vocant *Anim*, qui rei veritatem aperit & indicat: unde & *Ana* nomen idoli, & illis *Anani* divinatio. *Saphat* iiſdem judicare: non igitur malam mortem *Ananiſapta* denotat, ut alii exponunt. Sane magicae voces pleraeque ex Hebraeo deſumptae videntur. Anaxilas apud Athenaeum ſcribit, quendam in confutis ſcutariis, id eſt, minutis coriis, habuiſſe literas Epheſias ſcite formatas, quibus promitti videbatur felicitas. Euſtachius Epheſias etiam literas, velut notulas quaſdam & voces magicas fuiſſe tradit, victoriarum & bonorum ſucceſſuum divinatrices. Sed barbaras & magicas pleraſque in medicinam adhibebant, quales Eudoxia Imperatrix, narrante Heliodoro in hiſtoria Aethiopica; quae, cum parturiens aegrotaret, voluit ſibi magicas literas utero ſuperimponi, ut mortuum foetum ejiceret. Marcus Servilius Novianus, princeps civitatis, in metu lippitudinis chartam duabus Graecis literis P & A inſcriptam collo ſubjecit. Varro ultimo de Re Ruſtica, adverſus coxendicem hiſce verbis utebatur. SISTA, PISTA, KISTA, XISTA. & contra dentium dolorem ter exclamabat: ANASAGA. ANASAGA. Nicephorus libro quarto ſcribit, fuiſſe quaedam vocabula Hebraïca, quae ad eorum, qui initiabantur, terrorem proponi ſolerent. Qualia fere ſunt ea prodigioſa, quae adverſus morbos pronuntiantur, vel collo ſuſpenduntur. Marcellus Empiricus (in quo paris ſuperſtitionis aliquammulta monumenta reſtant) lippientes aureâ lamellâ collo annexâ ſanat, in quâ voces iſtae ſculptae ſunt: ΟΡΥΩ ΟΥΡΩΔΗ. Idem paronychia laboranti digito parietem contingendum eſſe tradit, ter ingeminando PU. PU. PU. *nunquam ego te videam per parietem reperi.* Ad lippitudinem inter principia ſedandam commendat in chartâ virgine ſcribendum ρβαι, & licio, quod in tela fuerit, collo lippientis innectendum. Sequuntur & alia ejus deliria: *Incipiens lippitudo mirifice & ſine dubitatione depelletur, ſi in chartâ virgine ſcribas, & collo dolentis licio ſupendas,* φύρφαρον, *& hoc praeligamen purus caſtus facias. Hoc etiam remedium indubitate impetus oculorum, ſi praevenias, prohibebit, ſcriptum in chartâ virgine:* ρυβρος ρυονηρος ρηκλιος ως. παντιφορον. Καὶ παντες κακοτη. *Quod ad collum dolentis licio ſuſpendi debet: ſed & coeptam atque inveteratam lippitudinem ſedat, ſi in faciendo ac ſuſcipiendo praeligamine caſtimonia ab utroque ſervetur.* Eodem capite octavo, digitis quinque manus ejuſdem, cujus partis oculum ſordicula ali-

aliqua fuerit ingreſſa, percurrendum & pertractandum oculum jubet, ter dicendo: TETUNC RESONSO, BREGAN, GRESSO. ter deinde ſpuendum, terque faciendum. Ibidem & aliud habet: ipſo oculo clauſo, qui carminatus erit, patientem perficandum, & ter carmen hoc dicendum, & toties ſpuendum: IN NON DERCOMARCOS AXATISON. Pro varulis & oculorum hordeolis: RICA RICA SONO. Pro iiſdem carmen adjungit dicendum: Κυρια, Κυρια, Κασσαρια, σουρωφβι. & illud efficaciſſimum: φεῦγε, φεῦγε κριγή σε διώκει, quod tamen eſt alterius ſenſus & notionis Notavimus ad Sereni locum de ABRACADABRA, eundem Marcellum adverſus omnis ſanguinis profluvium carmen hoc commendare: SICUCUMA, CUCUMA, UCUMA, CUMA, UMA, MA, A. quod & alibi Graece fere expreſſit: συκυκυμα κυκυμα κυκυμα. &c. Illud etiam ridiculum adverſus narium fluxum ab eodem praeſcriptum: ψα ψε ψη ψε ψη ψα ψε. & illud adverſus ea, quae faucibus inhaeſerint: HEILEN PROSAGGERI VOME SIPOLLA NABULI ET ONODIENI IDEN ELITON. & illud: XI EXUCRICONE, XU, CRIGIONAISUS SCRISUMJOVELOR, EXUGRI CONEXU, GRILAU. Ad coli dolorem, infra quid in notis obſervamus, quod taedet repetere; ut & alia ejus nugamenta rationabilibus paſſim conſiliis inſerta, quorum aut nulla vis eſt, aut omnino prodigioſa. Quaeſitum olim fuit à Porphyrio, *cur ſacerdotes uterentur plerumque verbis nihil ſignificantibus?* Reſpondet Jamblicus: *ea incognita ſuas apud Deum & daemonem habere notiones.* Certiſſimum enim, quod olim Averrores adverſus Algazelen ſcripſit de characteribus, figuris & ſignis; ea per ſe nihil poſſe, niſi quatenus cum daemonibus ſunt confoederata. Recte alibi Iſidorus: *ad haec pertinent ligaturae exſecrabilium remediorum, quae ars non commendat medicorum, ſeu in praecantationibus, ſeu in characteribus ſuſpendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars daemonum ex quadam peſtiferâ ſocietate hominum & angelorum malorum exorta.* Et prudenter Sophoclis Ajax negat eſſe medici ſapientis: θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Ejuſmodi barbara ſchediaſmata collo plurimorum militum etiamnum appenduntur; ut ex hiſtoriis novellis patet & obſidionibus. De *Abracadabra* memini, me quicquam legiſſe in eruditiſſimis Philippi Camerarii horis ſubciſivis, quod nunc non ſuccurrit. Huc etiam illae formulae ſpectant, quibus immiſcentur nomina Dei vel angelorum nota: qualis in piſcium capturâ fuit illa Geopónici Conſtantini, JOA SEBAOTH, in qua duorum Dei nominum abuſus eſt. Qualis & illa Tralliani, quae libro XI. hiſce verbis praeſcribitur: ὁρκίζω σε τὸ ὄνομα τὸ μέγα Ἰαὼθ, Σαβαὼθ, ὁ θεὸς ὁ ςηρίξας τὴν γῆν, καὶ ςήσας τὴν θάλασσαν ῥεόνθων ποταμῶν πλεονάζων. ὁ ξηράνας τὸν τῦ Λὼτ γυναῖκα, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἁλατίνην, λάβε τὸ πνεῦμα τῆς μητρὸς σε γῆς, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς, καὶ σήρανον (lego ξήρανον) τὸ ῥεῦμα τῶν ποδῶν, ἢ τῶν χειρῶν, τόδε ἢ τῆς δε. Qualis & illa Marcelli Empirici ad corci dolorem cap. XXI. *Cave corcu, ne mergito* (*megito* in meo libro ſcriptum) *cantorem, utos, utos, utos, praeparabo tibi vinum leve. libidinem, diſcede à nonita in nomine Dei Jacob, in nomine Dei Sebaoth.* Nefariae autem impietatis eſt, ejuſmodi anilibus τερθρείαις ſacroſanctum Dei nomen violare, ut Origenes oſtendit contra Celſum: εὑρίσκεται ἐν τοῖς μαγικοῖς συγγράμμασιν πολλαχῦ ἡ τοιαύτη

τοιαύτη τῦ Θεῦ ἐπίκλησις, καὶ παράληψις τῦ Θεῦ ὀνόματος, ὡς οἰκείε ἀνδράσιν τύτοις (Abrah. Iſaac, Jacob) εἰς τὰ κατὰ τῶν δαιμόνων. Idem: πολλοὶ τῶν ἐπαδόντων δαιμονας χρῶνται ἐν τοῖς λόγοις ἀυτῶν τῷ Ο ΘΕΟΣ ΑΒΡΑΑΜ, &c. cujus ſuperſtitionis etiam Syneſius meminit περὶ ἐνυπνίων. Eodem numero referendae ſunt chartulae, quae τὸ πρῶτον τῦ κατὰ Ιωάννlω ἐυαγγελίυ, contra febres collo appendunt: ut & aliae, quibus inſcriptum: *De latere exivit ſanguis & aqua. Sanguis mane fixus, ſicut Chriſtus crucifixus.* Rabbini quoque nomina angelorum ignota confinxere; quos dicunt, eſſe motores orbium coeleſtium, fata diſcernere, fatales caſus adminiſtrare: à quibus admiranda quaedam opera homines diſcerent in curandis morbis. Nobis ut Chriſtianis haec abominanda characterologica ſunto: Satius enim eſt, morte crudeliſſimâ mori, quam per exſecranda & vetita remedia ſanitatem anquirere. Igitur chartam aut characteres ſubnecti collo, quicquid inſcribatur, cum Chryſoſtomo & Auguſtino ſtatuimus, meram eſſe idololatriam, ſi ignorantes fecerint; ſortilegium vero, ſi iſtud illi conceſſerint, qui noverunt interdictum, nec eo minus fidem ſuperſtitionibus adhibent.

Caeterum in ligatis etiam verbis eandem ſuperſtitionem agnovêre. Carminibus enim majorem vim attribuerunt, ac orationibus ſolutis; unde & ἐπωδὴ dici meruerunt ab efficaciâ & incantatione. Debebant autem vehementiore ſpiritu & affectu pronunciari; ut & ritu harmonico, calenſe, ratione praedito, ac ſuis articulis compoſito. Tale fuit illud veterum in magicis remediis uſurpatum.

Φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὔμμε διώκει.

Opinabantur autem, Homericis majorem vim & virtutem ineſſe, quam caeterorum Poëtarum: Unde & Homericam incantationem Galenus approbavit in libro, de occultis rerum proprietatibus, ut autor eſt Alexander Trallianus libro IX. cap. IV. Extat in Odyſſ. carmen efficaciſſimum, quo repreſſum Ulyſſi ſanguinem ab Autolyci filiis, Poëta canit hiſce verſibus:

Τὸν μετὰ ἄρ' Αὐτολύκυ παῖδες φίλοι ἀμφεπένοντο,
Ωτειλlω δὲ Ὀδυσσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο.
Δῆσαν ἐπισαμένως ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον.

Sic potores ebrios fieri negabant, ſi primis poculis hoc ejuſdem metrum pronunciaſſent:

Τρὶς δ' ἄρ' Ιδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεύς.

Sic illud arbori appenſum, fructum continere tradunt, nec injuriâ ullâ coeleſti decidere:

Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρὶς καὶ δέκα μῆνας.

Ad dolores arthriticos hoc ſequens ejuſdem commendatur, quod exſtat Iliad. β.

Τετρίχει δ' ἀγορή, ὑπὸ δ' ἐσοναχίζετο γαῖα.

Alex. Trallianus contra podagram, auream laminam praeſcribit, in quâ, Luna in Librâ vel Leone conſiſtente, inſcriptus ſit idem verſus Homericus. Marcellus Empiricus cap. XV. remedium valde certum & utile faucium doloribus ait; ſi in charta, quae in Phoeniceo obvoluta lino colligatur, colloque ſuſpendatur, tres iſti ſequentes inſcribantur:

Εἶδον

Εἶδον τελμερῆ χρύσεον Τοάνακδον,
Καὶ τετραπέρυχον Τυσάνακδον,
Σῶσον με σίμνε νερτέρων ὑπέρτατε.

Ad os piſcis faucibus inhaerens, ab eodem hi duo commendantur praeſentiſſimo remedio:

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου
Ἐξ ἀΐδος πέμψειεν ἐπαίνη περσεφόνεια.

Etiam annulis ea carmina, & alia περίαπτα inſculpebantur. Unde Trallianus annulum contra colicam commendat libro X. octangulo circulo, cum hac inſcriptione: Φεῦγε, φεῦγε, ἰοῦ χολή: ἡ κορύδαλος ἐζήτει. Et alium Marcellus, ad eundem dolorem, cap. XXIX. Θεὸς κελεύει μὴ κύειν κόλον πόνους. Quibus accommodari poteſt illud proverbio decantatum, διὰ δακτυλίου δεῖσε ἑλκυσθῆναι. ad quod Plinius alludens: *magicum erat, aliquid per annulum trajicere. Nam cerebrum caprae per annulum aureum trajectum, priuſquam lac daretur infantibus, inſtillabatur contra comitiales, caeteroſque infantium morbos.* & Ariſtophanes in Pluto:

Οὐδὲν προτιμῶ σου, φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τὸν ἢ περ' εὐδάμου δραχμῆς.

Sed omnia ſi ex commentis antiquorum extrahamus, librum protendemus. Plura vanae ejusdem perſuaſionis exempla paſſim apud illos leguntur, qui Principum medicorum nomine cenſentur. Eo autem tempore, quo Serenus Samonicus medicinam ſuam conſcripſit, haec remedia ſuperſtitioſa adeo invaluerant; ut ille caeterorum exemplo vim illis mirificam attribueret, & alibi rem certam & ſalutarem agnoſceret,

*Carmen ab occultis tribuens miracula verbis.*

Teſtatur & idem Spartianus in Caracalla (nam & ejusdem imperio Serenus vixit) eundem Caracallam ſuppliciis compeſcere conſueviſſe eam ſuperſtitionem: *damnatique ſunt, & qui remedia quartanis tertianiſque collo annexa geſtarent.* Unde Canones etiam anathema fulminant in eos, qui philacteriis utuntur ejuſmodi; & ſi clerici ea faciant, jubentur eccleſiis ejici. Exſtat & Synodi VI. in Trullo can. LXI. ad quem Balſamonis haec verba ſunt: φυλακτήριοι, *hoc eſt, remediorum ſeu amuletorum praebitores, dicuntur; qui fraude daemonis, eis, qui à ſe recipiuntur, vincula quaedam ex ſericis filis contexta, quae &* πέγγια *dicuntur, praebent: quae aliquando quidem intus habent ſcripturas, aliquando vero falſa quaedam alia, quaecunque inciderint. Dicunt autem haec juvare, ſi ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuo pendeant, ad omne malum vitandum.* Sed haec de veterum illorum medicina & ſuperſtitione: Nunc de Sereno, & ejus argumenti ſcripto, & noſtrâ operâ pauca dicenda ſuperſunt.

Aſſentior aſſerentibus; eum, cujus parabilis haec tantum morborum medicina ad nos pervenit, Patrem eſſe Sereni Samonici, qui Gordiani junioris praeceptor fuit, ut Capitolinus teſtatur in ejus vitâ. Duo enim fuerunt, nomine & cognomine eodem, Sereni Samonici, Pater & Filius. Pater, quem occidit Caracalla, narrante Spartiano: *Occiſi nonnulli etiam coenantes, inter quos etiam*

*Samonicus Serenus*, *cujus libri plurimi ad doctrinam exſtant.* Quod non ſatis perſpexit Riccobonus, caeterique viri docti, qui utrumque confudère. Patris omnia ſcripta ſunt, quae ab antiquis memorantur: *Libri ad Antoninum Caracallam*, quorum & idem Spartianus in Geta meminit hiſce verbis: *Sereni Samonici libros familiariſſimos habuit, quos ille ad Antoninum ſcripſit.* * Item *Rerum reconditarum*, a Macrobio laudati, cujus haec verba ſunt libro III. Saturnal. cap. IX. *nam reperi quinto Rerum Reconditarum Sammonici Sereni utrumque carmen; quod ille ſe in cujuſdam Furii vetuſtiſſimo libro reperiſſe profeſſus eſt. Eſt autem carmen hujusmodi, quo Dii evocantur, cum oppugnatione civitas cingitur:* SI. DEUS. SI. DEA. EST. CUI. POPOLUS. CIVITAS. QUE. KARTHAGINIENSIS. EST. IN. TUTELA. TE. QUE. MAXIME. ILLE. QUI. URBIS. HUJUS. POPOLI. QUE. TUTELAM. RECEPISTI. PRECOR. VENEROR. QUE. VENIAM. QUE. A. VOBIS. PETO. UT. VOS. POPOLUM. CIVITATEM QUE. KARTHAGINIENSEM. DESERATIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBEM. QUE. EORUM. RELINQUATIS. ABSQUE. HIS. ABEATIS. EI. QUE POPOLO. CIVITATI. QUE. METUM. FORMIDINEM. OBLIVIONEM. INJICIATIS. PRODITI. QUE. ROMAM. AD. ME. MEOS. QUE. VENIATIS. NOSTRA. QUE. VOBIS. LOCA. TEMPLA. SACRA. URBS. ACCEPTIOR. PROBATIOR. QUE. SIT. MIHI. QUE. POPOLO. QUE. ROMANO. MILITIBUS. QUE. MEIS. PRAEPOSITI. SITIS. UT. SCIAMUS. INTELLIGAMUS. QUE. SI. ITA. FECERITIS. VOVEO. VOBIS. TEMPLA. LUDOS. QUE. FACTURUM. *In eadem verba hoſtias fieri oportet, auctoritatemque videri extorum, ut ea promittant futura. Urbes vero exercitusque ſic devoventur jam numinibus evocatis. Sed dictatores, imperatoresque ſoli poſſunt devovere his verbis:* DIS. PATER. VEJOVIS. SIVE. VOS. QUO. ALIO. NOMINE. FAS. EST. NOMINARE. UT. OMNES. ILLAM. URBEM. KARTHAGINEM. EXERCITUM. QUE. QUEM. EGO. ME. SENTIO. DICERE. FUGA. FORMIDINE. TERRORE. QUE. COMPLEATIS. QUI. QUE. ADVERSUM. LEGIONES. EXERCITUM. QUE. NOSTRUM. ARMA. TELA. QUE. FERENT. UTI. VOS. EUM. EXERCITUM. EOS. HOSTES. EOS. QUE. HOMINES. URBES. AGROS. QUE. EORUM. ET. QUI. IN. HIS. LOCIS. REGIONIBUS QUE. AGRIS. URBIBUS. VE. HABITANT. ABDUCATIS. LUMINE. SUPERO PRIVETIS. EXERCITUM. QUE. HOSTIUM. URBES. AGROS. QUE. CAPITA. AETATES. QUE. EORUM. DEVOTAS. CONSECRATAS. QUE. HABEATIS. ILLIS. LEGIBUS. QUIBUS. QUANDO. QUE. SUNT. MAXIME. HOSTES. DEVOTI. EOS. QUE. EGO. VICARIOS. PRO. ME. FIDE. MAGISTRATU. QUE. MEO. PRO. POPOLO. ROMANO. EXERCITIBUS. LEGIONIBUS. QUE. NOSTRIS. DO. DEVOVEO: UT. ME. MEAM. QUE. FIDEM. IMPERIUM.

* Vide Morgagnii Epiſt. p. 98. & 99.

Digitized by Google

RIUM. QUE. LEGIONES. EXERCITUM. QUE. NOSTRUM. QUI. IN. HIS. REBUS. GERUNDIS SUNT. BENE. SALVOS. SIRITIS. ESSE. SI. HAEC. ITA. FAXITIS. UT. EGO. SCIAM. SENTIAM. INTELLIGAM. QUE. TUNC. QUISQUIS. HOC. VOTUM. FAXIT. RECTE. FACTUM. ESTO. OVIBUS. ATRIS. TRIBUS. TELLUS. MATER. TE QUE. JUPITER. OBTESTOR. Idem Macrobius aliud Fragmentum ejusdem Sereni laudat cap. XVI. de piſce accipenſere: *Temporibus Severi Principis, qui oſtentabat duritiam morum, Sammonicus Serenus, vir ſaeculo ſuo doctus, cum ad Principem ſuum ſcriberet, faceretque de hoc piſce* (accipenſere) *ſermonem; verba Plinii, quae ſuperius poſui, praemiſit; & ita ſubjecit: Plinius, ut ſcitis, aduſque Trajani Imperatoris venit aetatem. nec dubium eſt, quod ait, nullo honore hunc piſcem temporibus ſuis fuiſſe, verum ab eo dici. apud antiquos autem in pretio fuiſſe, ego teſtimoniis palam faciam; vel eo magis, quod gratiam ejus video ad epulas quaſi poſtliminio rediſſe. quippe qui dignatione veſtra cum interſum convivio ſacro, animadvertam, hunc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine inferri. Sed quod ait Plinius, de accipenſeris ſquamis, id verum eſſe, maximus rerum naturalium indagator Nigidius Figulus oſtendit. in cujus libro de animalibus quarto, ita poſitum eſt: Cur alii piſces ſquamâ ſecundâ, accipenſer adverſâ ſit. Haec Sammonicus.* In quibus tamen verbis Samonicum, Plinium juniorem cum majore confundere, notavit ad Euſebium ſuum illuſtris Scaliger. Aliud ejusdem fragmentum ab eodem Macrobio citatur cap. XVII: de Lege Fanniâ: *Poſt annum vigeſimum ſecundum legis Orchiae Fannia lex lata eſt, anno poſt Romam conditam, ſecundum Gellii opinionem, quingenteſimo octuageſimo octavo, de hac lege Sammonicus Serenus ita refert: Lex Fannia Auguſti ingenti omnium ordinum conſenſu pervenit ad populum. Neque eam praetores aut tribuni, ut pleraſque alias, ſed ex omni bonorum conſilio & ſententiâ ipſi conſules pertulerunt, cum reſpublica ex luxuria conviviorum, majora, quam credi poteſt, detrimenta pateretur. Siquidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam & libertatem ſuam venditarent: plerique ex plebe Romanâ vino madidi in comitium venirent, & ebrii de reipublicae ſalute conſulerent. Haec Sammonicus.* Et videtur idem ſane cum illo fuiſſe, quem allegat Arnobius libro VI. adverſus Gentes, in haec verba: *Quod ſi planum fieri teſtimoniis poſtulatis auctorum; Sammonicus, Granius, Valerianus vobis & Fabius indicabunt, cujus Aulus fuerit filius, gentis & nationis cujus, ut a germani ſervulis vitâ fuerit ſpoliatus & lumine* Servius quoque hujusdem auctoritatem producit libro primo Georgicor. ad illud Virgilii: *& ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes. Sane Gargara, multi auctores Graeci, ſicut Serenus Sammonicus tradit, altitudinem Idae montis, & per hoc abuſive, omnes ſummitates montium Gargara appellant.* Fuit autem apprime doctus, & antiquitatis Romanae peritiſſimus, quam magnâ ex parte expoſuiſſe, conſtat ex reliquiis fragmentorum. Nec tam Poëtarum, quam Hiſtoricorum numero recenſendus eſt. quibus & a Sariſberienſe libro VIII. cap. XVIII. de nugis curialium, annumeratur. Argumento ſunt & ea Capitolini verba. quae de filio Sereno profert in Gordiano juniore: *Sereno Sammonico, qui patri ejus amiciſſimus;*

*mus, ſibi autem praeceptor fuit, nimis acceptus & charus; uſque adeo, ut omnes libros Sereni Sammonici patris ſui, qui cenſebantur ad* LX *& duo millia, Gordiano minori moriens ille relinqueret: quod eum ad coelum tulit. Siquidem tanta bibliothecae copiâ & ſplendore donatus, in famam hominum literatorum decore pervenit.* Ceterum inepte quidam hallucinantur, qui Serenum hunc cum altero Lyrico, Aulo Sereno confundunt. Eum paſſim Hieronymus & Martianus Capella pluribus in locis laudarunt. Error autem iſte ex incognitis ejus poëmatis; quae Servio, ceteriſque Grammaticis adducta, velut e naufragio tabellae, circumferuntur. Reliqua ejusdem collegêre, quibus labor fuit anquirere veterum Poëtarum fragmenta. Notabis etiam, *Sammonicum* vocari noſtrum ab Arnobio, Spartiano, Capitolino & Macrobio; quem *Samonicum* cognominatum habent antiquae ejus membranae; praeter unas, quod ſciam, Venetas; quas olim vir divae memoriae, Robertus Keuchenius, M. D. Urbis Veſalienſis Conſul ampliſſimus, & Sereniſſ. Electoris Brandenburg. Archiater, avus meus, ſibi comparaverat. In iis ſchedis, uti & alterâ editione Molinianâ, *Samoniacum*, cognominatum offendi. Sed & in aliis Macrobii ſcriptis etiam *Samonicus* appellatur. Quod cognomen ejus unde fluxerit, juxta ſcio cum illis, qui neſciunt; quia nec autorem habeo, qui id me doceat. Poſſem tamen ex incerto divinare, niſi ſcirem, prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Recentiores, qui ſcriptum hoc medicum, ejusque Autorem citarunt; in nomine paſſim mutarunt ordinem: & *Q. Samonicum Serenum* vocarunt, quem *Serenum Samonicum* vetuſtiores. quod mirum tamen, & ex ſolâ laudantium incuriâ. Eodem tamen morbo capita caeterorum auctorum affecta ſenſimus, & ab illis vitiata, qui rectum ſcribendi modum ignorabant. Graeci pariter & Romani juxta cognomen pro nomine, medio loco ſortiti ſunt. De iis nos alias ex profeſſo. Docendum mihi nunc eſt, quid in hoc ſcripto & medicinae compendio ſit obſervandum. Autor hic cum miſcellaneam priorum medicorum curam, magno aegrorum diſpendio & incommodo introductam animadverteret; brevi methodo eandem reconcinnare & exponere ſuſcepit, ut ſimplici quadam via & curatione, quam anteriores medici ſecuti fuerant, humana valetudo reſtitueretur. Nam cum alii, praeſertim Empirici, ſpecioſis & fucatis popyſmatis multa cujuſcunque modi remedia venditarent, & ex omnibus orbis partibus corrogata laudarent, ut pluris aegro conſtaret ſanitas: ille paſſim eam ambitionem & lucri ſtrepitum abhorrens, parabilem quandam lepidiſſimis verſibus medicinam conſcripſit, cujus exemplo certoque tenore ſanitas humana conſtaret, vel afflicta facile repararetur. Habemus eâ de re luculentiſſimos ejus verſus hinc inde conſertos, ut capite XV. ubi de dentium vitio & oris foetore medendo;

*Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.*

& alibi ſub lemmate ventris molliendi, ſatis ea medicamenta velut ἀγυρτοφορὴ deteſtatur hiſce verſibus:

*Multos praeterea medici componere ſuccos*
*Conſuerunt; pretioſa tamen cum veneris emptum,*
*Falleris, fruſtraque immenſa nomiſmata fundes.*

Ve-

Veteres enim iſti lucriones ſplendidis & magnificis titulis ſuas compoſitiones & antidotos ornabant; quarum aliae παναίρετοι vocabantur, aliae σωτήριαι & ἰσόθεοι, ut habemus apud Myrepſum; quibus omnibus *honeſtas* opponit Serenus capite XLVII.

*——— ſanguis poterit prodeſſe caninus,*
*Qui facili potu antidotos imitatur honeſtas.*

Argumento ſunt & ea carmina, quibus capit. XXIII. iſtam ſumptuoſam curationem aſpernatur:

*Quid referam multis compoſita Philonia rebus?*
*Quid loquar antidotum variis? quis iſta requirat?*
*At nos pauperibus praecepta feramus amica.*

Triplicem porro medicinam tractat; naturalem, accidentalem, & ſuperſtitioſam. Naturalem, juxta membrorum ſeriem a capite exorſus, per univerſum corpus deductam abſolvit Accidentalem ſive fortuitam, cap. XLIV. aggreditur. Eam vero diviſionem ex ipſis Sereni verſibus habeo, quibus in illud cap. XLIV. ipſe praefatur:

*Naturae vitiis medicas objecimus artes:*
*Nunc & fortunae jaculis obſiſtere par eſt.*

Superſtitioſam paſſim, Tralliani, Aëtii, Myrepſi, Marcelli, caeterorumque medicorum exemplo immiſcet. * Qualis illa de ternâ deſpuitione in vulnus (quam ex veteri libro meo avito, cap. XXXVII. primi omnium obſervamus) de amuletis contra febres appendendis, de carminibus magicis, de *Abracadabra* dictim ordine retrogrado minuendo; de felle caprae ſub pulvino poſito, conciliando ſomno; de Strigibus nocturnis infantium alumnis; de ligaturis & pilulis impari numero adhibendis, & aliis magorum remediis, quibus morbos fugari poſſe credebant. Non ſequitur autem eam medicinam in omnibus, quemadmodum ex curâ quotidianarum febrium colligo, ubi credulam veterum ſuperſtitionem, & anilium fabularum carmina velut monſtroſa carpit. Aliâ etiam methodo, quam anteriores medicorum filii, in accidentali curâ progreditur. Quaedam ejus capitula in membranis aliter comparent, ac editionibus; quaedam ipſo lemmate corrupta ſunt, ut paſſim docuimus. Verſus interdum omiſſi, vel amiſſi, ut ex aliis manuſcriptis apparet, quibus olim excutiendis Pithoeus, Barthius, caeterique doctiſſimi correctores praefuêre. Voces etiam & ſyllabae contra veterum auctoritatem contractae, vel productae. Caeterum, exemplar meum haereditarium, quod paſſim avitum laudamus, varias mihi lectiones obtulit ab aliorum imprimis librorum ſcripturâ longe diverſas: uti & inde colligam, ex arbitrio deſcribentium literionum Autorem hunc corruptum aut emendatum fuiſſe; quod & primam anſam dedit tot innumerorum errorum & incredibilium lectionum. Prout enim primâ fronte verba illis occurrebant, ita mox arripiebantur: Adeo quidem, ut in re noſtrâ capitali tam diſcrepantes à ſe invicem tabellas, decretorias approbarent. Accedit &

* Vide Morgagn. Epiſtol. pag. 97.



Digitized by Google

& Longobardus character, quo liber ille deſcriptus, ſaepe literarum affinitatem commutavit. De ejus antiquitate nihil fere mihi conſtat: Poſſum tamen ex eâ ſcripturâ colligere dignitatem ejus, & aetatem non recentium annorum. Qui Autorem hunc typis primum excudendum dedêre; neſcio, an habeam compertum: Invenio tamen, editionem ejus Aldinam prodiiſſe cum Corn. Celſo ad annum cIↃ IↃ XXVIII. quâ nullam me fateor reperiſſe anteriorem. Interjecto deinde quinquennio, Tigurinam ejus editionem accuravit Gabriel Humelbergius, libroque commentario, quem needum videre mihi contigit, adornavit. Eandem Tigurini poſt ſeptennium denuo recudêre. Aliam etiam Baſilienſes dedêre, cum brevioribus Georgii Pictorii Villingani commentariis. Poſt eam, Lipſiae excuſam reperio, & a Rivino cum Sexto Placito, aliiſque autoribus medicis accuratam, anno cIↃ IↃ LIII. Praemiſſo tamen quadriennio, cum Celſo & Q. Rhemnio Palaemone prior illâ Lugduni prodiit, minutiſſimâ libri formâ & charactere. Aliam a Joh. Caeſareo caſtigatam, cum ceteris ejus editionibus contuli, uſus imprimis illâ Gryphiana, quae ad annum cIↃ IↃ XLII. ab Antonio Molinio Matiſconenſe deligenter emaculata, prodiit. Aliam deinde Tigurini ſuppeditarunt, anni cIↃ IↃ CXI. quae principes omnium editiones fuerunt. Inter eos Autores, quos ad ferream aetatem digeſſit Gaſp. Schioppius, etiam Samonicum invenio, qui de medicina tam *Saluberrima Praecepta* concinnavit. Unde titulus ille Sereni fluxerit, alii nos ambigere ſinunt. Ego tamen ab ipſo Sereno prodiiſſe cenſeo, qui τὰ κεφάλαια medicinae PRAECEPTA SALUBERRIMA vocaverit. Suetonius Aug. cap. LXXXIX. *In evolvendis utriuſque linguae autoribus nihil aeque ſectabatur, quam praecepta & exempla publice vel privatim ſalubria.* Sunt autem medicinae capitula, quae breviter comprehendunt, quod ad ſanitatem conſervandam vel recuperandam expediat. Hallucinantur igitur illi, qui PRAECEPTA SALUBERRIMA hic θέματα exponunt, & *titulos*, qui breviter comprehendunt, quid in medicinâ tractetur. Graeci ejuſmodi θέσεις & θέματα vocant, argumenta, quae aſſumi vel poni ſolent, ut illuſtrentur & explicentur. Philoponus in primum ὑςέρων, ὡς πολλάκις τὸ αὐτὸ ἐν ἀποδειχθείη δῆλον καὶ ἐκ τῶν λημματίων. πλείοσι γὰρ προτείνεται. ἕκαστος ἢ κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπιβολὴν τὸ αὐτὸ ἐπιδείκνυσι. Scholiaſtes Ariſtophanis in Nubulas: δοκοῦσι καὶ οἱ ἄλλοι κωμικοὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων ὐ τὰ αὐτα εἰσάγειν δράματα. Atque haec quidem ante Serenum dicenda erant: Nunc ipſum Autorem aggrediamur, & ipſa *Praecepta Saluberrima* cum Graecis & Latinis anterioribus conferamus.

*SPLEN.*

Digitized by Google

*SPLENDIDISSIMIS NOBILISSIMISQUE,*

LEIDENSIS ACADEMIAE

# CURATORIBUS,

FRANCISCO AB AERSSEN,
Equiti, Sommelsdyckae, Platae, &c. Domino, ac Status Foederati Belgii Conſiliario.

NICOLAO A CROMHAUT,
Vryhoviae Domino, & Provinc. Curiae Praeſidi.

AEGIDIO DE GLARGES,
Domino d'Eleſmes, & Reipublicae Harlemenſis Syndico:

# CONSULIBUS,

*Eorum Collegis*

JOHANNI ORLERS, *Quaeſtori*,
DANIEL AB ALPHEN, *Rhenolandiae Quaeſtori*,
GERARDO A LANSCOT, *Doctori*,
WILHELMO A MOERBERGEN, *Doctori.*

*ILLIS a SECRETIS,*

JOHANNI A WEVELICHOVEN, J. C.
Urbis Leidenſis Syndico.

Aetas

Digitized by Google

Aetas omnis, *Illuſtres Viri*, ut calamitatem ſuam & nequitiam ſibi ipſa parit, ita ſecum non deponit, ſed ad poſteros tranſmittit, ſive exemplo, ſive beneficio litterarum. Quorum illud ferre vix poſſumus, hoc avide devoramus. Satyras dico, in quibus priorum temporum nequitiae ſimul & innocentiae documenta habemus. Quippe ad magnitudinem ſcelerum parem ſtyli amarulentiam magna ingenia hic contulere. Quorum oris libertatem nullus metus praecludebat. Portentum illud Romani Imperii, Domitianum, videte. Ille, cum foras victus eſſet, domi de victore hoſte triumfabat. Vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani crudelitate ſua abolere conabatur. Expulſis ſapientiae Profeſſoribus omnes bonas artes in exſilium agebat. Ut nihil boni eſſet, ubi malis Caeſar indulgebat. Vidit illa aetas, quid extremum & in flagitiis Domitiani & in calamitate ſua eſſet. Vocem ardor animi flagitabat, metus tamen ſubinde continebat. Tantum enim abeſt, ut dicerent, quod vellent, ut vix ſentire, quod vellent, liceret. Ademto tamen per inquiſitiones loquendi audiendique commercio, conſcientiam ſcelerum non exſtinxit. Fruſtra ſilentium aliis indicit, qui ſceleribus ſuis modum non imponit. Exinde factum, ut nonnulli, vivente adhuc Domitiano, animi ſui aeſtum probarint. Quemadmodum enim illi, qui calamitate aliqua oppreſſi ſunt, a lachrymis & ſuſpiriis ſolatium quaerunt, ita illi a ſcriptione. Tacenda non putabant, quae nemo ignorabat. Viros mitto. Foeminae exemplum praebuere. Quae cum viribus non poſſent, ſcribendo & ſuam, & virorum innocentiam propugnavere. Dolor animum addidit, & in ſequiore ſexu maſculos ſpiritus excitavit. Quippe foeminas, ſive ingenii, ſive doloris magnitudine incitatas, magna, & ultra viros poſſe, omnium ſaeculorum, & noſtri exempla probant. Teſtes ſunt Sabinae illae, quae imperium Romanum pene in ipſis exordiis exſtinctum admirabili & prope ſtupendo foedere compoſuerunt. Teſtes Volumnia & Veturia, illa miracula & prodigia virtutum, quae Coriolanum pernicioſis in excidium patriae conſiliis armatum flexere. Teſtes Cornificia delicium Auguſti, Cornelia, Gracchorum parens, Lydia amor Catonis, Mutiae, Laeliae, Liciniae, quae aut pares viris aut majores fuere. Viros certe in ſtuporem dedere, quae ſaeculi ſui & delicias, & flagitia, & innocentiam ſuam in Tabulas Aeternitatis mitere. Aſſurgit animus cogitatione rerum, & magnitudine commovetur. Ne dubitetis, Principes Patriae & litterarum viri; Sulpitiam vobis ſiſto, Heroinam, non ſaeculi ſui, ſed aevi omnis maximam, quae ſaevitiam Domitiani ſtyli ſui acumine perfodit. Jacebat oppreſſa Reſpub. & precarium ſpiritum ſub infenſo Principe vix trahebat. Virtuti, & bonis artibus Urbe interdictum. Sapientiae profeſſores aut expulſi, aut miſere accepti. quippe magnitudo ingenii & necem & exilia acceleraverat. Monumenta clariſſimorum ingeniorum, delegato Triumviris miniſterio, in comitio ac foro urebantur. Non coluiſſe tantum, ſed & laudaſſe magnas virtutes, morte expiandum ſcelus habebatur. Vivebat tunc Sulpitia, quae virilem animum in muliebri corpore geſtabat. In hoc ſapientiae & virtutum naufragio in ſolitudines ad ſe receſſit, & Muſas ſuas, inno-

nocentiſſimas Deas in ſolatium malorum, & vindictam Principis invocavit. Cepit illa nuper ardorem meum, & ad cathedram mecum per triduum receſſit. Stiti ibi hanc ſponſam, cujus ore & ſpecie ſe capi, ſpectatorum frequentia probavit. Qua libertate Domitianum aliquando perfoderat, eâdem ibi loquebatur. Ibi & innocentiam ſuam, & Scipiones, illos Martis pullos, & Catones, illa ſapientiae oracula, & Domitianum, illud monſtrum generis humani, & lapſantem Rempub. & expulſas artes, & exulantes Sapientiae magiſtros, indignabunda oſtentabat. Obſcurius tamen, ut, vivente Domitiano, loquebatur. Aperte enim vix audebat, ne in conſpectu omnium caſtiſſima matrona vapularet. Me autem interpretem requirere videbatur. Officii mei eſſe putabam, nec Auditorum voluntati, nec Heroinae iſti officium hoc denegare. Proinde veſtigia ejus propius legi: quantum quidem pauperis ingenii mei tenuitas, & liberalis otii penuria, & memoria illorum temporum, quibus non vixeram, ſuppeditabant. Anguſtia quoque temporis intercludebar: dum & publicis, & privatis, quas è Danicâ nobilitate non pauci flagitaverant, praelectionibus vacabam. Ad quos autem juſtius recurreret hoc opus, quam ad vos, Ampliſſimi Viri, quos ut litterarum ſtatores, & illos, quorum beneficiis reſpondere non poſſum, ſoleo venerari. Poſſem aliis iſta offerre, quae eo in loco dixi, ad quem mihi aditum auctoritate veſtrâ, & humanitate ſingulari aperuiſtis? Profectum autem ab illo eſt, quem benevolentia veſtra indignum non putaſtis. Non poſſunt hic aut virtuti veſtrae, aut ardori meo verba reſpondere. Tantum vobis praeſtabo, quantum poſſum. Utinam quantum vellem! Valete Illuſtriſſimi Viri, ac florente Repub. & Academia veſtra, aeternum felices vivite. LUGD. BAT. CIϽ IϽ C XXXIII. Kal. May.

*Amplit. Veſtrae*

*dicatiſſimus*

MARCUS SEVERIUS BOXHORNIUS.

# INDEX I.
## RERUM ET VERBORUM.

b *Litera, notat Tomam ſecundum.*

### A.


A Kalendis 585. tergo liber 200. vento 266.
*Ab* aethra jaculari radios 413. anno primo 374. origine 352. & 401. ulmis 531.
*Abacus* b. 402
*Abdere* domo 387. *Abdita* in latebras 195.
*Abigere* jumenta 549. morbos b. 366.
*Abjicere* carnem b 222.
*Abire* nactus praedam 694. neſcit b. 368 omnia foras juſſit b. 429. *Abeo* contemptus 594. *Abit* dolor omnis b. 272. *Abitus* terarum 173.
*Abluere* caput b. 202.
*Abnuere* alicui 633.
*Abominari* aliquid 613.
*Abracadabra* b. 364.
*Abrotonus* b. 273. & 303.
*Abrumpere* ſomnos b. 207.
*Abſcondere* canos b. 203. caſum triſtem b. 43.
*Abſinthium. Abſinthi* decocti humor b. 267. partes b. 252. potio b. 359. *Abſinthia* amara b 392.
*Abſum. Abes* lentus 708. ſolus 592.
*Abſumptus* Hortenſius b. 246. *Abſumptum* fluctu & tempore caſtrum b. 77.
*Abundat* ſanguis venis 379. *Abundans* lactis tempus 393.
*Acacia* b. 393.
*Acanthis. Acanthida* vincat cornix 687.
*Acanthus* mollis 483. rutilus 632.
*Acarnan* clandeſtinus 133. *Acarnanes* ſubeunt furto proelia 134.
*Acer* dolor b. 240. & 267. Phoebus b. 138. fucus 232. *Acris* Venus 380. *Acre* acetum b. 204. & 266. *Acres* catuli 383. lupi 441. *Acrior* pellis robore 287.
*Aceris* radix b. 268.
*Acerbus* dolor b. 260. *Acerba* avena 607. libido b. 215. *Acerbum* facinus b. 177.
*Acervus* aridus 683. ſpleuis b. 286.
*Aceſcunt* vina bibenti 605
*Acetum* acre b 204. & 266. conducit ſtomacho b. 253. durum b. 202. ferum b 286. mixtum b. 194 & 210. mixtum rutae b. 217. *Aceti* humor b. 214. imber b. 350.
*Achaemenius* Cyrus 213.
*Achaeus* b. 425.
*Achaia* 315.
*Achilles* b. 389.
*Acidus* Bacchus b. 214. latex 410. liquor b. 196. 210. 322 & 227. *Acidum* fluentum b 373.
*Aconitum* b 393.
*Acoron* b. 394.
*Acliacum* mel b. 247.
*Acuere* viam arma 222.
*Acutus* morbus b. 197. & 267. *Acuta* auris 511. & 622. forfex 675.
*Ad* amnem 462. bella fidi 360. coelum acta virtus 216. compita pervia 645. fontes 565. opes mirari 713. ſummam 213. urbem perducat 480.
*Adarche* b. 393.
*Adcendere* annum ignibus 58.
*Adceſſus* 220. ferarum 173. primus 260.
*Adcingar* memorare 350.
*Adcipere* calamos 466. hircos 664. *Adcipiet* conſul 556. *Adcipe* fontem 572. quae ſuper haec Ceraſus continet 462. tuendos 658. victor 695. *Adcepto* hoedo 708.
*Addiſcant* contexere 440.
*Addere* balſama auribus geminis inſtillans b. 192. cineres rebus b. 220. duces b. 402. piper ſalibus b. 254 riſum b. 275. vela deſideriis b. 15. *Additur* (catulis) magiſter 218. quinque *Adduntur* ad illas 402. *Additus* comes b. 145. *Addita* allia granis b. 198.
*Adductum* latus 698. *Adducti* orbes laquei 447.
*Adedit* quos luſus ignis 522.
*Adeps* vetuſtus b. 368.
*Adſectare* regna 200.
*Adfectus* canum 227. mentis 147.
*Adferre* aeſtus ſitientes 671. Crocalen 577. faſtidia cibis b. 171. inſidias ovilibus 549.


que-

Digitized by Google

querelas 659.
*Adfixum* poëma poſtibus b. 87.
*Adfligier* ictu b. 347. *Adflicta* uva b. 248. *Adflictum* aevum 556.
*Adgnoſci* arva patitur color b. 47. nequeunt monumenta b. 123. *Adgnoſcenda* magis b. 394.
*Adgredi* labem 287.
*Adhaeret* cognomen Fabio b. 385.
*Adhibere* lutum membris b. 212. manus medicas b. 358. ſucos 682.
*Adhuc* & porro 66.
*Adjectio* ſcripli drachmae b 398.
*Adigit* corus me conſiſtere b. 135.
*Adire* montes 635. pontum b. 159. *Adeuntia* vitia 209. *Adeunda* clauſtra viis b. 177. *Aditus* auguſti b. 80.
*Adjuncti* trunci 715.
*Adjuvat* in arces 267. *Adjuta* herba cantibus 255.
*Adlicere* quietem motu 511.
*Adligat* ovum ſe molibus 711.
*Adludere* fontes 522. *Adluſere* feræ cui 632.
*Admirari* toties 587. *Admirabile* ebur 715.
*Admiſcere* acidos Bacchi 410. pulverem ex ebore 417.
*Admittunt* quos Dianae arma 300.
*Admoneo* ducere 241. *Admonitus* labor dolore b. 14.
*Admorſa* membra b. 346.
*Admovere* ignes b. 138. umbras contractas pedibus 655. *admovet* aeſtas quem natalibus 623.
*Adnectere* lauros b. 135. *Adnectitur* anethum foeniculo b. 355. *Adnexa* ſpongia b. 195.
*Adnuere* dictis 389.
*Adonis* 66. pulcher 499.
*Adoperta* coques b. 393.
*Adorat* gens omnis 639.
*Adparet* 590
*Adpendere* haec quibus mos eſt b. 406.
*Adplaudit* caput manu 512.
*Adponere* catulum membris b. 277. malum b. 368. ſuper b, 386. *Adpoſitu* juvabit b, 271.
*Adprenſare* auras naribus 171.
*Adpropera* 447.
*Adquirere* vires 433.
*Adriacum* ſal b. 175.
*Adridet* blandius 670. felix ore auguſto 635. ſpes 626. *Adridens* Deus cui 511.
*Adripere* iter b 58. *Adrepti* caules b. 327.
*Adröſum* robur 401.
*Adſciſcere* (ſe) 19.
*Adſenſus* facilis b. 404.
*Adſerere* carmen b. 187.
*Adſiduus* labor 431.
*Adſignare* morbum bilis b. 133.
*Adſimilis* medicinae ordo defluit b. 191.
*Adſociare* lymphis b. 257.
*Adſpernanda* putabis 653.
*Adſperſum* tempus b 220.
*Adſpicis* illum 694. ut &c. 637. 638. 658. 695. & 696. *Adſpice*, quam timeam 697. ut 464. *Adſpicienda* prudentia b. 155.
*Adſpectare* ſalinas b. 137.
*Adſtrepit* humor 618.
*Adſtringere* aures digitis 511. limbos tormento 28. opus 304. *Adſtrictum* flumen b. 139. lac 520. *Adſtricti* ventres 150.
*Adſueſco* componere b. 293. *Adſueras* diſcernere lites 472. *Adſuetae* valles 90.
*Adſum. Adeſt* ventus b. 97. *Aderat* lux. b. 109. *Adfuit* genus pecudum 566. *Adfuerunt* Dryades ſicco pede 567. *Aderit* jus legibus 556. pax 552. quies 554. *Ades* huc b. 190. *Adeſſet* uſus carminis tibi 691.
*Adſumere* caules b. 251. nomen b. 242. *Adſumptus* choenix b. 402.
*Adſurgere* mammas adſpicies b. 259. *Adſurgit* ponti medio circumflua Gorgon b. 147.
*Adtendere* non ſatis 591.
*Adtingere* dextra b. 250. fontes 276.
*Adtollere* jacentem b. 376. turres b 80.
*Adtonitus* orbis 413. *Adtonitae* aures b. 68.
*Adtribuere* ſemina ſex ſcriplo 629.
*Adtritus* ſapo b. 228. *Adtritu* ſilicis lenteſcere 416.
*Advehimur* moenia lapſu celeri b. 183.
*Advena* Nilus b. 403. quercus 632.
*Adultera* mater 197. *Adulterium* inceſtum b. 95.
*Adumbratus* honor 555.
*Aduncus* morſus 721. *Aduncum* cornu 515.
*Adurere* lumen b. 238. miſeros b. 370. *Aduſtus* b 391.
*Adverſus* ſcopulos b. 148.
*Advertere* modos 468. *Adverte* b. 406. *Advertitur* annus 118. *Adverſus* boreas b. 121. ſucus b. 225. *Adverſi* hoſtes 129. ſpecus 279. *Adverſa* ventorum b. 146. *Adverſis* ſollemne tuis ſperare ſecunda b. 43.
*Aedes* mediae b. 80 *Aedificare* caſas b. 14.
*Aëdon* vocalis 497. & 688.
*Aegeas* colere b, 189.

*Aegon* proximus 702.
*Aegros* lavant 264.
*Aegyptia* charta b. 226.
*Aeneas* hoſpes b. 64. *Aeneadum* mater Venus b. 28.
*Aeoliae* minae b. 153. Sibyllae 36.
*Aequalis* labes 238. terror amorque fuit Tyriis b. 61. *Aequalia* munera b. 22.
*Aequare* gaudia 708. lancibus b. 247. *Aequati* dentes 716.
*Aequor* placidum b. 172. ſuper *aequore* 434. *aequora* ampla 422. campi 432. populaverat b. 107. *Aequoreum* amphitheatrum b. 80. *Aequorei* vituli 718.
*Aequus*. *Aequa* ſors 200. *Aequum* pondus 471. *Aequae* vires 404. & 518.
*Aër* altus 566. inſtabilis b. 81. noxius 415. *Aera* complent mugitibus 490. *Aerius* fornix b. 36. *Aerium* genus 528. *Aerii* luci 294.
*Aeſculus* porrigit umbras 673.
*Aeſtas* declivis 541. duravit calamos 437. gravis 565. impedit 584. tractabit olivas 479.
*Aeſtifer* canis b. 169.
*Aeſtivus* calor b. 139. Canopus 42. *Aeſtivi* fluctus b. 75. *Aeſtivae* aurae b. 38. cicadae 531. umbrae 662.
*Aeſtuat* mihi pectus 326. palus 678. ſanguis b. 328.
*Aeſtus* incumbit vallibus 265. inviſcerat hoc canibus 414. litoris 267. pectoris 487.
*Aetas* aurea 549. diverſa 380. multa b. 78. paſſa inſiſtere cruribus 401. ſecura 457. *Aetatis* longae quos pudet b. 203.
*Aeternum* regnum b. 181. *Aeternae* grates b. 162. *Aeternum* tibi Rhenus aret b. 51.
*Aether* omniparens 465. tectus nimbis b. 166. vacuus ponderis b. 396. *Aethera* canit 634. in *aethera* extollit moles b. 122. *Aethere* pulſato b. 69. ſatus 548. ſub medio fervit 557. *Aetherii* axes b. 12.
*Aethra* triſtis 413.
*Aetnaeae* arces 313.
*Aetola* ſtirps 136.
*Aevum* adſicium 556. emeritum 435. inocciduum 375. perpetuum b. 275. totum b. 5. venturum 509. *Aevi* circulus 469. prioris monumenta b. 123. puberis forma 501.
*Africa* b. 51. *Africus* b. 168. excutit umbras 681.
*Agenorei* furti gaudia b. 84
*Ager* mollis 464. nobilitatus carmine Meſſalae b. 87. ſiccus 584 & 678. *Agri* ambigui 473. ingentes 326. lati 445. medii b. 169. patuli 448.
